BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
31
7 E
9
FONDO

DE VITIS, SECTIS, ET DOGMATIBVS OMNIVM HÆRETICORVM,

QVI AB ORBE CONDITO, AD NOSTRA VSQVE TEMPORA, ET VETERVM ET RECENtium authorum monimentis proditi ſunt,

ELENCHVS ALPHABETICVS:

Cum eorundem hæreticorum origine, inſtitutis & temporibus, quibus ſuis præſtigijs mundo impoſuerunt, & Eccleſiæ Dei inſultârunt:

EX NON MINVS PIIS ET FIDE DIGNIS, QVAM CLAris & veracibus eccleſiaſticarum rerum ſcriptoribus, ingenti cum labore carptim collectus, & velut in vnum corpus ex varijs membris paßim & confuſè ſparſis, compactus:

Per Gabrielem Prateolum Marcoßium, doctorem Theologum.

D. HIERONYMVS:
Hæreſes ſuam ad originem reuocâſſe, refutâſſe eſt.



Cum Indicibus aliquot diuerſis ac lepidis, quorum argumenta & vſum ſequens pagella ob oculos ponit.

Coloniæ, apud Geruinum Calenium, & hæredes Ioannis Quentel,
Anno M. D. LXXXI.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali ad decennium.

Supradictorum INDICVM

Primus authorum præcipuorum, è quibus conflatum eſt præſens de hæreticis opus, nomina & cognomina recenſet.

Seundus hæreſum aut hæreſiarcharum ipſorum, vti per titulos hoc in opere digeſti aut digeſtæ ſunt, enarrat.

Tertius appellationes hæreſum aut ſectarum veteris teſtamenti continet.

Quartus ſucceſsiones hæreticorum ſeu hæreſum, qui vel quæ iam indè à Chriſti Natiuitate diuerſis temporibus ſub Imperatoribus & Pontificibus ſummis vſque ad Lutherum eruperunt, per aliquot quaſi centurias enarrat.

Quintus ſeculi noſtri hæreſes aut ſectas, ex Lutheri pſeudoeuangelio enatas, enumerat.

Sextus Principes ſeu Iudices, Regesq; & ſummos ſacerdotes veteris teſtamenti, quorum temporibus hæreſes aut idololatriæ apud Iſraelitas exortæ ſint, aſsignat.

Septimus Imperatores ſeu Monarchas Rom. ethnicos ſimul & Chriſtianos, ſub quibus hæ aut illæ hæreſes ſectæve emerſerint, centuriatim deſcribit.

Octauus Papas aut ſummos Pontifices Roman. quorum tempore aut pontificatu ſectæ itidem hæreſesve hæ ſeu illæ obortæ aut extinctæ ſint, comprehendit.

Nonus Concilia aut ſynodos, ſub & à quib. hæretica dogmata hæc aut illa, reiecta damnatáve fuerint, ex ordine elucidat.

Decimus, Res & verba, ſententiasq; aut dicta, ſecundùm Alphabeti ordinem copioſè & fideliter adnotat.

REVEREND. ET AMPLISSIMO VIRO AC DOMINO, D. CAROLO DE HVMIERES, BAIOCENSI EPISCOPO MERITISSIMO,

Gabriel Prateolus, ſalutem ac ſeipſum.

QVemadmodùm primi legum conditores, Præſul ornatiſsime, pro Rerumpublicarum vel regnorum diuturniori & conſeruatione & tranquillitate, nihil tam commendatum habuerunt, quàm erga ſuos præfectos ſubditorum vnionem: ita nihil æquè, atquè illorum ab eiſdem præfectis defectionem, & in eos rebellionem, exhorruerunt. Et quoniam perſpicaci quadam prouidentia, ex priuatis affectibus & conatibus eorum, qui ſuarum rerum ſeorsùm ſatagere ſolent, ſchiſmata & factiones ſuboriri diſpiciebãt: ex his nonnulli ſe optimè de Republica merituros eſſe ſunt arbitrati, ſi ſua ipſorum opera, vt MEVM & TVVM ab eadem tollerentur, efficere poſſent, eſſentque omnibus omnia communia: vna deniquè eademque ratione, non aliter quàm per idẽ caput omnia vnius corporis mẽbra, omnes regerentur. Plato de legibus. Alij verò ordinem minùs cõfuſum retinere cupientes, & per quẽ nihilominùs commune accuratè diligenterque & citra vllius diſpendium conſeruaretur, Ariſtoteles in Ethicis & Politicis in eam rem cùm pro generali omnium, tum pro ſingulorum ferè peculiari politia, non paucas leges & decreta ſanxerunt. Sed cùm omnia humana defectioni obnoxia eſſe præuiderent, hominumque volũtates ad quãtumuis puſillam occaſionem oblatam, in dies mutari, indequè adeò Eccleſ. 1. illos ſępenumerò ex virtute vitiũ efficere: ex ſuorum ordine ſeligi quoſ- Prou. 8. dam, qui in ipſoſmet electores & in reliquos, ceu ſupremi quidam Iudices, Reges, & Magiſtratus, dominium exercerent, voluerunt: quique indè legum rationem præ manibus habentes, eiſdem legibus vulgus promiſcuum velut frenis quibuſdam coercitum, non minùs ſana & liquida earundem legũ intelligentia, quàm rigida obſeruatione; ſtudioſè & cum tranquillitate moderarentur. Quò tamen adhuc arctius eundem populũ cum ſuis conciliarent deuincirentq; præfectis, neve in illis ſpeciem quidem tantum ac vultum hominis agnoſcentes, eorum placita & iudicia Plato & aſpernarentur, exigui illius naturalis luminis, quod in eorum adhuc re- Cicero de lucebat animis, conductu & moderamine, omnem illã, qua dominaban- legibus. tur, authoritatem atq; potentiam, eis fuiſſe per expreſſam Dei voluntatẽ delegatam prouiderunt, à cuius etiamnùm prouidẽtia ſingulari leges accepiſſe ſe efferebant & gloriabantur. Qua in re adcò tandèm valuerunt, vt tantiſpèr, dum ſubiecti ſe regi ratione tolerârunt, nullusque eorum

quippiam aggredi, aut altiùs progredi, quàm quod cuiuſque conditio & gradus poſtulabat, tentauit, mirum quãto fœdere ac tranquillitate, vrbes regnaq́; hunc in morem conducta, regebantur. Nemo inter eos erat, qui in his, quæ forſan (vt fit) hinc indè priuatim enaſcebantur, controuerſijs, ad politiæ caput, perindè quaſi ad oraculum quoddam, non confugeret: ex cuius ore quicquid decretum ac definitum erat, mox citra vllam hæſitantiam aut tergiuerſationem, executioni demandabatur. At vbi inferior, & qui ad ſubmiſsionem, alijſque exhibendam obedientiam natus erat, ſuam maleſanam ceruicem compeſcere aut nequiens aut nolens, in varias partes licentiùs quàm deceret, eam & diſtrahi & euagari ſiuit, voluitque in ſe prudentiores animaduertere, & maiorum ſuorum decretis nõ contentus, alia atque alia ex futili ſuo cerebro cõminiſci atq; confingere, tũ deniquè in alios dominãdi efferataquadã rabie agitari cœpit: cuncta illa prouinciarum ac regnorum pulchritudo decuſque, tam celeri gradu peſſum iuit atque obrutum eſt, vt nullum vſquàm prorsùs in rebus humanis ordinem extitiſſe, tunc dici iure potuiſſet: Quandoquidẽ aut vi in iram concitati populi, aut magnatum tyrannide & armorũ violentia, omni ſapientia, modeſtia, ac ratione è rebus humanis ſublata, nihil in hominibus præter formam quandam merę confuſionis ac latrocinij agnoſci poterat: cuius rei cùm Græcorum tum Latinorum hiſtoriæ ſunt nobis potẽtiſsimo teſtimonio, ad quos etiàm ea de cauſa lectorem remitto. Quod porrò vetuſtiores philoſophi pro ſcholarum ſuarum ratione effecêre, vt ſuos in mutua vnione eademque doctrina continerent, id etiàm ipſum primi illi Iuriſconſulti & legumlatores, quò ſuam ipſorum poſteritatem in eadem iudicij & conſilij concordia conſeruarent, pręſtitêre. Nam quemadmodùm illis axiomata quædam & velut regulas ſuæ diſciplinæ vniuerſales tradidiſſe ſufficere viſum eſt, quò illa rectè & integrè intelligeretur, in eiuſque germana intelligentia ab omnibus, eorum opera, qui ſucceſsiua deriuatione ſcholarum ſuarum prouinciam ſubirent, conquieſceretur: ita iſtis, ſcriptis mandare certa quædam principia ac leges generales politiæ, ſatis fuit: vt cum per poſterorum operam & traditionem integrè ac ſynceriter intellectæ forent, integrè quoque ac inuiolatè per populum obſeruarentur. Huc accedebant viuæ voces, expreſſæque & doctorum & magiſtrorum interpretationes, quæ à patribus ad filios per ſucceſsionem deuolutę, in vtraque diciplina, decretorum obſcuritati non paruum lumen atque claritatem afferebant. Quod ſanè quandiù inter illos integrum inuiolatumque permanſit, vna in omnibus eademque firma & ſolida ſcientia, vna eademque teres ac rotunda doctrina, vnus idemque nexus atque compago amicitiæ, totius contentionis & diſcordiæ expers, conſpecta eſt. Sed cùm primũ à ſenſu & iudicio Maiorum reſilire, ſcholas conſtruere, remque publicam ſeorſim erigere à quibuſdam cœptum eſt: mox adeò confuſa deuenit philoſophia, tot anfractibus ac meandris leges obuolutæ, vt inter mortaliũ condenſas opinionum

Herodotus. Dion. Thucydid. Saluſtius. Liuius. Valerius.

Cicero de legibus & de Oratore.

nionum tenebras, nil præter modicũ veritatis, vel (vt rectius loquar) veriſimilitudinis, licuerit intueri. Adeò quidem, vt cõtrouerſiæ & ex diametro diſsidentes opiniones in his materijs ità tandem profeciſſe viſæ, vt perpaucæ ſint repertæ propoſitiones, quæ per opiniones contrarias Academici vltrò citroque agitatę non fuerint: quin etiàm inuenti complures, qui de Auguſtin. ſe qualibet diſputandi, ſed de earum nulla certi quicquam diffiniendi aſ- Cicero. ſeuerandique, niſi de ſua ipſorum ſtoliditate & ignorãtia, profeſsionem facerent.

Atqui ſi circa res humanas hæ controuerſiæ & diſſenſiones quõdàm fuerunt, ſuntque adhuc in præſenti adeò deteſtandæ: quid quæſo de his quæ longè plùs damni, perniciei & calamitatis, quam cætera omnia mundo adferunt, de his videlicet quæ ad cultum diuinum & religionem Chriſtianam ſpectant, dicendum? Hoc nempè firmiſsimè tenendum venit, quòd ſicut hic altioris cuiuſdam, præſtantioriſque ſubiecti materia & argumentũ eſt, maiorique efficaciæ coniunctum, ſic eius finem ſemper fuiſſe, foreque in poſterũ, vt damnoſiorem, ita & formidabiliorem. Deus porrò optimus maximus prius quam originali mundo cataclyſmum induceret, primis illis parentibus legem ad eos in viam æqui bonique dirigendos, & per cæremonias vnà coniungendos, perque idem alimentum nutriendos congruentiſsimam tradiderat: at vbi paternas inſtitutiones & placita obliuiſci & contemnere filius in animum induxit, & nepos patrui veſtigijs inhærere dedignatus eſt, adeò quidem efferatum vniuerſum ſe hominum genus prorupit in vitium, vt vix per orbẽ vniuerſum Deo locus inueniri poſſet: ſuper quem etiam ille ea de cauſa tam ingens & horrendum diluuium immiſit, vt hinc perpetuò ſibi euidentiſsimum poſſet quilibet exemplum ob oculos proponere, à Gen. 6. & 7 paternis tramitibus, quos Deus docuerat, ne tranſuerſo quidem vngue Sapien. 10. Eccleſi. 39. eſſe aberrandum, niſi mallet ille infauſta diraque morte oppetere. Porrò Matth. 24. cùm Noë ſolus ſummi capitis loco, in mundo relictus fuiſſet, & ex Dei Luc. 17. ore non pauca inſignia documenta ſuſcepiſſet, quibus quo cultu vellet illе 1. Pet. 3. le reuereri, quoque honore haberi à mortalibus, inſtitueretur: credin ea- Gene. 9. liquando in poſterum potuiſſet, ex tam ſanctè & piè inſtituta progenie, Dei memoriam ſuæque voluntatis intelligentiam, ita elabi & excidere poſſe, vt eius cultus, quem à patribus ad filios deriuatum de manu (quod aiunt) ad manum acceperant, peſſum iret? Atqui tamen longè ſecus res euenit. Nam non multum abhinc temporis effluxerat, quin de ipſius Noë Geneſ. 11. proſapia, certi quidam furijs agitati gigantes emergerent, intantùm qui- Sapien. 10. dem ſæui, audaces & præfracti illi, vt in ipſum Deum bellum mouere nõ reformidarint: Adeò item vecordes, vt ex eis aliquot ab auis ad nepotes & pronepotes, tam longè ab inſtitutis, quibus ab eodem Noë fuerant imbuti, ſeſe alienárint, vt abominanda quadam idololatria continuò mundus totus infectus & pollutus, terraque vniuerſa illis temporibus horrẽda non ſolùm ſermonis, ſed & legum quoque & voluntatum confuſione

Geneſ.12. percuſſa fuerit. Aliquantis pòſt annis euolutis, Deus ſuę domus alterum
Actor.7. caput & inſtitutorem conſtituit Abrahamum, in qua nimirum electam
Hebr.11. collectamque ex ipſius Abrahæ ſemine familiã deſtinabat erigere. Quã
Galat.3. ob cauſam habuit is non paruam & voluntatum & ordinationum diuinæ maieſtatis notionem: ex quo fiebat, vt quocunque gentium ille pergeret, veritatis, quam Deus illi reuelârat, exercitia & ſcholas quàm diligentiſsimè teneret, in ſe ſuiſque omnibus iuſtitiæ ſuę ſignaculum inſculptum Circuncisionẽ circunferens. Quis porrò, cùm Iacob ſuã in Aegypto reliquiſſet progeniem, illam vnquam diuina promiſſa obliuioni da-
Deut.12. turam credidiſſet? Attamẽ quis hominum neſcit, quanto dedecore & animas & corpora ſua Aegyptiacis ſuperſtitionibus Hebræi polluerint? & à doctrina & legibus paternis deficientes, quanta cum ignominia Serapin coluerint? Sed quia fortaſsis huiuſmodi humanorum affectuũ mutationes ſuam ſumpſiſſe originem & cauſam ex eo, quod diuina volũtas nondum ſcriptis demandata foret, indeque adeò ex hominum memoria effluere quæque optima facilimè videri poſſent: ſuæ ideo diuinæ Maie-
Exo.1.4. ſtati complacuit, in ſui exercitus, quem è terris Pharaonis ſtupendis cum
Actor.7. miraculis educturus erat, Moſen ducem ſeligere, cui etiamnũ varijs ſcri-
Hebr.11. ptis quod non in gratiam ſolum diuini cultus, ſed earum etiam rerũ quę ad œconomiam ſpectabant, ab hoc populo obſeruatum iri volebat, con
Exod. 20. tradidit: his adeò acres vna ex parte & rigidas minas, atq; è diuerſo locu
Deut.5. pletia promiſſa adijciens, vt nullus ex hinc non hoc ritu Deo ſeruiendũ
Leui.26. eſſe cogitaret, nemoque tam audacis & confidentis animi exiſteret, qui eidem obluctari, nec adeò hebes & plumbeus, qui earum rerũ ignorãtiæ cauſam ſibi prætexere vel auderet, vel poſſet. At verò qui veteris Teſta
Exod.32. menti hiſtorias perlegerit, populique Hebraici defectiones & abominã-
Num 14.21 da facinora inter legendum animaduerterit, quanta ſit hominum mali-
& 25. tia, hinc facilimè iudicauerit. Quid enim fermè aliud Numerorũ & Iudi-
Iudi.8. cum libri, quam iſtorum idololatriam, in Moſen Deumq; rebellionem, vtrorunque contẽptum, morum deprauationem, cum prophanis fœdus & commercium, omniũ denique quæ eis lex ſtrictiſsimè inhibebat, trãſ-
1.Cor.10. greſsionẽ, recenſent & cõplectuntur? Quid porrò de eo dicendum, quod
4.Reg. 23. ea ipſa lex penes eos adeò prorſus abolita, immerſaq; obliuioni ſub capti
2.Par.36. uitatem Babylonicam fuerit, vt eius nunquã illi forſan meminiſſent, niſi
2.Eſdr.8.& diuinæ prouidentiæ fauore, & magni illius Eſdrę opera de integrò reſti-
lib.3 cap.9. tuta fuiſſet? Quot præterea diuiſiones ſub regib. qui iſtos ſunt ſecuti, exortæ? Quot ſectæ in Palæſtina, quot in Samaria opiniones inter ſe diſsidẽ
3.& 4.Reg. tes enatæ? Quot falſi prophetæ per vniuerſam Iudæam ſub Regũ Achab
Epiph. li.1, potiſsimùm & Iezabelis, Roboam, Ioachim, Sedechiæ, Ioram, Manaſſes,
tomo 1. & ſimilium veræ pietatis deſertorum protectione, emerſêre? Adeoq; tẽ-
Daniel.9. porum lapſu & ſucceſsione hæc in Deum & in legẽ rebellio, impiumq; ſchiſma profecit ac propagatũ eſt, vt cum in hunc mundũ noſtræ ſalutis cauſa Chriſtus aduenilſet, quam minimã illius quæ ſub Moſis imperio

& regimi-

& regimine fuerat à Deo conſtituta, eccleſiæ, ſplendoris eluceret.

Quamobrem ſi recta lance totius huius primę labis cauſa & ratio pen ſitetur, non ex legis inter manus hominum circunlatæ defectu profectã fuiſſe, ſed ex prophetarũ illius verorum interpretum cõtemptu reperie tur: quodque ſingulares ac priuatas opiniones ſuas, reſolutionib. ac decretis ſpiritualis magiſtratus, quem Deus reipublicę ſuę præfecerat, non ſolum ſubmittere, ſed etiam anteferre ſemper homines præſumpſerint, contra illud quod his verbis ille quondam edixerat apud Deuteronomium: Si difficile, inquit, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tẽpore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequériſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram Et rursùm apud Malachiam: Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Quam ſanè poteſtatem, ſucceſsionémque Moſaicam tanti fecit Chriſtus, vt eius doctrinę inhærendum ſuis expreſſè præceperit: Omnia, inquit, quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite. Quod etiam iam olim præuidentes antiquiores prophetæ, & item ſapiens, nihil æquè populo inculcant, atque ne terminos antiquos, quos patres poſuerunt, tranſilire velint aut audeant. Quandoquidem verba ſapientum ſunt ſicut ſtimuli, & velut claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore vno. Atq; ideo (vt omnia in pauca conferã) eorum veſtigijs inſiſtẽdum eſſe, ne forſan à via veritatis excidẽtes, in varias calamitates & rerum diſpendia defluamus aut delabamur, quemadmodùm tandem ſub vitę finem ipſi contigit Salomoni.

Et propterea quod ſpretis antiquioribus, ſuo ritu & ingenio diuina placita interpretari ac intelligere & Iudæorum & Chriſtianorum plerique voluêre, ideò hinc varię multipliceſque ſectæ & ſcholę ſingulares apud vtroſque exortæ, quæ inter eos nihil præterquam horrendas diuiſiones pepererunt, cuiuſmodi apud Iudæos fuere Eſſeni, Anagogeani, Phariſæi, Samaritani, Saducæi, Scribę, Hemerobaptiſtæ, Nazaręi, Oſſeni, Herodiani, Cortheni, Doſithei, & alij ferè innumeri. Quorum quiſque primum ſcripturę ſenſum, qui ſuę occurrebat phantaſię, arripiens, paruique exiſtimans quid antiqui interpretes, quantumlibet viri probi, aut credidiſſent, aut opinati fuiſſent, quantum in ſe fuit, veterem Dei rempublicam euertit, peſſundedit, demolitus eſt: omneſque ſimul tam inhumanè, fœdè, & crudeliter eius precioſiſsimam veſtem diſſecuerunt, vt ne vllum quidem eius fragmentum integrum relinquerent. Quod ſanè his verbis Salomon longè antè prędixerat: Cùm prophetia (hoc eſt, ſana eaque perpetua ſcripturę intelligentia) defecerit, inquit, diſsipabitur populus Et Oſee prænunciarat tunc eos interituros, cum diuiſum eſſet cor eorum.

Eſaiæ 30. Amos 5. Ezech. 33. Actor 7. Apoc. 18. Matth. 23. Deut. 17. Mala. 2. Matth. 23. Prou. 22. Eccleſ. 12. Pro. 1. & 3. 3. Reg. 12. 3 Reg. 11. Epiph. li. 1. tomo 1. Prou. 29. Oſeæ 10.

Eccleſ.hiſt. lib.4. ca.5. Ruff.li.10. cap.1. Euſebius Cæſareenſis & Ruffinus eccleſiaſticarum hiſtoriarum ſcriptores, memoriæ produnt, Apoſtolorum temporibus veritatem parùm impugnatam à maleuolis fuiſſe, eò quòd in hominum exigua virtute prę ditorum poteſtate poſitum non eſſet, per has tam fortes tamque firmas columnas ſuffultum ædificium, vlla ratione ſuccutere aut commouere, nedum elidere poſſe: vtpotè quibus tanta ineſſet & doctrina & vitæ ſanctimonia, vt omnem, qui illis obluctari vellet, inimicum, (cuiuſmodi Simon Magus cum ſuis aſſeclis extitit) eis in promptu eſſet, in non minimum ſtatim ruborem atque tremorem conuertere Nullus quoque erat, qui in cunctis ſuis controuerſijs, ſententiæ & reſolutioni tam magnifici, tamque prudentis ſenatus, veræ verbi Dei & noſtræ religionis myſteriorum intelligentiæ (quæ tum non niſi in cordibus & animis hominum verſabatur, citra vllum, niſi modicum ſcripturæ vſum) habendæ cauſa, non ſe ſubmitteret. Et reuera in hac naſcentis eccleſiæ primæua ætate, inque tali & doctrinæ & ſanctitatis puritate clare dignoſcebatur, hoc vnicum fore eccleſiæ, per hoſce coniunctos paſtores exhibitæ, priuilegium, ne vllum quidem mendacij veſtigium dare. Quod vt melius coaleſceret & ſeruaretur, nonnulli è Chriſti collegio poſteris ſcripto reliquerunt, quod eo viuente de eiuſdem futuræ eccleſiæ authoritate ipſemet præſcripſerat & fieri vellet, cũ ſuos Apoſtolos eorũque ſucceſſores ita alloqueretur:
Matth.10. Qui recipit vos, me recipit. Et rurſus, Qui vos audit, me audit: & qui vos
Luc.10. ſpernit, me ſpernit. Et item: Si quis eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut
Matth.18. ethnicus & publicanus Et paulò pòſt: Amen dico vobis, quęcunque al-
Ioan 14. ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis
Matt.28. ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Et iterum: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Et eccè
Ioan.16. ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Et, Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem verita-
Act.1 2. 4. 5.6.8. tem, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Diuus item Lucas in Apoſtolorum hiſtoria quantam illis Chriſtus poteſtatem contulerat, cum in eiuſdem eccleſiæ miniſtris publicis creandis, tum in corrigendis vitijs, capitibuſque arduis & difficilibus totius religionis interpretandis, liquidò
Hebr.12. demonſtrat. Diui item Pauli epiſtolæ nihil aliud concinunt, quam ſubditorum erga ſibi præfectos obedientiam, eorum vitæ ac doctrinæ imita-
1.Timot.6 tionem, erga denique ſuperiorum inſtitutiones & decreta affectum. Et vt cuncta breui perſtringam, neminem vult in fidelium conſortium recipi, niſi qui legibus & canonib. ſeu regulis Apoſtolicis prorſus ſubijci volue-
1.Timot.3. rit. Quantum verò ad eccleſiam ſpectat, ità de ea concludit: Eccleſia Dei viui, eſt columna & firmamentum veritatis. Complures alios huius magni Chriſti præconis locos ad hanc rem facientes, huc adducere poſſem, quos tamen breuitati ſtudens, in præſentiarum omitto, lectorem interim ad D. Iudæ Apoſtoli teſtimonium relegans, cuius lectione agnoſcet facillimè, quibus armis in errores, qui contra religionem ſubrepunt quotidiè,

tidiè,ſit belligerandum.Cùm primum ergò hæc omnis ſacra phalanx è mundo ſublata, ad DEVM euolauit, & ab ea conſtituti Senatus authoritas à quibuſdam nouæ rei ſtudioſis contemni cœpta,ſcriptura, quã ad noſtram doctrinam & ſalutis conſequendæ iuuamen & compendium illi nobis reliquerant,ab iſtis tam confuſè & impudenter complexa eſt, in tamque varias partes ſursùm deorſum diſtorta, vt nulla foret impietas,quam ſub hoc Dei verbi titulo impij homines conſtruere non conarentur. Ex hac ſchola,tanquam ex equo Troiano,primò Ebionitæ,Gnoſtici,Baſilidiani,Cerinthiani, Valentiniani,Marcionitæ,Encratitæ,Montaniſtæ,Pſiſichi,Nouatiani,Manichæi,Arriani,& poſtremis his temporibus,Lutherani,qui & Martiniſtæ,Zuingliani & Caluiniſtę,quos Sacramentarios nuncupamus,& Melanchthonici,qui Confeſsioniſtæ appellantur,atque demum omnium peſtilentiſsimi Anabaptiſtæ prodiêre. Quorum quiſque ſuo priuato ſenſui & iudicio inhærendo, ad ſuam ſententiam diuinam ſcripturam, in totius ſuorum Maiorum intelligentiæ & communionis eccleſiæ Catholicæ deſpectum,ità detorſit, vt ſibi omnibus vnà conſtruendi & deſtruendi, farciendi & diſcindendi omnia ſacra,licentiam permiſerint:clariùs interim ſibi videre viſi,& videri volẽtes,quàm reliqui,quotquot illos præceſſere. Certè Alexander Alexandrinæ vrbis epiſcopus,huius damnandæ confidentiæ, & impudentis temeritatis ſubnotat Arrium,ſicut & Tripartita hiſtoria Neſtorium, qui cũ ſe viros eloquentes ſentirent,& ob ſuã doctrinã ab omnibus celebrari conſpicerent,tanto tumore vanæ opinionis & auræ popularis ſunt elati, vt omnes omnium antiquorum lucubrationes & monumenta prę ſe cõtemnerent,omnibus alijs ſe ſolos doctiores reputantes. Euſebius eãdem Pauli Samoſateni & Seuerianorum temeritatem ſcripto reliquit, qui ſanè de ſui ingenij & induſtriæ acumine plùs æquo confiſi,indeque cupientes ad ſuum quiſque arbitrium ſcripturam deflectere, pernicioſiſsimos errores in Græcia pepererunt. Antiquis item hiſtorijs edocemur, quantum Origenis doctrina,eccleſiæ Catholicæ aliquandiù profuerit: ſed in eiſdem reperimus quoque,quòd,cum hominum opinionibus in ſublime ſe efferri perpenderet,indeque niteretur ſcripturam ſacram in alium ſenſum,quam in libris veterum authorum repererat,detorquere, non paucis ſe falſis inſanijs & eluſionibus inquinârit, pluríumque deteſtandorum errorum pater extiterit. Quod Gregorius Nazianzenus,eiuſque commilito Baſilius cernentes,ne in ſimiles caſus & præcipitia defluerent aut laberentur,nuſquam ſuas phantaſias in ſacris ſcripturis elucidandis, ſed quæ eccleſiæ capita,communiſque patrum conſenſus ſcripſerant, ſequi voluerunt.

Iren lib. 1. & 2 paſſim. Tertull. de Præſcript. Euſeb. lib. 1. & 5. Hilarius li. 1. & 2 de Trin. & ad Conſtant.

Hiſt. Trip. lib 1. ca. 14. & eiuſdem lib. 12. ca. 4.

Lib 7 c. 26.

Ibid. lib. 4. cap. 29.

Epipha. lib. 2. tomo 2. hæreſ. 63.

Vincenti. Lirinen.

Eccleſ. hiſt. lib. 11. ca. 9.

Porrò inter validiora argumenta,quæ Irenæus,Tertullianus,Epiphanius,& D. Auguſtinus ad conuincendos hæreticos,qui ſua ætate veritatem Catholicam impugnabant,elegerunt, fuit Traditio vel communis conſenſus eccleſię,cum erga ea,quę ſcripturę ſenſum, tum erga ea, quę

cæremonias,mores,& totius Chriſtianitatis politiam concernunt. Primus inter reliquos hanc profert ſententiam, eſſe videlicet in omni re,in qua de fide habetur quæſtio, recurrendum ad eccleſias, in quibus verſati ſunt Apoſtoli: & licèt nil nobis ſcripto reliquiſſent, eſſe tamen ad eorũ ſucceſſores prouocandum. Alter pro ſuæ cauſæ contra Marcionitas, Valentinianos, & eorum aſſeclas propugnatione nullum ſumit aut adhibet alium, prçter communem eccleſiarum Apoſtolicarum deliberationem, in quibus nimirùm Apoſtoli veritatem annunciarunt. Super qua ſacra traditione, multa etiam confitetur eſſe fundata & nixa. Epiphanius vero præter id quod de hac re memoriæ prodit, cùm Apoſtolicorum errores impugnat, (ſic enim quidam hæretici tunc appellabantur) in ſcripturæ materia, Traditionem, vel (quod in idem recidit) vniuerſalis eccleſiæ & veterum authorum communem regulam, pro duce confirmat ſequendã eſſe: inter cuius etiam eccleſiæ inſignia, bonas ſanctaſque traditiones collocat, per quas id, quod per vniuerſum orbem credebatur, docebatur, & obſeruabatur, intelligit. Diuus præterea Auguſtinus (eſſem nempè prolixior, ſi hîc S. Baſilium & Cyrillum Hieroſolymitanum adducere vellem) præter reliquos nullo validiori firmiorique clypeo aduerſus Chriſti inimicos depugnãs, vſus eſt, quam communi eccleſiæ conſenſu. Cum que nobis deeſſent, quas de hac re ſcripſit, epiſtolæ, quum eius librum, quem de moribus eccleſiæ catholicæ inſcripſit, item de cura agenda pro mortuis, de Symbolo Apoſtolorum, & alios non haberemus, certè Traditiones, quas contra Pelagianos vibrauit, ſunt nobis viuo euidentique de hac re teſtimonio.

[Lib.3 ca.4. — De Præſcri. — Pro corona milit. — Hæreſ. 61. tom.1.li.2. — In cõpend. fidei catholicæ, tomo vltimo. — Vide epiſt. ad Ianuarium, & 2. cõtra Iulia. ad Damaſum de ſpiritu ſancto.]

Sed quorsùm tam multa? Vt hinc videlicet facili concludatur negocio, & liquidò conſtet, omnium & veterum & recentium hæreſeon cauſam ab authoritatis paſtorum, qui ea tempeſtate eccleſijs præerant, & totius antiquitatis contemptu, ſemper fuiſſe profectam: Quo tamẽ hoc adhuc apertiùs & velut ad viuum commonſtrarem, poſt longam plurium, eorumque grauium authorum euolutionem, qui de vitis & dogmatibus cùm veterum tum recentium hæreticorum vel obiter & curſim, vel ex profeſſo ſcripſerunt, cum perſpicerem hoc in eorum ſcriptis admodum confuſè & contentum & digeſtum eſſe, in hiſque potiſsimum qui hiſtorias eccleſiaſticas propter occurrentes alias materias in ſcripto redegerũt, ad eas in vnum volumen, quamuis non ſine maximo ſudore congerendas, non detrectaui laborem impendere: exemplo Plutarchi adductus, qui Imperatorum Romanorum, & Diogenis Laertij, qui Philoſophorũ Græcorum vitas elegantiſsimo ſtylo ediderunt. Quas cum colligerem, & velut in vnum corpus ex vndique ſparſis membris compingerem, in hoc ſemper operam dedi, vt, quo illi vixerunt tempore, & ſub quibus Imperatoribus & Romanis pontificibus eccleſiæ Dei inſultarunt, quantum potui fideliſsimè per fidelium authorum in temporum ſupputatione concordiam, ſubnotarem. In hoc intereà totus incumbens, vt hac collectione

lectione non ſolùm publicos concionatores,& diuini verbi prælectores, in tot authoribus,qui ea de re diuerſos libros ediderunt, euoluendis onere leuarem: ſed vt te, Præſul doctiſsime, meorum laborum in pignus meę erga tuam humanitatem obſeruantiæ & perpetui obſequij, participem efficerem: Sat ſciens, tibi, alijſque tuî ſimilibus, hoc eſt, Chriſtianæ pietatis & religionis,& eius verè ſectatorum amatoribus, non ingratos fore, ſi ea qua præditus es humanitate & beneuolentia, ad amplectendos atq; promouendos quoſque ſtudioſos, eos ſuſcipere de manu tui quàm obſequentiſsimi clientis digneris. Quod vt facias rogo, aliud de eadem manu à me propediem accepturus, ſi hoc opere nomini tuo dicato, delectari te re ipſa perſenſero. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, Calendis Auguſti, anno Domini 1568.

AVTHORVM PRAECIPVORVM,
è quibus concinnatum eſt opus hoc, Catalogus ſeu Index.

Numerus annorum à Chriſto nato.	
1451	AEneas Syluius.
1530	Alphonſus à Caſtro.
370	Ambroſius.
334	Athanaſius.
400	Auguſtinus.
380	BAſilius Magnus.
732	Beda Venerabilis.
1140	Bernardus Abbas Clarauallen.
1522	Bernardus Lutzemburgus.
575	Caſſiodorus in Tripartita hiſtoria.
1560	Claudius Eſpenceus.
1560	Claudius Sanctesius.
195	Clemens Alexandrinus.
260	Conciliorum liber.
432	Cyrillus Alexandrinus.
365	Cyrillus Hieroſolymitanus.
80	DIonyſius Areopagita.
233	Dionyſius Alexandrinus.
140	EGeſippus hiſtoricus.
390	Epiphanius.
380	Euagrius.
350	Euſebius Emiſſenus.
310	Euſebius Cæſareenſis epiſcopus.
1544	Franciſcus Horantius.
1560	Fredericus Staphylus.
494	GEnnadius.
1537	Georgius Vuicelius.
1137	Gratianus.
600	Gregorius Magnus.
384	Gregorius Nazianzenus.

Numerus annorum Chriſti.	
1330	Guido Carmelita.
400	HIeronymus.
150	HIginus Papa.
371	Hilarius Pictauenſis epiſcopus.
1565	Hoſius Vuarmienſis epiſcopus.
109	IGnatius.
403	Ioannes Chryſoſtomus.
830	Ioannes Damaſcenus.
1410	Ioannes Gerſon.
1518	Ioannes Eckius.
83	Ioſephus hiſtoricus.
175	Irenæus Lugdunenſis epiſcopus.
630	Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus.
140	Iuſtinus hiſtoriographus.
320	LActantius Firmianus.
444	Leo Papa huius nominis primus.
1300	Nicephorus Calliſtus.
233	Origenes.
1140	PEtrus abbas Cluniacenſis.
380	Philaſtrius Brixianus epiſcopus.
400	Ruffinus.
427	SOcrates.
430	Sozomenus.
451	THeodoritus.
390	Theophilus Alexandrinus.
160	Tertullianus.
1274	Thomas Aquinas.
430	VIncentius Lirinenſis.
1564	Vuilhelmus Lindanus Ruræmundenſis Epiſcopus. 1567.

INDEX

INDEX HAERETICORVM ET HAERE ſum, qui aut quæ in hoc opere recenſentur.

LIBRI PRIMI TITVLI.

1 ADamæi, ſiue Adamiani, vel Adamitæ.
2 Abelonij, ſeu Abelani, vel Abelonitæ.
3 Ablabius.
4 Abſtinentes.
5 Acacius Cæſareenſis epiſcopus.
6 Acephali.
7 Aceſius Nouatianorum apud Conſtantinopolim epiſcopus.
8 Achillas Alexandrinus epiſcopus.
9 Addam Manichæus.
10 Adelphius.
11 Adeſſenarij.
12 Adiaphoriſtæ.
13 Aegidiani.
14 Aëriani ſeu Aërij.
15 Aëtiani.
16 Agapetæ.
17 Agareni.
18 Aginnenſes.
19 Agnoetæ.
20 Agrippiniani.
21 Airani.
22 Albanenſes.
23 Albigenſes ſiue Albij, vel Albigeſei.
24 Alexander Baucalis presbyter.
25 Alexander ærarius.
26 Alexander latro.
27 Algazel.
28 Alaſcani.
29 Almaricus Pariſienſis doctor.
30 Alogi, ſiue Alogiani.
31 Amantius S. Trinitatis oppugnator.
32 Ambroſiani.
33 Ammonius Alexandrinus Origenis præceptor.
34 Anıſdorffiani.
35 Anabaptiſtæ.
36 Anaſtaſius Imperator.
37 Angelitæ.
38 Angelici.
39 Annianus.
40 Anomi, ſiue Anomæi.
41 Anthimus Conſtantinopolitanus epiſcopus.
42 Antichriſtus.
43 Antichriſtiani.
44 Antidicomarianitæ, ſiue Antimariani.
45 Antilutherani.
46 Antidæmoniaci.
47 Antidiaphoriſtæ.
48 Antiſuencfeldiani.
49 Anticaluiniani.
50 Antiſtancariani.
51 Antinomi.
52 Anthropomorphitæ, ſeu Vadiani.
51 Antoſiandrini.
54 Apellitæ.
55 Aphthartodocitæ.
56 Apocryphi.
57 Apocaritæ.
58 Apollinariſtæ.
59 Apoſtolici ſiue Apotactici.
60 Aquarij.
61 Aquilas Bibliorum interpres.
62 Armacanus.
63 Arabici.
64 Archontici.
65 Arrabonarij.
66 Arriani.
67 Armeni.
68 Arnaldiſtæ.
69 Arnoldus à villa noua.
70 Artemon.
71 Artotyritæ.
72 Aſclepiadotæi.
73 Aſcodrog tæ.
74 Aſſurritani.
75 Aſtharitæ & Aſtharothitæ.
76 Aſterius ſophiſta.
77 Athei.
78 Audæani.
79 Augures.
80 Auguſtiniani.
81. Auxentius Mediolanenſis epiſcopus.

LIBRI SECVNDI TITVLI.

1 BAalitæ.
2 Baculares.
3 Bagnolenſes ſeu Baiolenſes.
4 Balaamitæ.
5 Balatius Aegypti dux Arrianus.
6 Balthaſar Pacimontanus.

7 Barbas Antiochenus Epiſcopus Arrianus.
8 Barbara Sigiſmundi Imperatoris vxor.
9 Bardeſaniſtæ.
10 Barlaamus & Acindynus.
11 Bartholomæus Ianoueſius.
12 Baſilidiani.
13 Baſſus.
14 Baterburgici.
15 Bayras.
16 Bedricus.
17 Begardi, & Beguinæ.
18 Belliani.
19 Belitæ.
20 Berengarius.
21 Beryllus Boſtrenſis epiſcopus.
22 Bezanitæ.
23 Bibliſtæ.
24 Biſſacramentales.
25 Biſochi.
26 Blaſtus.
27 Bohemi.
28 Bogomiles.
29 Bonoſiaci.
30 Bononatus.
31 Borboriani.
32 Boquinij.
33 Brachitæ.
34 Brentius.
35 Bucerus.
36 Buddas.
37 Bugaurius de monte Falcone.
38 Bulgari.

LIBRI III. TITVLI.

1 Acangelici.
2 Caimani, ſeu Caiani.
3 Caliculatij.
4 Caluiniſtæ.
5 Campates.
6 Campaniſtæ.
7 Campenſes.
8 Corolſtadius.
9 Carpocratiani.
10 Cataphrygæ, ſeu Cataphrygiſ.
11 Cathari.
12 Cathari alij, ſiue Cathariſtæ.
13 Cæleſtiani.
14 Cerdoniani.
15 Chazinzarij.
16 Cerinthiani.
17 Chiliaſtæ.
18 Chriſtophorus Schaplerus.
19 Circuitores.
20 Clancularij.
21 Claudius Taurinenſis epiſcopus.
22 Cleobiani.
23 Colluthiani.
24 Colorboſij.
25 Collyridiani.
26 Communia habentes.
27 Concordenſes, ſeu Cozocenſes.
28 Condormientes.
29 Confeſſioniſtę.
30 Cononitæ.
31 Conſtantius Imperator.
32 Conſtans Imperator.
33 Conſtantinus quintus Imperator.
34 Conſtantinus ſextus Imperator.
35 Contobabditæ.
36 Copti.
37 Coſmiani.
38 Creſconius.
39 Criſpinus Calamenſis epiſcopus.
40 Cynici.

LIBRI IIII. TITVLI.

1 Adoes.
2 Dæmoniaci.
3 Dauidici, ſeu Dauidgeorgiani.
4 Dauid Dimantius.
5 Deiſtæ.
6 Deſiderius Longobardus.
7 Deuterius Arrianorum epiſcopus, Baptiſmi verborum præuaricator.
8 Dicartitæ.
9 Dimœritæ.
10 Dimophilus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.
11 Dioſcorus Alexandrinus epiſcopus.
12 Diotrephes.
13 Diſcalceati.
14 Donatiſtæ.
15 Dorotheus, ſectæ Arrianæ epiſcopus.
16 Doſitheus.
17 Dulcinus.
18 Durandus de Vualdach.

LIBRI V. TITVLI.

Ebionitæ

1 Ebionitæ.
2 Eucebolus ſophiſta.
3 Eiulantes.
4 Elceſæi, ſeu Elcheſaitæ.
5 Eleuſius Cyzicenus epiſcopus.
6 Elymas Magus.
7 Elpidius.
8 Eluidius.
9 Emeritus Cæſareenſis Mauritaniæ vrbis epiſcopus.
10 Encratitæ.
11 Energici.
12 Euthuſiaſtæ.
13 Epicurei.
14 Eraclitæ.
15 Eſſæi.
16 Euangelici.
17 Euchitæ.
18 Eudoxius Germanicienſis epiſcopus.
19 Eunomiani.
20 Eupſychiani.
21 Euſebius Nicomedienſis epiſcopus.
22 Euſebius Conſtantij Imperatoris archi eunuchus.
23 Euſtathius Sebaſtienſis epiſcopus.
24 Eutychiani.
25 Euzoius.

TITVLI VI. LIBRI.

1 Falſi prophetæ.
2 Farelliſtæ.
3 Fauſtus Manichæus.
4 Felix Manichæus.
5 Felix alius.
6 Felicianus.
7 Flauitas Conſtantinopolitanus epiſcopus.
8 Flagellantes.
9 Florinus.
10 Fortunatus.
11 Fortunatianus Aquilegienſis epiſcopus.
12 Fortunatitæ.
13 Fratricelli.
14 Fulgentius.

LIBRI VII. TITVLI.

1 Gainitæ.
2 Gainas.
3 Galla.
4 Galatæ.
5 Gaudentius Donatiſtarum Epiſcopus.
6 Genſerichus Aphricæ rex.
7 Georgius Alexandriæ epiſcopus.
8 Georgius Laodicenſis epiſcopus.
9 Georgiani.
10 Georgius Dauid.
11 Gilbertus Porretanus, Pictauenſis epiſcopus.
12 Gnoſtici.
13 Gorthæus.
14 Gothi.
15 Græci.
16 Guido de Lacha.
17 Guilhermus Cornelius Antuuerpienſis.
18 Guilhermus de ſancto amore.

LIBRI VIII. TITVLI.

1 Hamſtedij.
2 Harmonius.
3 Helcheſaitæ.
4 Heliognoſtici.
5 Heluidiani.
6 Hemerobaptiſtæ.
7 Henriciani.
8 Heracleonitæ.
9 Hermas.
10 Hermanus Riſſuich.
11 Hermanus Italus.
12 Hermogeniani.
13 Herodiani.
14 Heron apoſtata, cum alijs eiuſdem perfidiæ.
15 Heshuſij.
16 Hierarchitæ.
17 Hieronymus Pragenſis.
18 Hilarius.
19 Honorichus Vuandalorum Rex.
20 Hugoniſtæ.
21 Huſſitæ.
22 Huritæ.
23 Hymenæus.

LIBRI IX. TITVLI.

1 Iacobellus.
2 Iacobitæ.
3 Iacobus Præpoſiti.

4 Iacobus uſtus.
5 Ibas Ediſſenus epiſcopus.
6 Iconoclaſtæ,ſeu Iconomachi.
7 Idololatræ hæretici.
8 Ienenſes.
9 Ignoitæ.
11 Illyricani.
12 Indiani.
13 Inſabbatati.
14 Interimiſtæ.
15 Inuiſibiles.
16 Ioachim Abbas.
17 Ioannes de Leiden Anabaptiſtarum Rex.
18 Ioannes Oecolampadius.
19 Ioannes Spangenbergus.
20 Ioannes Vuicleffus.
21 Ioannes de Rocſeſana
22 Ioannes Vueſtphalus.
23 Ioannes de Ziſcha.
24 Ioannes Roatius.
25 Ioannes Præmonſtratenſis ordinis.
26 Ioannes de Poliaco.
27 Ioannes Philoponus,Alexandrinus grammaticus.
28 Iouinianus.
29 Iſini.
30 Iudas Iſcariotes.
31 Iudæorum hæreſis.
32 Iulianus Halicarnaſſeus.
33 Iulianus epiſcopus Capuanus.
34 Iulianus apoſtata,imperator.
35 Iuſtificatorij hæretici.
36 Iuſtina Valentiniani imperatoris mater.

LIBRI X. TITVLI.

1 Amperiani.
2 Leo tertius & quartus Imperatores.
3 Liberi.
4 Libertini.
5 Licinius Imperator.
6 Loiſtæ.
7 Lollardi.
8 Lucianus Conſtantinopolitanus epiſcopus.
9 Luciferiani.
10 Lucas Sternberger.
11 Ludoicus Alemani.
12 Lucilla
13 Lucianus.
14 Lucius Alexandrinus epiſcopus, Arrianus.
15 Lutherani.
16 Lutheropapiſtæ.
17 Lutheroſiandriani.
18 Lutherozuingliani.
19 Lutherocaluiniani.

LIBRI XI. TITVLI.

1 Macedoniani.
2 Macarius, Antiochenus Epiſcopus.
3 Mahometes.
4 Maiorinus Carthaginenſis epiſcopus.
5 Maiorani.
6 Manichæi.
7 Mansfeldenſes.
8 Manifeſtarij.
9 Manuſimpoſitorij.
10 Marathonius Nicomedienſis epiſcopus.
11 Marcellus,Ancyranus epiſcopus.
12 Marcion.
13 Marcus.
14 Marinus ſectæ Arrianæ apud Conſtantinopolim præfectus.
15 Maris Chalcedonenſis Epiſcopus.
16 Maronytæ.
17 Marſilius.
18 Martyriani.
19 Masbotheus.
20 Maſſaliani.
21 Mathematici.
22 Maximinus,Arrianorum epiſcopus.
23 Maximilla, Montani hæretici propheteſſa.
24 Melchiſedechiani.
25 Melanchthonici.
26 Melchioritæ.
27 Meletiani.
28 Menandriani.
29 Menas,diaconus Arrianus.
30 Menophantus,apud Epheſum epiſcopus Arrianus.
31 Mennonitæ.
32 Metamorphiſtæ.
33 Metangiſmonitæ.
34 Molochitæ,& Remphamnitæ.
35 Monaſterienſes.
37 Monophyſitæ ſeu Monothelitæ.
38 Montaniſtæ ſeu Montani.
39 Moſes falſus in Creta.

40.Munze.

SVM, HOC IN OPERE IVXTA TITVLOS RECENSIT.

40 Muntzerici.
41 Mundanitæ.
42 Muſoritæ.
43 Muſcaronitæ.
44 Muſculani.

LIBRI XII. TITVLI.

1 NArciſſus, Neroniadis epiſcopus
2 Arrianus.
3 Nazaræi.
4 Nepos epiſcopus Aegypti.
5 Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſco-
6 pus.
7 Neutrales Sacramentarij.
8 Nicolaus Galecus.
9 Nicolaitæ.
10 Noetiani.
11 Nouatiani.
12 Nudipedes.
13 Nyctages.

LIBRI XIII. TITVLI.

1 OLipius.
2 Ollarij.
3 Ophitæ.
4 Orebitæ.
5 Origeniſtæ.
6 Orphani.
7 Oſiandriani.

TITVLI XIIII. LIBRI.

1 PAcifici.
2 Parmenianiſtæ.
3 Paſchatitæ.
4 Paſcentius.
5 Paſſioniſtæ.
6 Paſtillarij.
7 Paſtoricidæ.
8 Patriciani.
9 Paterniani.
10 Patropaſſiani.
11 Patralorinchitæ.
12 Paulus Samoſatenus, Antiochenus epi-
ſcopus.
13 Pauperes de Lugduno.
14 Pelagius.
15 Pepuzitæ.
16 Petilianus.
17 Petrus Dreſenſis.
18 Petrus de Bruis.
19 Petrus Cnaphæus, Antiochenus epi-
ſcopus.
20 Petrus Ioannis.
21 Petrus Abailardus.
22 Phariſæi.
23 Philetus.
24 Phitoniſſæ.
25 Photinus Sirmienſis epiſcopus.
26 Pikardi.
27 Pneumatomachi.
28 Pœnitentiarij.
29 Polygamiſtæ.
30 Porphyrius.
31 Poſtellani.
32 Praxeas.
33 Prædeſtinati.
34 Præmonſtratenſis apoſtata.
35 Priſca ſeu Priſcilla, &c.
36 Priſcillianus, Abilæ ciuitatis Hiſpaniæ e-
piſcopus.
37 Proclianitæ.
38 Procopius.
39 Proculus.
40 Pſalliani.
41 Pſeudoapoſtoli.
42 Ptolemæus.
43 Publicani.
44 Puteoritæ.

LIBRI XV. TITVLI.

1 QVadriſacramentales.
2 Quatuordecimani.
3 Quintianus, Gazæorum epiſcopus.
4 Quintinus.
5 Quintilliani.

LIBRI XVI. TITVLI.

1 RAnatitę.
2 Raymundus Lullius.
3 Rhetorij.
4 Rhuteni.
5 Reiudaizantes.
6 Rogatiani.
7 Riſuicani.

LIBRI XVII. TITVLI.

1 SAbbas.
2 Sabbatius.
3 Sabbararij.
4 Sabellius Pentapolitanus.
5 Sabinus, Heracleæ epiſcopus.

6 Sacerdotales.
7 Sacramentarij.
8 Sadducæi.
9 Samaritani.
10 Sampſæi.
11 Sanguinarij.
12 Sarrabaitæ.
13 Sataniſtæ.
14 Saturninus.
15 Schiſmatici.
16 Scripturarij.
17 Secundus, Valentini hæretici diſcipulus.
18 Secundus, Ptolemaidis epiſcopus.
19 Secundinus.
20 Sectarij.
21 Seleuciani & Hermiani.
22 Semiarriani.
23 Semichriſtiani.
24 Semilutherani.
25 Semioſiandriani.
26 Serras
27 Sergius, Conſtantinopolitanus patriarcha.
28 Sergius pſeudomonachus.
29 Serpenticolæ.
30 Seruetiani.
31 Sethiani.
32 Seueriani.
33 Seuerus, Antiochenus epiſcopus.
34 Significatiui.
35 Simoniaci.
36 Sſinius, Nouatianorum apud Conſtantinopolim epiſcopus.
37 Spirituales.
38 Stancariani.
39 Stebleri.
40 Stephanus, Antiochenus epiſcopus.
41 Suencfeldiani.
42 Symmachus Ebionita.
43 Syneretizantes.
44 Syrus Alexandrinus.

LIBRI XVIII. TITVLI.

1 TAndemus.
2 Taſcodrugitæ.
3 Tatiani.
4 Templarij.
5 Tertullianiſtæ.
6 Tetraditæ.
7 Teſſareſcædecatitæ.
8 Thaboritæ.
9 Thebutes.
10 Theodorus, Mopſueſtienſis epiſcopus.
11 Theoderichus Arrianus, Oſtrogotthorum Rex.
12 Theodoſiani.
13 Theodotus Byzantinus coriarius.
14 Theodotion, Bibliorum interpres.
15 Theognis, Nicenus epiſcopus.
16 Theonas, Marmaricæ epiſcopus.
17 Theopaſchitæ.
18 Theophronius.
19 Thomas Manichęus.
20 Thomas de Vio Caietanus.
21 Timotheus, Apollinaris hæretici diſcipulus.
22 Timotheus Aelurus, violentus epiſcopatûs Alexandrini occupator.
23 Tophetitæ.
24 Trinitarij.
25 Triſacramentales.
26 Trogloditæ.
27 Tropiſtæ.
28 Turilupini.

LIBRI XIX. TITVLI.

1 VAdiani.
2 Valeſij.
3 Valens Imperator.
4 Valens Murſiæ & Viſicius Singidonis in Pannonia epiſcopi, Arriani.
5 Valentiniani.
6 Valentiniſtæ.
7 Vbiquetij.
8 Venuſtiani.
9 Vergerius.
10 Vigilantius.
11 Vitalis Antiochenus epiſcopus.
12 Vualdenſes.
13 Vuiclefius.

LIBRI XX. TITVLI.

1 Xenaias, Hierapolitanus epiſcopus.

TITVLI XXI. LIBRI.

1 ZEno Imperator.
2 Zuinglius.

Finis indicis ſecundi.

HAERETICORVM, SEV POTIVS IDOLO-

latrarum index, qui ante Chriſtum natum ſub Iſraelitis principibus, (quos Iudices vocant) regibus, & ſacerdotibus, diuerſis temporibus emerſerunt, ordine alphabetico digeſtus.

1. Aſtaritæ & Aſtharotitæ.
2. Baalitæ, ſeu Belitæ.
3. Eſſæi, ſiue Eſſæni.
4. Fortunatitæ.
5. Heliognoſtici
6. Hemerobaptiſtæ.
7. Molochitæ.
8. Muſoritæ.
9. Muſcaronitæ.
10. Ophitæ.
11. Phariſæi.
12. Phitoniſſæ.
13. Puteoritæ.
14. Ranatitæ.
15. Saducæi.
16. Samaritani.
17. Serpenticolæ.
18. Tophetitæ.
19. Troglodıtæ.
20. Vitulicolæ.

SVCCESSIONIS HAERETICORVM, QVI

à Chriſto nato diuerſis temporibus, ſub Imperatoribus & Pontificibus Romanis eccleſiam falſis doctrinis corruperunt, & eius vnitatem diuiſerunt, index per centurias digeſtus.

Anni Chriſti nati.	CENTVRIA I.	*Anni quibus nos præceſſerunt.*
40	THebutes, à quo Thebutiani.	1527
51	Cleobius à quo Cleobiāi.	1516
52	Doſitheus, à quo Doſitheani.	1515
53	Gorthæus, à quo Gorthæani.	1514
55	Masbotheus, à quo Masbotheni.	1512
55	Simon Magus, à quo Simoniani.	1512
56	Hymenæus.	1511
56	Alexander Aerarius.	1511
56	Philetus.	1511
69	Cerinthus, à quo Cerinthiani.	1496
70	Diotrephes.	1497
80	Ebion, à quo Ebionitæ.	1447
80	Menander, à quo Menandriani.	1447
83	Nicolaus Antiochenus aduena, à quo Nicolaitæ.	1444
	14. numero.	

Anni Chriſti nati.	CENTVRIA II.	*Anni quibus nos præceſſerunt.*
118	SAturninus vel Saturnius, à quo Saturniani.	1449
124	Baſilides, à quo Baſilidiani.	1443
129	Gnoſtici.	1438
129	Carpocrates, à quo Carpocratiani.	1438
129	Borboriani.	1438
130	Chiliaſtæ.	1437
132	Aquilas.	1435
133	Nazaræi.	1434
144	Cerdon, à quo Cerdoniani.	1423
150	Valentinus, à quo Valētiniani.	1417
150	Ptolemæus, à quo Ptolemæitæ.	1417
150	Secundus, à quo Secundiani.	1417
150	Baſſus.	1417
152	Colorboſus, à quo Colorboſiani.	1415
154	Heracleo, à quo Heracleonitæ.	1413
155	Marcus, à quo Marcitæ.	1412
155	Marcion, à quo Marcioniſtæ.	1412
156	Lucianus, à quo Lucianiſtæ	1411

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerunt.
159	Caiani.	1408.
160	Archontici.	1407
163	Bardeſanes, à quo Bardeſaniſtæ.	1404
163	Harmonius, Bardeſanæ filius.	1404
173	Tatianus, à quo Tatiani.	1394
178	Seuerus, à quo Seueriani.	1389
178	Encratitæ.	1389
178	Apelles, à quo Apellitæ.	1386
180	Alogi, ſeu Alogiani.	1387
18	Artotyritæ.	1386
181	Aſcodrogitæ.	1386
181	Montanus, à quo Montaniſtæ.	1386
181	Priſca & Maximilla, Montani propheti ſſæ.	386
181	Cataphryg æ.	1386
18	Pepuzitæ ſeu Quintilliani.	1386
182	Florinus & Blaſtus.	1385
182	Paſchatitæ, ſeu Quatuordecimani, ſiue Teſſareſcędecatitæ.	1385
193	Theodotion, Bibliorum interpres.	1374
194	Adamiani.	1373
195	Sampſæi.	1372
196	Symmachus Ebionita, Bibliorũ interpres.	371
198	Valeſij.	1369
199	Angelici.	1368
199	Apoſtolici.	1368
	42 numero.	

CENTVRIA TERTIA.

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerunt.
200	AMmonius Alexandrinus, Origenis præceptor.	1367
207	Origenes, à quo Origeniſtæ, ſeu Origeniani.	1360
207	Arabici.	1360
207	Proculus.	1360
214	Beryllus, Boſtrenæ vrbis in Arabia epiſcopus.	1353.
221	Artemon.	1346
221	Theodotus, à quo Theodotiani.	1346
221	Metangiſmonitæ.	1346
221	Aſclepiadotus, à quo Aſclepiadotæi.	1346

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerunt.
225	Porphyrius, à quo Porphyriani.	1342
228	Tertullianus, à quo Tertullianiſtæ.	1339
239	Elcheſæi, ſeu Elcheſaitæ.	1328
240	Melchiſedechiani.	1327
250	Nouatus, à quo Nouatiani.	1317
259	Agrippinus, à quo Agrippiniani.	1308
259	Noëtus, à quo Noëtiani.	1308
260	Sabellius, à quo Sabelliani.	1307
260	Patropaſſiani.	1307
260	Praxeas.	1307
260	Hermogenes.	1307
270	Nepos, Aegyptius epiſcopus.	1297
273	Paulus Samoſatenus, Antiochenus epiſcopus, à quo Pauliniſtæ.	1294
273	Buddas, Manichæi præceptor.	1294
273	Manes, à quo Manichæi.	1294
273	Addam & Thomas, Manichæi diſcipuli.	1294
279	Apocaritæ.	1288
279	Cathariſtij ſeu Cathariſtæ.	1288
279	Dicarritæ.	1288
279	Hierarcha, à quo Hierarchitæ.	1288
280	Brachitæ.	1278
289	Abſtinentes.	1278
	31. numero.	

CENTVRIA QVARTA.

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerunt.
311	MEletius, à quo Meletiani.	1256
312	Licinius Imperator.	1255
315	Alexander Baucalis, presbyter Alexandrinus, Arriani hæreſis fons & origo.	1252
315	Arrius, à quo Arriani.	1252
315	Colluthus, à quo Colluthiani.	1252
315	Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus.	1252
315	Euzoius Arrij ſodalis intimus.	1252
315	Menas Diaconus Alexandrinæ Eccleſiæ.	1252
316	Menophantus Epheſinus Epiſcopus.	1251

320. Achil

Anni Christi nati.		*Anni quibus nos præcesserũt*
320	Achillas Alexandrinus epiſcopus.	1247
320	Euſtathius Sebaſtienſis epiſcopus.	1247
325	Georgiani.	1242
328	Theognis, Nicenus epiſcopus.	1239
328	Secundus, Ptolemaidis epiſcopus.	1239
328	Maris, Chalcedonenſis epiſcopus.	1239
330	Theonas, Marmaricæ epiſcopus.	1237
339	Aſterius ſophiſta.	1228
340	Conſtantius Imperator.	1227
340	Auxentius, Mediolanenſis epiſcopus.	1227
340	Marcellus Ancyranus epiſcopus, à quo Marcelliani.	1227
342	Quintianus, Gazæorum epiſcopus.	1225
342	Aerius, à quo Aeriani.	1225
343	Valens, Murſiæ: & Vrſicius, Singidonis in Pannonia epiſcopi.	1324
344	Narciſſus, Neroniadis Epiſcopus.	1223
346	Aceſius, Nouatianorum epiſcopus.	1221
350	Coſmiani.	1217
350	Photinus, Sirmienſis Epiſcopus.	1117
350	Stephanus, Antiochenus epiſcopus.	1217
351	Circuitores.	1216
352	Balatius.	12.5
357	Semiarriani.	12 0
357	Acacius, Cæſarecnſis Epiſcopus.	1210
357	Euſebius Archieunuchus Conſtantij Imperatoris.	1210
358	Donatus, à quo Donatiſtæ.	1209
358	Lucilla, Donati adiutrix.	1209
358	Maiorinus.	1209
358	Creſconius.	1209
358	Bonoſiaci.	1209
358	Aſſurritani.	1209
358	Eunomius, à quo Eunomiani.	1209
358	Anomi, ſeu Anomæi.	1209

Anni Christi nati.		*Anni quibus nos præceſſerunt.*
358	Georgius, Alexandriæ epiſcopus,	1209
358	Georgius, Laodicenſis Epiſcopus.	1209
359	Macedonius, à quo Macedoniani.	1208
359	Pneumatomachi.	1208
359	Sabinus Heracleæ epiſcopus.	1208
360	Marathonius, Nicomedienſis epiſcopus.	1207
360	Fortunatianus Aquilegienſis epiſcopus.	1207
363	Aetius, à quo Aëtiani.	1204
363	Serræ.	1204
365	Iulianus Apoſtata Imperator.	1202
365	Heron apoſtata cum nonnullis alijs eiuſdem perfidiæ.	1202
365	Lucifer, Caracalitanus epiſcopus, à quo Luciferiani.	1202
365	Campates.	1202
365	Ecebolus ſophiſta.	1202
367	Dadoes, Sabbas, Hermias, & Simeones, duces Maſſalianorum.	1200
368	Theophronius.	1199
368	Eupſychius à quo Eupſychiani.	1199
368	Adelphius.	1199
368	Agnoetæ.	1199
368	Sataniſtæ, vel Satanici.	1199
368	Dimophilus, Conſtantinopolitanus epiſcopus.	1199
370	Eudoxius, Germanicienſis epiſcopus.	1197
377	Airas, à quo Airani.	1190
377	Apollinares, pater & filius, à quibus Apollinariſtæ.	1190
377	Dimœritæ.	1150
377	Timotheus Apollinarium diſcipulus.	1190
378	Vitalis, Antiochenus Epiſcopus.	1189
378	Valens Imperator.	1189
378	Gotthi.	1189
378	Lucius, Alexandrinus Epiſcopus.	1189
378	Seleucus & Hermias, à quibus Seleuciani & Hermiani.	1189
380	Audæus, à quo Audæani.	1187

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerūt
380	Maſſaliani, qui & Enthuſiaſtæ, ſiue Euchitæ.	1187
381	Amantius, ſanctiſſimę Trinitatis oppugnator.	1186
382	Prochanitæ.	1185
388	Iuſtina, Valentiniani Imperatoris mater.	1179
388	Priſcillianus, Abilę ciuitatis Hiſpaniæ epiſcopus	1179
389	Parmenianus, Carthaginenſis epiſcopus, à quo Parmenianiſtæ.	1178
395	Marinus, ſectæ Arrianæ apud Conſtantinopolim epiſcopus.	1172
395	Iouinianus.	1172
395	Eluidius.	1172
395	Agapetæ.	1172
395	Antidicomarianitæ.	1172
395	Collyridiani.	1172
395	Felicianus.	1172
395	Anthropomorphitę, ſeu Vadiani.	1172
395	Dorotheus, ſectæ Arrianæ præfectus.	172
396	Eleuſius, Cyzicenus epiſcopus.	1171
398	Lucianus, Conſtantinopolitanus epiſcopus.	1169
399	Sabbatius, à quo Sabbatiani.	1168
	91. numero.	
	CENTVRIA V.	
400	Criſpinus, Calamenſis epiſcopus.	1167
400	Emeritus, Cæſareenſis epiſcopus.	1168
400	Hilarius.	1167
400	Fulgentius.	1167
402	Vigilantius.	1165
405	Secundinus.	1162
405	Pelagius, à quo Pelagiani.	1162
405	Gaudentius.	1162
405	Cæleſtius, à quo Cæleſtiani.	1162
405	Annianus.	1162
405	Gainas.	1162
405	Fortunatus.	1162
405	Iulianus, Capuanus epiſcopus.	1162
405	Felix Manichæus.	1162

Anni Chriſti nati.		Anni quibus nos præceſſerunt.
405	Maximinus, Arrianę ſectæ pręfectus.	1162
407	Fauſtus Manichæus.	1160
407	Abelonij, ſeu Abelonitæ.	1160
409	Paſcentius.	1158
414	Prædeſtinati.	1153
415	Perihanus.	1152
427	Neſtorius Conſtantinopolitanus epiſcopus, à quo Neſtoriani.	1140
427	Genſericus, Aphricæ Rex.	1140
427	Barbas, Antiochenus epiſcopus.	1140
428	Siſinius, Nouatianorum apud Conſtantinopolim miniſter.	1139
430	Ablabius.	1137
435	Moſes falſus in Creta.	1132
443	Eutyches, à quo Eutychiani.	1124
453	Dioſcorus, Alexādrinus epiſcopus, à quo Dioſcoriani.	1114
460	Timotheus Aelurus, violentus epiſcopatûs Alexandrini occupator.	1107
476	Flauitas, Cōſtantinopolitanus epiſcopus.	1091
476	Petrus Cnaphæus, Antiochenus epiſcopus.	1091
476	Anthimus Conſtantinopolitanus epiſcopus.	1091
476	Theodorus, Mopſueſtienſis epiſcopus.	1091
476	Zeno Imperator.	1091
476	Honorichus, Vuandalorum Rex.	1091
476	Gainus, à quo Gainitę.	1091
476	Ibas, Edeſſenus epiſcopus.	1091
485	Theoderichus, Oſtrogotthorū Rex.	1082
493	Anaſtaſius Dicoros Imperator.	1074
493	Deuterius Arrianorū epiſc. Baptiſmi verborū præuaricator.	1074
494	Seuerus Antiochenus epiſcop⁹.	1073
494	Acephali.	1073
494	Angelitæ.	1073
495	Xenaias, Hierapolitanus epiſc.	1072
499	Ioannes Philoponus, Alexandrinus Grammaticus.	1066
	45. numero.	

Cen.

Anni Christi nati.		*Anni quibus nos praeceſſerunt.*
	CENTVRIA VI.	
505	OLipius Carthaginenſis epiſcopus.	1062
517	Monophyſitæ, ſeu Theopaſchitæ.	1050
536	Aphthartodocitæ.	1031
540	Syrus Alexandrinus.	1027
559	Macarius Antiochenus epiſcopus.	1008
584	Iacobitæ.	983
584	Cononitæ.	983
584	Conobaldiræ.	983
592	Theodoſius, à quo Theodoſiani.	975
599	Tetraditæ.	968
	10. numero.	
	CENTVRIA VII.	
604	IVlianus Halicarnaſſeus.	963
604	Sergius Conſtantinopolitanus epiſcopus.	963
624	Bayras.	943
630	Sergius Pſeudomonachus.	937
630	Mahometes pſeudopropheta.	937
640	Armeni.	927
640	Chazinzarij.	927
643	Conſtans, Conſtantini tertij filius, Imperator.	924
650	Agareni.	917
694	Aginnenſes.	873
699	Maronitæ.	868
	11. numero.	
	CENTVRIA VIII.	
719	IConoclaſtæ, ſeu Iconomachi, id eſt, diuorum imaginum ruptores.	848
719	Leo tertius huius nominis Imperator.	848
743	Conſtantinus quintus huius nominis Imperator.	824
778	Leo quartus huius nominis Imperator.	689
783	Conſtantinus ſextus huius nominis Imperator.	784
783	Felix quidam.	783
796	Baiolenſes & Concordenſes.	771
796	Albanenſes.	771
	8 numero.	

Hæreticorum interregnum, hoc eſt, Eccleſiæ ab hæreticis infeſtationibus quies & ceſſatio, per ducentorum annorum ſpatium & vltrà, ſub initium tranſlati Imperij ad Germanos: ab anno videlicet 800. quo Carolus meritò magnus dict⁹, regnare cœpit, vſque ad 1000. & vltrà, donec ſub Henrici tertij imperio, Berengarius diaconus Andegauanus in Gallia erupit, circa annum 1048. Quod ſanè Dei optimi maximi gratia & fauore, atque ſapientum principum ſedulitate ac diligentia, in Deumque & Chriſtianam religionem propenſa ſinceritate atque flagranti dilectione, contigiſſe nemo dubitauerit, qui eorundem principum hiſtorias diligenter perlegerit. Sed hæc obiter. Nunc ad noſtrorum hæreticorum ſeriē redeundum.

Anni Christi nati.		*Annis quibus nos praeceſſerunt.*
	CENTVRIA IX.	
1048	BErengarius, Diaconus Andegauanus.	519
	1. numero.	
	CENTVRIA X.	
1117	DVrandus de Vualdach.	450
1117	Marſilius.	450
1124	Tandemus.	443
1124	Petrus de Bruis.	443
1128	Henricus, à quo Henriciani.	439
1140	Arnaldus, à quo Arnaldiſtæ.	427
1143	Petrus Abailardus.	424
1147	Gilbertus Porretanus, Pictauenſis epiſcopus.	420
1160	Pauperes de Lugduno, ſiue Vualdenſes.	413
1160	Inſabbatati.	413
1179	Bogomiles.	368
1195	Ioachimus Abbas.	372
1199	Petrus Ioannis.	368
	13. numero.	

Cen.

CENTVRIA XI.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus nos præceſſerunt.*
1200	Albigenſes, vel Albigiſæi.	367
1204	Almaricus, Pariſiēſis doctor.	363
1204	David Dinantius.	363
1250	Guilhelmus de ſancto Amore.	317
1260	Raymundus Lullius.	307
1260	Deſiderius Longobardus.	307
1273	Flagellantes.	394
1297	Hermanus Italus.	270
	8 numero.	

CENTVRIA XII.

1304	Fratticelli.	263
1309	Dulcinus, à quo Dulciniſtæ.	258
1311	Templarij.	256
1313	Barlaamus & Acindynus.	254
1314	Iacobus Iuſtus.	253
1314	Bononatus.	253
1314	Beguardi & Beguinæ.	252
1323	Ioannes de Poliaco.	244
1346	Adamitæ in Bohemia exorti.	221
1352	Ioannes Vuicleffus.	215
1352	Claudius, Taurinenſis epiſcopus.	215
1353	Lamperiani.	214
1360	Armacanus.	207
1360	Lollardi.	207
1363	Bartholomæus Ianoueſius.	204
1372	Turlupini.	195
	15. numero	

CENTVRIA XIII.

1410	Iacobellus.	157
1410	Petrus Dreſenſis.	157
1411	Thaboritæ.	156
1411	Ioannes de Ziſcha.	156
1411	Procopius.	156
1412	Barbara, Sigiſmundi Imperatoris vxor.	155
1412	Ioannes Roatius.	155
1412	Ioannes Monachus, Præmonſtratenſis ordinis.	155
1413	Ioannes Huſs, à quo Huſſitæ.	154
1414	Pikardi.	215
1414	Hieronymus Pragenſis.	151
1418	Orebitæ.	149
1418	Bedricus.	149
1420	Orphani.	147
1430	Ioannes de Rocſeſana.	1.7
1434	Nicolaus Galecus.	133
1499	Hermanus Riſſuich.	68.
	17. numero.	

CENTVRIA XIIII.

1517	Martinus Lutherus, à quo Lutherani.	50
1517	Thomas de Vio.	50
1523	Iacobus Præpoſiti.	44
1524	Thomas Muntzerus, à quo Mūtzerici.	43.
1525	Ioannes Oecolampadius.	42
1525	Andreas Carolſtadius.	42
1525	Quintinus, à quo Quintiniſtæ.	42
1525	Vldrichus Zuinglius, à quo Zuingliani.	42
1527	Georgius David, ſiue David Georgius.	40
1529	Chriſtophorus Schaplerus.	38
1529	Vergerius.	38
1530	Philippus Melanchthon, à quo Melanchthonici.	37
1530	Martinus Bucerus.	37
1533	Ioannes Vueſtphalus.	35
1534	Balthaſar Pacimontanus.	33
1534	Ioannes Caluinus, à quo Caluiniſtæ.	33
1534	Ioannes de Leiden, Anabaptiſtarum Rex.	33
1536	Ioannes Spangebergus.	31
1538	Michael Seructus, à quo Serue tiani.	29
1540	Ioannes Brentius.	27
1550	Theodorus Beza, à quo Bezanitæ.	17
1561	Lucas Sternbergus.	6
1564	Deiſtæ, ſeu Trinitarij.	3
1566	Ludoicus Alemani.	1
1567	Athei, ſeu Epicurei.	1
1567	Cynici.	1

NO.

NOSTRI SECVLI SECTARVM EX

Lutheri pſeudoeuangelio natarum catalogus, è Lindani Ruræmundenſis epiſcopi Dubitantio deſumptus.

EVangelicorum igitur, qui Euangelijſtius noui, quod iactant, doctrinam per Lutherum alioſve adulteratam ſectantur, tres claſſes reperiuntur:

Videlicet, { Lutherani. / Semilutherani. / Antilutherani. } *Ab anno 1517. vſque ad annum 1567*

PRIMA EVANGELICORUM claſſis.

Illyricani. 1.
Maiorani. 2.
Antinomi. 3.
Mansfeldenſes. 4
Ienenſes 5.
Oſiandriani. 6.
Stancariani. 7.
Muſculani. 8.
Iuſtificatorij. 9.
Pfeffinge[ri]ani. 10.
Paſtillarij. 11.

} Lutherani.

SECVNDA EVANGELICORUM claſſis.

Interimiſtæ. 1.
Adiaphoriſtæ. 2.
Lutheroanſiandriani. 3
Lutherozuingliani. 4.
Vbiquetij. 5
Belliani. 6
Heshuſij. 7.
Melanchthonici. 8.
Frontores. 9
Pneumatici. 10.
Lutheropapiſtæ. 11

} Semilutherani.

TERTIA EVANGELICORUM claſſis.

Sacramentarij. 1.
Zuingliani. 2.
Oecolampadiani. 3.
Martyriani. 4.
Buccrani. 5.
Farelliſtæ. 6.
Caluiniſtæ. 7
Bezaniſtæ. 8
Boquinij. 9.
Richerij ſeu Marcioniſtæ. 10
Valentiniſtæ. 11
Seruetiani. 12.
Alaſcani. 13
Campaniſtæ. 14
Hamſtedij. 15
Suuenckfeldiani. 16.
Poſtellani. 17
Deiſtæ ſeu Trinitarij. 18.
Antimariani. 19.
Anabaptiſtæ. 20
Muntzerici. 21
Apoſtolici. 22.
Nudipedes. 23
Spirituales. 24.
Cathari. 25.
Tacentes. 26.
Euchitæ. 27
Euthuſiaſtæ. 28.
Adamitæ, ſeu Adamiani. 29.
Mennonitæ. 30
Tibbæ. 31
Maliapi. 32
Liberi. 33.
Adiaphori. 34.
Hutitæ. 35
Ambroſiani. 36.
Auguſtiniani. 37.
Melchioritæ. 38
Monaſterienſes. 39.
[illegible]lancularij. 40
Manifeſtarij. 41.
Baculares. 42.
Scripturarij. 43
O[illegible]larij. 44.
Dauidgeorgiani. 45.
Batemburgici. 46
Pacifici. 47
Paſtoricidæ. 48.
Sanguinarij. 49
Aegidiani. 50.
Libertini. 51.
Quintiniſtæ. 52
Antichriſtiani. 51.
Dæmoniaci. 54
Dæmonicolæ. 55.
Epicurei, ſeu Athei. 56.

} Antilutherani.

Iſthæc eſt ergo Martini Lutheri quinti [illegible] genealogia ſeu poſteritas & ſucceſſio.

Hanc ruſſus Staphylus, libro quem de Lutheranorum [illegible] ſi concordia [illegible] edidit, in tres immundos ſpiritus, ſeu buſones partitur:

Nempe, { Anabaptiſtas. / Sacramentarios. / & [illegible], ſeu Confeſſioniſtas: qui Proteſtantes [illegible] nuncupantur. }

Primus [illegible] inquit ſpiritus immundus ſeu buſo, eſt Bernardus Rotmanus, laicus quidem ille & indoctus, filius tamen Lutheri & pater Anabaptiſtarum: qui cœpit anno Domini 1524. Ex eo prodiere:

Muntzerani.	1.
Adamitæ.	2.
[illegible]	3.
[illegible]	4.
[illegible]	5.
[illegible]	6
[illegible]	7.
[illegible] habentes.	8.
[illegible] entes.	9.
Eiulantes.	10.
[illegible]	11.
Mennonitæ.	12
[illegible]	13.

Secundus ſpiritus immundus & buſo, eſt Caroloſtadius, [illegible], & pater Sacramentariorum: qui cœpit anno Domini [illegible] poſtea Zuinglius & Caluinus [illegible].

Eſt autem Sacramentariorum multiplex genus. [illegible] Sacramentarij [illegible], quas Lutherus ipſe in ſua [illegible] confeſſione de Cœna Domini, Zuinglianis impingit. Deinde ſex ſunt aliæ, quas Philippus Melanchthon [illegible] eſſe [illegible] Lutheranos: quemadmodum in eius Iudicio, quod ante obitum ſuum ad Rheni electorem principem ſcripſit & anno 156[illegible]. Heidelbergæ editum eſt, luculenter ac perſpicue videre licet. Communiter verò ſunt ea quæ ſequuntur:

Significatiui.	1.	Sacramentarij.
Tropiſtæ.	2.	
Energici.	3.	
Arrabonarij.	4.	
Adeſſenarij.	5.	
Metamorphiſtæ.	6.	
[illegible]	7.	
Neutrales Sacramentarij.	8.	
Iconoclaſtæ.	9	

Tertius immundus ſpiritus, ſeu buſo, Melanchthon eſt, pater Confeſſioniſtarum, filius Lutheri pſeudoprophetæ, cœpitque anno Domini 1530. Quorum ſunt [illegible] claſſes.

Primi [illegible] orum ſunt Rigidi & Stoici Lutherani, qui ſine vllo delectu omnes Lutheri abſurditates defendunt: adeo quidem rigide, vt nihil Lutherus potuerit aliquando tam rancidum fœdumque dicere, quod illi pro ſacroſancto & puro Dei Euangelio non prædicent & tueantur. Sunt autem ij:

Antinomi.	1.	Rigidi Cõfeſſioniſtæ
Samoſatenici.	2	
Infernales.	3.	
[illegible]	4.	
Anti[illegible]	5	
An[illegible]	6.	
Anti[illegible]	7.	
Anti[illegible]	8.	
Antiſuenckfeldiani.	9	
Anticaluiniani.	10.	
Manuſimpoſitorij.	11.	
Biſacramentales.	12.	
Sacerdotales.	13.	
Inuiſibiles.	14	

Secunda claſſis Confeſſioniſtarum, ea eſt, in qua ſunt [illegible] Philoſophi Theologi Vuittenbergenſes, qui volunt ciuiles & manſueti, omnibusque ſupradictis (ſunt enim ſectarij [illegible] ſeditioſi) cordatiores videri, & [illegible] modo cum alijs ſectis pacem colere, [illegible] ut quondam Meletiani & Rhetoriani. Dùque ex libro INTERIM [illegible] quantulùm ſe propiùs ad catholicos accedere velle ſimulant, ex alijs erroribus [illegible] os æque fœdos, prioribusque [illegible] os [illegible] buntur, alicubi ex Man[illegible] Pelagiani, Sunt autem ij:

Bibliſtæ

Bibliſtæ.	1.	
Adiaphoriſtæ.	2.	
Triſacramentales.	3.	
Quadriſacramentales.	4.	
Lutherocaluiniani.	5	
Semioſiandriani.	6.	
Maioniſtæ.	7.	
Pœnitentiarij.	8.	
Noui pelagiani.	9.	
Syneretizantes.	10.	

Tertia Confeſſioniſtarum claſſis, eſt ea, in qua ſunt Extrauagantes. Qui tametſi doctrinam Auguſtanæ confeſſionis non obſcurè oppugnent, tamen greges iſtorum prophetarũ ſub Auguſtanæ confeſſionis prætextu, ſe pro Lutheranis gerunt, idque propter authoritatem principum, qui eidem Confeſſioni nomen ſuum dederunt: re ipſa tamẽ longius vagantur à placitis Lutheri, quam cætera turba Confeſſioniſtarum. Sunt autẽ hi.

Suenefeldiani.	1.	Extrauagantes Confeſſioniſtæ.
Oſiandrini.	2.	
Stancariani.	3.	
Antiſtancariani.	4.	
Noui Pelagiani.	5	
Noui Manichæi.	6.	
Manichæi & Marcioniſtæ Caluiniani.	7	

Hæ porro ſectæ, generali appellatione, his nomenclaturis vulgo nuncupantur:

Hugoniſtæ.	1.	Hæreticorum noſtri tẽporis vulgaris appellatio.
Euangelici.	2.	
Sacramentarij.	3.	
Sectarij.	4	
Idololatræ hæretici.	5	
Cacangeli.	6	
Sar[illegible]æ.	7	
Falſi prophetæ, ſeu pſeudoapoſtoli. De his vide locis ſuis.	8.	

Hæc eſt ergo Martini Lutheri omniũ recentiorum hæreticorum patris, origo & ſucceſſio: quam quo ad viuum magis cordatus lector contemplari poſſit: v[illegible] uſque atque tenacius ſuæ menti imprimere, hãc tabella depictam, ob oculos ponere operepretium duximus.

SEQVITVR ORDO ET SERIES

Principum ſeu Iudicum, Regumq́ ac ſummorum Sacerdotum, quorum temporibus hæreſes ſeu potius Idololatriæ apud Iudæos ſubortæ fuerunt.

EST ergo hic in primis animaduertendum, Iſraeliticum populum à defuncto Moſe, principes habuiſſe, qui partim authoritate [illegible] hominum creabantur, partim verò à Deo peculiari quadam voluntate excitabantur, per quos non paucæ res geſtæ ſunt, & præclaræ & inſignes. Principes hi conſuetudine Hebraica Iudices dicebantur, qui poſtea Reges ſunt appellati: quorũ nomina, ſicut & de Imperatoribus, & ſummis Romanorum pontificibus poſtea dicemus, hoc in loco recenſenda duximus, quo planius videri poſſit, quot fuerunt numero, quibusque regnarunt ſeculis. Sunt ergo huiuſmodi.

Regum numerus.		*Anni quibus regnarunt.*
1.	Moyſes itaque eorum primus dux & legiſlator regnauit annis	40.
2.	Ioſue, quem alij Ieſum nominant, regnauit annis	17.
3.	Iudas.	32.
4.	Othoniel.	40.
5.	Aod.	8.
6.	Barach cum Debora propheteſſa annis	40.
7	Gedeon	40.
8.	Abimelech.	3.
9.	Thola.	27.
10.	Iair	22.
11.	Iepthe.	6
12.	Abeſan.	7.
13.	Elon.	10.
14.	Abdon.	8

15. San[illegible]on. 20.
16. Eli ſummus ſacerdos. 40.
17. Samuel & Saul 40.

Hic obſeruandum obiter, ab egreſſu Iſraelitarum ex Aegypto vſque ad initium regni Samuelis, quadringentos ſexaginta annos interceſſiſſe, quemadmodum ex 3. Reg.6. aperte indicatur.

18.	Dauid imperauit annos	40.
19.	Salomon.	40.
20.	Roboam.	17.
21.	Abia.	3.
22.	Aſa.	14.
23.	Ioſaphat.	25.
24.	Ioram.	8.
25.	Ochoſias.	1.
26.	Athalia Ochoſię mater.	7.
27.	Ioas.	40.
28.	Amaſias.	29.
29	Ozias, qui & Azarias.	42.
30.	Ioatham.	16.
31.	Achaz.	16.
32.	Ezechias.	29
33	Manaſſes.	55.
34	Amon.	2.
35	Ioſias.	[illegible]
36.	Ioachaz, regnauit menſes	3.
37.	Ioachim, annos	11.
38.	Iechonias, menſes	3.
39.	Sedechias, annos	11.

Sub hoc Rege, à Nabuchodonoſor Rege Babylonis vrbs Ieruſalem obſeſſa, & cum templo quod ſufficerat ædificari Deus, [illegible] potius idololatriæ, quæ apud Iudæos inualeſcebat, [illegible] maxima pars Iudaici populi [illegible] Babylonicam abducta eſt.

Ad cuius vrbis direptionem à Dauide [illegible] & ſex anni interfuerunt. Hactenus manſit Regium nomen apud Dauidis poſteros, inter quos fuerunt non pauci inſignes & præclari Reges, vt nullo in regno alio. Nam hoc regnum [illegible] peculiariter inſtituerat Deus, & [illegible]. Sed quia peccatum, maxime hæreſeos & idololatriæ, inter eos non deerat, ideò puniti ſunt à Deo, & mutatum regnum eſt, & in Babylone annis ſeptuaginta captiuum detentum. Poſt quorum tamen ex Babylone reditum, apud poſteritatem ex Dauidico genere ſumma imperij permanſit, excepto, quod Regiæ appellationis dignitate carebant, & Principes ſolum vocabantur. Et regnarunt vſque ad Antiochi tempora, quorum etiam meminit diuus Lucas in genealogia Chriſti. Fuerunt autem ij:

1.	Zorobabel regnauit annis	68.
2.	Reſa Miſcolam.	66.
3.	Ioanna Ben Reſa:	51.
4.	Iudas I. Hyrcanus, temporibus Alexandri magni.	14.
5.	Poſt Alexandrum regnauit Ioſeph huius nominis primus, annis	7.
6.	Abner Semei.	11.
7.	Eli Marathia.	12.
8.	Aſer Maath	9.
9.	Nag[illegible] Artaxat.	10.
10.	Hagat Eli.	8.
11.	Maſſot Naum.	7.
12.	Amos [illegible]b.	14.
13.	Matathia [illegible] Ioa.	10.
14	[illegible]	60
15.	Ioanna [illegible]	16.

Hic aduersus Arabas magna bella geſſit, & victoria ſæpe potitus eſt. Porrò cùm ab Antiocho Epiphane in arce quadam obſeſſus eſſet, neque ſe præſidio lôgius tueri poſſet, tamen dedere ſe noluit, ſed fortiter dimicando in pugna reſtitit hoſtibus, donec interemptus eſt. Poſtremus is fuit in populo Iudaico princeps ex regio ſtemmate Dauidis. Poſt hunc regno præfuerunt Machabæi, qui ex ſacerdotali genere fuerunt. Cæterum poſt hos tranſlatum eſt Iudaicum Regnum ad Herodis genus, quod ex gentibus erat, ſed receperat circuncisionem. id verò prædixerat Deus, vt ſceptrum & maieſtas in perpetuum tolleretur à Iuda & ſucceſſoribus Dauidis, ſub aduentum promiſſi Chriſti. Neque vero alienatum fuerat regnum a poſteritate Dauidis ſupra centum & ſexaginta annos, antequam naſceretur Chriſtus: adeò vt necdum hominum memoriam exceſſerat quod genus imperauerat. Ad hunc modum recenſentur a Luca Principes Iudaici populi

pul[illegible] ſed vltimum [illegible] m Hyrca cum. & poſt [illegible] reliquos etiam nume [illegible] ad Chri ſtum [illegible] de Ma chabæis, & [illegible] Herodis imperio.

Matathias itaque hortatus eſt filios ſuos vt reſiſterent Antiocho, & regnarũt h[illegible] ordine ꝑ ſucceſsionẽ vt principes.

1. Iudas Machabæus primus fudit Antiochi Epiphanis duces, & regnauit annos 5.
2. Ionathas. 19.
3. Simon. 6.
4. Ioãnes Hyrcanus Simonis filius imperauit annos 31.
5. Ariſtobulus Hyrcani filius, diademate regio coronari voluit, fuitque primus Rex in Hierusalem poſt reditum Iudæorum ex Babylone, & regnauit anno vno.
6. Alexander iunior Hyrcani filius regnauit annos 27.
7. Hyrcanus Alexandri filius Pompei & [illegible] Romanorum ducũ [illegible] cum fratre [illegible] contentione [illegible] 34.

Sed [illegible] Herodes Antipatri Idumæ principis [illegible] eſt, loco cuius [illegible] imperium [illegible] natus eſt Chriſtus & [illegible] Cæſaris 42 poſt [illegible] ad nos [illegible] ordine [illegible]

Ne quis e[illegible] quem ſupra recenſuimus h[illegible] Imperatoribus & ſummis Romanorum pontificibus, eo ordine temporum, ſerie quam indicauimus, vt tam [illegible] ad rei fidem planiorem commonſtr[illegible] , eorundem Imperatorum & pontificum nomina & tempora, qui[illegible] m [illegible] & [illegible] hoc [illegible] Primo itaque Cæſarum [illegible], qui à Chriſto nato vſque ad Ferdinandum, qui nunc imperium [illegible] gubernarunt, catalogum per centurias deſcribemus in hũc modum:

IMPERATORVM ROMANORVM,

ſub quorum Imperio diuerſis temporibus iam dictæ hæreſes emerſerunt, centuria prima.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus imperârunt.*
15	OCtauius Auguſtus Cæſar.	
16	Claudius Tiberius priuignus Auguſti, tertius Imperator eligitur.	23.
38	Caius Caligula.	1. menſes 10.
41	Claudius Cæſar.	13. menſes. 9
5[illegible]	Domitius Nero.	14
69	Sergius Galba.	menſes 7.
70	M. Siluius Otho.	menſes 4.
70	Vitellius.	menſes 8.
71	Veſpaſianus.	9. mẽſ. 11. d 2
81	Titus Veſpaſianus.	2 annis.
83	Domitianus.	15.
98	Cocceius Nerua.	1. mẽſ. 4. d 9
9[illegible]	Vlpius Traianus.	19. menſes 6.
	CENTVRIA SECVNDA.	

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus imperauerunt.*
119	AElius Adrianus.	20
140	Antoninus Pius.	23
163	M. Antoninus Philoſophus.	19. dies 11.
181	Commodus.	13.
194	Aelius Pertinax.	menſes 6.
194	Didius Iulianus.	menſes 7.
195	Septimius Seuerus.	18.
	CENTVRIA TERTIA.	
213	ANtoninus Caracalla.	6.
220	Opilius Macrinus.	1.
221	Varius Heliogabalus.	4.
225	Alexander Seuerus.	13.
2[illegible]7	Iulius Maximinus.	3.
241	Gordianus.	[illegible]

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus imperarunt.*
247	Philippus.	5.
25[illegible]	Decius.	2.
2[illegible]4	Gallus pater, & Voluſianus filius ſimul.	2.
25[illegible]	Licinius Valerianus.	15.
2[illegible]1	Claudius.	2.
273	Aurelianus.	5. menſes 6.
279	Tacitus.	menſes 6.
27[illegible]	[illegible]nus eius frater.	menſes 3.
280	Probus.	6. menſes 4.
28[illegible]	Carus.	2
2[illegible]8	Diocletianus & Maximianus Auguſti.	20.
	CENTVRIA IIII.	
3[illegible]8	Conſtantius Chlorus,& Galerius Maximianus Auguſti.	2.
3[illegible]	Conſtantinus Magnus cum Maxentio, Licinio, & Maximino.	30.
34[illegible]	Con[illegible] Conſtans & Conſtantius Conſtantini Magni filii Auguſti.	14
3[illegible]	Iulianus Apoſtata.	1 menſes 7
[illegible]	Iouinianus	menſes 8.
[illegible]	Valentinianus.	1[illegible].
[illegible]	Valens.	4.
[illegible]	Gratianus.	6.
[illegible]	Valentinianus.	7.
[illegible]	Theodoſius	3.
[illegible]	Archadius.	13.
	CENTVRIA V.	
4[illegible]	Honorius	16.
4[illegible]7	Theodoſius II.	[illegible]6.
4[illegible]	Valentinianus tertius.	5.
4[illegible]	Martianus.	4.
4[illegible]	Leo I.	16.
4[illegible]	Leo ſecundus cum patre Zenone.	17.
4[illegible]	Anaſtaſius Dicoros.	26.
	CENTVRIA VI.	

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus imperarunt.*
519	IVſtinus I.	9
5[illegible]	Iuſtinianus.	18
566	Iuſtinus II.	11.
577	Tiberius ſecundus.	7.
583	Mauritius.	20.
	CENTVRIA VII.	
60[illegible]	PHocas.	8.
611	Heraclius.	30.
64[illegible]	Conſtantinus tertius, Heraclij filius.	menſes 4
64[illegible]	Heracleonas, Heraclij filius.	2.
64[illegible]	Conſtans, Conſtantini filius.	27.
67[illegible]	Conſtantinus 4. Pogonatus, id eſt, Barbatus dictus.	17.
687	Iuſtinianus, ſecundus Cõſtantini filius.	10.
	CENTVRIA VIII.	
7[illegible]	LEontius, ſiue Leo 2.	3.
[illegible]4	Abſimarus Tiberius.	7.
7[illegible]	[illegible] Bardeſanes.	2.
7[illegible]	Anaſtaſius.	3.
7[illegible]	Theodoſius 3. imperium deſeruit, cum videret inuadi ſe à Leone 3. & diffideret ſe poſſe regnum retinere, monachuſque factus eſt.	1.
717	Leo [illegible] Iſauricus.	24.
741	Conſtantinus 5 Leonis filius.	35.
776	Leo 4 Conſtantini filius.	5.
781	Conſtantinus 6. Leonis 4. filius cum Irene matre.	18.
	CENTVRIA IX. Germani Cæſares.	
8[illegible]	CArolus Magnus.	14.
81[illegible]	Ludouicus I. Pius.	26.
84[illegible]	L[illegible] filius.	15.
8[illegible]	Ludouicus ſecundus.	21.
87[illegible]	[illegible] Caluus ex Gallia ſecundus	2.
8[illegible]	Carolus Craſſus.	9.
[illegible]	Arnolphus, Carolomanni fili⁹	[illegible].
	CENTVRIA X.	
9[illegible]	LVdouicus III. Arnolphi filius.	[illegible]0.

9[illegible] Cun-

Anni Christi nati.		Anni quibus imperauerunt
91[illegible]	Cunradus I.	7.
91[illegible]	Henricus I. Auceps cognominatus.	18.
935	Otho primus cognomine Magnus, Henrici Aucupis filius.	36.
971	Otho 2.	10.
981	Otho 3.	19.
	CENTVRIA XI	
1000	HEnricus 2 Bauarus, Claudus dictus.	22.
1023	Cunradus 2.	15.
1038	Henricus tertius Niger nuncupatus.	17.
1055	Henricus 4. puer adhuc septē annorum	50.
	CENTVRIA XII.	
1105	HEnricus 5.	20.
1125	Lotharius 2.	[illegible]
1136	Cunradus [illegible]	15.
1151	Fredericus primus, Barbarossa dictus.	37.
1188	Henricus ſextus.	10.
1198	Philippus Barbaroſſæ filius.	9.
	CENTVRIA XIII.	
1207	OTho 4.	4.
1211	Fridericus 2. Barbaroſſæ filius.	[illegible]
1248	Cunradus 4.	5.

Anni Christi nati		Anni quibus imperauerunt
12[illegible]	[illegible] Hollandiæ comes.	7.
	Hic in [illegible] imperium [illegible] Cæſare, quouſque Rudolphus creatus eſt.	
1273	Rudolphus.	19.
[illegible]	Adolphus.	6.
[illegible]	Albertus I.	10.
	CENTVRIA XIIII.	
[illegible]	HEnricus 7.	6.
1311	Ludouicus 4.	33.
[illegible]	Carolus 4	32.
1378	Vuenceslaus.	22
	CENTVRIA XV.	
14[illegible]	RVpertus ſeu Robertus.	[illegible]
141[illegible]	Sigiſmundus.	27.
1[illegible]7	Albertus 2.	2
14[illegible]9	Fridericus 3.	53.
1492	Maximilianus.	25.
	CENTVRIA XVI.	
1517	CArolus V. Maximiliani Cæſaris nepos, Hiſpaniarum Rex, Auſtriæ & Burgundiæ archidux.	39.
1556	Ferdinandus, Caroli V. frater.	

SVMMORVM ROMANAE ECCLESIAE

pontificum, ſub quorum pontificatu exortæ ſunt hæreſes hoc in opere adductæ, ſucceſſio, per centurias digeſta.

Anni Chriſti nati.		Anni quibus ſederunt.
	CENTVRIA I.	
45	PEtrus Apoſtolus, Galilæus.	25. menſes. 2 dies 3.
71	Linus Tuſcus.	10.
81	Cletus Romanus.	12.
9[illegible]	Clemens [illegible] Romanus.	9 menſes 6. dies 7.
	CENTVRIA II.	
[illegible]	ANacletus Græcus Athenienſis.	9 menſes 2
[illegible]	Euariſtus Græcus, quem alij [illegible] vocant	8.

Anni Chriſti nati.		Anni quibus ſederunt.
1[illegible]	Alexander I. Romanus.	10.
129	Xyſtus Romanus.	[illegible]
1[illegible]9	Teleſphorus Græcus.	10.
1[illegible]	Higinus Græcus.	4 menſes [illegible]
15[illegible]	Pius I. Aquileienſis.	[illegible] menſes. 4
165	Anicetus Syrus.	[illegible] menſes [illegible]
176	Soter Fundanus.	[illegible]
1[illegible]7	Eleutherius Nicopolitanus.	15.
	CENTVRIA III.	
	Vi	

PONTIFICVM ROMAN. ORDO AVT SVCCESSIO.

Anni Chriſti nati.		Anni quibus ſederunt.
	Victor Apher.	10
20[illegible]	Zephyrinus Romanus.	8
21[illegible]	Calixtus Romanus.	6
22[illegible]	Vrbanus 1. Romanus.	4
22[illegible]	Pontianus Romanus.	9
23[illegible]	Anterus Græcus	5
239	Fabianus Romanus.	15
244	Cornelius Romanus.	3
2[illegible]	Lucius	3
2[illegible]	Stephanus Romanus.	8
2[illegible]	Xiſtus 2. Athenienſis.	2
2[illegible]1	Dionyſius Romanus.	4
27[illegible]	Felix 1.	6
2[illegible]	Eutychianus Tuſcus.	11
2[illegible]3	Caius Dalmata	15
	CENTVRIA IIII.	
2[illegible]4	Marcellinus Romanus.	14
[illegible]	Marcellus.	5
30[illegible]	Ex Marcellino & Marcello [illegible] vnū duntaxat faciunt, ne his in ſupputatio ne [illegible]	
33[illegible]	Euſebius Græcus.	1
3[illegible]	Miltiades Apher	4
34[illegible]	Sylueſter Romanus.	23
36[illegible]	Marcus Romanus.	2
358	Iulius I Romanus.	15
383	Liberius.	13
306	Felix [illegible]	1
[illegible]7	Damaſus Hiſpanus.	18
	CENTVRIA V.	
41[illegible]	Siricius Romanus.	15
4[illegible]	Anaſtaſius I. Romanus.	3
4[illegible]	Innocentius I Albanus.	15
4[illegible]	Zozimus Græcus.	[illegible]
44[illegible]	Bonifacius I Romanus.	3
4[illegible]	Celeſtinus I. Campanus.	9
4[illegible]1	Xiſtus 3.	8
4[illegible]	Leo I. Tuſcus	21
[illegible]	Hilarius Sardus.	6
4[illegible]	Simplicius Tiburtinus.	15
	CENTVRIA VI.	
[illegible]1	Felix 3.	9
5[illegible]	Gelaſius I. Apher.	4
[illegible]4	Anaſtaſius II. Romanus.	2
5[illegible]	Symmachus [illegible] Græcus.	15
541	Hormiſda Fruſinonius.	9

Anni Chriſti nati.		Anni quibus ſederunt.
5[illegible]	Ioannes I Tuſcus.	2. menſes [illegible]
55[illegible]	Felix 4. Samnius.	4.
55	Bonifacius 2. Romanus.	2.
5 9	Ioannes 2.	1.
5[illegible]	Agapetus 1.	1.
5[illegible]1	Siluerius Campanus.	1.
56[illegible]	Vigilius.	17.
579	Pelagius 1.	11.
[illegible]	Ioannes 3.	11. menſes 7.
599	Benedictus 1.	4. menſes 2.
	CENTVRIA VII.	
604	Pelagius 2. Romanus.	10. menſes 6.
615	Gregorius 1. Romanus, cognomine Magnus.	13.
628	Sabinianus Tuſcus.	1. menſes 5
6[illegible]9	Bonifacius 3.	[illegible] mēſ. 8. d. 2[illegible]
632	Bonifacius 4 Marſus.	6.
638	Theodatus ſeu Deusdedit.	3.
641	Bonifacius 5. Campanus.	5.
646	Honorius 1 Campanus.	12.
	Quo mortuo, vacat ſedes annum vnum, menſes ſeptem, dies tredecim.	
65[illegible]	Seuerinus 1. Romanus.	8.
66[illegible]	Ioannes 4 Dalmata.	1.
6[illegible]1	Theodorus Græcus.	6. menſes 5.
6[illegible]7	Martinus 1 Tudertinus.	6.
67[illegible]	Eugenius 1 Romanus.	2. menſes [illegible]
67[illegible]	Vitalianus Campanus.	14.
689	Adeodatus Romanus.	4.
	Quo mortuo, ſedes vacat menſes 4. dies viginti.	
694	Donus Romanus.	5.
699	Agathon Siculus.	2. mēſ 6. d. 4
	CENTVRIA VIII.	
701	Leo 2. Siculus.	menſes 10.
70[illegible]	Benedictus 2.	[illegible]. menſes 1[illegible]
70[illegible]	Ioannes 5 Syrus.	1.
7[illegible]	Conon Thrax.	menſes 11.
7[illegible]	Sergius 1 Antiochenus.	13.
7[illegible]8	Ioannes 6 Græcus.	3.
721	Ioannes 7 Græcus.	2. menſes [illegible]
7[illegible]3	Soſinnius, qui & Siſinius, Syrus	dies 20.
72[illegible]	Conſtantinus 1. Syrus.	7
73[illegible]	Gregorius 2 Romanus.	17.
747	Gregorius 3. Syrus,	10.
757	Zacharias, Græcus.	10. menſ[illegible]

767. Ste-

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*
767	Stephanus 2. Romanus.	5.
772	Paulus 1 Romanus.	10. menſes 1
782	Conſtantinus 2.	2.
784	Stephanus 3 Siculus.	3.
787	Adriauus 1. Romanus.	24.
	CENTVRIA IX.	
811	LEo 3. Romanus.	20.
831	Stephanus 4.	menſes 8.
832	Paſchalis Romanus.	7. menſes 4.
839	Eugenius 2. Romanus.	3.
842	Valentinus Romanus.	dies 40.
842	Gregorius 4. Romanus.	16.
858	Sergius 2.	3.
861	Leo 4.	8.
871	Benedictus 3. Romanus.	3.
874	Nicolaus 1. Romanus.	10.
884	Adrianus 2. Romanus.	5.
895	Ioannes 9.	10. dies 2.
899	Martinus 2. Gallus.	1. menſes 5.
	CENTVRIA X.	
900	ADrianus 3. Romanus.	1. menſes 2.
901	Stephanus 5. Roman9.	6.
907	Formoſus Portuenſis.	5. menſes 6.
912	Bonifacius 6. Tuſcus.	dies 35.
912	Stephanus 6. Romanus.	1.
913	Romanus nomine, & genere Hiſpanus.	menſes 3.
913	Theodorus 2. Romanus.	dies 20.
913	Ioannes 10. Romanus.	2 dies 5.
915	Benedictus 4. Romanus.	3. menſes 4
917	Leo 5.	dies 40.
917	Chriſtophorus.	menſes 7.
917	Sergius 3.	2.
920	Anaſtaſius 3.	2. menſes 1.
922	Lando Romanus.	mēſ. 6 d. 21
923	Ioannes 11. Romanus.	3 menſ. 2.
936	Leo 6.	mēſ. 7. d. 15.
935	Stephanus 7.	2. menſ 4.
938	Ioannes 12	4. menſ. 10.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*
942	Leo 7.	3. menſes 6.
945	Stephanus 8. Germanus.	3 menſes 4.
948	Martinus 3.	3 menſes 6.
951	Agapetus 2.	7. menſes 4
958	Ioannes 13.	8 menſes 3.
996	Leo 8.	1. menſes 4.
967	Ioannes 14.	7 menſes 11.
974	Benedictus 5. Romanus.	1 menſes 6.
975	Donus 2. Romanus.	1.
976	Bonifacius 7.	mēſ. 7. di. 5.
976	Benedictus 7. Romanus.	8. menſes 6.
983	Ioannes 15.	menſes 8.
983	Ioannes 16.	menſes 4.
984	Ioannes 17.	10. mēſes 6.
994	Gregorius 5.	2.
996	Syluester 2. Gallus Aquitanus.	4. mē. 1. d. 10
	CENTVRIA XI.	
1000	IOannes 18.	mēſ. 4. d. 20
1000	Ioannes 19. Romanus.	4. menſes 4
1004	Sergius 4. Romanus.	2. dies 15.
1006	Benedictus 8. Tuſculanus.	11. menſes 1.
1017	Ioannes 20.	11.
1028	Benedictus 9.	10 menſ. 4.
1038	Sylueſter 3.	dies 49.
1038	Gregorius 6.	2 menſes 7.
1040	Clemens 2.	menſes 9.
1041	Damaſus 2. Bauarus, qui vi papatum occupauit.	dies 23.
1041	Leo 9. Germanus.	5 menſes 2.
1046	Victor 2.	2 menſes 3.
1048	Stephanus Nonus, Lotharingus.	menſes 7.
1048	Benedictus 10. Campanus.	menſes 9.
1049	Nicolaus 2. Sabaudus.	3.
1052	Alexander 2. Mediolanenſis.	11. menſes 6
1063	Gregorius 7. Hetruſcus.	2.
1075	Victor 3.	1. menſes 4.
1077	Vrbanus 2.	12. menſ 4.
1089	Paſchalis 2.	18. menſes 6

CENTVRIA duodecima.

	Anni quibus ſederunt.	*Anni Chriſti nati.*		*Anni quibus ſederunt.*
Gelaſius 2. Caietanus.	1.	1261	Adrianus 5. Genuenſis.	dies 40.
		1262	Ioannes 21. Hiſpanus.	menſes 8.
Caliſtus 2. Burgundus.	6.	1263	Nicolaus tertius Romanus.	3 menſ. 8.
Honorius ſecundus Imolenſis.	5. menſes 2.	1267	Martinus 4. Gallus.	4. menſ. 2.
		1272	Honorius 4.	1.
Innocentius 2.	12.		Sedes Papalis vacat menſes 10.	
Cæleſtinus 2. Tuſcus.	menſes 5.			
Lucius ſecundus Bononienſis.	menſes 11.	1274	Nicolaus 4. Longobardus.	4. menſes 1
Eugenius 3 Piſanus.	8. menſes 4.	1279	Cæleſtinus 5. Eſernienſis.	1. menſes 5.
Anaſtaſius quartus Romanus.	1. menſ. 4. j	1281	Bonifacius 8.	8. menſes 9.
		1290	Benedictus 11. Italus.	8.
Adrianus 4. Anglus.	4.		Vacat ſedes annum vnum, mēſem vnum.	
Alexander 3. Senenſis.	21. menſ 11.			
Lucius 3 Tuſcus.	4.	1299	Clemens quintus Gallus Vaſco, Burdegalenſis epiſcopus.	8. menſ. 10.
Vrbanus tertius Mediolanenſis.	1. menſes 10			
Gregorius octauus Beneuentanus.	dies 57.		CENTVRIA XIIII.	
Clemens 3 Romanus.	3.			
Cæleſtinus 3.	6 menſes 7	1308	Ioannes 22.	18.
Innocentius tertius Anagninus.	15. menſes 7	1326	Benedictus 12.	7. menſes 3.
		1334	Clemens 6. Lemouicenſis.	10. menſ. 6.
CENTVRIA XIII.		1345	Innocentius 6.	9.
		1354	Vrbanus 5.	8. menſes 4.
Honorius tertius Romanus.	10. mēſes 7.	1363	Gregorius vndecimus Lemouicenſis.	7. menſes 5.
Gregorius 9. Henricus.	14.	1371	Vrbanus 6.	11. menſes 8.
Cæleſtinus quartus Mediolanenſis.	dies 18.	1383	Bonifacius 9.	14. menſ. 9.
		1398	Innocentius 7. Sulmonenſis.	2.
Vacat hic ſedes Papalis vno anno & viginti diebus, quòd Cardinales à Friderico Imperatore captiui tenerētur.			CENTVRIA XV.	
		1401	Gregorius 12.	2. menſes 7.
		1404	Alexander 5. Cretenſis.	menſes 11.
Innocentius quartus Genuenſis.	11. menſes 7	1405	Ioannes 23.	4. menſ. 10.
Alexander 4. Campanus.	7.	3410	Martinus 5.	13.
Vrbanus quartus Gallus.	3.	1423	Eugenius 4. Venetus.	16.
Clemens quartus Narbonenſis.	4.	1439	Nicolaus 5.	8.
		1447	Caliſtus 3. Hiſpanus.	3. menſ. 3.
Gregorius decimus Placentinus.	4.	1451	Pius 2. Senenſis, antea Aeneas Syluius dictus.	6.
Innocentius quintus Burgundus.	menſes 6.	1457	Paulus 2. Venetus.	6. menſ. 10.
		1464	Sixtus 4. Minorita.	13.

Anni Chriſti nati.		*Anni quibus ſederunt.*	*Anni Chriſti nati.*		*Anni quibus ſederunt.*
1477	Innocentius octauus Genuenſis.	8.	1522	Adrianus 6. Germanus Traiectenſis.	menſ. 20.
1485	Alexander ſextus Valentinus.	11.	1523	Clemens 7. Florentinus.	11.
			1534	Paulus 3.	14.
1496	Pius tertius Senenſis.	dies 17.	1550	Iulius 3. Præneſtinus epiſcopus, qui anteà Ioannes Maria de Monte dicebatur.	5.
1499	Iulius ſecundus Genuenſis.	10.			
			1555	Marcellus 2. Etruſcus.	dies 22.
	CENTVRIA XVI.		1556	Paulus 4. Caraſa.	3.
1513	LEo X. Florentinus, Laurentij medici filius.	9	1559	Pius 4.	5.
			1564	Pius 5.	

CONCILIORVM OMNIVM ECcleſiæ Chriſtianæ à Chriſto paſſo ordo & ſeries, in quibus iam dictæ hæreſes damnatæ fuerunt.

1.

COncilium primum Hieroſolymis celebratum eſt, cuius exemplar habes in Actis Apoſtolorum cap. 15. ſub

Petro Apoſtolo, & reliquis Apoſtolis, tempore Claudij Tiberij.

2.

Romanum concilium contra Nouatum conſtituitur 60. epiſcoporum, & totidem presbyterorum, cum diaconis multis: vbi ſtatuitur, Nouatum cum his qui eum ſequerētur, alienum eſſe ab eccleſia. Eos verò qui lapſi fuiſſent in certamine, fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos: ſub

Decio Imperatore, & Cornelio Papa. 252

3.

Ancyranum, ab Ancyra Galatiæ ciuitate dictum, poſt tempora Marcellini papæ celebratum fuit, paulò ante Nicenum, circa annum Domini 308. Fuit aũt prouinciale conciliũ, ſed tamē receptũ in 6. ſynodo generali Conſtātinopoli in Trullo celebrata, vt patet ex 2. canone 6. ſynodi, ſub

Diocletiano Imperatore, & ſebio papa. 308.

4.

Neocæſareenſe, in clara Neocæſareenſi ciuitate, quæ nunc Trapezuntium appellatur, in prouincia Cappadociæ ſita, coactum fuit paulò ante Nicenum, quoniam epiſcopus hic & illic deſignatus reperitur: in quo patres 17. conuenerunt. Cui' canones ſexta ſynodus Conſtantinopolitana in Trullo celebrata, probauit, quemadmodum ex ſecundo canone editionis Græcæ conſtat, ſub

Conſtantino Chloro, & Galerio Maximino Auguſtis, & Miltiade papa. 311

5.

Nicenum 1. in Nicea Bithyniæ vrbe habitum eſt, vbi congregati 318. epiſcopi catholici, fidem integram

integram, ſanctam, catholicam, & immaculatam expoſuerunt: & damnarunt Arrium, Photinum, & Sabellium, ſub — Conſtantino Magno, & Syluestro Papa. 315.

6.

Romanum 1. congregatũ fuit intra Thermas Domitianas cum 275. epiſc in quo denuò damnatus eſt Arrius, Photinus, & Sabellius, ſub eiſdem — Conſtantino Magno, & Syluestro Papa. 320.

7.

Elibertinum prouinciale apud Elibertum Hiſpaniæ ciuitatem celebratum eſt 19. epiſcoporum circa primi Niceni concilij tempora, ſub — Conſtantino Magno Impera. & Syluestro Papa. 322.

8.

Arelatenſe conciliũ primum, prouinciale quidem fuit, ſed (vt apparet ex eius præfatiõe) authoritate pontificis Romani cõfirmatum. Coactum quidem fuit in Gallijs, ſub — Conſtantino Magno Imp. & Syluestro Papa. 323.

9.

Gangrenſe in Paphlagonia, ſeu regione Pelaſgiorum, prouinciale quidem, ſed confirmatum in 6. ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, fuit, vt ex ſecundo Canone editionis Græcæ Pariſinæ conſtat. Celebratum eſt ſub — Conſtantino Magno, & Syluestro Papa. 324.

10.

Arelatenſe 2. prouinciale fuit, celebratum autem ſub eiſdem — Conſtantino Magno, & Syluestro Papa. 328.

11.

Carthaginenſe primum, prouinciale fuit, in quo Carthaginem ex diuerſis prouincijs Aphricanis plurimi conuenerunt epiſcopi, ſub — Conſtantino Magno, & Syluestro Papa. 330.

12.

Romanum 2 in quo conuenerunt 116. epiſcopi contra Arrium, cuius hæreſis tunc inualeſcebat, quem cum ſuis dogmatibus damnârunt, confirmaruntque acta in ſynodo Nicena, ſub — Conſtantio Imperatore, & Iulio I. Papa. 342.

13.

Colonienſe eodem ferè tempore coactum fuit contra Eufratam blaſphemum & hereticum, qui Chriſtum negabat eſſe Deum. In quo damnatus eſt, & epiſcopatu priuatus, ſub — Conſtantio Imperatore, & Iulio I. Papa. 346.

14.

Antiochenum cui ſubſcripſerunt 30 epiſcopi, qui in eodem conuenerant concilio, probatumque eſt in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, vt in 2. canone editionis Græcæ conſtat, ſub — Conſtantio Imperatore, & Iul. o I. Papa. 347.

15.

Sardicenſe concilium congregatũ eſt precepto Conſtãtij Imperatoris, vt Athanaſio liceret ad ſuã redire eccleſiã, à qua repulſus fuerat ꝑ hæreticos epiſc. Arrianos, quemadmodũ hiſtor. tripar. li. 4. c. 21. videre licet. Cõuenerunt in eo cõcilio Oriẽtales & occidẽtales epiſc. Occidẽtales circiter 300.

Orienta-

Orientales verò 76. Qui tamen continuò à concilio diſcedentes, ſeorſùm aliud concilium fecêre, in quo Arrij dogmata ſtatuerunt. Eorum diſceſſus cauſa fuit, quod dicerent, ſe nolle ad verba procedere, niſi priùs à concilio ſubmouerentur Pauli & Athanaſij deſenſores: quod Occidentales pati noluerunt. Cui concilio affuit Oſius epiſcopus Cordubenſis, qui priùs Niceno concilio interfuerat. Celebratum eſt autem, ab obitu Conſtantini Magni patris duorũ Auguſtorum, Conſtantis & Conſtantij, anno 11. vt habetur lib. 4. eccleſiaſticæ hiſt. tripar. cap. 23. ſub — Conſtantio Imperatore, & Iulio 1. Papa. 351.

16.

Hieroſolymitanum ſecundum, paulò pòſt celebratum eſt per Maximum eiuſdem loci epiſcopum, cùm Athanaſius literis Conſtantij Imperatoris & Iulij Romani pontificis fultus, ad ſuam reuerteretur eccleſiam. In quo hoc tantũ actum eſt, vt conſenſu omnium epiſcoporum reſtitueretur Athanaſius ad communionem & priſtinã dignitatem. Quæ habentur fuſius hiſt. tripartita, libr. 4. cap. 34. Coactum eſt autem hoc concilium ſub — Conſtantio Imperatore, & Iulio I. Papa. 352.

17.

Sirmienſe, quod paulò pòſt Conſtantius in Sirmio iuſſit congregari: in quo patres regulas tradiderunt fidei orthodoxas contra Arrium. In quibus interpretati ſunt locum illum Geneſis 19. Pluit Dominus à Domino: vt ſit ſenſus, Nõ quod ipſe pater à ſemetipſo pluere dicatur, ſed pluit Dominus filius à Domino Patre. De hoc concilio habetur hiſt. tripart. lib. 5. cap. 3. Coactum eſt autem ſub — Conſtantio Imperatore, & Iulio I. Papa. 353.

18.

Laodicenſe concilium, prouinciale quidem fuit, ſed confirmatum in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata, præſente Conſtantino Cùm ergò 22. patres in Laodicea Phrygiæ Pacatianæ ex diuerſis prouincijs Aſiæ conueniſſent, ſtatuerunt canones 59. quibus regulas expoſuerunt eccleſiaſticas: quorum author maximè Theodoſius epiſcopus extitit. Coactum fuit ſub — Conſtantio Imperatore, & Liberio Papa. 364.

19.

Conſtantinopolitanum concilium centum quinquaginta patrum fuit contra Macedonium epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui Spiritum ſanctum Deum eſſe negabat. Eſt autem ex quatuor principalibus concilijs, & quidem proximũ poſt Nicenum. Statuerũt aliquot Canones. Editum eſt & ſymbolum fidei, in nullo diuerſum ab eo quod nunc paſſim canitur in eccleſia: præterquàm quòd tantum adiunxerunt Spiritum ſanctum — Gratiano & Theodoſio Imperatoribus, & Damaſo Pp. & Cyril. Hieroſolymit.

ctum ex parre procedentem, ſuppreſſa perſona filij. Subſcripſerunt 1.0. epiſcopi, qui in eodem conuenerunt concilio, Celebratum eſt autem ſub: vt ſupra

20.

Valentinum concilium prouinciale apud Gallias celebratum, in quo conuenerunt 30. epiſcopi, edideruntque canones 4. Coactum vero fuit ſub

Gratiano & Valentiniano Imperatoribus, & Damaſo I. Papa. 386.

21.

Telenſe apud Aphricam concilium prouinciale, contra Iouinianum & ſocios eius, ſub

Theodoſio I. Archadio & Honorio Imperatoribus, & Siricio papa. 393

22.

Carthaginenſe 2 prouinciale, ſed confirmatũ in 6. ſynodo generali in Trullo celebrata. Celebratum fuit ſub

Theodoſio I. Imperatore, & Siricio Papa. 396

23.

Carthaginenſe 3 prouinciale, confirmatum in 6 ſynodo generali in Trullo habita. Coactum fuit ſub

Theodoſio I. Imperatore, & Siricio Papa. 397

24.

Carthaginenſe 4. prouinciale, cui interfuerũt 214. epiſcopi, confirmatum tamen eſt in 6. Synodo generali in Trullo celebrata: vbi quidem recepta ſunt vniuerſa concilia Carthagine habita. Celebratum eſt ſub

Archadio Imperatore, & Siricio Papa. 398

25.

Taurinatenſe concilium prouinciale, quod totum conſumptum eſt in cauſarum quarũdam ciuilium compoſitione, quæ tunc temporis inter epiſcopos quoſdam & reliquos presbyteros agitabantur. Celebratum eſt autem ſub

Archadio & Honorio Imperatoribus & Siricio papa, & D. Ambroſio Mediolanen. epiſc. 399

26.

Carthaginenſe 5. præſentibus 73. epiſcopis celebratum eſt, à quibus quindecim Canones ſunt editi. Coactum verò ſub

Archadio Imperatore, & Anaſtaſio Papa. 402

27.

Toletanum I. prouinciale, ſed authoritate Leonis Pápæ I. confirmatum. Coactum verò fuit à 19 Epiſcopis, Toletano epiſcopo præſidente, ſub

Archadio Imperatore. & Anaſtaſio Papa. 403.

28.

Milenitanum Innocentij primi papæ temporibus celebratum eſt, à quo etiam cõfirmata ſunt in eo definita. Coactum autem eſt contra Pelagianos, cui & interfuit Anſelmus Romanæ eccleſiæ legatus, ſub

Archadio & Honorio Auguſtis, & Innocentio I. Papa, atque Auguſtin. Hipponenſi epiſc. 402

29.

Carthaginenſe 6 prouinciale, ab 217. epiſcopis celebratum eſt ſub

Honorio Imperatore, & Bonifacio I. Papa. 423.

30.

Carthaginenſe 7. prouinciale, ab 73. epiſcopis edi-

editum, nihil habens, quod ad noſtra hæc tempora pertineat. Coactum eſt autem ſub

Honorio, Imperatore, & Bonifacio I. Papa. 424

31.

Epheſinum concilium, vnum ex quatuor principalibus, contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum habitum eſt à 20. epiſcopis: qui Neſtorius purum hominem ex ſancta virgine Maria natum aſſeruit, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret Deitatis, nec vnum Chriſtum in verbo Dei & carne ſentiret, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret. Huic ſynodo vice Cæleſtini papæ (cuius anno penultimo celebrata eſt) præſedit beatus quondam Cyrillus Alexandriæ epiſcopus: qui cũ vniuerſo concilio ad eundem Neſtorium ſynodalia decreta tranſmiſit, quemadmodum habentur in epiſtola concilij Epheſini ad ipſum Neſtorium. In qua ſymbolum fidei, quod à magno illo concilio apud Niceam congregato traditum eſt, prolixè interpretantur: vt iure optimo poſſint dici ſumma quædam totius doctrinæ Chriſtianę. Conuenit autem hæc ſynodus ſub

Theodoſio 2. Imperatore, & Cæleſtino I. Papa, ſub quo mortuus & Diuus Auguſtinus. 428

32.

Rhegienſe concilium, prouinciale eſt, à 13. epiſcopis celebratum, qui 6. canones ibidem ſanxerunt, ſub

Theodoſio 2. Imperatore, & Xiſto 3. Papa. 436

33.

Agathenſe prouinciale, in ciuitate Agatha in Gallia habitum eſt à 35 epiſcopis, in quo de diſciplina & ordinarionibus clericorum atque pontificum vel de eccleſiarum vtilitatibus in primis tractatum eſt, ſub

Theodoſio 2. Imperatore, & Xiſto 3. Papa. 438.

34.

Aquileienſe prouinciale, contra Palladium & Secundinum, Arrianæ hæreſis defenſores celebratum eſt, quos damnarunt in eodem concilio patres ibidem congregati, ſub

Theodoſio 2 Imperatore. & Xiſto 3 Papa. 440

35.

Arauſicanum prouinciale, in quo canones 25. ad eccleſiæ Dei ædificationem & ſtabilimentum à patribus ſtatuti ſunt. Celebratum eſt autem ſub

Theodoſio 2. Imperatore, & Leone I. Papa. 444

36.

Vaſenſe prouinciale, per 18. epiſcopos celebratum eſt ſub eiſdem

Theodoſio 2. Imperatore, & Leone I. Papa. 446.

37.

Carpentoractenſe, prouinciale, coactum eſt ſub

Theodoſio 2. Imperatore, & Leone I. Papa. 447

38.

Arelatenſe 3. prouinciale, à 34. epiſcopis celebratum eſt, Martiano Auguſto, Opilione & Vincomalo conſulibus, 8. Idus Iulij, ſub eodem

Valentiniano Imperatore, & Leone I. Papa. 453

39.

Chal.

Chalcedonenſe concilium, generale & Oecumenicum, vnum ex quatuor celeberrimis, celebratum eſt à 630. patribus, contra Eutychem Conſtantinopolitanum Abbatē, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, & contra Dioſcorum eiuſdem defenſorem, Alexandrinum epiſcopum, ſub

Martiano Imperatore, & Leone I. Papa. 457.

40.

Veneticum conciliū prouinciale, in quo pauci epiſcopi conuenerunt, qui 16. canones ſtatuerunt, in quibus agitur de regula eccleſiaſtica, quæ ſacerdotibus (donante Domino) credita eſt, & de diſtrictione, cuius cura non ſine eorum culpa torpeſcit. Celebratum eſt autem ſub

Martiano Imperatore, & Leone I Papa. 458.

41.

Turonenſe concilium 1 prouinciale, cui interfuerunt 8. epiſcopi, continet 13. canones, quibus primò hortatur clericos ad caſtitatem, ſecundò ad abſtinentiam: in reliquo complectitur regularem eorundem clericorum inſtitutionem. Celebratum eſt ſub

Leone I. Imperatore, & Leone I. Papa. 462.

42.

Romanum 3. prouinciale, à 50. epiſcopis ibid. congregatis, in quo potiſſimùm ſtatuerunt, vt canones Niceni concilij. & apoſtolicæ ſedis decreta cuſtodiantur. Coactum eſt autem ſub

Leone I. Imperatore, & Hilario Papa. 464

43.

Tarraconenſe concilium prouinciale à 10. epiſc. apud Tarraconem congregatis, celebratū eſt ſub

Zenone Imperatore, & Felice 2. Papa. 486

44.

Epaunenſe concilium prouinciale, in quo fuerunt 70. epiſcopi, qui 40. decreta ediderunt. Celebratum verò eſt ſub

Anaſtaſio Imperatore, & Gelaſio I. Papa. 494

45.

Ilerdenſe prouinciale 8. epiſcoporum, congregatum fuit ſub

Anaſtaſio Imperatore, & Symmacho Papa. 502

46.

Valentinum prouinciale 6. epiſcoporum, celebratum eſt apud Valentiam Hiſpaniæ ciuitatem Theodorici regis anno quinto decimo, ſub

Anaſtaſio Imperatore, & Symmacho Papa. 510

47.

Aurelianenſe primum, tempore Clodouei regis Francorum celebratum eſt, cuius etiamnùm extat epiſtola ad eandem ſynodum, in qua profitetur ſe pariturum eccleſiæ & Papæ præceptis, de non captiuandis clericis & monialibus, & ſeruis eccleſiarum, & de captiuatis reddendis. Habetur quoque eiuſdem ſynodi ad eundem Regem reſcriptum. Coactum eſt autem, ſub

Iuſtino I. Imperatore, & Hormiſda Papa. 518

48.

Gerundenſe concilium prouinciale celebratum eſt ſub

Iuſtino I. Imperatore, & Hormiſda Papa. 518

Cæſar,

49.

Cæſaraugustanum concilium prouinciale, celebratum eſt à 12 epiſcopis, ſub — Iuſtino I. Imperatore, & Hormiſda papa. — 520

50.

Toletanum 2. celebratum eſt anno 5. Almarici Regis, ſub — Iuſtino Imperatore, & Ioanne I. Papa. — 528

51.

Conſtantinopolitanum 5. concilium generale congregatum fuit à 165. patribus contra Petrum, Anthimum, Seuerum, & Ibam hæreticos. Petrus Archiepiſcopus Antiochenus aſſerebat in Triſagio hymno addendam eſſe crucem, id eſt, Trinitatem eſſe crucifixam, vt diceretur, Sanctus, Sanctus, Sãctus, qui crucifixus eſt ꝓ nobis: cui alij ſuffragabantur: Vbi quidem neceſſe erat, aut confundi perſonas Trinitatis, aut negare duas naturas in Chriſto. Celebratum eſt autem ſub — Iuſtino Impera. & Felice 4. Bonifacio 2. Ioanne 2. Agapeto 1. Syluerio & Vigilio pont. Rom. — 512.

52.

Aurelianenſe 2. concilium prouinciale extitit in vrbe Aurelia ex præceptione Chriſtianiſſimorum Francorum Regum, vt ibi patres de obſeruatione legis catholicæ, Deo auxiliante, tractarẽt, & quid de nouis dogmatibus ſentirent, expreſſè atque ſingulatim conſcriberẽt, quidve eſſet in poſterum ſuper his obſeruandum: qua ex re 22. canones ediderunt. Celebratum autẽ fuit ſub eiſdem — Iuſtiniano Imperatore, & Vigilio Papa. — 541.

53.

Aurelianenſe 3. prouinciale, celebratum fuit tẽpore Childeberti Regis Francorum ſub eiſdem — Iuſtiniano Imperatore, & Vigilio papa. — 545.

54.

Auernenſe prouinciale coactum fuit, Theodeberti Mediomatricum regis potentiſſimi temporibus, ſub eiſdem — Iuſtiniano Imperatore, & Vigilio papa. — 550

55.

Aurelianenſe 4. conciliũ prouinciale, Childeberti regis Francorum temporibus celebratum fuit ſub — Iuſtiniano Imperatore, & Pelagio I. Papa. — 556.

56.

Turonenſe ſecundum concilium prouinciale coactũ eſt pro pace & inſtructione eccleſiæ, Chereberti filij Clotarij temporibus, ſub eiſdem — Iuſtiniano Imperatore, & Pelagio I. Papa. — 566.

57.

Pariſienſe concilium primum celebratum eſt pro eccleſię vtilitate, ſub eiſdem — Iuſtiniano Imperatore, & Pelagio 1 papa. — 567.

58.

Aurelianẽſe quintum, in quo inter cætera Eutychetis & Neſtorij dogmata rursùs dãnata ſunt, & vt quotannis conciliũ conuocaretur, cautum. Celebratum eſt autem ſub — Iuſtino 2. Imperatore, & Ioanne 3. Papa. — 568

59.

Hiſpalenſe primum concilium prouinciale coactum fuit eiſdem, — Mauritio Imperatore, & Pelagio 2. Papa. — 584.

60.

Toletanum tertium, Recharedi regis Hiſpaniarum

arum in ſancta ciuitate regia Toletana congregatum atque editum eſt temporibus, in quo Arrij hæreſis condemnata, ſub eiſdem
Mauritio Imperatore, & Pelagio 2 Papa. 586.

61.

Matiſconenſe primum prouinciale ſub eiſdem
Mauritio Imper. & Pelagio 2 Papa. 587.

62.

Matiſconenſe 2. prouinciale, celebratum eſt ſub eiſdem
Mauritio Impe. & Pelagio 2 Papa 588

63.

Antiſiodorenſe cõcilium prouinciale, coactum eſt ſub
Heraclio Imp. & Theodoro ſeu Deuſdedit, Papa. 616.

64.

Hiſpalenſe ſecundum prouinciale, celebratum eſt ſub
Heraclio Imper. & Honorio 1. papa. 623

65.

Toletanum 4. celebratum eſt ab omnibus Hiſpaniæ & Galiciæ epiſcopis, Siſunandi Regis Hiſpanorum temporibus, ſub
Heraclio Imperatore, & Honorio I. papa. 636.

66.

Toletanum 5. prouinciale, à 20. epiſcopis celebratum eſt, Suuintillæ Regis Gotthorum temporibus, præſidente Eugenio eccleſiæ Toletanæ & prouinciæ Carthaginenſis epiſc. Metropol. ſub
Heracleona Heraclij Imperat. filio, & Theodoro Papa. 640

67.

Toletanum 6 prouinciale, in eccleſia Leocadiæ martyris celebratum eſt à 54. Hiſpaniæ & Galiciæ epiſcopis, Suuintillæ regis temporibus, præſidente Eugenio Epiſcopo Toletano, ſub
Heracleona Imperatore, & Theodoro Papa 642

68.

Bracarenſe primum, Tulgæ Gotthi regis temporibus in Hiſpania citeriori ab epiſcopis Galiciæ prouinciæ celebratum eſt: in quo primùm lectũ eſt exemplar fidei cum capitulis quę epiſcopi Tarraconenſes, Luſitani, & Bætici contra impiam Priſcillianæ hæreſis ſectam, olim facto inter ſe cõcilio, tanquam regulam fidei tradiderant, ſub
Conſtante Conſtantini 3. filio Imper & Theodoro Papa 644

69.

Bracarenſe 2. prouinciale, in quo ea tractantur tantùm, quæ ad eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, celebratum eſt ſub
Conſtante Imperatore, & Theodoro Papa. 646

70.

Toletanum 7. à 38. epiſcopis celebratum eſt ſub
Conſtante Imperatore, & Martino 1 papa. 648

71.

Lateranenſe 1. in vrbe Roma celebratum eſt à 105. epiſcopis aduerſus Sergium Pyrrhũ. & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos, & contra Cyrum Alexandrinum, & Theodorum, qui quòd nouitates contra immaculatam fidem pręſumpſerant innectere, anathematis vltione ibidẽ percuſſi ſunt. Ex quo effectum, vt Paulus hæreticus Imperatori ſuggeſſerit, vt Martinus Conſtantinopolim deduceretur occidendus, niſi a ſua perſecutione ceſſaret: quod & obtinuit. Nam cùm per Pellurium imperatoris cubicularium Con-
Conſtante Imperatore, & Martino I. papa. 650

ſtante

ſtantinopolim delatus eſſet, & eiuſdem Imperatoris ſententiæ acquieſcere nollet, in exilium pulſus eſt, in locum qui Cherſona appellatur: vbi quidem ille velut Chriſti confeſſor vitam finiuit, & multa edidit miracula. Coactum eſt autem hoc concilium ſub

72.

Toletanum octauum à 55. epiſcopis celebratū eſt ſub — Conſtante Imperatore, & Martino 1. Papa. — 652

73.

Toletanum 9. Prouinciale à 16. epiſcopis celebratum eſt anno ſeptimo Riſiſundi Regis Hiſpaniæ Gotthi, ſub — Conſtante Imperatore, & Martino 1. papa. — 653

74.

Toletanum 10. Riſiſundi Regis Hiſpaniæ anno octauo celebratum eſt ſub — Conſtante Imperatore, & Martino 1. papa. — 654

75.

Cabilonenſe prouinciale in Gallijs celebratū eſt, ſub — Conſtante Imperatore, & Eugenio 1. Papa — 655

76.

Toletanum 11. anno 4. Bambæ Hiſpaniarum regis celebratum eſt, ſub — Conſtante Imperatore, & Vitaliano Papa. — 668

77.

Bracarenſe tertium prouinciale celebratū eſt ſub — Conſtante Imperatore, & Vitaliano Papa. — 669

78.

Conſtantinopolitanum concilium 6 generale & Occumenicum, Conſtātinopoli iterùm aduerſus Sergium, Paulum, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, & Theodorum, omnes Archiepiſcopos Conſtantinopolitanos habitum eſt: qui impiè docuerant vnam voluntatem & vnam operationem in diſpenſatione incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, præſidente Conſtantinopolitano Imperatore, & legatis miſſis ab Agathone papa, Theodoro & Georgio presbyteris, & Ioāne Diacono, qui vice fungebantur in eodem concilio, & locum tenebant Archiepiſcopi antiquæ Romæ Agathonis, ſub — Conſtātino 4. Imperatore, & Agathone papa. — 670

79.

Toletanum 12 anno primo Eringij Regis Hiſpaniæ celebratum eſt, ſub — Conſtantino 4. Imperatore, & Leone 2. Papa. — 683

80.

Toletanum 13. concilium celebratum eſt anno quarto eiuſdem Regis Hiſpaniæ Eringij, ſub — Iuſtiniano 2. Conſtantini filio Imp. & Sergio 1. Papa. — 690

81.

Synodus mandato apoſtolico à ſancto Bonifacio & Francorum epiſcopis habita, ſub — Carolo Magno Duce, & Zacharia Papa. — 742

82.

Nicenum 2 concilium, quod Græci ſeptimum generale appellant, cōtra eos celebratum eſt, qui imagines in eccleſijs damnant & eijciūt, in quo imaginū expreſſiones adorandas & amplectēdas — Conſtantin. 6. Leonis 4. filio, & Irene matre, & Adriano I. Papa. — 781

 rela-

relatiuè decretum eſt, & honorandas reliquias ſanctorum, ſub, vt ſupra

83.

Moguntiacum concilium inſtitutum eſt, ad inſtaurandam eccleſiam collapſam, ſub

Carolo Magno Imperatore, & Leone 3. Papa. 813

84.

Vormatienſe prouinciale, eſt celebratum ſub

Carolo Magno Imperatore, & Leone 3. Papa 815

85.

Rhemenſe concilium prouinciale, coactum fuit ſub

Carolo Magno Imperatore, & Leone 3. Papa. 816

86.

Conſtantinopolitanum 8. vniuerſale coactum eſt potiſſimùm propter depoſitionem Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, quem quidem epiſcopi ab eccleſia, cui iure præſidebat, tyrannicè proiecerant, & Photium quendam ex foro & ſeculari militia eductum, ac ſubitò tonſuratum, eidem eccleſiæ contra ſacros canones præfecerant, ſub

Baſilio Imper Conſtantinopolitano, & Adriano 2 Papa. 870

87.

Triburienſe concilium prouinciale celebratũ eſt à 22. epiſc Germanorum, ad reformationem morum & ſtatus non modo clericorum, ſed etiã laicorum, ſub

Carolo Craſſo Imperatore, & Stephano 5. papa. 888

88.

Lateranenſe 2 conciliũ generale, cui interfuerunt Hieroſolymitanus & Cõſtãtinopolitanus patriarchæ, Metropolitani 70. Epiſcopi 400. Abbates, 12. Priores conuentuales, 800. Græci & Romani Imperij legati. Regum verò Hieruſalem, Frãciæ, Hiſpaniæ. Angliæ, & Cypri oratores. Sub quo Papa Romanus moritur Peruſij, Pontificatus ſui anno 18 menſe 7. die 26. Cuius pontificis virtutem doctrinamq; ſummoperè iuuit B. Dominici, beatiq; Franciſci Aſſiſinatis ſanctitas, è quib⁹ Prædicatorum & Minorum ordo ortum habuit. Celebratum eſt hoc maximum concilium ſub

Philippo Barbaroſſæ filio Imperatore, & Innocentio 3. Papa 1215

89.

Viennenſe conciliũ, generale fuit, in quo probatæ fuerunt conſtitutiones illæ & definitiones, quæ in volumine Clementinarum feruntur. In eodẽ concilio conſtitutum eſt, vt feſtum corporis Chriſti celebraretur feria 5. poſt octauam penteceſtes, conceſſis indulgentijs ijs, qui in eo feſto vel ſub octauis officio diuino vel Horis intereſſent. Celebratum eſt autem ſub

Alberto primo Imperatore, & Clemente 5. papa 131

91.

Conſtantienſe concilium inchoatum eſt tempore peſſimi ſchiſmatis Ferebantur enim tunc tres Pont. Rom. Ioannes 23. Benedictus 13. & Gregori⁹ 12. In cuius cõcilij octaua ſeſſione prõnũciata eſt ſententia dãnationis doctrinæ Ioannis Vuicleffi, & articulorum 45. Celebratum eſt autem ſub

Sigiſmundo Imperatore, & Ioanne 23. Papa. 1415

92. Baſi.

92.

Baſileenſe inchoatum priùs fuerat Senis, ſed tranſlatum poſteà Baſileam pluribus certiſque de cauſis per Martinum quintum ſummum pontificem, in quo præſedit Iulianus Cardinalis ſancti Angeli, legatus Apoſtolicus, legitima poteſtate ab eodem Martino quinto & Eugenio 4. tunc primùm electo habita. Celebratum eſt autem ſub

Sigiſmundo Imperatore, & Martino 5. Papa. 1438

93.

Florentinum, celebratum eſt primùm Ferrariæ, præſente Palæologo Imperatore Græcorum, & patriarcha Conſtantinopolitano, cum alijs Orientalis eccleſiæ pontificibus, abbatibus, monachis & Cruce ſignatis. Attamen inchoatum non potuit abſolui propter ingruentem peſtem, & tranſlatum eſt ab Eugenio Florentiam, vbi & abſolutum eſt. Celebratum eſt autem per 25. ſeſſiones, quarum 16. habitæ ſunt Ferrariæ, reliquæ verò Florentiæ. In quibus omnibus diſputatum eſt inter Latinos & Græcos, primùm de proceſſione Spiritûs ſancti à filio: & an rite facta fuerit à Latinis ea additio in ſymbolo, Filioque procedit, &c. Secundo, de igne purgatorio. Tertio, de Papæ primatu. Quartò, de azymo & fermentato pane. Quintò, de panis in Euchariſtia tranſmutatione. Quæ tamẽ diſputatio tantam contentionem inter vtroſque & Latinos & Græcos peperit, vt ab ea diſputatione coacti fuerint ceſſare, & ita res citra vllam cõtrouerſiam inter eos tractata eſt. Coactum eſt autem hoc concilium ſub

Sigiſmundo Imperatore, & Eugenio 4. Papa. 1432.

94.

Lateranenſe tertium generale concilium, pro reformatiõe eccleſiæ, & pace inter principes Chriſtianos componenda, inſtitutum atque celebratũ fuit, ſub

Maximiliano I. Imperatore, & Iulio 2. atque Leone X. Pontificibus. 1512.

95.

Tridentinum generale & Oecumenicum concilium tandiù multumque ab vniuerſis fidelibus deſideratum, indictum fuit primùm à Paulo tertio ſummo pontifice, ad extinguendas hæreſes per Martinum Lutherum in Germania excitatas. Et primò idem pontifex eidem concilio celebrãdo Mantuam locum aptum deſignauit. Deinde aliquibus de cauſis Vincentiam. Tertiò Tridentũ. Nec tum quidem factum eſt. Quartò rurſùs Tridentum aſſignauit locum anno 1545. & adſpirante Chriſto inchoatum eſt tertiadecima die Decẽbris eiuſdẽ anni, legatis & Apoſtolicæ ſedis vicarijs, præſidentibus Ioanne Maria Cardinale epiſc. Præneſtino, & Marcello presbytero Cardinale S. crucis, & Reginaldo Polo Anglo diac. card. ſub

Carolo V. & Ferdinando Imperat.
Paulo 3.
Iulio 3.
Marcello 2.
Paulo 4.
Pio 4.
Pio 5. ſummis Romanorum pontificibus. 1545

Conciliorum Generalium & Prouincialium finis.

Fuerunt tamen & alia multa celebrata concilia ſub eiſdem & alijs imperatoribus & pontificibus Romanis, quæ à nobis videri non potuerunt, vel quia non extāt integra exēplaria, vel quia in manus noſtras nondùm venerunt. Horum vnum eſt Viennenſe, cuius priùs meminimus, ſub Clemente 5 celebratum, cuius integra exemplaria non extant. Alterū eſt Lugdunēſe ſub Gregorio 10. quæ ambo fuerunt generalia.

Extiterunt & alia partim ſacra, partim prophana, vt apud Aluerniam celebratum eſt prouinciale concilium, cuius meminit Gratianus 6 quæſt 2. Quòd autem, &c Ibidem quoque meminit cōcilij Varenſis, ca. Si tantum Item & illius quod apud Alpheſum habitum eſt, 21 quæſt. 1. Illud verò. Item Concilij celebrati apud Hermeriam, de quo idem Gratianus deſumpſit in multis locis decreta.

Item illius apud Fauentiam celebrati.

Item apud Alteum.

Item Hipponenſis concilij.

Item Genuenſis.

Item Matienſis.

Item Manetenſis.

Item Vrbanenſis. Ex quibus ſingulis deſumpſit decreta Gratianus. Horum tamen exemplaria non feruntur.

Sub Iulio Papa primo, partim ſacrum, partim ſacrilegum in Sirmio celebratū, eſt concilium, præcepto Conſtātini Imperatoris: in quo epiſcopi Orientales Arriani damnauerunt Photium, & Catholici de fide ſua propoſitiones ediderunt. Ad quem conuentum cùm inuitus veniſſet Oſius Epiſcopus Hiſpanus, & eis conſentire reſpueret, non modica tormenta grandæuus plagaſque perpeſſus eſt. Vnde etiam neceſſitate vehementi, eorum definitionibus tunc editis cōſenſit atq; ſubſcripſit. Hæc Socrates in hiſt. Tripart. lib 5. cap. 6. & 7 Poſteà verò idē pater Oſius cum Liberio epiſcopo Romano & alijs quibuſdam pōtificibus in exilium actus eſt, quòd impia Arrianorum decreta in concilio Mediolanenſi, propria ſubſcriptione firmare noluiſſet, vt refert Theodoretus eiuſdem hiſtoriæ cap. 16. ad hunc modum celebrârunt Arriani decem concilia, ſuam fidem in eccleſia ſtabilire contendentes, vt refert Athanaſius epiſtola ad Aphros. Eorum vnum eſt illud celebratum in Seleucia Iſauriæ 160. epiſcoporum, de quo Socrates in hiſtor. Tripart. lib 5. cap. 34. Cuius acta recenſet Sozomenus in eodem lib. cap. 35.

Sub Leone Papa I. iuſſu Theodoſij Iunioris, coactum eſt concilium ſecūdum Epheſinum prophanum, cui præſedit Dioſcorus, qui Flauianum ſanctiſſimum occidit, & legatos Leonis Papæ contempſit: epiſtolas Leonis Papæ nec legi permiſit, ſed fidem Eutychis definiuit, cui & ſacerdotiū reſtituit. Contra hunc Dioſcorum anno 2. Martiani Imperatoris, Chalcedone facta eſt ſancta Synodus quarta, quæ & eundem Dioſcorum & Eutychem depoſuit, & damnauit.

Sub Leone 5. & Adriano 2 celebrata eſt ſynodus à Photio, qui ſedem Patriarchalem in templo Apoſtolorum vſurpauerat, & habet ſeptendecim Canones. Item & alia per eundem Photium in ædibus ſacris Sapientiæ, tres canones complectens, qui feruntur in Nomocanono Græco. Sed ambæ reiectæ & dānatæ poſteà fuerunt per octauam Synodum in actione 7. & 8.

Item concilium apud Compendium cuius meminit Gratianus, 6 quæſt. 3. Placuit, & 33. quæſt. 2. Mulier ſi ſine, & 33. quæſt 1. Si quis acceperit.

Item 22. quæſt. 5. ex concilio apud ſanctum Medardum habito, citatur decretum, quibus tēporibus iurare prohibeamur, ca. Decreuit.

Item concilium apud Beluacum, ex quo Gratianus citat canonem de Conſecrat. diſtinctione 4. capite, Si quis voluerit.

INDEX RERVM AC VERBORVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED TANTVM MAXIME FAMILIarium, in ſequentes XXI. de vitis, moribus, ſectis, dogmatibus, geſtis, & facinoribus hæreticorum libros, ſumma cum diligentia collectus.

AD LECTOREM.

Meminerit cordatus lector, ſi modò ſtudijs ſuis bene conſultũ velit, ne Indici huic nimiũ prorſus confidat. Sunt enim pleraq; breuitatis ergò ſic aſsignata, vt rudis minuſq; cautus, non ita mox primò adſpectu deprehenſurus ſit, hæreticorúmne an Catholicorũ ſint, quas breuiter Index adnotat, ſententiæ. Eamq; ob rem ſatiùs omnino eſſe ad ipſum cõfugere monſtratum textum, quàm Indici ſeorſum ipſi, qui monſtrat, confidentiùs inhærere. Id ſedulò obſeruaturus, benè vale.

Aaronem quis fratrem ſuum dixerit eſſe 361.a
Abares 192.b
abel damnatum qui dicant 317.a
abelonij cur nomẽ ab Abel ſibi mutuati 2.b
abſtinendi qui voluerũt omnia ante tã iam imminentem diem Domini. 217.b
abominatio Antichriſtus. 34.b
abominatio deſolationis, vbi in templis cõſpiciatur. 162.b
abraxas quid ſit 88.a
abſolutio raptoris abſq; reſtitutione 203.a
abſolutionem à muliere aut puero poſſe cõferri 266.b 307.b
abſoluere qui Rom. Pon. non poſsint. 417.a
abſolutum qui ſe credit, illum eſſe abſolutum 266.b
abſtinentia ab eſcis, improbatur ab Agapetis. 12.a
Acacius in dicẽdo vel conſultãdo vir fuit non contemnendus 3.b. *non eſt inuentor noui erroris, ſed alieno facinori ſuam cõmunionem miſcet* 4.a
academia Caluini, Epicuri horti 117.b
accaronita, quales olim habiti idololatræ 314.a
accidentia panis & vini non manere ſine ſubiecto in Euchariſtia. 234.b
acephali vnde dicti 4.a b
achillas & Arrius in Chriſtum & eius eccleſiam coniurant 6.a *eorum deteſtandæ hæreſes, & contra Chriſti diuinitatem blaſphemia* 6.b
acta Apoſtolorum, à quibus reiecta 129.a 151.b. 448.a
Adam & Euam damnatos 447.b
adam & Euam propter inobedientiæ crimen perpetuo damnatos 158.a. 465.b
adam & Euam nunquam carnali copula iungendos, ſi in ſtatu innocentiæ permanſiſſent, qui falsò ſtatuant. 22.b. 63.a
adam fuiſſe malum, & non à Deo 18.a
adæ peccatum occulto Dei decreto fuiſſe ordinatum. 111.b (490.a
adam nunquã habuiſſe vnde poſſet ſtare
adam forma fera creatũ quis nugatur 310.b
adam moriturus etiãſi non peccaſſet. 395.b
adam imaginem Dei poſt peccatũ prorſus perdidiſſe 367.b
adamus Paſtoris veterẽ Adamæorum hæreſim noſtro tempore renouat 3.b
adeſſenariorum quatuor diuerſæ ſectæ 8.a
adiaphoriſtæ vndè dicantur ibid.
adiaphoriſtæ in cauſa religiõis rogati liberè poſſunt fateri vel diffiteri, nec eſſe neceſſe ſibi perſuadent, fidei gratia vlla ſubire pericula, nedũm tormenta ibid.
aduenæ à quibus Dianæ immolati 78.a
adulterium laudatum 264.b
adulterium Dauidis æquè eſſe opus Dei ac conuerſionem Pauli 311.b
adulterium quale non eſſe peccatũ 490.a
Aegidius quidam ſpe lucri & quæſtus retingit, ſed poſt, licet errores renocaret, Antuerpiæ capite plectitur 9.a
ægyptus mater idololatriæ 75.a
alij Pertinacis Imperatoris tempore emerſerunt Adamæi 1.a
alurus quibus ſycophantijs ad epiſcopatũ anhelat 485.a

alurus

alurus Gangra exulat, 485. b D. Cyrilli ſcripta depranata, ibi. ab exilio redit, et pedem frangit, 486. a. moritur & ad inferorum iudicium migrat 487. a
aones 318 b. 509. 510. a
æqualitas filij Dei cum Deo patre, impugnatur 4 a 196. b
æqualem Patri filium non eſſe, neq; ſpiritum ſanctum filio impiè aſſerebat Aëtius. 11. a
æquiſubſtantialem cur quis nolebat vocari filium. 405. b
ætas aurea ante Lutheri toxicum 291. b
aetius propter ambitionem fit Arrianus, & nouos etiam errores cudit 9. a
aëtius fit aurifex 10. b & tota eius vita, ibid & 11 a
aetius dialecticus & ſophiſta. 10 a
aetius ἄθεος, & contemptor Deorum appellatus. 10. a
aëtius inſolenter affirmabat ſibi reuelata quæ Deus Apoſtolos celâſſet 11. b
aetius cur à Iuliano ab exilio reductus, 247 b
Agareni 302. b
agareni quæ de Chriſto ſentiant. 13 b
agathon latinè dicitur Bonifacius 33. b
agnoetæ ab ignorantia dicti, 14. b. eorum hæreſis rinus quidam eſt Arriani dogmatis ibidem
agnus Iudaicè ſacrificatus, igni toſtus, & Eucharistia loco ſumptus 65 a
Alba regia a Turcis capta 291 b
alba veſte quis præter morem eccleſiæ vtebatur 456 a
albigenſes heretici præter alios etiam Aphrorum Regem contra Catholicos in auxilium vocant 18. b eorum pertinacia 19 a
album ſacrum clericorum 165. b
alcoranum ſectas peperiſſe, vt etiã Lutherus. 305 a
alcorani interpretatio 12. b
alexander Alexandrinus presbyter cur Baucalis dictus 20. b. eſt Arrianæ perfidiæ author. 19 b & 20. b
alexander quis qui precibus contra Arrium pugnârit. 59 b
alexander cur à Paulo Satanæ traditus, 21. a
alexandria commendatur 5 b
alexandrinum populus cur ſeditioſus 484. b
iocis & rebus ludicris eſt deditus 485 a
alimenta omnia eſſe immunda qui dixerent 125. b 309. b
aliquid eſſe quod nec creator nec creatura ſit. 66. b 401. b
altaria reiecta. 181. a
altaria fœdiſſimè profanata. 19. b 264. b
altaria & imagines thurifi. are quibus idololatria 22. b
altaria qui cur quando lauent 202. b
altari cur ſimul apud quos Presbyteri, diaconi et Subdiaconi adſtent, ſimulq; communionem accipiant 219 a
Ambitio Diotrephis à Ioanne Euangeliſta notata 148. a
D Ambroſij conſtantia. 251. b
Ambroſius Alexandrinus Origenem inſtigat & ſumptus ſuppeditat, vt commentaria in ſacram ſcripturam edat 373 a 378 a
ammon qui à quibus colatur 78 a
ammonius Origenis præceptor tanquam à Chriſtiana fide ad paganiſmum defecerit incuſatur à Porphyrio. 25. a defenditur à Nicephoro, ibid. eius ſcripta ibidem.
amon martyr. 256. b
amor caro illis noui Euangelij 134. b
amor ſui ſchiſmata ſemper genuit 416 a
ampulloſa eloquentia cuius 169. a
amſterodamus noſtro tempore quales habuerit Adamitas. 2. a
Anabaptiſmus Eunomianorum qua ratione non poſſit ſubſiſtere 169 b
anabaptiſtæ damnatio 443. a
anabaptiſtæ Chiliaſtarum errorem reuocant. 26. b
anabaptiſtæ inter ſe diſſecti 27 b
anabaptiſtæ originẽ ex Luthero traxerũt. 21 b 26 a ſunt cæteris ſectarijs deteriores 26 b
anaſtaſius Antiochenus Epiſcopus, magnanimiter reſiſtit Iuſtiniano Imperatore. 46. a b
anaſtaſij Imp. vita 28 & deinceps.
anaſtaſius papa non fuit hæreticus 4 a
anaſtaſius Neſtorij diſcipulus quantã vbi quâ concione turbam excitârit. 333. b
Andreas Caroſtadius. vide Caroſtadius
andreas Muſculus, quãtas è Luthero blaſphemias hauſerit. 345 b
angelos non eſſe 140. a. 151. a 198. b. 254. a 451. b

angelos

angelos factos à quibuſdam ſenſibus de cælo praditis, eoſque genus humanum feſelliſſe. 452 a
angelos feciſſe mundum 333.b
angelos iudicaturum quis ſe dixerit 336.b
angelos mundum feciſſe 434 b.452.a
angelos neque bonos neque malos à Deo creatos. 209.b
angelos non niſi magica arte vinci poſſe. 333.b
angelum è cælo deſcendiſſe Samoſatenũ conclamabat populus. 392.a
angelum malum in inſtanti ſuæ creationis, & ſemper fuiſſe malum 489.b
animalia fœda pro Dijs habita 78 a
animam qualem Chriſtum aſſumpſiſſe qui dicant. 50.a
animam Chriſtum nõ habuiſſe 142.b.143.a
anima mundi ex Platonicorum ſententia. 13 a
animam rationalem non eſſe formam corporis humani. 400.b
animam eſſe corpoream 468.b
animas noſtras nõ à Deo, ſed angelis creatas 159 a.441.b
animam hominis non à Deo factam per filium, ſed de terra eſſe 441 b
animas hominum non à Deo creari 321.b
animas nouas nõ à Deo creari, ſed eaſdẽ ſemper ex vno corpore in aliud tranſmigrare cum Pythagoreis qui aſſerant 17.b.19.b 134.b.310.b
animam hominis iuxta meritum in diuerſa tranſire corpora etiam brutorum, qui ſtatuant 19.b
animas hominum factas ex igne & ſpiritu. 159.a
animam hominis aut eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia 49.a,104.b.142.b 131.a.199.b.308.b
animam hominis de carnis ſubſtãtia propagatam. 258.a
animas antè infuſionem corporis peccáſſe, 367.b.413.a.*redituras poſt multa annorum curricula in mortalia corpora* 368.a
animam nõ, ſed ſolum carnem peccatum cõtrahere. 198.b
animas noſtras nihil eſſe 254.a
animam cibum eſſe quorum qui nugentur 58.b
animam hominis non eſſe immortalem 432 a
animam omnem morientem ad Deum redire, eique reduniri 200 a
animam noſtram rationalem qui cur ſalutis expertem dixerint. 481.b
animam corrumpi, corrupto corpore 490.a
animam tantum ſaluari, non corpus. 113.a
animas infidelium æquè ſaluandas atque fidelium 198 b
animam cum corpore mori, & vtrunque in nouiſſimo die reſurgere, qui dicant 56 b
animam hominis in morte vnà cum corpore perire 19.a 85 a 209.b
animam nullam ante extremum iudicij diem fore beatam 63 a 186.b
animam poſt mortem ſeparatam à corpore non pati ignem corporeum 490 a
animæ qui peccent in Purgatorio 270 a
animas ſceleratorum poſt mortem verti in dæmones & animalia bruta 468.b
annona Clero à quo adempta 247.a
annunciatio Chriſti quando & quibus celebretur. 64 b
antagoniſtæ ſeu oppugnatores Neſtorij potiſſimùm qui 349 a
*antichriſti nomina,*34. a b *ipſe cur diſceſſio vel defectio appellatus.* 34.a
antichriſtum non eſſe Rom. Pontificem pulchrè declaratur. 35 a b
antichriſti tempus certum quis præfinierit 86.b
antichriſti præcurſores cur euangelici 162.a
antichriſti præcurſor Euſebio quis 172.b
antichriſtum qui Oſiandrum vocent 380.a
antichriſtum myſticum quis dixerit Rom. Pontificem 403.b
antilogia triginta ſex Lutheri de communione vtriuſque vel alterius ſpeciei 251. a
antilogia aliquot Lutheri 286.b.287 a
antiocheni præſulis ad Neſtorium paræneſis. 350.b
antonius, cui minatus mortem, quæ & ſtatim ſubſecuta. 82.b
antuerpiæ cur annua ſupplicatio in feſto Michaelis celebretur. 291.b
Aphraates monachus vitam theoricam vtilitati Chriſti ouium, neceſſitate flagitãte, poſthabuit 498 a
aphricanum Concilium quod, qui nullius authoritatis. 15.b
Apis à quibus præcipuo honore veneratus, 78 a (23 b
apocalypſis D. Ioannis, à quibus reijciatur,
apocalypſis D. Ioannis cur à Luthero reprobata. 279.b

apocrypha quæ dicantur 47 b
apollinaris utriuſq; uita 50. & deinceps
apollinaris & Neſtorij hæreſes quomodò ſibi mutuò aduerſæ 349 b
apollinaris hæreticus cur anathemate perſtrictus 352. b
apollinariſt anathemate percutitur 482. b
apoſtata quis 207. b (483. a
apoſtata horrendè punitis 212. a
apoſtolis ſingulis ſcōmate aliquo à quo notati 254 a. 422 b
apoſtolos cur quis ſtultos dixerit 198. b
apoſtolos & eorum ſucceſſores nō habere authoritatem leges condendi 236. b 267. a
apoſtolos euangelium Chriſti iuxta literam tātùm, & non ſpiritualem intelligentiam prædicaſſe 400. b
apoſtolorum doctrinam imperfectam et inutilem fuiſſe 140. a
apoſtolorum [illegible]ri retecti 309. b
apoſtolis nō licuiſſe habere pecuniam, uel in craſtinum aliquid ſeruare 416. b
apoſtolum Chriſti fuiſſe Manichæum 181. a
apoſtolica ſedes ueritatis magiſtra 197. a
apoſtolicæ ſedis authoritas 482. a
apotelesmatica 322. b
aqua baptiſmi quis cur diſparuerit 142. a
aquam ſolam in calice conſecrandam qui dixerint 54. a. 466 a
aqua cur uino neceſſariò in calice miſceatur, et quid illa commixtio ſignificet 54. b 65 a
aquā qui in calice non miſceant uino 202. b
aqua benedicta contempta 183. b
aquam benedictam nullius efficaciæ 237. a 257. b
aquas quæ ſupra cælum ſunt, animatas & rationales eſſe uirtutes 368. b
aqua Sacra conſtituta 77. b
aqua in qua quis lauit, à quib⁹ pro reliquijs aſportata 464. a
aquileia ſubuerſa 471. a
aram ſacrificij qui petulātiſſimè cōminxit, acres ſtatim Deo dedit pœnas 212. a
arbores nudi conſcendunt Adamitæ, & panem cæleſtem tam diù fruſtra expectant, ut ſemineces in terram cadant 2. a
arbores maximas qui pro Dijs ſint uenerati 77. b
arbores uiolare apud quos cur capitale ibi.
archangelos mundum creaſſe 57. a
archiepiſcopo qui per omnia, ut noi Romano Pontifici, obtemperent 190. b
archimandrita 33. b
argentorati eſt Iulianus apoſtata Imperator deſignatus 2, 4. a
argumentū hæreticorū ferè omniū 260. a b
ariminenſis ſynodus 50. b 505. 506. 507.
Aris ubi, cuius inſtinctu infeſta ſigna illata 121 a
arma portare præter baculum, qui nefas habeant 79. b
arma qui deteſtentur 458. a
arrabonem eſſe corporis Chriſti Euchariſtiam 58 b
arrianæ perfidiæ author quis 20. b
arriani Aetio ſuaſore ſe prorſùs à Catholicis ſeiungunt 11. a
arriani erroris anſam ex Auicenna opinione ſumpsēre 13. a
arriani ad ſcripturas, ut noſtri temporis hæretici, prouocabant 438 a
arrianorum templum Byzantij à Neſtorio cur ſcilicet demolitum 353. b
arriani quomodò ſuum à Neſtorio incēſum templum ſint ulti 353. b
arriana hæreſis diſſecta 296 b
arrianiſmus ab Origene exordium ſumpſit 375. b (ius 488. a
arrianiſmus hoc tempore, per quos renoua.
Arrij uita 59. & deinceps
arrij error latè diffuſus 59. a
arrius anathemate iugulatur 483 a
arrij doctrinam renouauit Illyricus 228. a
arrij mors 519. a
arrij pœnā nondum eſſe determinatā 429. b
arrogantia Deiſtarum 141. a
artes, Philoſophiæ nullas diſcendas 101. a
Aſiani recepto more quartadecima die mēſis Martij Paſcha celebrandū putāt. 383. b
aſoti qui dicantur 72. a
aſthar & Aſtharoth quid ſignificent 70. a
aſterius Cappadox, fit ex ſophiſta Chriſtianus, ſed Arrianus 71. a quod repudiatq; martyrio dijs ſacrificaſſet, Presbyterij dignitas ei denegatur 71 a
aſtris fatalibus hominem alligatum 413. b
aſtris ſeptem quantum qui tribuerint 89. a
aſtronomiam tractare, olim Epiſcopis religio 322. b
athanaſius Apollinari amiciſſimus 50 b
athanaſius opponit ſe Arrianis 59. b
athanaſius quantas infeſtationes ab Arrianis perpeſſus 99. a
athanaſij perſecutio 194. a b
athanaſius undè uel ſummè perſecutus, vel proſe-

proſequutus 346.a b
athanaſio eiuſq; ſocijs quam olim infeſti Orientales epiſcopi 346 a
athanaſij mors 419 a
athei qui dicantur, & Atheiſmi ſectatores 71.b
attila Hunnorum regis expeditio qualis cõtra quos 193.b
attilas haſta confoditur 194 a
auaritia vitium Balaam 81.b
auaritia, arrogantia, & ambitio Luthero cauſam huius tragœdiæ dederunt 272.273.274.
auaritia perpulit Luterũ ad ſchiſma 437 a
augurum dignitas apud Gentiles, & eorũ munus. 75.b
auguſtino quis liber falſò aſſcriptus 324.b
auguſtino qua in re qui nolunt credi 237.a
auguſtinus cuius obſidionis tempore mortuus 393.b
auicenna quid de Deo ſtatuat 13.a
auium colloquium quis finxerit 198.a
aurelia cur mœnibus priuata 292.b
aurelianus perſequutionem cõtra Chriſtianos molitur, ſed à Deo prohibetur 391 a
aurifex fit Aetius 10 b
Azymitæ cur à quibus Latini vocati 63 b
azymum panem inutilem ad conficiendã Euchariſtiam 202.b

B.

BAal 77.a
baculi Sanctorum ſeruati 224.b
balaam quid docuerit Balac 81 a.82.a
balaam ſaneis in monachos et Virgines 83.a
moritur miſerè, vt illi ab Antonio prædictum 83 b
balneum ſuillũ qui baptiſmũ appellẽt. 461.
baptiſmus Chriſti quando à quibus celebratus 65.a
baptiſmus mirus 318.a
baptiſmus qui cur à quibus contẽnatur 26.b
baptiſmum inutilem 139.a. 159.a. 208.b. 306 a. 321..b. 426 a
baptiſmus negatus 140.a
baptiſmo nullam efficaciam tribuunt Albanenſes 18 a *nec Albigenſes* 19.b
baptiſmi Sacramentum peccatoribus nihil conferre 186.b
baptiſmum quis Satanicam inſtitutionem appellet 259.b
baptiſmus execratus à quibus 38 b
baptiſmum qui ſuillum balneum appellent 461.a
baptiſmus quibus non videtur eſſe vtilis 7.b 208 b
baptiſmus abſq; crucis ſignaculo quibus inutilis 13 b
baptiſmata duo 186.b
baptiſmum neceſſarium, licèt nullum ſit originale vitium 64 a
baptiſmi neceſſitas 396.b
baptiſmum abſque Euchariſtia non poſſe cõferri 63.a
baptiſmum extra ſuam Eccleſiam qui negârunt poſſe conferri 69 a 120.a
baptiſmum tantùm apud ſe eſſe dicebãt Donatiſtæ 149 a
baptiſmus mutatus 168 b
baptizatum non in aqua, ſed in igne 201.b 441 b
baptiſmum aqua ceſſiſſe, mutatumq; in baptiſmum ſanguinis flagello ex proprio corpore excuſſi 183 b
baptiſmum qui non in Trinitatis nomine contulerint 389.b
baptiſmum non vult Brentius ad certã verborum formam obligari 106.a
baptiſmi formam qui mutarint 123.b.142.a
baptizandos non in Chriſti, ſed quorũ hæreticorum nomine 132.b
baptizandũ non in Trinitatem, ſed Chriſti mortem, qui docuerint 169 a. 480. a
baptiſmus iuxta ſolennem & receptum Eccleſiæ morem ab Acephalorum Epiſcopis & ſacerdotibus non adminiſtratur 4 b
baptiſmum vna merſione peragendum ſtatuit, primò male Eunomius 108.b
baptiſmi ceremonia 363.a
baptiſmum non verè peccata tollere 275 a
baptiſmum non omne peccatũ delere 105.a 107.a
baptiſmus non repetendus 424.b
baptiſmus paruulorum inutilis 19.b. 84.a 125.a.343.a.395.b.417.b.446 b
baptiſmum puerorum diſſuadet Lutherus 25 b.26 a
baptiſmum ad deletionem originalis peccati puerũ non eſſe neceſſarium 63.a
baptiſmum ſine fide praua nihil etiam paruulis prodeſſe 208 a.399.a
baptiſmi aqua diſparet 342.a
baptiſmi aquam quis qui polluerit 336 b

baptiſmus Menandri 334.a
baptizati mortui 123.b.315.b.340 b
à baptiſmo in peccatum lapſum, ſuorum peccatorum remiſsionem non poſſe conſequi aſſerebant Nouatiani. 3.a.5 a
baptizatum non poſſe peccare, nec à diabolo tentari. 241.a
baptizatis qui crucis ſignum frontibus adurant 241 b
barbas qui cur in conſpectu hominum euellebant. 433.a
barcabam & Barcoph quis cur ſibi prophetas conſtituerit. 89.a
barrabas vndè natus 199.b
barſa edeſſens Epiſcopi laus, exilium, & miraculorum gratia, 496.a. ad eius lectulū miracula edita. ibid.
baſtleus Amaſenus Epiſcopus martyr 256.a
baſilica ſine plebibus 207.b
baſiliſcus aduersùs Zenonem Imperatorem tyrannus conſurgit 486 a ſibiipſi imperiale diadema imponit, ibidem, interficitur ibidem.
baſiliſcus Harmatij filius, ex Cæſare ſacerdos fit, & epiſcopus Cyzicenus 487.a
batemburgici ſeditioſi 89.b
bayras Mahometica perfidia adiutor. 90.a b
Beatam naturaliter in ſeipſa omnem intellectualem eſſe creaturam 91.a
beatitudo in voluptate conſtituta 160 a 304.a
beatitudinem perfectā hic poſſe acquiri qui aſſerant. 91 a
beatitudinem non eſſe perpetuam 368.a
beatitudinem iuſtis non conferri ante iudicij diem. 202. a
beatos eſſentiam Dei non videre 63.a.66 a
beelzebub quid, quorumve fuerit olim Deus. 344.b
begardi qui 91.a
beguinæ quæ ibid.
bel quid ſignificet 92.a
bellum Chriſtianis non eſſe gerēdum. 232 b 308 b
bellum Gallicum, Smalcaldicum, & Italicū 29 .b
bellum non licere Chriſtianis gerere in Turcas 266.b.288.a
bellum quale contra quos hæreticos à ſummo Pontifice indictum. 15 a
bellum ruſticum 130 b.288 b 289.
bellum ruſticum, quot milia Germanorum abſumpſerit 27.a.289.a b 290 a
benedictiones creaturarum in eccleſia vſitata à quibus damnata 257 b 393.b
D. Benedictum damnatum 236.a
beneficium & Pœna dij à quibus credit. 78 a
beniuoli conſtantia 251.b
berengarij error per quos renouatus 518 a
berengarij pœnitētia 92.b eius errorem qui noſtro tempore renouārint 92.a
D. Bernardus Porretanum in Rhemenſi cōcilio conuincit hæreſeos 199 a
D. Bernardus cur damnatus 236.a
D. Bernardus in Gallias proficiſcitur cum hæreticis diſputaturus 66.a
beryllus per Origenem ad veram doctrinā reductus 93 b
beza vita 93.b & deinceps vſque ad 101.
beza athens. 94.b
beza cuius conſpirationis princeps 292.b
beza quantum auri & argenti ſuffuratus ibid.
beza ſcripta declarant eum triplicem opinionem de re quam in Cœna acquiramus, habuiſſe 261.a
Biblia indiſtincta & ficta, à quo appellata 209.b
biblia à Luthero peruerſa 279.b et deinceps necnon ab alijs 283.b
biblia corrupta 305 a
bibliorum opus hexaplum 372.a
bibliorum textus tātum in Eccleſia & Scholis proponendus. 101.a
biſſacramentales vndè nomen ſortiantur. 101.b
Blaſphemia in Chriſtum & ſacra vaſa quo a Deo punita. 212.a
Bohemorum friuola excuſatio ſua hæreſis 103 a
bononatus ex vno latere aſſatus, timore pœnæ & mortis fingit ſe pœnitere, ſed poſt in hæreſim relapſus, viuus exuritur. 104 a
bonorum communionem qui velint 26.b
bonos nullos ante Chriſti aduentum fuiſſe aſſerunt Albanenſes 18.a
boues & oues qui Iudaicè immolent 65.a
Bracherius Veronenſis Epiſcopus cui hæreſi viriliter animo reſtiterit 41.b
breuiſsimè deteſtandum dat conſilium in Papæ & Conciliorum deſpectum 9.b
bruta omnia rationis eſſe capacia 149 b 309.a

Bucerus

Bucerus apoſtata Prædicatorũ ordinis 106 b
Bucerus inconſtans ibid.
Bucerus moribundus fertur teſtatum reliquiſſe, Chriſtum non eſſe Meſsiam, ſed cum Iudæis alium expectandum 36.a 244 a
Buceri oſſa in Anglia defoſſa & exuſta. 107 b
buda à Turcis direpta 291.a
buddas è virgine ſe genitum, & in montib. educatum, mentitus eſt 107.b à dæmone tortus interit ibid.
Byzantini populi in patrijs moribus & traditionibus obſeruandis pietas 47.b

C.

CÆcitas quæ quorum 100 b
cælibatus ſacerdotum reprehenſus, 107.a 113.a b.237.a.270.a
cæleſtius Papa Romanus ad Neſtorium admonitio 350.b
cælos ccclxv. qui dixerit 87.b.88.a
cælum vacuum quis dixerit 198.b
cælum clauſum hominibus vſque ad extremum iudicij diem 76.a
cælum eſſe animatam & rationalem virtutem. 368 b
cæremonia à quibus inter adiaphora numerentur 8.a
cæremonia 8 b
cæremonia baptiſmi 363.a
cæremonias Eccleſiæ Catholicæ qui non ferant vllas. 440.a
cæremonia nulla antiqua in Eccleſia ſeruãda 40.b
cæremonias Euangelici ferè eaſdem cum Iudæis ſeruant 244.a
cæremonias peculiares qui inſtituerint, 309 b
cain à quibus colatur 110 a
cain cur ſaluatus à quibus dicitur 317 a
caino Beza ſimilis 99.b
calceamentis vti, aut ijs loca ſacra intrare qui dixerint illicitum 148 b
calceos qui abhorrebant 356 a
calices confracti 312.a
calicis communionem qui cen neceſſariam exigant 102.b.110.b.202 b.216.b. 2.8.b. 236 a 267 b.348 b
caluinus à quo etiam ipſis apoſtolis prælatus. 94 b
caluinus Arrianizans 408. b
caluini vita 115. a & deinceps.
caluinus ob vitæ improbitatem exulare coactus 110.b
caluinus puerum imbecillem non vult baptizare, qui paullo pòſt ſine baptiſmo moritur. 11.a
caluini arrogantia & impoſtura 115 a
caluinum probare vult Seruetus homicidã & Simonis Magi ſectatorem 119.a
caluinus iudex ſanguinarius 119 a
caluinus morbo pediculari eroſus, quemadmodum Herodes perit 117 b
caluinus triplicem opinionem de re quam in Cœna acquiramus, in ſcriptis ſuis habet 201.a
caluinus cuius conſpirationis ſanguinariæ author. 292.b
caluiniſta vndè tragœdiam ſuam exorſi in Gallia. 99.a
calumnijs qui doctrinã ſuã incipiant. 99.a
campſarij Adamæorum 1 a
cananæorum omnium exciſores qui ſeſe iactârunt 217.b
canephora 246.a
canis humana voce loquitur. 414 a
canes rabidi tres myſticè ex hæreticis Lirinio qui 350.a
canon ſcripturarũ quis ab euangelicis ſuſcipiatur 243.b
canonica ſcripta quæ 48.a
canones non potuiſſe inſtitui ab Apoſtolis et eorum ſucceſſoribus 236 b.267.a
cantores Eccleſiæ à quibus modulorum ſuorum formulas ſint mutuati 206.a
cantus Eccleſiaſticus inutilis 391 b
cantûs oblectatione multos ſibi quis conciliârit 50 b
cantibus eccleſiæ quis detraxerit 213.b
capillis in ſuis qui hæretici quam ſuperſtitioſi 347.a
carmina eccleſiaſtica Apollinaris 50.b
carnalis Agapetarum hæreſis 11.b.12.a
carnaliter eſſe vincẽdũ in lege Domini. 151 a
carnem ex elementis & nõ de virgine Chriſtum accepiſſe, & ſine carne cælos aſcendiſſe qui aſſerant 43.a
carnem Chriſtum à Maria non accepiſſe 142 b
carnem Chriſtum in cælo ſemper habuiſſe, 51.a b
carnem Chriſtum cæleſtis ex patris ſubſtantia attuliſſe. 336.a
carnem Chriſti antè paſsionem incorruptibi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bilem fuiſſe qui dixerint 45.a 244.b
carnem Chriſti non fuiſſe noſtræ ſimilem, 176.b
carnem Chriſti conuerſam fuiſſe in Deitatem 145 a
carnem hominis non à Deo, ſed à diabolo factam 386.b
carnem tantùm peccare qui dicant 253.b
carnes in lege veteri prohibitas, qui non edendas velint 202.a
carnes non licere comedere 125.b.158.a. 309.a 413 a.429 a.465.b
carnes qui ſemel comediſſet, à quibus repudiatus 175 b
carnes ieiunij tempore venales propoſita, 47.b à populo neq; empta, neq; eſa, ibid.
carnes qui omni die ſine delectu comedant 228.b
carnifices apud Caluiniſtas ſacerdotes. 307.b
carolus V perexigua manu numeroſas Lutheranæ factionis copias ſolius Dei præſidio adiutus, fundit 8.b
carolſtadius vbi agricola ruſticus factus, 10 a
carolſtadij impia acta 121 a & deinceps.
carolſtadius ſacerdos primus apud Germanos vxorem duxit 120.b.121.b *primus etiam corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in Euchariſtia negauit noſtro tempore* 122 a
carpocrates impurus, impudẽs & voluptuarius 123.b
carthuſiani à quo in fugã adacti, & illorũ monaſterium funditùs deletum 237.b
caſeus & panis Deo oblatus 68.a
caſpar Querhamer homo laicus triginta ſex antilogias Lutheri de cõmunione vnius vel alterius ſpeciei colligit 231.a
caſtè neminem poſſe viuere 440.a
caſtitatis Bezæ hiſtoria non illepida, 98 a b
caſtitatis perſuaſio 176 a
caſtor Agrippa ſcribit contra Baſilidẽ 89.a
caſtratio qui à quibus fiat 493.a
caſtratio in Euãgelio qui accipiẽda 494 a
cataſtrophe tragœdiæ Euangelicorum, 164 a
cathari cur ſic appellati 124.b.382.a
cathari mundani potiùs quã mundi 125.a
catharina de Bore vxor Lutheri 274 b
catharina Lutheri vxor aliquot annis prius per ſtudioſorũ oſcula Vuittenbergæ violata 284 b
Catholica Eccleſia ſola quæ 144 a
catholicam Eccleſiam apud Latinos nõ eſſe qui dicant 63.a
catholicæ Eccleſiæ dogmata omnia quæ ratione quis voluerit aboleri 72.a
catholicum eccleſiã qui ſemel deſerũt, quib. gradib. ad Atheiſmum prolabantur ibid.
catholica fides tempore Antichriſti deſertio 34 a
catholica fides quomodo Verbum Dei hominem factum aſſerat 351.b
catholicæ religionis deſertio qui in diuerſis locis à Deo punita 291.
catholici quidam vita minus integra, quibus anſam dederint ab Eccleſia diſcedendi 42 a.73 a
catholici quid ſentiant de ritibus externis, & quatenùs cum illis Adiaphoriſtæ conueniant 8 b
catholici à Lutheranis ex vrbe Monaſterio eiecti 27 a
catholici horrenda patiuntur ab Arrianis 195 a
catholici exciſis linguis disertè loquuntur. 214.b
Celtæ qui 206.b
celtiberi ignotum colunt Deum 78 a
centurio ante Crucem in ipſo ſcandalo paſſionis Chriſtum verum Dei filium confitetur, quem Arrius in Eccleſia conſtitutus prædicat creaturam 489.b
cerberum infernalem qui ſanctam Trinitatem blaſphemo ore dicant 393.a 488.a
cerinthus ruina domûs oppreſſus 128.b
cerinthiani noſtri temporis 129.b
certos homines eſſe debere de ſua ſalute 107.a.109 a.114.a
Chalcedonenſis Synodus 28 b.32.b
chalcedonenſe concilium ab Acephalis impugnatum 4.a
chaos Poeticũ quis ante mũdi conſtitutionẽ fuiſſe aſſerat 509.a (266.b
characterem in nullo ſacramẽto imprimi
characteri Antichriſti quantam efficaciã attribuerint 86.b
charitatem neceſſariò ſequi fidem 268.a
charus quid ſignificet 127.b
chore, Dathan & Abiron cur à quibus culti 110.a
chiliaſtarum author & error cuiuſmodi 347.b

chriſ-

chriſmate niſi vnctus à quibus cenſeatur non baptizatus 63.a
chriſma ſacrum qui docuerint conſpuendū & conculcandum 149.b
chriſtiani ſine Chriſto 207.b
chriſtianos ita liberos, vt nulla eis lex poßit imponi 287.b
chriſtianos oēs eſſe Sacerdotes 103.a.270.a
chriſtianos non poſſe non peccare 109 b
chriſtiani omnes cur damnentur 60.b
chriſtianorum ſalus 484.a
chriſtianos omnes per Antechriſtum peruertendos 87 a
chriſtiani olim in nullo non commemorabant pro principibus ſuis 498 b
chriſtianæ pietatis via ſeu rationes iuxta Muntzerum, quæ 343.a
chriſtianam religionem ex maximis perſecutionibus ſplendidiorem reddi 246.b
chriſtotocon B. Mariam appellandam, non Theotocon 222 a
chriſtus an Deus 243.a
chriſtum natura Deum eſſe negat Adamus Paſtoris 1 b
chriſtum non Deum, ſed (ò blaſphemiam) ſtultum, ſimplicem phantaſticum & ſeductorem fuiſſe 209 b
Chriſtus quibus Satanas 253.b.422.a
Chriſtus à multis hoc tempore Deus negatur 120.b
Chriſtū creaturam eſſe, dicūt Agareni. 13 a
Chriſtum non eſſe Deū, ſed creaturā 304.a
Chriſti maieſtas & potentia nihili habita. 89.b
Chriſtus cur non adorandus 89.a
de Chriſto nihil expreßè dictum in Veteri teſtamento 472 a
Chriſtum ob vitam honeſtè & ex virtute actam, in filium Dei adoptatum 259 a
Chriſtum qui & quam hæretice Neſtorius diuiſerit 338 b
Chriſtum gloriæ Dominum Neſtorio nō fuiſſe 354.b
Chriſtū Deum eſſe ex Patre ante ſecula genitū, nunquā cōfiteri voluit Caluin⁹. 111 a
Chriſtum eſſe ex ſubſtantia patris confiteri non vult Caluinus 488.b
Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed hominem tantùm 67.a b 68 a.259.a 314.a.319.b.404.b.405 a 445.b.475 a b
Chriſtum eſſe iuſtificatorem iuxta ſolā humanam naturam 458.a
Chriſtum non ſemper fuiſſe Deum 138.a
Chriſtum non eſſe vnigenitum Patris ſecūdum naturam 439.a
Chriſtum non eſſe Meßiā, qui dicant 36.a
Chriſti diuinitas quibus blaſphemijs ab Achilla & Ario impugnata 6.b
Chriſtum non eſſe aliam perſonam à Patre 243.a
Chriſtum ſanctum prophetam, nō Deū fuiſſe 304.a
Chriſtus minor Melchiſedech 324 a
Chriſtum cū Deo Patre eiuſdem & ſimilis ſubſtantiæ eſſe, &c negat Acacius 4 a
Chriſtū eſſe filiū Patris, qui negarint. 439 a
Chriſtum non eſſe naturalē Dei filium, ſed adoptiuum 103 b
Chriſtū Dei filium qui non credant 432.a
Chriſtus homo multa ignorat, vt ineptiunt Agnoetæ 14 b
Chriſtum non ſemper fuiſſe, & vitij virtutiſq; capacem eſſe 62.a
Chriſtum, quo ad diuinitatem, ante Mariā non fuiſſe, nec propriam diuinitatis habuiſſe ſubſtantiam 92.a
Chriſtus Deus ſic natus de virgine, vt in eo ſubſtantia & diuina & humana natura confitenda. 4.b
Chriſtum carnem non de matre, ſed ex elementis accepiſſe, & ſine carne in cælum aſcendiſſe 41.a
Chriſtum carnem ſuam ex cælo attuliſſe, qui dicant 5.b.52 a.461.a.481.b
Chriſtum de cælo carnem attuliſſe, non de Maria virgine ſumpſiſſe, ſed per eam, vt per riuum aqua tranſiſſe quis dicat
chriſtum non e cælis deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe 389.a
chriſtum non è cælo deſcendiſſe, ſed in terra ortum habuiſſe 392 a
chriſtus qualem carnem dicitur aſſumpſiſſe 6 a.b
chriſtum ex viro & muliere purum hominem natum. 152. a. *eundemq; non fuiſſe Deum, ſed ſolam humanam nāturam habuiſſe* 152 a
chriſtū non ex Maria, ſed ex ſemine Ioſeph purū hominem natū. 123.a. 259.a. 463.a
chriſtū ex mulieris ſemine natū credere nō eſſe fundamentū noſtræ religionis 205 a
chriſtum ex Maria humanam naturā non aſſumpſiſſe. 26.b.84.a.89.a.176 b.184.a.330.a.414 b.434.b
chriſtum carnem non à carne creata, hoc eſt, Maria accepiſſe 142.b

chriſti

chriſti carnem non fuiſſe noſtræ ſimilem. 176 *b*

chriſtum corpus ſine anima ex virgine ſuſcepiſſe 50 *a*

chriſtum naturam mutationi obnoxiam & anima carentem aſſumpſiſſe 64 *b*

chriſtum phantaſticum, & non verum hominem fuiſſe 309.*a*

chriſtum phantaſia & ſpecie tantùm hominem fuiſſe 3.7.*a*

chriſti corpus è cælo deſcendiſſe in Virginis vterum, ipſumq; tanquam ſolis radios penetràſſe 177.*a*

chriſtum nec naſci nec mori potuiſſe 181 *a*

chriſtũ verè in Cruce obijſſe qui negēt 254 *a*

chriſtum non verè fuiſſe hominem, nec verè, ſed putatiuè paſſum 133.*b*.262 *b*.318 *a*

chriſtum non, ſed alium quendam, à Iudæis in Crucem actum 13 *b*.304 *a*

chriſtum non verè ſed tantùm opinatione, in Cruce obijſſe 307.*a*.434.*b*

chriſtum in paſſione carnem qui qui dimiſiſſe dicant. 286.*a*

chriſtum non fuiſſe paſſum ac crucifixum, 87.*a* 88.*a*.89 *a*

chriſtum non fuiſſe Deum, ſolam humanā naturam habuiſſe, nondum reſurrexiſſe à mortuis 129 *a*

chriſti humanitas & diuinitas ab Albanēſibus negata 17.*b*

chriſtum neque natum, neque habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque quicquam paſſum 126 310.316.*a*

chriſtum non veniſſe, nec aliquid paſſum 452.*a*

chriſtum paſſum ſecundum diuinitatem, 145.*a*.177 *a*.219.*b*

chriſtum non pro omnibus, ſed pijs & fidelibus tantùm eſſe crucifixum 104.*b*

chriſtum qui verum Dei filium, & cùm in terris fuit, etiam fuiſſe in cælo negant, item qui eum non in carne, ſed diuinitate paſſum affirmant, &c. anathema 483.*a b*

chriſtum pro dæmonibus etiam crucifixum, & futuru ſæculu ſæpiùs crucifigendum. 368.*b*

chriſtum in cruce deſperàſſe, & ideò damnatum 36. *a* 412.*b*

chriſtus cruci an clauis fuerit affixus quis dubitarit. 237 *b*

chriſti latus, dum adhuc viueret, lancea fuiſſe effoſſum quis contra euangelium aſſerat 401.*a*

chriſtum qui quando reſurrexiſſe dicant. 64.*a*

chriſtum poſt reſurrectionem ad diſcipulos per rimam vel per feneſtram veniſſe 321 *a*

chriſtum propria virtute nec feciſſe miraculum, nec à mortuis reſurrexiſſe 259.*a*

chriſtum non in carne ſedere ad dexteram patris 441.*b*

chriſtum qui Dei virtutē quis dixerit 71.*a* 314.*a*

chriſti corpus à conceptione immortale fuiſſe 187 *a*

chriſtũ deſcenſurum ad Ieſum, & Chriſtũ columbam eſſe 318.*a*

chriſtum vnam tantum habuiſſe voluntatem & operationem 302 *a* 320.*a*

chriſtos plures & diuerſos qui dixerint. 154.*b*

chriſtus qui Dei filius 339 *b*

chriſtum qui nobiſcum ſemper mãſurũ qui dicant 261. *b*

chriſto quæ tria inſint 350 *b*

chriſtum negare perſecutionis tempore, nõ eſſe crimen 87 *a*.154.*a* 198.*b*

chriſti corpus ſimul eſſe poſſe plurib. in locis qui doceant Catholici 311.*a*

chriſtus imp.nator 121.*b*

chriſtum ſecundùm humanitatem & diuinitatem vbiq; eſſe, etiàm in inferno, qui dicant 510 *b*

Chriſtus vt Caluino per metonymiã in cœna 111 *a* 115.*a*

chriſti corpus non eſſe præſens in Cœna 261. *b*.*a*

chriſti corpus qui in Eucharistia præſent. 386.*a*

chriſtum in Eucharistia extra ſumptionem adorare cui nefas 321.*b*

chriſti doctrinam imperfectam & inutilē fuiſſe 140.*a*

chriſtum è Spirituſancto natum quis ſe dixerit 140.*a*

chriſtum quis ſe dixerit 308.*b* 310. *b* 452. *a* 480.*b*

chryſoſtomus aliquot homilijs Anomœos conficit 32.*a*

chryſoſtomus qui conſtanter quibus reſtiterit 189.*a b*

chryſoſtomus difficilem legationem magno animo ſuſcipit, & honorificè ſuſcipitur 190.*b*

Cibum

Cibum cur Chriſtus ſumpſerit poſt reſurrectionem 45.a.b
cibum cum alijs hominibus ſumere cur qui hæretici renuerunt 3.b
cibus principatuum & poteſtatum 58.b
cibi damnati 447.b
ciborum delectus 240.b. 393.b
cibos quoſlibet quolibet die licitos 266 b
ciborum execranda purificatio 125 b
circunſionem qui reducere voluerint 20.b
circuncisionem obſeruandam qui docuerit 189 a
circuncisionem qui recipiant 228.b
circũciſionem ad ſalutem eſſe neceſſariam 129.b
circuncisionem qui in lege noua velint ſeruari 152.a
circuncisio admiſſa 304.a
circuncisionem qui hoc tempore reuocent. 244.b. 259.b
cilicium mulieris Christianæ paruulo infirmo ſuperimpoſitum, eũdem ſanat 197.a
Clerum ditare eſſe contra regulam Chriſti 235.b
Cœna Dominica interpretatio qualis Buceri 107.a
cœna Dominica verba qui ab Oecolampadio explicata 232.b
de Cœna ſeu potiùs re quam in Cœna acquirimus, triplex opinio Bezæ & Caluini 261.a
cœnæ verba omiſſa 338 b
cœnæ Domini verba prorsùs adulterata. 460.b
cœnæ verba qui Petrus Martyr interpretetur 320.b
cœnobiũ quis mállet repetere, quàm in Spiritum ſanctum credere 259.b
cognitionem ſui Deum à nobis tantùm requirere 32.b
coitum qui dixerint non eſſe peccatum 91.b
coire in propatulo 138.b. 491.b
coitus promiſcuus permiſſus 87.b.184 a
coitus in ſacris 79 a
coitum omnem qui damnabant 448 a
collis mari porrectus, à quibus velut Deus, cultus 78 a
collyridem qui B.Mariæ obtulerint in ſacrificium 133.b
colonienſes Theologi Luteri libros damnatos exurunt 273
columna in aëre diuinitùs ſuſpenſa 198.a
comitia Ratiſbonæ habentur: ij qui inter fuerint, & quid ibi actum 116.a
communia inter ſe omnia eſſe volebant Eſſæi 161.a
communio S S Euchariſtiæ à quib. hæreticis inter adiaphora poſita 7 a.159 a 209.a
communionem vtriuſq; ſpeciei omnibus ex Chriſti mandato neceſſariam 102. b.1 o. b.202. b.216.b.218 a.236.a.267.b 398.b
de Communione vnius vel alterius ſpeciei triginta ſex antilogia Lutheri 251.a
communionem vtriuſq; ſpeciei non eſſe neceſſariam diſertè docet Lutherus 286.a
communionem ſanctorum qualem qui dicant 254.b
communio ab Acephalis qui quo tempore data 4.b
concilium generale errare poſſe 266.b
concilia generalia ſpreta 424 b
concilia generalia non eſſe in ſpiritu ſancto congregata 236.b
concio euangelicorum 163.b
concionator Caluinianus dum mortuũ vult ſuſcitare, viuum interficit 119.b
concionator fœdiſſimus 264.b
concordia nulla poteſt iniri inter hæreticos & Catholicos 442.b
concordiam nullam fuiſſe inter miniſtros Caluiniſticos, ex Bezæ literis probatur. 97.b
cõcubitum æquè neceſſarium ac cibum & potum 284.b
concubina noua 12 a
concubitus promiſcui 184. a.186.a 254.a. 360.a.434 b.452.a
concupiſcentiam carnalem huius ſeculi qui laudent 104.a
concupiſcentiam, quæ in renatis manet, qui contendant eſſe peccatũ 105.a.107.a. 221. a 325.a
condaus vbi quandò captus 293. b
condormire cur debeant viri & fœminæ iuuenes & virgines 134.b
confeſſionem auricularem à Deo non eſſe inſtitutam 266. b
confeſſionem neq; poſſibilem, neq; neceſſariam 18 a 219.a.234.b.394.a
confeſſionem peccatorum eſſe Papiſticam carnificinam & impietatem 440.a
confeſſionem peccatorum qui quiſquis fieri voluit 238 b
onfeſſio quæ cur beata dicatur 353 a.a
confeſſioniſtarum variæ factiones 134.b
confirmatio 363 a

confirmatio irriſa 235. a
confirmationem non eſſe Sacramentū 266. b 394 a 424 b 440 a
confirmationem non habere olei ſacri illinitionem 305 b
coniuges tantum qui in ſuam communionē voluerint recipere 213 a
coniugium qui per ſuperſtitioſum cōtinentiæ prætextum ab Abelonijs ſpretum 2. b
coniugium repulſum 32. b 101. a 175. b 176. b
coniugia dirimi poſſe 3. a 124. b 341. a
coniugia inter fratres eſſe ſpiritualia 253. b
coniugium par eſſe Virginitati 241 a
coniugium Euangelicorum caſtum ſcilicet 164 a
connubia promiſcua ſuis Adamitis permittit Pikardus 1. b
connubia qui habuerint promiſcua 408 b
conſceleratus Oſiander quibus 380. a
conſcientia diuini iudicij contemptrix, ſecura, ſtupida & conſopita: quibus paradiſus 253. b 422 b
conſecrationes Eccleſiæ non fiunt ſine Crucis ſigno 225 a
conſecratio menſæ & Gratiarum actio Inſabbatatorum 228 b
conſenſus religionis ante Lutheri tempora. 161. b
conſilium Euāgelicum nullū eſſe 112. b 325 b
conſpiratio crudeliſſima contra Franciæ regem & Proceres 292. b
conſtantienſe concilium erraſſe 266. b
conſtantienſe concilium contra Thaboritas præcipuè coactum 471. b
conſtantinopolitanorum de Neſtorij damnatione diſſidium 358 b
conſtantini Copronymi impietas 136. b 137. a
conſtantini Magni pium ſtudium 19. b
conſtantinum Imp. lepidè perſtringit Aceſiū Nouatianum 5. b
conſtans Imperator quid de fide catholica meritus 345 b
conſtantius Imperator fit Arrianus 59 a
conſtitutiones Apoſtolorum contempta 47 b
conſubſtantial. in Chriſtum eſſe cū Deo Patre negat Acacius 4. a
conſubſtantialem cur quis nolebat appellari filium 406 a
conſules Pragenſes ex altiſſimis feneſtris præcipitati 238 a
continentes Adamæorum 1. a
continentia exercetur ab Adamæis 1. a
contritionem quæ ab horrore gehennæ incipit, eſſe peccatum 266. b
contritionem abſque confeſſione ſufficere. 224. b
conuicia quæ à Confeſſioniſtis in Oſiandrū iactata 380 a
conuiuia lauta qui quærebant 91 a
copronymus quare Conſtantinus dictus. 136. b
coracion quidam inſignis doctor vndè conuerſus 348 a
cornicum oculos configere dicuntur hæretici 179 b
corona clericorum rotunda 196 b
corpus Chriſti à conceptione immortalitate donatum fuiſſe 187 a
corpus Chriſti vt in cœna 111 a 115 a
corpus Chriſti qui in Euchariſtia ſub pane vel in pane 326. a
corpus Chriſti non aliter eſſe in pane, quàm in alijs rebus, cenſent Albigenſes 19 b
corpus Chriſti coeſſentiale Deitati qui dicere auſi 142 b
corpus Chriſti in cœna à bonis tantum manducari 104 b
corpus Chriſti quomodo corruptibile & incorruptibile 45. a. b
corpus Chriſti non accipere peccatores 202 b
corpus Chriſti non poſſe eſſe ſimul pluribus in locis 115 a
corpus Domini creatum quidem eſſe opinatus eſt Iulianus Halycarnaſſæus, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit 5. a
corpus Domini non aliter eſſe in pane, quā in quauis alia re 22 b
corpus quale in Cœna 337. a
corpus humanum ſuapte natura malum eſſe, & ideo à malo principio factum 309. a
corpus vnum vt ſimul ſit in pluribus locis, Deum facere non poſſe 320. b
corpora humana à diabolo fieri 386 b
corpus aut caro qui iuxta Munzerum temperanda 343 a
corpus corruptum non redire idem numero 390 a
corpus noſtrum poſt reſurrectionem futurum impalpabile & inuiſibile 177 a
corpora reſurrectura rotunda & orbiculari ſpecie 368. b
cortenum inundatione deletum 292. a
corruptionis vocabulum duo ſignificat 45. b

coſta

coſta ſublata ex Adam, quid ei ſignificet 481. a
cothurnus Germanicus cur quis dictus 296 a 125. a
Creaturas à malo Deo factas 200. a
creaturas aliquas ex ſe malas 200. a
creatura cur ex ſe mala 309 a
creaturam Chriſtum eſſe 304. a
credendum nihil niſi per ſe notum 490. a
crocodilus quàm ſuperſtitioſè cultus 78. a *ſi quem deuoraſſet, magni muneris habebatur loco.* ibid.
crux vt veneranda 223. b 224 a
crux coronata ſe in extis victima ſacrificanti Iuliano apoſtata exhibet 245. b
crucis conſignatio vno digito qualis & quorum 65. b
cruce qui cur ſe vno tantùm digito ſignent & muniant 219. a
cruce ſe conſignat mortuus Macedonius 30. a
crucis ſignum baptizatis ferro acuto & candeſcenti in frontibus impreſſum 241. b
crucis adoratio apud Armenos qualis 65. a
crucem Dominicam nullo pacto adorandam 131 b
crucis ſignum qui quantum exhorreant. 244. a
crucis ſignũ exhorrent Iudæi, & noſtri temporis Euangelici 225. a
crucis ſigno fugat Iulianus apoſtata ſpectra diabolica 243. b
crucis cæremonia Brentio ſacrilega magia. 225. a
crucis feſtum Luthero eſt anathema 225 a
crucem qui quandò ſub terra abſcondant, & poſteà quærant 65 b
cruci an Chriſtus fuerit clauis affixus, quis dubitârit 237. a
crucifixi imago blaſphemè tractata 19 b
crucifixi imagines quis qui perfregerit 237
crudeles in ſeipſos 131. a
crudelitas Donatiſtarum 149 b
Cubicularius, quòd Aphraatem malè tractâſſet, ſubita morte mulctatur 499 a
cultum omnem ſanctorum euertet Antichriſtus 35 a
cultus Dei, B. Mariæ, & omnium ſanctorũ, à quo quantùm blaſphematus 94. a
Cybeles ſacerdotes 494. b
cynici quales 198 b
D. Cyprianus laudatur 16. a
cyrillus quantus fuerit antagoniſta 349. a
cyrillus & Neſtorius qui ſe mutuò oppugnârint 355. a. b
cyrilli duodecim contra Neſtorium capita ſeu anathematiſmi 355. b 356. a
cyrilli ſcripta à quo deprauata 485. b

D.

DAemonicola 139 b
dæmones quis negârit 140. a 198. a
dæmonum famulatum vnumquemque à ſuo progenitore trahere 159. b
dæmonum incantamentis & inuocationib. qui hæretici vtantur 154 b
dæmones inhabitare templa qui dixerint. 103. b
dæmonis operationem hæretici expectant, & hanc S. Spiritûs præſentiam arbitrantur 7. a 159 a
dæmones queruntur de Sanctis viris 261. b
dæmones ſaluatum iri poſt finem huius ſeculi 139 b. 254 b 304 a 368. a
dæmon. vide etiàm, diabolus.
dæmoniacus rumor quem vbi tumultum excitârit 428 a
damnationem non eſſe perpetuam 368. a
damnationem æternam nunquàm à Deo comminatam peccantibus 67 a
damnatos fuiſſe omnes vſque ad paſſionem Chriſti non propter peccatum originale, ſed propter peccatum primorum parentum 64 a
danielis locus quis qui de Mahomete explicatus 303 a
dauidis adulterium opus Dei eſſe 237 b
dauid Georgius 139. b 140. b 195. a
Decimas puras eſſe eleemoſynas, & quandò eas Parochiani poſſunt auferre 235. a
decimas cur qui noluerint Romanæ Eccleſiæ ſacerdotibus dari 416. b
decoctores ante diem Domini 217. b
defectio ſiue diſceſſio D. Paulo quid 34 a
defunctum Acaciũ clàm voluit reuocare Anaſtaſius Papa, vt orationes pro eo in Eccleſia fierent 4. a
defunctis non celebrant Acephali miniſterium eccleſiaſticum, nec iiſdem oblationem aut rem diuinàm faciunt 4. b
defunctos ſacrificiis, precibus & eleemoſynis non iuuari 9 a 19. a 125 a 171. b 203. a 208. a 395 a 417 b
deicida cur Catholici vocati 307. b

deificatum quis ſe aſſerebat 253. *b*
deiferum eſſe Neſtorio Chriſtum, non Deũ. 348. *b*
dei genetrix qui & cur verè dicatur Maria 354. *b*
dei naturam qui ſe comprehendiſſe iactent 32. *a*
delectus ciborum 266. *b vide ciborum delectus.*
delictorum venia ex libri cuiuſdam verbis auditis promiſſa 154. *b*
deliramenta Gnoſticorum 199 *b*
deſolatio Antichriſtus 34 *b*
deus an Chriſtus 243 *a*
deus an ſit, cur dubitetur 72. *b* 73. *a*
deum eſſe quibus rationibus demonſtretur 71.74 *a*
deum non ſemper Patrẽ fuiſſe 172. *b* 354. *b*
deum Patrem eſſe antequàm eſſet Deus filius 4.3 *b*
deum non poſſe habere filium, quàm ſolida ratione probent Agareni 13. *a*
deum non poſſe habere filium 304 *a*
deum omnipotentem non eſſe 94. *a* 320. *b*
deum veteris Teſtamenti malũ fuiſſe 181. *a*
deum qui à lege & prophetis prædicatus, nõ eſſe Patrem Domini noſtri IeſuChriſti 127. *a* 35. *b*. 316. *a*
deum eſſe mutabilem 439. *a*
deum agere ex neceſſitate naturæ, & eum non eſſe authorem omnium bonorum, in eoq; aliquid eſſe compoſitum, & præter eum aliquid eſſe æternum, qui aſſerant 66 *b*. 401 *b*
deum carnem ex ſe factum 330. *a*
deum bonum viuificare & non occidere: malum verò Deum occidere nugantur Albanenſes 18. *a*
deum factum 337. *a*
deum malignum mundum in ſua malignitate creâſſe 43. *b*
deum crudelem quis dixerit. 126. *b*
deum mendacem 63. *b*
deum ſic locutum in Ouidio, ſicut in Auguſtino 22 *b*
deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, hunc inquam ſymboli verſum, Caluinus ridiculam appellat battologiam 488. *b*
deum ſingulum eſſe & Iudaico more confitendum 405. *a*
deus quomodò author malorum 132. *a*
deum corporeum qui ſtatuant 441. *b*
deum eſſe cauſſam cuiuſlibet modi actûs, & cuiuſlibet circũſtãtiæ producta 490. *a*
deum eſſe primam materiam 140. *b*
deum habere multas eſſentias 423. *b*.
deum homines ad peccandum impellere. 109. *b*. 111. *b*. 184. *a*. 254. *b*. 274. *b* 327 *b*
deum mala facere 111 *b*
deum ex ſe nihil mali præſcire, ſed per aduerſarium ſuum, nempè dæmonem. 18. *a*
deum non videri in ſe, ſed in ſuis creaturis qui doceant 22. *b*
deum nobis præcepiſſe ſeruatu impoſſibilia 269 *b*
deum à nobis præter cognitionem ſui nihil requirere 32. *b*
deũ quis portẽtoſo nomine appellârit 87. *b*
deum Solis circulo contineri 88. *a*
deum habere humana membra 41. *b*. 42. *a* 75. *a*. 491 *a*
deum obedire dediſſe diabolo 234. *b*
deum paſſum & crucifixum 399 *b*. 479. *b*
deo ſimiles qui ſeſe iactitent 253. *b*
deorum nomen & angelis & Sanctis omnibus à Deo per gratiam impoſitum 484 *a*
deos duos quales qui ſtatuerint 43. *b*. 126. *b*. 199 *b* 262. *a*. 309. *b*. 419. *a*
deos tres eſſe qui hoc tempore dicant 260. *b*
deos multos ſibi faciunt Euangelici 37. *a*
deos alienos, errores extraneos & hæreſes eſſe 225. *b*. 404 *b*
dij, mortalis vnus, immortalis alter, crediti 78. *a*
dij quales à diuerſis culti 77. *b* 78 79
diabolum eſſe qui negent 40. *a*
diabolus ipſe non eſt Antichriſtus, ſed totus eum corporaliter inhabitabit 34 *b*
diabolus ambit hodiè adhuc honorem Dei 71 *b*
diabolus à quibus per diem decies inuocetur 71 *b*
diabolus à quo nunc materia, nũc materiæ princeps vocatus 310. *b*
diabolos duos iuſtâr canum Oſiandrum comitari 380 *a*
diabolus ſuppeditat Zuinglio arma contra Euchariſtiam 39. *b*. 430. *a*. 518. *b*
diabolus Luthero ſuggerit argumẽta 162 *a*
diabolus corporaliter viſus cum Luthero conuerſari 278. *b*
diabolo Lutherus familiaris 275 *b*
diaboli vox à Luthero ad viuum depicta, quia ſæpe audita 277. *a*
diabolus idololatriæ author & propugnator 30. *a*. 61. *a*

dia-

diabolum omnes Chriſtianos ſeduxiſſe 66 b
diabolum Dei mandato eſſe menda. ē 1 1 b
diabolum natura ſua eſſe malū 309.a 413 b
diabolum ſemper fuiſſe malum, nec habuiſſe vnde poſſet ſtare 490.a
diabolus quo ſtudio Eccleſiam infeſtet 28.b
diaboli ſtudium ad diſpergendum Chriſti gregem pulchra ſimilitudine explicatū 285.b
diabolum nigrum qui vocent Oſiandrum. 380.a
diabolus. vide etiam, dæmon
diaconorum in Catholica fide conſtantia. 265.b
diacono licere concionari abſq; permiſſu Sedis Apoſtolicæ vel Epiſcopi Catholici 235.a
διακρινόμενοι *qui cur ſe appellârint* 219.b
diem Domini iamiam inſtare qui dixerint 217.b
dionyſius Alexandriæ epiſcopus quomodò Chiliaſtas aut Millenarios cōfutârit. 347
diotrephes vndè dicatur 148.a
diſcalceati Saracenos & Turcas imitantur 148 b
diſplicentiam de peccatis admiſſis, non eſſe viam ad iuſtificantem gratiam 221.a
diſputatio cōtentioſa pluris, quàm vita ſancta, à quibus habita 169 a
diſputatio Lipſica 272.a
diſputatio Lutheri cum diabolo 277.a
diſputationes populares de religione 175. a
diſputare de ſua ſecta quis capitali ſupplicio prohibuerit 303.a
diſputandi de rebus ſacris proceſſus optimus quis 348 a
diſſenſio Euangelicorum in articulo Iuſtificationis 150.
diſsimiles & Exnonexiſtentiales Aetiani appellati 11 a
diuinitas Chriſti horrendè ab Achilla & Arrio impugnatur 6.b
diuinitatē Chriſti iā non eſſe in carne 386 a
diuinam Chriſti naturam cum humana in Cruce mortuam 49.b 51.b 219.b 445.a 458.a 482.a
diuinitatem Chriſti cruci fuiſſe affixam & ſepultam 64.b
diuinitatem Chriſti qui dicit paſſam, anathema 483.b
diuites qui dixerint extorres regno calorū 175 b
diuitias paupertati præferendas quis docuerit 512.a
diuortium 243.a 306.b
Doctorum ſanctorum Latinorum ſcripta reiecta 424 b
doctorum omnium ſententias quis contempſerit 65.b
doctos à Deo diuinitùs omnes eſſe 101.a
doctrinam variā & ab ipſo exordio in varia capita diſſectā, Lutherus vocat à Satana 250.b
doctrina hæreticorum qualis 56.b
doctrinam omnem Moiſis, Prophetarum, Chriſti, Apoſtolorum, imperfectam & inutilem fuiſſe 140 a
dolorem vnius peccati ſine dolore omnium, eſſe peccatum 221 b
dominatio ſpreta 26 b 84 a 133. b
B. Dominicus vbi, quandiù, contra quos hæreticos concionatus 19.a
dominico die laborandum 239.b
dominicum diem qui aſpernentur 429 a
dominicus dies in diē Veneris mutatus 305 b
dominicis diebus potiùs ieiunandum qui dixerint 175 b 176 b
dominos temporales poſſe bona temporalia ab Eccleſijs auferre 235 a 267 a
dona ſpiritualia quis pecunia putabat poſſe comparari 432.a
donatiſtæ damnantur 16 a
donatiſtæ noſtri ſeculi 149.b
dorotheus Epiſcopus Arrianus centum & viginti annorum 84 b 150.b
Draco Apocalypticus per Lutherum ſolutus 41.a
draco pro Deo habitus 77.b
draconem qui dicant Oſiandrum 380.a
Duas qui Chriſto perſonas tribuat Neſtorius 348.b
dulcinus Nouarienſis ob hæreſim exuritur. 52.b

E.

E*Bionitæ noſtri temporis* 153.b
Ebrietas quo ſacrilegio ab Agapetis defenſa 12.a
Eccius Lipſiæ diſputat cum Carolſtadio & Luthero 272 a
eccleſia adhuc incorrupta & virgo 132.a
eccleſia quandò cur virgo appellata 472 a
eccleſiæ ſtatus florentiſsimus 60.b
eccleſia vera vbi tantùm 425.a
eccleſia vna, extra quam nulla ſalus 54 b
eccleſiam inuiſibilem eſſe 230.a

ecclesiam non esse Apoſtolicam, niſi vita adſit Apoſtolica, qui dicant 53.b
eccleſiam Chriſti errare poſſe 236 b
eccleſiam nunquam habuiſſe authoritatem verba Chriſti exponendi 2:7.a
eccleſiam à Chriſto ſine vicario relictam. 320.b
eccleſia quæ cur beata dicenda 352 b
eccleſiæ ſtatum collapſum quis ſe reſtauraturum docuerit 130.b
eccleſiæ contemptus Lutheri quantus 433 b
eccleſiam quid in multas ſectas diſſecet 51 a
eccleſiarum diſsidium 320 b
eccleſia vniuerſalis à quo calumnijs impetita 124 b
eccleſiam catholicam omnes Sectarij ſimul oppugnant 440 a
eccleſiæ authoritas ab Albanenſibus in ordinem redacta 18.a
eccleſiæ capita in errorē labi aut hæreſim, quanta ſit tentatio 349 a
eccleſia florentior fit ex perſecutionibus 18.b
eccleſiæ Catholicæ corpus creſcit per Sectarum diſſectiones 457 b
eccleſiæ perſecutores miſerabili ſemper morte perierunt 474.a
eccleſiam ſuā Adamæi Paradiſum vocant 1.a b
eccleſia orant pro Conſtantino 255.b
eccleſiam conſtituendam ex Iudæis & infidelibus tantum 87.a
eccleſiam qui bonos & malos continere negarint 69 a 119.b 2:6 b 236.a 267.a
eccleſiam qui penes ſe ſolos eſſe iactitent 69. a 119.b
eccleſiam Chriſti tantum in Aphrica eſſe. 149.a
eccleſiam deſijſſe, & apud ſuæ ſectæ homines tantùm manſiſſe 332.a
eccleſia Gothorum, igne ſuccenſa 190 a
eccleſiam ad rē orationis cauſa, nihil prodeſſe 19.a
eccleſias qui dæmonum habitacula eſſe blaſphemarint 103.b
eccleſiam conſecratam non plus ad orandū valere, quàm porcorum ſtabulum 417.a
eccleſia Synagoga reputata 207.b
eccleſiaſtica officia, partim Græca, partim Chaldaica lingua peracta 196.b
eccleſiaſtici quòd habeant poſſeſſiones, contra ſacram ſcripturam eſſe 234. b 235. b 267. a.320. b
eccleſiaſtica ſcripta cur appellata 48 a *quî ab Apocryphis differant* 47 b
eccleſiaſtici viri octoginta à Catholicis ad Valentē precatores miſſi 495 b *in nauem impoſiti, iuſſu crudeliſſimi Imperatoris, vnà cum naui comburuntur* ibid.
ecebolus Sophiſta in religione colenda Proteus 153.a
ecſtaticorum ſomnia & geſtus horrendi. 160.a
Edeſſenorum pietas & cōſtantia 496.b 497.
Eiulari qui putent Deo gratiſſimum 154. a
Electis peccata nulla eſſe mortalia 94.a
eleemoſynarum largitione magis Chriſti paſſionem repræſentari, quàm altaris ſacrificio 66. b
elementa animata eſſe 310.b
elementa qui aut quomodò trāſitura 343. b
elementa qui reſtauranda, non peritura. 344.a
eleuationem Euchariſtiæ Lutheranorum quidam aboleuerunt, quidam retinent 386.b
elias qui Ochoziam reprehenderit, mortemq́; ei ſuam prænunciârit 344.b
eliam qui ſe iactârit 303. a
eligij cuiuſpiam hypocriſis & diſſimulatio. 257. a
eloquentia naturalis quo ſua Neſtorio ceſſerit 354 a
elymas Magus D. Paulo per omnia reſtitit 156.b
Emanuel quid ſonet 349.b
enoch damnatum 317 a
enoch alterum iactat ſe Oſiander 280 a
enthuſiaſtæ 139.a
Enthuſiaſtæ noſtri temporis 160 a
Epheſina Synodus ſecunda cur prædatoria appellata 145.a 146 b
epheſina vndè aduersùs Neſtorium coacta ſynodus 357 a
epibaterium 299.a
epimethes equites 289.a
epiſcopi quid à Licinio paſſi 256.
epiſcopi Catholici ab Arrianis in exilium acti 195.b
epiſcopi pro membris Satanæ habiti 440.a
epiſcopus omnium bonorum operum exemplo debet multitudini præeſſe 392. b
epiſcopi boni exemplum 428.b
epiſcopus auarus, ſuperbus, vanus & planè ſecularis deſcribitur 391.b

epiſcopi ex vna ſede in aliam tranſeuntes qua pœna afficiendi 483 a
epiſcopis olim religio fuit, Mathematicam, Aſtronomiam, & apoteleſmaticam tractare 322.b
epiſcoporum cæcitas coniurationis tempore 100 b
epiſcopum non poſſe fieri qui malus eſt 18 a
epiſcopum non ordinare, ſi ſit in peccato mortali 234.b
epiſcopus & Presbyter Aerio gradu, authoritate, & dignitate ſunt æquales 10 a
epiſcopos omnes eſſe æquales 221.a 237.a
epiſcopum non diſtare dignitate ab alio ſacerdote 320 b
epiſcopi centum & quinque Arriani 59.a
epiſcopi tres eodem tēpore Antiochia 333 a
epiſtolæ Pauli omnes reſectæ 448 a
Equum claudum miraculoſè non potuiſſe ſanare Euangelicos 140.b
Eraſmus aut Lutherizat, aut Lutherus Eraſmizat 161.b
Eraſmus Roterodamus de noſtri temporis Euangelicis 109 b
eraſmi Roterodami pulchra de noſtris Euangelicis ſententia 163 b 164
eraſmus deprehendit Lutherum ſceleratiſſimum 266.a
eraſmus Lutheri ingenium depinxit 277.a
erubeſcendum qui dixerint non eſſe de re à natura nobis data 491.b
Eſaiæ locus, Eccè virgo concipiet, qui à quo deprauatus 35.a b
eſca, velut nō à Deo, ſed diabolo facta, ſpreta 3.b 13.b
eſcas abominabantur Aerij quidem, ſed ab iis tamen non abſtinuerunt 10.a
eſcas exquiſitas & delicioſas non quærebant Eſſæi 161.a
eſſæi Anabaptiſtis ſimiles 161.a
eſſentiam generare eſſentiam 230 b
eſſentiam diuinam non eſſe ocioſam, ſed eſſentiare 423.b
eſſentiam diuinam in ſe nec ab angelo, nec ab homine videri, nec videndam 481.a
eſſentiam vnā non eſſe SS. Trinitatis 141.b
Ethnicos ſaluos factos virtute legis naturæ 396 b
Euam non eſſe formatā ex coſta Adæ 481 a
euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, legi & Prophetis cōtrariam eſſe, oſtendere conabatur Addam Manichæus 7.a
euangelium ab Apoſtolis non eſſe prædicatum iuxta ſpiritualem intelligentiam 400 b
euangelium ſecundùm Matthæum ſolùm admiſſum, cætera tria reſecta 129 a 52.b
euangelia omnia præter illud quod D. Lucas ſcripſit, reſecta 126.b 15.a 317.a
euangelium D. Ioannis Apoſtoli reſectum 23 b
euangelium fatuum, delirum & falſum cui 209.b
euangelium venale quis fecerit 207 b
euangelium Nicodemi qui in ſuis Miſſis legant 138.a
euangelium non eſſe legem 105 a 326.a
euangeliū ab aduētu ſuæ ſectæ defiiſſe 18.b
euangelium non habent, qui non habent ſpiritum ſanctum 87.b
euangelium nouum neminem reddit meliorem, omnes deteriores 164.b
euangelium ſeditioſum & ſanguinarium Lutheri 288.b
euāgelio Lutheri quis repentinum diuinàrit interitum 294.b
euangelici volunt nunc omnes Sectæ vocari 439 b
euangelici illud nomen ſibi falsò vendicāt 162.a
euangelicorum ſtudium 72.b
euangelica ſodalitatis mores 163.b
euangelici ſuis coloribus ad Eraſmo R. depicti 109.b 163.b 164.
euangelicos Turcas impietate vincere 307.a
euangelici Turcica captiuitatis faciem vbi induxerint 162 b atrociùs ſæuiunt in ſacra quàm Turcæ ibidem.
euangelici renouant Iudaiſmum 16.b
euangelici in quibus cum Iudæis conueniant 242 b 43.244.b
euangelici in quibus cum Manichæis conueniant 311.a
euāgelici quidam decies diabolum per diē inuocant 71.b ſuntque prorsùs athei & nihil credunt 72 a
euangelici vt in præcipuo articulo religionis noſtræ, nempe Iuſtificationis, diſſentiant 250
euangelici in quibus articulis ſunt concordes 439 b 440.a
euangeliſtam ſe appellat Lutherus 274 a
eucharistia etiàm apud Acephalos conſeruatur 4 b
eucharistia efficacia 204.a

eu-

euchariſtia quàm reuerenter à Mahometo habita 307. a
euchariſtia conſecrationis forma qui mutata 394. a
euchariſtia nobis à Chriſto in mnemoſynon charitatis relicta 162. a
de Euchariſtia quandò Lutherus rectè ſenſerit 286. b
euchariſtia Albanenſibus nihil eſt 18. a
euchariſtia blaſphemata ab Albigenſib 19 b
euchariſtia oppugnatur à Zuinglio armis à diabolo ſuppeditatis 430. a
euchariſtia reprobata 58. b
euchariſtia irriſa 259. b
euchariſtia canibus obiecta, & contumelioſiſſimè blaſphemata 162. b
euchariſtia quàm indignè tractata & blaſphemata 3‹7. a
in Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti praeſentiam primus noſtro tempore negauit Carolſtadius 122. a
in Euchariſtia realis praeſentia corporis & ſanguinis Chriſti negata 26. b 63. b 84. a. 92. a 208. a 233. a 234. b 261. a
in Euchariſtia non ipſum corpus, ſed corporis virtutem qui eſſe nugentur 158 b
in Euchariſtia non eſſe verum corpus Chriſti ſed tantum corporis ſignum 451 b
euchariſtia arrabo corporis Chriſti 58. b
de Euchariſtia fructu triplex opinio Caluini & Bezae 161. a
euchariſtiam nihil prodeſſe vel obeſſe 63. b 139. a 209. a 121. b 464. b
in Euchariſtia poſt conſecrationem, panis & vini ſubſtantiam remanere 121 b
in Euchariſtia corpus Chriſti qui ſub vel in pane 386. a
in Euchariſtia panem ſimul eſſe cum Chriſti corpore 430. a
extra ſumptionem verò non eſſe corpus Domini. ibidem.
in Euchariſtia corpus exangue, & cruorem potiùs quàm ſanguinem nobis dari 430. b
euchariſtia nullam reuerentiam exhibendam qui dixerint 91 b. *nec adorãdã* 232. b
euchariſtia tranſelementatio & adoratio negata, eamq; extra vſum non eſſe Sacramentum 40. b
euchariſtiam extra ſumptionem adorari cui nefas 121. b
euchariſtiam non reſeruandam, quòd extrà vſum non ſit ibi verum Chriſti corpus 267. b
euchariſtia eleuationem Lutherani quidã retinent 386. b
euchariſtiam nõ percipere peccatores 202. b
euchariſtiam ex pane, aqua & igne eſſe cõfecto, qui cur dixerint non poſſe confici 125. b
euchariſtiam qui tractent aut conficiant Neſtoriani 349 a
euchariſtiam in die Coenae Domini conſecratam maioris eſſe virtutis & efficacia 20:. b 194. a
euchariſtia loco agnus Iudaicè ſumptus 61. a
euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie ex Chriſti praecepto omnibus neceſſariò ſumendam 102. b 110. b 202. b 216. b 218. a 236. a 267. b 198. b
ad Euchariſtiae ſumptionem nullam requiri praeparationem, ſed ſolam fidem 267 b
euchariſtiam qui ſumebant ſub vtraq; ſpecie abſq; ſacramentali confeſſione 177. a
euchariſtiae communionis ſpeciem nullam neceſſariam qui dicant 339 b
euchariſtia paruulis poſt baptiſmũ per ſimplices ſacerdotes à quibus collata 203. a
euchariſtiae miniſterium honoris ergò in Eccleſia ab Aniceto, Polycarpo permiſſum. 385 a
euchariſtiam non poſſe in azymo pane confici 63 a 202 b
euchita 139 a
eulogius vir pius & doctus facetè reſpondet Modeſto 497 a
eunomius corpore & anima leproſus 161. a. b *atque intrà & extrà morbo regio infectus* 168 b
eunomius anathema 481. a
eunuchorum ſecta 493. a
euphemius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Athanaſio Imp. cur in exilium miſſus 29 a *eius conſtantia* 29 b
europa à Scythis direpta 117. b
euſebij rhetoris Conſtantinopolitani acumẽ & laus 353. b
Excommunicatio Adamaeorum 1. b
excommunicatio 234. b 235. a
excommunicationem quis Antichriſti cenſuram dixerit, & ideò non timendam. 216. b 235. b 268. a
excommunicatio ſpreta 424. b
excommunicare non poſſe Eccleſiam mentiuntur Albanenſes 18. a
excommunicati olim corporaliter à daemone vexabantur 21 a

excom-

excommunicati & damnati pro crimine hære-
ſis poſt mortem 23.a
exemplum timoris Dei 70.a
exilij vltronei Lutheri, cauſa 122.b
exnonexiſtentiales & diſsimiles Aëtiani appellati 11.a
exordium Mahometis, Lutheri & Caluini, idem 304.b
experientia ſtultorum magiſtra 501.a
extolli ſupra omne quod dicitur Deus, quid 34 b
extremum diem neq; Chriſtum ſcire 227.b
extremam Vnctionem à Deo non inſtitutā 212 b
extremam vnctionem infirmis non prodeſſe ad ſalutem corporis 203.a
extrema Vnctio reiecta 18.a 114.b 195.a 424.b 440.a
Ezechiæ regis in Deum pietas 446.a

F.

FAcetus Siſinius 456.b 457 a
Fagij oſſa vbi defoſſa & exuſta 107.b
falſi prophetæ qui dicantur 179.a 18.
fames inaudita per Belgium 292. b
fames quanta Monaſterij 231.b
fames quanta cur in Phrygia exorta 495.b
fames ſeptem annorum per Germaniam 291.a
farellus paraſceues nocte in lupanari inuentus 290.b
farellus noſtro ſeculo Macedonianiſmum renouat 301.b
fatalis neceſsitas 216.b 235.a 268 a 311. b 327.a
fatalibus ſtellis hominem alligatum 413 b
fato omnia adſcribenda 85.a
Fermentato, non azymo, Neſtorianos in euchariſtia vti 349.a
feſta Sanctorum nō eſſe celebranda 259.b 395 a
feſta omnia abrogata 305.b
feſta mutata 305.b
Fidem abiurare licitum 87.a
fidem amitti per quodlibet peccatum mortale 268. a 275. b 326.a
fides catholica quandò deſeritur 34 a
fidei Chriſtianæ cauſa quibus quæ 40 b
fidem Chriſtianorum, nihil diſcrepare ab illa quæ dæmonum eſt 66.b
in fidei diſciplina potiùs rationibus quàm ſcripturæ teſtimonijs agendum 182.a
fidem eſſe noſtram iuſtitiam 250.a
fide maiorum viuere eſt bonorum virorū 166.b
fidem neceſſariò debere præcedere baptiſmum 208.a 399.a
fidem non poſſe eſſe abſq; charitate 268.a
fidem non pendere ex ſcripturis ſacris 461.a
fides noua quam ſpecialem vocant, à Luthero conficta 275 a 279 a
fides qui ab omnibus ferè noſtri temporis hæreticis definiatur 233.b 234.a
fidei rationem non opus eſſe inquiri, & vnumquenq; in ſua fide perſeuerare debere 44 a
fidem quam, omnes ſaluos facere, etiamſi grauiſsima commiterent ſcelera, & in ijs perſeuerarent 168.b
fidem ſolam ad ſalutem adipiſcendam ſufficere 11.b 41.b
fidem ſolam iuſtificare 114 a 268 a
fidem ſolam ſine operibus iuſtificare qui Lutherus doceat 281. a
fidem nos ſaluare, & non bona opera, docebat Simon Magus 455.b
fidei ſuæ ſeu potius perfidiæ qui quantum tribuant 32.b
de fide veteres magno cum metu & religione noui aliquid edidère 326 a
filius an extremam horam nôrit, friuole diſputatum 172.a
filium qui meram creaturam eſſe dixerint 62.a 168. a 173.a 182. a 334.b
filius Dei hominibus collatus, veritas: Patris, mendacium 368 a
filium Dei verum quis ſe dixerit 140.b 408.b
de filio impijſsima dogmata 172.b
filios duos eſſe 483 a
filium diuerſum à Patre, nec orandum 368.a
filium diſsimilem Patri 444.a
filium non eſſe Patri æqualem, neq; filio ſpiritū ſanctum 18 a 381.b
filium Patri non eſſe conſubſtantialē 58.b 477.a
filium minorem eſſe Patre 69 a 138 b 149.a 168 a 308. a 428. a
filium minorem eſſe Patre, nec eiuſdem ſubſtantiæ, ſed meram creaturam 385.b
filium non dici vnicum & verum Deum 141.b
filium non eſſe perſonam Trinitatis 405 a
filium non nôſſe ſuam ſubſtantiam ſicuti eſt 262 b & qui propter nos factus. ibid.
filium non poſſe videre Patrem, nec videri à Spiritu ſancto 368.a
filium non ſemper fuiſſe, ſed creatum 319. a
filius qui in Patre, & minor Patre 387.a
filium qui non videantur inuocare 429.a
finis mundi quis à quibus conſtitutus 244.b
Flagellatio puerorum ad necē in ſacrificio 78 b
flagellatio confeſsioni prælata & martyrio 183 b
flagellantium hæreſis non minùs pernitioſa quā

Ana-

Anabaptiſtarum 183.a
flauianus Antiochenus epiſcopus, arte quadã Adelphium eò adduxit, vt ſua ſecta arcana in medium producat 7.b
flauianus cui hæreſi quàm fortiter ſe oppoſuerit 145.b
accuſatur, damnatur iniuſtè & moritur. 146.b mortuo etiàm Dioſcero calcibus inſultat. ibidem.
flauianus Antiochenus Epiſcopus cur ſede ſua exactus, & in exilium abductus 514.b 515.a
Fœmina apud Adamæos nuda cum viris qui conuerſentur 1.a
fœmina aliqua qui Presbyteri mater vocetur. 352.a
fœmina à quibus seducta continentiæ prætextu 175.b
fœminæ arrogantes vbi regnant, ibi res peſſimè geruntur 251.a
fœmina capite raſo virilem habitum ſumpſerе 175.b
fœminis commiſceri licere omni pudore ſublato inſtar canum 138 b
fœminas communes haberi poſſe 360 a
fœminarũ vſus promiſcuus licitus 434.b 452.a
fœmineus ſexus nullus poſt reſurrectionem futurus 64 a
fœnus quorundam Catholicorum quibus cauſa diſceſſionis ab Eccleſia 42.a 75.a
forma corporis humani 400.b
fornicatio Catholicorum quorundam, quibus materia ſeparationis ab Eccleſia 42.a 57.a
fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum. 202.a
fornicatio laudata 264 b
fornicatio quantum apud quos piaculum & abominatio 365.a
forum ſine iuſtitia apud quos 162.b
franci qui olim dicti 193.a
franciſcani impugnati 56 a
franciſcus Galliæ rex qui expiàrit Sacramentariorum hæreſim 431 a
frater Prædicatorij ordinis lapidibus à flagellantibus obrutus 183 b
fratres qui in ſacris literis appellentur 39.a
fratrem quis vterinum in conſpectu parentum capite truncàrit 160.b
fratris vxorem habere poſſe fratrem 409.b
Fures qui iubeant audacter furari 254 b
furtum commendatum 264 b

G.

Gainas, & eius hiſtoria 187 b
galatæ vndè dicti 19'.a
galatarum inconſtantia 191.b
galatæ cur ab Apoſtolo ſtultitiæ inſimulati 192.a
galilæum vocabat Iulianus Chriſtum 248.a
galliæ prædones & laniſtæ omnes, cuius crudeliſſimæ conſpirationis conſcij 29.b
galliæ Epiſcopi à quo impudentes calumnias perpeſſi 9.b
galliæ ſtatus ad ingreſſum Bezæ & aliorũ 93.b
gallorum virtus & fama quando quanta 191 b
gallorum ciuile bellum quot millia abſumpſerit 293.a
gallorum leuitas 317.b
gallogræcia nunc Gallatia dicta 191 a
Generatio omniũ hominũ in quo conſiſtat 89.b
generationem omnium hominum ex ſeptem ſideribus dependere 133.b
geneua complures habet atheos 72.a
geneuenſes Miniſtri qui vbi excepti 96.b
geneua ſicariorum & latronum omnium refugium 100 a
geneuam quis primò toxico infecerit 180 b
geneuam qui Caluinus occuparit, ab illa pulſus reuocatus iterùm, & quid ibi fecerit 115 116.117.118.119.
geneuæ videre eſt abominationem deſolationis in templis 162.b
geneuæ intrà ſemiannum aliquis duas vxores repudiauit, & tertiam duxit 243.b
geneuæ quàm ſanguinarium conſilium contra Franciæ regem & proceres initum 292.b
gipides 192 b
D. Georgius quantùm à quibus colatur 196.b
germanos ante Lutherum non habuiſſe euangelium 277.b
germanus & Lupus fratres & Epiſcopi, Angliã ab hæreſi Pelagiana repurgant 395.b
germani quales olìm immolàrint hoſtias 78.b
germania quibus cladibus ob mutatam religionem afflicta 291. 292. 293
gerardus Sagarellus hæreſeos conuictus exuritur 52 b
Gigantem gemina ſubſtantia ſe dicet Antichriſtus 35 a
Gladium Gedeonis quis ſibi commiſſum gloriabatur 190 b
glogouienſes Suencfeldiani 461.a
Gorpiæus menſis 449 b
gothi qui & vndè 200.b
gothorum Eccleſia 190.a

gothis

gotthi dudum Arriani 192.b
gotthi 187 b 19..b
gotthi conciliata inter ſe concordia Thraciam vaſtant 501.a
gotthicas literas quis primus inuenerit 202.a
gotthi qua occaſione Arianiſmũ complexi 201.b
Gradus Atheiſmi 72. a
gradus quoſdam eſſe in Deo 135.b
græci quaterdecies ab Eccleſia orthodoxa ſe præſciderunt 203. b
granuellanus Cardinalis infeſtatur in Flandria 99.a
gratia 107.a
gratia certitudo 268. a 275. b
gratia Chriſti à quibus contempta 126.a 245.a
gratiam Dei eſſe noſtram iuſtitiam 250.a
ad gratiam Dei recipiendam, hominem ſeſe poſſe præparare ex puris naturalibus viribus 325. a
gratia quantùm Lutherus tribuat 268.b
gratum nihil eſſe Deo, niſi ab ipſo mandatum 233. a
gratos eſſe homines Deo per Chriſtum, etſi ſcelerate & impure viuant, qui firmiter credi velint 107. a 109. a 114. a
Guiſianus heros impia proditione trucidatus. 293 b
guiſianus Dux à Poltrotio, inſtigante & impellente Beza occiſus 99. a eius ſanguis contra Bezam ad Deum clamat 99.b
gulam vt docuerit Balaam 80 b
Gymnaſium publicum Pragæ Lipſiam Miſnæ tranſlatum 102.b

H.

HAbitum religioſum quis vbi primò abiecerit 121 a
hæreſes cur Deus oriri patiatur 51 b
hæreſes cur Deus ſufferat 325. b
hæreſeos cauſa 61 a
hæreſeos crimen longè grauiſsimum 42.a
hæreſis & Antichriſtianiſmi collatio 36. b 37. 38
hæreſis carnalis Agapetarum 11 b 12
hæreſis cuius res exemplo omnia perdat 86.a
hæreſis propter gulam & ventrem 512 b
hæreſum omnium caput & author Simon Magus 452 a 453.a
hæreſes ſeptem primæ 150.b
hæreſum primi authores 67 a
hæreſis quæ, breui temporis interuallo, mille ferè ciuitates infecerit 18 b
hæreſim ſuam qui ſupprimere conentur, etiam conuicti impudenter pernegẽt 7 b 159.b 321.b
hæreſes Iudæorum 132.a
hæreſiarcharum mortem non ſemper reſpondere ipſorum ſacrilegijs 394.b
hæreſiarcharum pœnas quotidie creſcere 294.b 306. a
hæretica ſcripta qui ſeruare voluiſſet capitis damnatus 451.a
hæreticarum quarundam opinionum condemnatio 483.484.a
hæreticorum vafricies & germana deſcriptio. 16. a 21. b
hæreticorum abominanda fœditas 19 b
hæretici qui, quibus ſe titulis ornárint 5. a
hæretici ſolent verbis contendere 27. a
hæretici qua ratione Antichriſti appellẽtur 35.b
hæretici omnes ſeditionis cupidi 49. a
hæreticorum mos 98.b 99.a
hæreticorum ritus 396.a
hæreticorum ſucceſsio 312. a b
hæreticorum ambitio & peruerſitas 133 a
hæreticorum doctrina qualis 56.b
hæretici diuinitatis nomen affectant 226.b
hæreticiſsimi qui, cur à quo appellati 43.b
hæretici magnas pœnas & cruciatus in die iudicij ſuſtinebunt 482.b
hæretici ſua authoritate falſa ſemper ſimulant 88.a
hæretici ſeditionis cupidi 435.a
hæretici crudelius Chriſti corpus tractãt, quàm qui illud in crucem egerunt 227.a
hæretici & qui eorum errores ſequuntur, idololatræ ſunt 227 a
hæretici qui quem pecunia deprauarint 476 a
hæreticorum blaſphemia perſeuerans irremiſſibilis 434. a
hæretici qui cur à Neſtorio Conſtantinopoli afflicti 3.3.b
hæreticus nullus vnquàm tam propè ad D. Pauli prophetiam de Antichriſto acceſsit, quàm Mahometes 302.a
hæreticos rebaptizandos, vbi ad Eccleſiam redierint, malè volunt Agrippiani 15 a
hæreticorum falſa & erronea imaginatio 423 b
hæreticorum vitæ ſanctitas 313.b
hæreticorum diuerſitas in ſcripturarum interpretatione 476.a
hæreticus cur dicatur ſal infatuatus 153 b
hæreticus, Oſiander, à quibus vocetur 380.a
hæretici omnes laudati, & ex his neminem errare 423 b
hæreticorum ſermo vt cancer ſerpit 217.b
hæreticorum voces tanquam Sirenum cantiones fugiendæ 329.b

bilem fuiſſe qui dixerint 45.a 244.b
carnem Chriſti non fuiſſe noſtræ ſimilem, 176.b
carnem Chriſti conuerſam fuiſſe in Deitatem 145 a
carnem hominis non à Deo, ſed à diabolo factam 336.b
carnem tantùm peccare qui dicant 253.b
carnes in lege veteri prohibitas, qui non edendas velint 202.a
carnes non licere comedere 125.b.158.a. 309.a 413 a.429 a.465.b
carnes qui ſemel comediſſet, à quibus repudiatus 175 b
carnes ieiunij tempore venales propoſitæ, 47.b *à populo neq; emptæ, neq; eſæ,* ibid.
carnes qui omni die ſine delectu comedant 228.b
carnifices apud Caluiniſtas ſacerdotes. 307.b
carolus V perexiguæ manu numeroſas Lutheranæ factionis copias ſolius Dei præſidio adiutus, fundit 8.b
carolſtadius vbi agricola ruſticus factus, 10' a
carolſtadij impia acta 121 a & deinceps.
carolſtadius ſacerdos primus apud Germanos vxorem duxit 120.b.121.b *primus etiam corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam in Euchariſtia negauit noſtro tempore* 122 a
carpocrates impurus, impudẽs & voluptuarius 121.b
carthuſiani à quo in fugã adacti, & illorũ monaſterium funditùs deletum 237.b
caſeus & panis Deo oblatus 68.a
caſpar Querhamer homo laicus triginta ſex antilogias Lutheri de cõmunione vnius vel alterius ſpeciei colligit 2,1.a
caſtè neminem poſſe viuere 440.a
caſtitatis Bezæ hiſtoria non illepida, 98 a b
caſtitatis perſuaſio 176 a
caſtor Agrippa ſcribit contra Baſilidẽ 19.a
caſtratio qui à quibus fiat 493.a
caſtratio in Euãgelio qui accipiẽda 4,4 a
cataſtrophe tragœdiæ Euangelicorum, 164 a
cathari cur ſic appellati 124.b.382.a
cathari mundani potiùs quã mundi 125.a
catharina de Boic vxor Lutheri 2-4 b
catharina Lutheri vxor aliquot annis pro ſtudioſorũ oſcula Vuittenbergæ volutata 284 b
Catholica Eccleſia ſola quæ 144 a
catholicam Eccleſiam apud Latinos nõ eſſe qui dicant 63.a
catholicæ Eccleſiæ dogmata omnia quæ ratione quis voluerit abolere 72.a
catholicam eccleſiã qui ſemel deſerũt, quib. gradib ad Atheiſmum prolabantur ibid.
catholica fides tempore Antichriſti deſerta 34.a
catholica fides quomodo Verbum Dei hominem factum aſſerat 351.b
catholicæ religionis deſertio qui in diuerſis locis à Deo punita 291.
catholici quidam vita minus integra, quibus anſam dederint ab Eccleſia diſcedendi 42 a.73 a
catholici quid ſentiant de ritibus externis, & quatenùs cum illis Adiaphoriſtæ conueniant 8 b
catholici à Lutheranis ex vrbe Monaſterio eiecti 27 a
catholici horrenda patiuntur ab Arrianis 193 a
catholici excisis linguis diſertè loquuntur. 214.b
Celtæ qui 206.b
celtiberi ignotum colunt Deum 78 a
centurio ante crucem in ipſo ſcandalo paſſionis Chriſtum verum Dei filium confitetur, quem Arrius in Eccleſia conſtitutus prædicat creaturam 489.b
cerberum infernalem qui ſanctam Trinitatem blaſphemo ore dicant 393.a 418.a
cerinthus ruina domûs oppreſſus 128.b
cerinthiani noſtri temporis 129.b
certos homines eſſe debere de ſua ſalute 107.a.109 a.114.a
Chalcedonenſis Synodus 28 b.32.b
chalcedonenſe concilium ab Acephalis impugnatum 4.a
chaos Poeticũ quis ante mũdi conſtitutionẽ fuiſſe aſſerat 509.a (266.b
characterem in nullo ſacramẽto imprimi
characteri Antichriſti quantam efficaciã attribuerint 86.b
charitatem neceſſariò ſequi fidem 268.a
chaius quid ſignificet 127.b
chore, Dathan & Abiron cur à quibus culti 310.a
chiliaſtarum author & error cuiuſmodi 347.b

chriſ-

chriſmate niſi vnctus à quibus cenſeatur non baptizatus 63.a
chriſma ſacrum qui docuerint conſpuendū & conculcandum 149.b
chriſtiani ſine Chriſto 207.b
chriſtianos ita liberos, vt nulla eis lex poßit imponi 287.b
chriſtianos oēs eſſe Sacerdotes 103.a.250.a
chriſtianos non poſſe non peccare 109 b
chriſtiani omnes cur damnentur 60.b
chriſtianorum ſalus 484.a
chriſtianos omnes per Antichriſtum peruertendos 87 a
chriſtiani olim in nullo non conuentu orabant pro principibus ſuis 498 b
chriſtianæ pietatis via ſeu rationes iuxta Muntzerum, quæ 343.a
chriſtianam religionem ex maximis perſecutionibus ſplendidiorem reddi 246.b
chriſtotocon B. Mariam appellandam, non Theotocon 222 a
chriſtus an Deus 243.a
chriſtum natura Deum eſſe negat Adamus Paſtoris 1 b
chriſtum non Deum, ſed (ô blaſphemiam) ſtultum, ſimplicem phantaſticum & ſeductorem fuiſſe 209 b
Chriſtus quibus Satanas 253.b.422.a
Chriſtus à multis hoc tempore Deus negatur 120.b
Chriſtū creaturam eſſe, dicūt Agareni. 13.a
Chriſtum non eſſe Deū, ſed creaturā 304.a
Chriſti maieſtas & potentia nihili habita. 89.b
Chriſtus cur non adorandus 89.a
de Chriſto nihil expreſſè dictum in Vetere teſtamento 472 a
Chriſtum ob vitam honeſtè & ex virtute actam, in filium Dei adoptatum 259 a
Chriſtum qui & quam hæreticè Neſtorius diuiſerit 328 b
Chriſtum gloriæ Dominum Neſtorio nō fuiſſe 354.b
Chriſtū Deum eſſe ex Patre ante ſecula genitū, nunquā cōfiteri voluit Caluinus. 131 a
Chriſtum eſſe ex ſubſtantia patris confiteri non vult Caluinus 488.b
Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed hominem tantùm. 67.a b 68 a.259.a 324 a.389.b. 404.b.405 a 445.b.475 a b
Chriſtum eſſe iuſtificatorem iuxta ſolā humanam naturam 458.a
Chriſtum non ſemper fuiſſe Deum 138.a
Chriſtum non eſſe vnigenitum Patris ſecūdum naturam 430.a
Chriſtum non eſſe Meßiā, qui dicant 36.a
Chriſti diuinitas quibus blaſphemijs ab Achilla & Ario impugnata 6.b
Chriſtum non eſſe aliam perſonam à Patre 243.a
Chriſtum ſanctum prophetam, nō Deū fuiſſe 304.a
Chriſtus minor Melchiſedech 324 a
Chriſtum cū Deo Patre eiuſdem & ſimilis ſubſtantiæ eſſe, &c negat Aetius 4 a
Chriſtū eſſe filiū Patris, qui negārint. 429 a
Chriſtum non eſſe naturalē Dei filium, ſed adoptiuum 103 b
Chriſtū Dei filium qui non credant 432.a
Chriſtus homo multa ignorat, vt ineptiunt Agnoetæ 14 b
Chriſtum non ſemper fuiſſe, & vitij virtutiſq; capacem eſſe 62.a
Chriſtum, quo ad diuinitatem, ante Mariā non fuiſſe, nec propriam diuinitatis habuiſſe ſubſtantiam 91.a
Chriſtus Deus ſic natus de virgine, vt in eo ſubſtantia & diuina & humana natura confitenda. 4.b
Chriſtum carnem non de matre, ſed ex elementis accepiſſe, & ſine carne in cælum aſcendiſſe 41.a
Chriſtum carnem ſuam ex cælo attuliſſe, qui dicant 15.b.52 a.461.a. 481.b
Chriſtum de cælo carnem attuliſſe, non de Maria virgine ſumpſiſſe, ſed per eam, vt per riuum aqua tranſiſſe qui dicat
chriſtum non è cælis deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe 389.a
chriſtum non è cælo deſcendiſſe, ſed in terra ortum habuiſſe 392 a
chriſtus qualem carnem dicitur aſſumpſiſſe 6 a.b
chriſtum ex viro & muliere purum hominem natum 152. a. *eundemq; non fuiſſe Deum, ſed ſolam humanam nāturam habuiſſe* 152 a
chriſtū non ex Maria, ſed ex ſemine Ioſeph purū hominem natū. 123.a. 259.a. 463.a
chriſtū ex mulieris ſemine natū credere nō eſſe fundamentū noſtræ religionis 205 a
chriſtum ex Maria humanam naturā non aſſumpſiſſe. 26. b.84. a.89.a.176 b. 184. a. 330.a. 414.b. 434.b
chriſtum carnem non à carne creata, hoc eſt, Maria accepiſſe 142.b

chriſto

chriſti carnem non fuiſſe noſtræ ſimilem. 176 b
chriſtum corpus ſine anima ex virgine ſuſcepiſſe 50 a
chriſtum naturam mutationi obnoxiam & anima carentem aſſumpſiſſe 64 b
chriſtum phantaſticum, & non verum hominem fuiſſe 309.a
chriſtum phantaſia & ſpecie tantùm hominem fuiſſe 37.a
chriſti corpus è cælo deſcendiſſe in Virginis vterum, ipſumq; tanquam ſolis radios penetrâſſe 177.a
chriſtum nec naſci nec mori potuiſſe 181 a
chriſtũ verè in Cruce obijſſe qui negẽt 254 a
chriſtum non verè fuiſſe hominem, nec verè, ſed putatiuè paſſum 133.b.262 b.318 a
chriſtum non, ſed alium quendam, à Iudæis in Crucem actum 13 b.304 a
chriſtum non verè ſed tantùm opinatione, in Cruce obijſſe 307.a.434.b
chriſtum in paſſione carnem qui quis dimiſiſſe dicant. 286.a
chriſtum non fuiſſe paſſum ac crucifixum, 87.a 88.a.89 a
chriſtum non fuiſſe Deum, ſolam humanã naturam habuiſſe, nondum reſurrexiſſe à mortuis 129 a
chriſti humanitas & diuinitas ab Albanẽſibus negata 17.b
chriſtum neque natum, neque habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque quicquam paſſum 126 310.316.a
chriſtum non veniſſe, nec aliquid paſſum 452.a
chriſtum paſſum ſecundum diuinitatem, 145.a.177 a.219.b
chriſtum non pro omnibus, ſed pijs & fidelibus tantum eſſe crucifixum 104.b
chriſtum qui verum Dei filium, & cùm in terris fuit, etiam fuiſſe in cælo negant, item qui eum non in carne, ſed diuinitate paſſum affirmant, &c. anathema 483.a b
chriſtum pro dæmonibus etiam crucifixum, & futuris ſæculis ſæpiùs crucifigendum. 368.b
chriſtum in cruce deſperâſſe, & ideò damnatum 36. a 412.b
chriſtus cruci an clauis fuerit affixus quis dubitarit. 237 b
chriſti latus, dum adhuc viueret, lancea fuiſſe effoſſum quis contra euangelium aſſerat 401.a
chriſtum qui quando reſurrexiſſe dicant. 64.a
chriſtum poſt reſurrectionem ad diſcipulos per rimam vel per feneſtram veniſſe 321 a
chriſtum propria virtute nec feciſſe miraculum, nec à mortuis reſurrexiſſe 259.a
chriſtum non in carne ſedere ad dexteram patris 441.b
chriſtum qui Dei virtutẽ quis dixerit 71.a 314.a
chriſti corpus à conceptione immortale fuiſſe 187 a
chriſtũ deſcenſurum ad Ieſum, & Chriſtũ columbam eſſe 318.a
chriſtum vnam tantum habuiſſe voluntatem & operationem 302 a 320.a
chriſtos plures & diuerſos qui dixerint. 154.b
chriſtus qui Dei filius 339 b
chriſtum qui nobiſcum ſemper mãſurũ qui dicant 261. b
chriſto quæ tria inſint 350 b
chriſtum negare perſecutionis tempore, nõ eſſe crimen 17 a.154.a 198.b
chriſti corpus ſimul eſſe poſſe plurib. in locis qui doceant Catholici 511.a
chriſtus impanatus 121.b
chriſtum ſecundùm humanitatem & diuinitatem vbiq; eſſe, etiàm in inferno, qui dicant 510.b
Chriſtus vt Caluino per metonymiã in cæna 111 a 115.a
chriſti corpus non eſſe præſens in Cœna 261. b.a
chriſti corpus qui in Eucharistia præſens. 386.a
chriſtum in Eucharistia extra ſumptionem adorare cui nefas 121.b
chriſti doctrinam imperfectam & inutilẽ fuiſſe 140.a
chriſtum è Spirituſancto natum quis ſe dixerit 140.a
chriſtum quis ſe dixerit 308.b 110. b 452. a 480. b
chryſoſtomus aliquot homilijs Anomos conficit 32.a
chryſoſtomus qui conſtanter quibus reſtiterit 189.a b
chryſoſtomus difficilem legationem magno animo ſuſcipit, & honorificè ſuſcipitur 190.b

Cibum

Cibum cur Chriſtus ſumpſerit poſt reſurrectionem 45.a.b
cibum cum alijs hominibus ſumere cur qui hæretici renuerunt 3.b
cibus principatuum & poteſtatum 58.b
cibi damnati 447.b
ciborum delectus 240.b.393.b
cibos quoſlibet quolibet die licitos 266 b
ciborum execranda purificatio 125 b
circunſionem qui reducere voluerint 20.b
circuncisionem obſeruandam quis docuerit 189 a
circuncisionem qui recipiant 228 b
circūcisionem ad ſalutem eſſe neceſſariam 129.b
circuncisionem qui in lege noua velint ſeruari 152.a
circuncisio admiſſa 304.a
circuncisionem qui hoc tempore reuocent. 244 b. 259.b
cilicium mulieris Chriſtianæ paruulo infirmo ſuperimpoſitum, eūdem ſanat 197.a
Clerum ditare eſſe contra regulam Chriſti 235.b
Cæna Dominica interpretatio qualis Buceri 107.a
cæna Dominica verba qui ab Oecolampadio explicata 232.b
de Cæna ſeu potiùs re quam in Cæna acquirimus, triplex opinio Bezæ & Caluini 261.a
cæna verba omiſſa 338 b
cæna Domini verba prorſus adulterata. 460.b
cæna verba qui Petrus Martyr interpretetur 320.b
cænobiū quis mállet repetere, quàm in Spiritum ſanctum credere 259.b
cognitionem ſui Deum à nobis tantùm requirere 32.b
coitum qui dixerint non eſſe peccatum 91.b
coire in propatulo 138.b.491.b
coitus promiſcuus permiſſus 87.b.184 a
coitus in ſacris 79 a
coitum omnem qui damnabant 448 a
collis mari porrectus, à quibus velut Deus, cultus 78 a
collyridem qui B. Mariæ obtulerint in ſacrificium 133.b
colonienſes Theologi Luteri libros damnatos exurunt 273
columna in aëre diuinitùs ſuſpenſa 198.a
comitia Ratiſbonæ habentur: ij qui inter fuerint, & quid ibi actum 116.a
communia inter ſe omnia eſſe volebant Eſſæi 161.a
communio SS Euchariſtiæ à quib. hæreticis inter adiaphora poſita 7 a.159.a 209.a
communionem vtriuſq; ſpeciei omnibus ex Chriſti mandato neceſſariam 102. b. 1 0. b. 202. b. 216. b. 218 a. 236. a. 267. b 398. b
de Communione vnius vel alterius ſpeciei triginta ſex antilogia Lutheri 251.a
communionem vtriuſq; ſpeciei non eſſe neceſſariam diſertè docet Lutherus 286.a
communionem ſanctorum qualem qui dicant 254.b
communio ab Acephalis quī quo tempore data 4.b
concilium generale errare poſſe 266.b
concilia generalia ſpreta 424 b
concilia generalia non eſſe in ſpiritu ſancto congregata 235.b
concio euangelicorum 163.b
concionator Caluinianus dum mortuū vult ſuſcitare, viuum interficit 119.b
concionator fœdiſſimus 264.b
concordia nulla poteſt iniri inter hæreticos & Catholicos 442.b
concordiam nullam fuiſſe inter miniſtros Caluiniſticos, ex Bezæ literis probatur. 97.b
cōcubitum æquè neceſſarium ac cibum & potum 284.b
concubina noua 12 a
concubitus promiſcui 184. a. 186. a 251. a. 360. a. 434 b. 452. a
concupiſcentiam carnalem huius ſeculi qui laudent 104.a
concupiſcentiam, quæ in renatis manet, qui contendant eſſe peccatū 105.a.107.a. 221. a 325.a
condaus vbi quandò captus 293.b
condormire cur debeant viri & fœminæ iuuenes & virgines 134.b
confeſſionem auricularem à Deo non eſſe inſtitutam 266.b
confeſſionem neq; poſſibilem, neq; neceſſariam 18 a. 219. a. 234. b. 394. a
confeſſionem peccatorum eſſe Papiſticam carnificinam & impietatem 440.a
confeſſionem peccatorum quī quis quis fieri voluit 238 b
onfeſſio quæ cur beata dicatur 353 a a
confeſſioniſtarum variæ factiones 134.b
confirmatio 363 a

confirmatio irriſa 235.a
confirmationem non eſſe Sacramentũ 266.b 194 a 424 b 440 a
confirmationem non habere olei ſacri illinitionem 305 b
coniuges tantum qui in ſuam communionẽ voluerint recipere 213 a
coniugium qui per ſuperſtitioſum cõtinentia prætextum ab Abelonijs ſpretum 2 b
coniugium repulſum 52.b 101 a 175 b 176.b
coniugia dirimi poſſe 3.a 124 b 341.a
coniugia inter fratres eſſe ſpiritualia 253.b
coniugium par eſſe Virginitati 241 a
coniugium Euangelicorum caſtum ſcilicet 194 a
connubia promiſcua ſuis Adamitis permittit Pikardus 2.b
connubia qui habuerint promiſcua 408 b
conſceleratus Oſiander quibus 380.a
conſcientia diuini iudicij contemptrix, ſecura, ſtupida & conſopita, quibus paradiſus 253 b 422 b
conſecrationes Eccleſiæ non fiunt ſine Crucis ſigno 225 a
conſecratio menſæ & Gratiarum actio Inſabbatatorum 228 b
conſenſus religionis ante Lutheri tempora. 161. b
conſilium Euãgelicum nullũ eſſe 112. b 325 b
conſpiratio crudeliſſima contra Franciæ regem & Proceres 292.b
conſtantienſe concilium erráſſe 266.b
conſtantienſe concilium contra Thaboritas præcipuè coactum 471.b
conſtantinopolitanorum de Neſtorij damnatione diſsidium 358 b
conſtantini Copronymi impietas 136.b 137.a
conſtantini Magni pium ſtudium 19.b
conſtantinus Imp. lepidè perſtringit Aceſium Nouatianum 5.b
conſtans Imperator quid de fide catholica meritus 345 b
conſtantius Imperator fit Arrianus 59 a
conſtitutiones Apoſtolorum contempta 47 b
conſubſtantialem Chriſtum eſſe cũ Deo Patre negat Acacius 4.a
conſubſtantialem cur quis nolebat appellare filium 406 a
conſules Pragenſes ex altiſsimis feneſtris præcipitati 238 a
continentes Adamæorum 1.a
continentia exercetur ab Adamæis 1.a
contritionem quæ ab horrore gehennæ incepit, eſſe peccatum 266.b
contritionem abſque confeſsione ſufficere. 234. b
conuicia quæ à Confeſsioniſtis in Oſiandrũ iactata 380 a
conuiuia lauta qui quærebant 91 a
copronymus quarè Conſtantinus dictus. 136. b
coracion quidam inſignis doctor vndè conuerſus 348 a
cornicum oculos configere dicuntur hæretici 179 b
corona clericorum rotunda 196.b
corpus Chriſti à conceptione immortalitate donatum fuiſſe 187 a
corpus Chriſti vt in cœna 111 a 115 a
corpus Chriſti qui in Euchariſtia ſub pane vel in pane 386.a
corpus Chriſti non aliter eſſe in pane, quàm in alijs rebus, cenſent Albigenſes 19 b
corpus Chriſti coeſſentiale Deitati qui dicere auſi 142 b
corpus Chriſti in cœna à bonis tantum manducari 104 b
corpus Chriſti quomodo corruptibile & incorruptibile 45.a. b
corpus Chriſti non accipere peccatores 203 b
corpus Chriſti non poſſe eſſe ſimul pluribus in locis 115 a
corpus Domini creatum quidem eſſe opinatus eſt Iulianus Halycarnaſſæus, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit 5. a
corpus Domini non aliter eſſe in pane, quã in quauis alia re 22 b
corpus quale in Cœna 337.a
corpus humanum ſuapte natura malum eſſe, & ideò à malo principio factum 309.a
corpus vnum vt ſimul ſit in pluribus locis, Deum facere non poſſe 320.b
corpora humana à diabolo fieri 386 b
corpus aut caro qui iuxta Munzerum temperanda 343 a
corpus corruptum non redire idem numero 390 a
corpus noſtrum poſt reſurrectionem futurum impalpabile & inuiſibile 177 a
corpora reſurrectura rotunda & orbiculari ſpecie 361 b
cortenum inundatione deletum 292.a
corruptionis vocabulum duo ſignificat 45.b

coſta

coſta ſublata ex Adam, quid eius ſignificet 481. a
cothurnus Germanicus cur quis dictus 296 a 325. a
Creaturas à malo Deo factas 200. a
creaturas aliquas ex ſe malas 200. a
creatura cur ex ſe mala 309 a
creaturam Chriſtum eſſe 304. a
credendum nihil niſi per ſe notum 490. a
crocodilus quàm ſuperſtitioſè cultus 78. a *ſi quem deuoraſſet, magni muneris habebatur loco.* ibid.
crux vt veneranda 223. b 224 a
crux coronata ſe in extis victima ſacrificanti Iuliano apoſtata exhibet 245. b
crucis conſignatio vno digito qualis & quorum 65. b
cruce qui cur ſe vno tantùm digito ſignent & muniant 219. a
cruce ſe conſignat mortuus Macedonius 30. a
crucis ſignum baptizatis ferro acuto & candeſcenti in frontibus impreſſum 241. b
crucis adoratio apud Armenos qualis 65. a
crucem Dominicam nullo pacto adorandam 131. b
crucis ſignum qui quantum exhorreant. 244. a
crucis ſignũ exhorrent Iudæi, & noſtri temporis Euangelici 225. a
crucis ſigno fugat Iulianus apoſtata ſpectra diabolica 243. b
crucis cæremonia Brentio ſacrilega magia. 225. a
crucis feſtum Luthero eſt anathema 2[?]5 a
crucem qui quandò ſub terra abſcondant, & poſteà quærant 65 b
cruci an Chriſtus fuerit clauis affixus, quis dubitàrit 237. a
crucifixi imago blaſphemè tractata 19 b
crucifixi imagines quis qui perfregerit 237
crudeles in ſeipſos 131. a
crudelitas Donatiſtarum 149 b
Cubicularius, quòd Aphraatem malè tractaſſet, ſubita morte mulctatur 499 a
cultum omnem ſanctorum euertet Antichriſtus 35 a
cultum Dei, B. Mariæ, & omnium ſanctorũ, à quo quantùm blaſphematur 94. a
Cybeles ſacerdotes 494. b
cynici quales 18 b
D. Cyprianus laudatur 16. a
cyrillus quantus fuerit antagoniſta 349. a
cyrillus & Neſtorius qui ſe mutuò oppugnárint 355. a. b
cyrilli duodecim contra Neſtorium capita ſeu anathematiſmi 355. b 356. a
cyrilli ſcripta à quo deprauata 485 b

D.

DAemonicolæ 139 b
dæmones quis negârit 140. a 198. a
dæmonum famulatum vnumquemque à ſuo progenitore trahere 139. b
dæmonum incantamentis & inuocationib. qui hæretici vtantur 154 b
dæmones inhabitare templa qui dixerint. 103. b
dæmonis operationem hæretici expectant, & hanc S. Spiritûs præſentiam arbitrantur 7 a 159 a
dæmones queruntur de Sanctis viris 261. b
dæmones ſaluatum iri poſt finem huius ſeculi 139 b. 254 b 304 a 368. a
dæmon. vide etiàm, diabolus
dæmoniacus rumor quem vbi tumultum excitârit 428 a
damnationem non eſſe perpetuam 368. a
damnationem æternam nunquàm à Deo comminatam peccantibus 67 a
damnatos fuiſſe omnes vſque ad paſsionem Chriſti non propter peccatum originale, ſed propter peccatum primorum parentum 64 a
danielis locus quis qui de Mahomete explicatur 303 a
dauidis adulterium opus Dei eſſe 237 b
dauid Georgius 139. b 140. b 195. a
Decimas puras eſſe eleemoſynas, & quandò eas Parochiani poſſunt auferre 235. a
decimas cur qui noluerint Romanæ Eccleſiæ ſacerdotibus dari 416. b
decoctores ante diem Domini 217. b
defectio ſiue diſceſsio D. Paulo quid 34 a
defunctum Acaciũ clàm voluit reuocare Anaſtaſius Papa, vt orationes pro eo in Eccleſia fierent 4. a
defunctis non celebrant Acephali miniſterium eccleſiaſticum, nec iiſdem oblationem aut rem diuinàm faciunt 4. b
defunctos ſacrificiis, precibus & eleemoſynis non iuuari 9 a 19. a 125. a 171. b [?]03. a 208. a 395 a 417 b
deicida cur Catholici vocati 307 b

deificatum quis ſe aſſerebat 253. b
deiferum eſſe Neſtorio Chriſtum, non Deũ. 348. b
dei genetrix qui & cur Verè dicatur Maria 354. b
dei naturam qui ſe comprehendiſſe iactent 32. a
delectus ciborum 266. b *Vide ciborum delectus.*
delictorum Venia ex libri cuiuſdam Verbis auditis promiſſa 154. b
deliramenta Gnoſticorum 199. b
deſolatio Antichriſtus 34. b
deus an Chriſtus 243 a
deus an ſit, cur dubitetur 72. b 73. a
deum eſſe quibus rationibus demonſtretur 73. 74 a
deum non ſemper Patrẽ fuiſſe 172. b 354. b
deum Patrem eſſe antequàm eſſet Deus filius 4.3 b
deum non poſſe habere filium, quàm ſolida ratione probent Agareni 13. a
deum non poſſe habere filium 304 a
deum omnipotentem non eſſe 94. a 320. b
deum Veteris Teſtamenti malũ fuiſſe 181. a
deum qui à lege & prophetis prædicatus, nõ eſſe Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti 127. a 3 5. b. 316. a
deum eſſe mutabilem 439. a
deum agere ex neceſſitate naturæ, & eum non eſſe authorem omnium bonorum, in eoq́ aliquid eſſe compoſitum, & præter eum aliquid eſſe æternum, qui aſſerant 66 b. 401 b
deum carnem ex ſe factum 330. a
deum bonum viuificare & non occidere: malum Verò Deum occidere nugantur Albanenſes 18. a
deum factum 337. a
deum malignum mundum in ſua malignitate creaſſe 43. b
deum crudelem quis dixerit. 126. b
deum mendacem 63. b
deum ſic locutum in Ouidio, ſicut in Auguſtino 22 b
deum de Deo, lumen de lumine, Deum Verum de Deo Vero. hunc inquam ſymboli Verſum, Caluinus ridiculam appellat battologiam 488 b
deum ſingulum eſſe & Iudaico more confitendum 405. a
deus quomodò author malorum 332. a
deum corporeum qui ſtatuant 441. b
deum eſſe cauſſam cuiuſlibet modi actûs, & cuiuſlibet circũſtãtiæ producta 490. a
deum eſſe primam materiam 140. b
deum habere multas eſſentias 423. b
deum homines ad peccandum impellere. 109. b. 111. b. 184. a. 254. b. 274. b 327 b
deum mala facere 111 b
deum ex ſe nihil mali præſcire, ſed per aduerſarium ſuum, nempè dæmonem. 18. a
deum non Videri in ſe, ſed in ſuis creaturis qui doceant 22. b
deum nobis præcepiſſe ſeruatu impoſſibilia 269 b
deum à nobis præter cognitionem ſui nihil requirere 32. b
deũ quis portẽtoſo nomine appellârit 87. b
deum Solis circulo contineri 88. a
deum habere humana membra 41. b. 42. a 75. a. 491 a
deum obedire dediſſe diabolo 234. b
deum paſſum & crucifixum 399 b. 479. b
deo ſimiles qui ſeſe iactitent 253. b
deorum nomen & angelis & Sanctis omnibus à Deo per gratiam impoſitum 484 a
deos duos quales qui ſtatuerint 43. b. 126. b. 199 b 262. a. 308. b. 419. a
deos tres eſſe qui hoc tempore dicant 260. b
deos multos ſibi faciunt Euangelici 37. a
deos alienos, errores extraneos & hæreſes eſſe 225. b. 404 b
dij, mortalis Vnus, immortalis alter, crediti 78. a
dij quales à diuerſis culti 77. b 78 79
diabolum eſſe qui negent 40. a
diabolus ipſe non eſt Antichriſtus, ſed totus eum corporaliter inhabitabit 34 b
diabolus ambit hodiè adhuc honorem Dei 71 b
diabolus à quibus per diem decies inuocetur 71 b
diabolus à quo nunc materia, nũc materiæ princeps Vocatus 310. b
diabolos duos inſtàr canum Oſiandrum comitari 380 a
diabolus ſuppeditat Zuinglio arma contra Euchariſtiam 39. b. 430. a. 518. b
diabolus Luthero ſuggerit argumẽta 162 a
diabolus corporaliter Viſus cum Luthero conuerſari 278. b
diabolo Lutherus familiaris 275 b
diaboli Vox à Luthero ad Vinum depicta, quia ſæpe audita 277. a
diabolus idololatriæ author & propugnator 30. a. 61. a

diabo.

diabolum omnes Chriſtianos ſeduxiſſe 66 b
diabolum Dei mandato eſſe menda. e 1 1 b
diabolum natura ſua eſſe malũ 309.a 413 b
diabolum ſemper fuiſſe malum, nec habuiſſe vnde poſſet ſtare 440 a
diabolus quo ſtudio Eccleſiam infeſtet 28.b
diaboli ſtudium ad diſpergendum Chriſti gregem pulchra ſimilitudine explicatũ 285.b
diabolum nigrum qui vocent Oſiandrum. 380.a
diabolus. vide etiam, dæmon
diaconorum in Catholica fide conſtantia. 265.b
diacono licere concionari abſq; permiſſu Sedis Apoſtolicæ vel Epiſcopi Catholici 235.a
διακρινόμενοι *qui cur ſe appellarint* 219.b
diem Domini iamiam inſtare qui dixerint 217.b
dionyſius Alexandriæ epiſcopus quomodò Chiliaſtas aut Millenarios cõfutárit. 347
diotrephes vndè dicatur 148.a
diſcalceati Saracenos & Turcas imitantur 148 b
diſplicentiam de peccatis admiſſis, non eſſe viam ad iuſtificantem gratiam 221.a
diſputatio cõtentioſa pluris, quàm vita ſancta, à quibus habita 169 a
diſputatio Lipſica 272.a
diſputatio Lutheri cum diabolo 277.a
diſputationes populares de religione 175. a
diſputare de ſua ſecta quis capitali ſupplicio prohibuerit 303.a
diſputandi de rebus ſacris proceſſus optimus quis 348 a
diſſenſio Euangelicorum in articulo Iuſtificationis 150.
diſsimiles & Exnonexiſtentiales Aetiani appellati 11 a
diuinitas Chriſti horrendè ab Achilla & Arrio impugnatur 6.b
diuinitatẽ Chriſti iã non eſſe in carne 386 a
diuinam Chriſti naturam cum humana in Cruce mortuam 49.b 51.b 219.b 445.a 458 a 482.a
diuinitatem Chriſti crucifuiſſe affixam & ſepultam 64.b
diuinitatem Chriſti qui dicit paſſam, anathema 483.b
diuites qui dixerint extorres regno cælorũ 175 b
diuitias paupertati præferendas quis docuerit 512.a.
diuortium 243.a 306.b
Doctorum ſanctorum Latinorum ſcripta reiecta 424 b
doctorum omnium ſententias quis contempſerit 65.b
doctos à Deo diuinitùs omnes eſſe 101.a
doctrinam variã & ab ipſo exordio in varia capita diſſectã, Lutherus vocat à Satana 250.b
doctrina hæreticorum qualis 56.b
doctrinam omnem Moiſis, Prophetarum, Chriſti, Apoſtolorum, imperfectam & inutilem fuiſſe 140 a
dolorem vnius peccati ſine dolore omnium, eſſe peccatum 221 b
dominatio ſpreta 26 b 84 a 133. b
B. Dominicus vbi, quandiù, contra quos hæreticos concionatus 19.a
dominico die laborandum 259.b
dominicum diem qui aſpernentur 429 a
dominicus dies in diẽ veneris mutatus 305 b
dominicis diebus potiùs ieiunandum qui dixerint 175 b 176 b
dominos temporales poſſe bona temporalia ab Eccleſijs auferre 235 a 267 a
dona ſpiritualia quis pecunia putabat poſſe comparari 452.a
donatiſtæ damnantur 16 a
donatiſtæ noſtri ſeculi 149.b
dorotheus Epiſcopus Arrianus centum & viginti annorum 14 b 150.b
Draco Apocalypticus per Lutherum ſolutus 41.a
draco pro Deo habitus 77.b
draconem qui dicant Oſiandrum 380.a
Duas qui Chriſto perſonas tribuat Neſtorius 348.b
dulcinus Nouarienſis ob hæreſim exuritur. 52.b

E.

EBionitæ noſtri temporis 153.b
Ebrietas quo ſacrilegio ab Agapetis defenſa 12.a
Eccius Lipſiæ diſputat cum Carolſtadio & Luthero 272 a
eccleſia adhuc incorrupta & virgo 132.a
eccleſia quandò cur virgo appellata 472 a
eccleſiæ ſtatus florentiſsimus 60.b
eccleſia vera vbi tantùm 425 a
eccleſia vna, extra quam nulla ſalus 54 b
eccleſiam inuiſibilem eſſe 230.a

eccleſiam non eſſe Apoſtolicam, niſi vita adſit Apoſtolica, qui dicant 53.b
eccl.ſiam Chriſti errare poſſe 236 b
eccleſiam nunquàm habuiſſe authoritatem verba Chriſti exponendi 237.a
eccleſiam à Chriſto ſine vicario relictam. 320.b
eccleſia qua cur beata dicenda 352 b
eccleſia ſtatum collapſum quis ſe reſtauraturum doceret 130.b
eccleſia contemptus Lutheri quantus 433 b
eccleſiam quid in multas ſectas diſſecet 51 a
eccleſiarum ći,ı dinum 330 b
eccleſia vniuerſalis à quo calumnijs impetita 124.b
eccleſiam catholicam omnes Sectarij ſimul oppugnant 440 a
eccleſia authoritas ab Albanenſibus in ordinem redacta 18.a
eccleſia capita in errorē labi aut hareſim, quanta ſit tentatio 349 a
eccleſia florentior fit ex perſecutionibus 88.b
eccleſia Catholica corpus creſcit per Sectarum diſſectiones 457 b
eccleſia perſecutores miſerabili ſemper morte perierunt 474.a
eccleſiam ſuā Aadmai Paradiſum vocant 1.a b
eccleſia orant pro Conſtantino 285.b
eccleſiam conſtituendam ex Iudais & infidelibus tantum 87.a
eccleſiam qui bonos & malos continere negarint 69 a 119.b 216 b 236.a 267.a
eccleſiam qui penes ſe ſolos eſſe iactitent 69.a 149.b
eccleſiam Chriſti tantum in Aphrica eſſe. 149.a
eccleſiam deſijſſe, & apud ſua ſecta homines tantùm manſiſſe 382.a
eccleſia Gothorum, igne ſuccenſa 190 a
eccleſias adire orationis cauſa, nihil prodeſſe 19.a
eccleſias qui dæmonum habitacula eſſe blaſphemarint 103.b
eccleſiam conſecratam non plùs ad orandū valere, quàm porcorum ſtabulum 417.a
eccleſia Synagoga reputata 207.b
eccleſiaſtica officia. partim Græca, partim Chaldaica lingua peracta 196.b
eccleſiaſtici quod habeant poſſeſſiones, contra ſacram ſcripturam eſſe 234. b 235. b 267. a. 320. b
eccleſiaſtica ſcripta cur appellata 48 a quò ab Apocryphis differant 47 b
eccleſiaſtici viri octoginta à Catholicis ad Valentē ſupplicatores miſſi 495 b in nauim impoſiti, iuſſu crudeliſſimi Imperatoris, vnà cum naui comburuntur ibid.
ecebolus Sophiſta in religione colenda Proteus 153.a
ecſtaticorum ſomnia & geſtus horrendi. 160.a
Edeſſenorum pietas & cōſtantia 496.b 497.
Eiulari qui putent Deo gratiſſimum 134.a
Electis peccata nulla eſſe mortalia 94.a
eleemoſynarum largitione magis Chriſti paſſionem repraſentari, quàm altaris ſacrificio 66. b
elementa animata eſſe 310.b
elementa qui aut quomodò trāſitura 343. b
elementa qui reſtauranda, non peritura. 144.a
eleuationem Euchariſtia Lutheranorum quidam aboleuerunt, quidam retinent 386.b
elias qui Ochoziam reprahenderit, mortemq; ei ſuam pranunciârit 344.b
eliam quis ſe iactârit 30, a
eligij cuiuſpiam hypocriſis & diſſimulatio. 257. a
eloquentia naturalis quo ſua Neſtorio ceſſerit 354.a
elymas Magus D. Paulo per omnia reſtitit 156.b
Emanuel quid ſonet 349 b
enoch damnatum 317 a
enoch alterum iactat ſe Oſiander 280 a
enthuſiaſta 139.a
Enthuſiaſta noſtri temporis 160 a
Epheſina Synodus ſecunda cur pradatoria appellata 145.a 146 b
epheſina vndè aduerſus Neſtorium coacta ſynodus 357 a
epibaterium 299.a
epimethes equites 289.a
epiſcopi quid à Licinio paſſi 256.
epiſcopi Catholici ab Arrianis in exilium acti 195.b
epiſcopi pro membris Satana habiti 440.a
epiſcopus omnium bonorum operum exemplo debet multitudini praeſſe 392. b
epiſcopi boni exemplum 428.b
epiſcopus auarus, ſuperbus, vanus & planè ſecularis deſcribitur 391.b

epiſcopi ex vna ſede in aliam tranſeuntes qua pœna afficiendi 483 a

epiſcopi olim religio fuit, Mathematicam, Aſtronomiam, & apoteleſmaticam tractare 322.b

epiſcoporum cæcitas coniurationis tempore 100 b

epiſcopum non poſſe fieri qui malus eſt 18 a

epiſcopum non ordinare, ſi ſit in peccato mortali 234.b

epiſcopus & Presbyter Aerio gradu, authoritate, & dignitate ſunt æquales 10 a

epiſcopos omnes eſſe æquales 221.a 237.a

epiſcopum non diſtare dignitate ab alio ſacerdote 320 b

epiſcopi centum & quinque Arriani 59.a

epiſcopi tres eodem tēpore Antiochia 333 a

epiſtola Pauli omnes reſecta 448 a

Equum claudum miraculosè non potuiſſe ſanare Euangelicos 140.b

Eraſmus aut Lutherizat, aut Lutherus Eraſmizat 161.b

Eraſmus Roterodamus de noſtri temporis Euangelicis 109 b

eraſmi Roterodami pulchra de noſtris Euangelicis ſententia 163 b 164

eraſmus deprahendit Lutherum ſceleratiſſimum 266.a

eraſmus Lutheri ingenium depinxit 277.a

erubeſcendum qui dixerint non eſſe de re à natura nobis data 491.b

Eſaiæ locus, Ecce virgo concipiet, qui à quo deprauatus 55.a b

eſca velut nō a Deo, ſed diabolo facta, ſpreta 3.b 13.b

eſcas abominabantur Aerij quidem, ſed ab ijs tamen non abſtinuerunt 10.a

eſcas exquiſitas & delicioſas non quærebant Eſſæi 161.a

eſſæi Anabaptiſtis ſimiles 161.a

eſſentiam generare eſſentiam 230 b

eſſentiam diuinam non eſſe ocioſam, ſed eſſentiare 423.b

eſſentiam diuinam in ſe nec ab angelo, nec ab homine videri, nec videndam 481.a

eſſentiam vnā non eſſe SS. Trinitatis 141.b

Ethnicos ſaluos factos virtute legis naturæ 386 b

Euam non eſſe formatā ex coſta Adæ 481 a

euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, legi & Prophetis cōtrariam eſſe, oſtendere conabatur Addam Manichæus 7.a

euangelium ab Apoſtolis non eſſe prædicatum iuxta ſpiritualem intelligentiam 400 b

euangelium ſecundùm Matthæum ſolùm admiſſum, cætera tria reſecta 129 a 52.b

euangelia omnia præter illud quod D. Lucas ſcripſit, reſecta 126.b 13.a 317.a

euangelium D. Ioannis Apoſtoli reiectum 23 b

euangelium fatuum, delirum & falſum cui 203.b

euangelium venale quis fecerit 207 b

euangelium Nicodemi qui in ſuis Miſſis legant 138.a

euangelium non eſſe legem 105 a 326.a

euangeliū ab aduētu ſuæ ſectæ defiiſſe 18.b

euangelium non habent, qui non habent ſpiritum ſanctum 87.b

euangelium nouum neminem reddit meliorem, omnes deteriores 164.b

euangelium ſeditioſum & ſanguinarium Lutheri 288.b

euāgelio Lutheri quis repentinum diuinarit interitum 294.b

euangelici volunt nunc omnes Secta vocari 439 b

euangelici illud nomen ſibi falſò vendicāt 162.a

euangelicorum ſtudium 72.b

euangelica ſodalitatis mores 163 b

euangelici ſuis coloribus ad Eraſmo R. depicti 109.b 163 b 164.

euangelicos Turcas impietate vincere 307.a

euangelici Turcica captiuitatis faciem vbi induxerint 162 b *atrociùs ſæuiunt in ſacra quàm Turca* ibidem.

euangelici renouant Iudaiſmum 36.b

euangelici in quibus cum Iudæis conueniant 241 b 43.244.b

euangelici in quibus cum Manichæis conueniant 311.a

euāgelici quidam decies diabolum per diē inuocant 71.b *ſuntque prorsùs athei & nihil credunt* 72 a

euangelici vt in præcipuo articulo religionis noſtræ, nempe Iuſtificationis, diſſentiant 250

euangelici in quibus articulis ſunt concordes 439 b 440.a

euangeliſtam ſe appellat Lutherus 274 a

eucharistia etiam apud Acephalos conſeruatur 4 b

eucharistia efficacia 204.a

eu-

euchariſtia quàm reuerenter à Mahometo habita 307.a
euchariſtia conſecrationis forma qui mutata 394.a
euchariſtia nobis à Chriſto in mnemoſynon charitatis relicta 162.a
de Euchariſtia quandò Lutherus rectè ſenſerit 286.b
euchariſtia Albanenſibus nihil eſt 18.a
euchariſtia blaſphemata ab Albigenſib 19 b
euchariſtia oppugnatur à Zuinglio armis à diabolo ſuppeditatis 410.a
euchariſtia reprobata 58.b
euchariſtia irriſa 259.b
euchariſtia canibus obiecta, & contumelioſiſſimè blaſphemata 162.b
euchariſtia quàm indignè tractata & blaſphemata 307.a
in Euchariſtia corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam primus noſtro tempore negauit Carolſtadius 122.a
in Euchariſtia realis præſentia corporis & ſanguinis Chriſti negata 26. b 63. b 84. a. 92. a 208. a 231. a 234. b 261. a
in Euchariſtia non ipſum corpus, ſed corporis virtutem qui eſſe nugentur 158. b
in Euchariſtia non eſſe verum corpus Chriſti ſed tantum corporis ſignum 451 b
euchariſtia arrabo corporis Chriſti 58. b
de Euchariſtia fructu triplex opinio Caluini & Bezæ 161.a
euchariſtiam nihil prodeſſe vel obeſſe 63.b 139.a 209.a 121.b 464.b
in Euchariſtia poſt conſecrationem panis & vini ſubſtantiam remanere 121 b
in Euchariſtia corpus Chriſti qui ſub vel in pane 386.a
in Euchariſtia panem ſimul eſſe cum Chriſti corpore 430.a
extra ſumptionem verò non eſſe corpus Domini. ibidem.
in Euchariſtia corpus exangue, & cruorem potiùs quàm ſanguinem nobis dari 430.b
euchariſtiæ nullam reuerentiam exhibendam qui dixerint 91.b. *nec adorãdã* 232.b
euchariſtiæ tranſelementatio & adoratio negata, eamq; extra vſum non eſſe Sacramentum 40.b
euchariſtiam extra ſumptionem adorari cui nefas 121.b
euchariſtiam non reſeruandam, quòd extrà vſum non ſit ibi verum Chriſti corpus 267.b
euchariſtiæ eleuationem Lutherani quidã retinent 386.b
euchariſtiam nõ percipere peccatores 202.b
euchariſtiam ex pane, aqua & igne eſſe cõfectã, qui cur dixerint non poſſe confici 125.b
euchariſtiam qui tractent aut conficiant Neſtoriani 349 a
euchariſtiam in die Cœnæ Domini conſecratam maioris eſſe virtutis & efficaciæ 20:.b 394.a
euchariſtia loco agnus Iudaicè ſumptus 61.a
euchariſtiam ſub vtraq; ſpecie ex Chriſti præcepto omnibus neceſſariò ſumendam 102.b 110. b 202.b 216.b 218. a 236. a 267. b 198.b
ad Euchariſtiæ ſumptionem nullam requiri præparationem, ſed ſolam fidem 267 b
euchariſtiam qui ſumebant ſub vtraq; ſpecie abſq; ſacramentali confeſſione 177.a
euchariſtiæ communionis ſpeciem nullam neceſſariam qui dicant 339 b
euchariſtia paruulis poſt baptiſmũ per ſimplices ſacerdotes à quibus collata 203.a
euchariſtiæ miniſterium honoris ergò in Eccleſia ab Aniceto, Polycarpo permiſſum. 335 a
euchariſtiam non poſſe in azymo pane confici 63 a 202 b
euchita 139 a
eulogius vir pius & doctus facetè reſpondet Modeſto 497 a
eunomius corpore & anima leproſus 161.a.b *atque intrà & extrà morbo regio infectus* 168 b
eunomius anathema 481.a
eunuchorum ſecta 493.a
euphemius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Athanaſio Imp. cur in exilium miſſus 29 a *eius conſtantia* 29 b
europa à Scythis direpta 117.b
euſebij rhetoris Conſtantinopolitani acumẽ & laus 353.b
Excommunicatio Adamæorum 1.b
excommunicatio 234.b 235.a
excommunicationem quis Antichriſti cenſuram dixerit, & ideò non timendam. 216. b 235.b 268.a
excommunicatio ſpreta 424.b
excommunicare non poſſe Eccleſiam mentiuntur Albanenſes 18 a
excommunicati olim corporaliter à dæmone vexabantur 21 a

excom-

excommunicati & damnati pro crimine hære-
ſis poſt mortem 23.a
exemplum timoris Dei 70.a
exilij ultrones Lutheri, cauſa 122.b
exnonexiſtentiales & diſsimiles Aëtiani ap-
pellati 11.a
exordium Mahometis, Luteri & Caluini, idem
304.b
experientia ſtultorum magiſtra 501.a
extolli ſupra omne quod dicitur Deus, quid 34 b
extremum diem neq; Chriſtum ſcire 227.b
extremam Vnctionem à Deo non inſtitutã 212 b
extremam vnctionem infirmis non prodeſſe ad
ſalutem corporis 203 a
extrema Vnctio reiecta 18.a 114.b 195.a 424.b
440.a
Ezechiæ regis in Deum pietas 446.a

F.

FAcetus Siſinius 456.b 457 a
fagij oſſa Vbi defoſſa & exuſta 107.b
falſi prophetæ qui dicantur 179.a 18.
fames inaudita per Belgium 292. b
fames quanta Monaſterij 231.b
fames quanta cur in Phrygia exorta 495.b
fames ſeptem annorum per Germaniam 291.a
farellus paraſceues nocte in lupanari inuentus
290.b
farellus noſtro ſeculo Macedonianiſmum reno-
uat 301.b
fatalis neceſsitas 216.b 235.a 268.a 311. b 327.a
fatalibus ſtellis hominem alligatum 415 b
fato omnia adſcribenda 85.a
Fermentato, non azymo, Neſtorianos in eu-
chariſtia Vti 349.a
feſta Sanctorum nõ eſſe celebranda 259.b 395 a
feſta omnia abrogata 305.b
feſta mutata 305.b
Fidem abiurare licitum 89.a
fidem amitti per quodlibet peccatum mortale
268.a 275.b 326.a
fides catholica quandò deſeritur 34 a
fidei Chriſtianæ cauſa quibus quæ 40 b
fidem Chriſtianorum, nihil diſcrepare ab illa
quæ dæmonum eſt 66.b
in fidei diſciplina potiùs rationibus quàm ſcri-
pturæ teſtimonijs agendum — 182.a
fidem eſſe noſtram iuſtitiam 250.a
fide maiorum Viuere eſt bonorum Virorũ 166.b
fidem neceſſariò debere præcedere baptiſmum
208.a 399.a
fidem non poſſe eſſe abſq; charitate 268.a
fidem non pendere ex ſcripturis ſacris 461.a
fides noua quam ſpecialem Vocant, à Luthero
conficta 275 a 279 a
fides qui ab omnibus ferè noſtri temporis hæ-
reticis definiatur 233.b 234.a
fidei rationem non opus eſſe inquiri, & Vnum-
quenq; in ſua fide perſeuerare debere 44 a
fidem quam, omnes ſaluos facere, etiamſi gra-
uiſsima committerent ſcelera, & in ijs perſe-
uerarent 168.b
fidem ſolam ad ſalutem adipiſcendam ſuffice-
re 11.b 41.b
fidem ſolam iuſtificare 114.a 268 a
fidem ſolam ſine operibus iuſtificare qui Luthe-
rus doceat 281. a
fidem nos ſaluare, & non bona opera, docebat
Simon Magus 455.b
fides ſua ſeu potius perfidia qui quantum tribu-
ant 32.b
de fide Veteres magno cum metu & religione
noui aliquid edidère 326 a
filius an extremam horam nôrit, friuole diſpu-
tatum 172.a
filium qui meram creaturam eſſe dixerint 62.a
168.a 173.a 182.a 334.b
filius Dei hominibus collatus, Veritas: Patris,
mendacium 368.a
filium Dei Verum quis ſe dixerit 140.b 408.b
de filio impijſsima dogmata 172.b
filios duos eſſe 481 a
filium diuerſum à Patre, nec orandum 368.a
filium diſsimilem Patri 444.a
filium non eſſe Patri æqualem, neq; filio ſpiritũ
ſanctum 11 a 381.b
filium Patri non eſſe conſubſtantialẽ 58.b 477.a
filium minorem eſſe Patre 69 a 138 b 149.a 168
a 308.a 425.a
filium minorem eſſe Patre, nec eiuſdem ſub-
ſtantiæ, ſed meram creaturam 385.b
filium non dici Vnicum & Verum Deum 141.b
filium non eſſe perſonam Trinitatis 405 a
filium non nôſſe ſuam ſubſtantiam ſicuti eſt 262
b & qui propter nos factus. ibid.
filium non poſſe Videre Patrem, nec Videri à Spi-
ritu ſancto 368.a
filium non ſemper fuiſſe, ſed creatum 319.a
filius qui in Patre, & minor Patre 387.a
filium qui non Videantur inuocare 429.a
finis mundi quis à quibus conſtitutus 244.b
Flagellatio puerorum ad necẽ in ſacrificio 72.b
flagellatio confeſsioni prælata & martyrio 183 b
flagellantium hæreſis non minùs perniecioſa quã

Anabaptiſtarum 183.a
flauianus Antiochenus epiſcopus, arte quadā Adelphium eò adducit, vt ſua ſecta arcana in medium produtat 7.b
flauianus cui hæreſi quàm fortiter ſe oppoſuerit 145.b
accuſatur, damnatur iniuſtè & moritur. 146.b *mortuo etiàm Dioſcero calcibus inſultat.* ibidem.
flauianus Antiochenus Epiſcopus cur ſede ſua exactus, & in exilium abductus 314.b 515.a
Fœmina apud Adamæos nuda cum viris qui conuerſentur 1.a
fœmina aliqua qui Presbyteri mater vocetur. 352.a
fœmina à quibus ſeducta continentia prætextu 175.b
fœmina arrogantes vbì regnant, ibì res peſſimè geruntur 251.a
fœmina capite raſo virilem habitum ſumpsère 179.b
fœminis commiſceri licere omni pudore ſublato inſtar canum 138 b
fœminas communes haberi poſſe 360 a
fœminarū vſus promiſcuus licitus 434.b 452.a
fœmineus ſexus nullus poſt reſurrectionem futurus 64 a
fœnus quorundam Catholicorum quibus cauſa diſceſſionis ab Eccleſia 42.a 75.a
forma corporis humani 400.b
fornicatio Catholicorum quorundam, quibus materia ſeparationis ab Eccleſia 42.a 57.a
fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum. 202.a
fornicatio laudata 264 b
fornicatio quantum apud quos piaculum & abominatio 365.a
forum ſine iuſtitia apud quos 162.b
franci qui olìm dicti 193.a
franciſcani impugnati 56 a
franciſcus Galliæ rex qui expiārit Sacramentariorum hæreſim 431 a
frater Prædicatoriȷ ordinis lapidibus à flagellantibus obrutus 183 b
fratres qui in ſacris literis appellentur 39.a
fratrem quis vterinum in conſpectu parentum capite truncārit 160.b
fratris vius vxorem habere poſſe fratrem 409.b
Fures qui iubeant audacter furari 254 b
furtum commendatum 264 b

G.

GAinas, & eius hiſtoria 187 b
galatæ vnde dicti 191.a
galatarum inconſtantia 191.b
galatæ cur ab Apoſtolo ſtultitia inſimulati 192.a
galilæum vocabat Iulianus Chriſtum 248.a
galliæ prædones & laniſtæ omnes, cuius crudeliſſima conſpirationis conſcij 292.b
galliæ Epiſcopi à quo impudentes calumnias perpeſſi 95.b
galliæ ſtatus ad ingreſſum Bezæ & aliorū 95. b
gallorum virtus & fama quando quanta 191.b
gallorum ciuile bellum quot millia abſumpſerit 293.a
gallorum leuitas 117.b
gallogræcia nunc Gallatia dicta 191 a
Generatio omniū hominū in quo conſiſtat 89. b
generationem omnium hominum ex ſeptem ſideribus dependere 133.b
geneua complures habet atheos 72.a
geneuenſes Miniſtri qui vbì excepti 96.b
geneua ſicariorum & latronum omnium refugium 100 a
geneuam quis primò toxico infecerit 180 b
geneuam quiCaluinus occuparit, ab illa pulſus reuocatus iterùm, & quid ibì fecerit 115 116. 117. 118. 119.
geneua videre eſt abominationem deſolationis in templis 162.b
geneua intrà ſemiannum aliquis duas vxores repudiauit, & tertiam duxit 243.b
geneua quàm ſanguinarium conſilium contra Franciæ regem & proceres initum 292. b
gipides 192 b
D. Georgius quantùm à quibus colatur 196.b
germanos ante Lutherum non habuiſſe euangelium 277.b
germanus & Lupus fratres & Epiſcopi, Angliā ab hæreſi Pelagiana repurgant 395.b
germani quales olìm immolārint hoſtias 78.b
germania quibus cladibus ob mutatam religionem afflicta 291. 292.293.
gerardus Sagarellus hæreſeos conuictus exuritur 52.b
Gigantem gemina ſubſtantia ſe dicet Antichriſtus 35.a
Gladium Gedeonis quis ſibi commiſſum gloriabatur 190.b
glogouienſes Sueucfeldiani 461.a
Gorpiæus menſis 449.b
gotthi qui & vndè 200.b
gotthorum Eccleſia 190.a

gotthi dudum Arriani 192.b
gotthi 187.b 19..b
gotthi conciliata inter ſe concordia Thraciam vaſtant 501.a
gotthicas literas quis primus inuenerit 202.a
gotthi qua occaſione Arrianiſmũ complexi 201.b
Gradus Atheiſmi 72.a
gradus quoſdam eſſe in Deo 135.b
græci quaterdecies ab Eccleſia orthodoxa ſe præſciderunt 203.b
granuellanus Cardinalis infeſtatur in Flandria 99.a
gratia 107.a
gratiæ certitudo 268.a 275.b
gratia Chriſti à quibus contempta 126.a 245.a
gratiam Dei eſſe noſtram iuſtitiam 250.a
ad gratiam Dei recipiendam, hominem ſeſe poſſe præparare ex puris naturalibus viribus 325.a
gratiæ quantùm Lutherus tribuat 268.b
gratum nihil eſſe Deo, niſi ab ipſo mandatum 233.a
gratos eſſe homines Deo per Chriſtum, etſi ſceleratè & impure viuant, qui firmiter credi velint 107.a 109.a 114.a
Guiſianus heros impia proditione trucidatus. 293 b
guiſianus Dux à Polerotio, inſtigante & impellente Beza occiſus 99.a eius ſanguis contra Bezam ad Deum clamat 99.b
gulam vt docuerit Balaam 80 b
Gymnaſium publicum Praga Lipſiam Miſna tranſlatum 102.b

H.

HAbitum religioſum quis vbi primò abiecerit 121 a
hæreſes cur Deus oriri patiatur 51 b
hæreſes cur Deus ſufferat 325 b
hæreſeos cauſa 61 a
hæreſeos crimen longè grauiſſimum 42.a
hæreſis & Antichriſtianiſmi collatio 36.b 37.38
hæreſis carnalis Agapetarum 11 b 12
hæreſis cuius rei exemplo omnia perdat 86.a
hæreſis propter gulam & ventrem 512 b
hæreſum omnium caput & author Simon Magus 452 a 453.a
hæreſes ſeptem primæ 150.b
hæreſum primi authores 67 a
hæreſis quæ, breui temporis interuallo, mille ferè ciuitates infecerit 18 b
hereſim ſuam qui ſupprimere conentur, etiam conuicti impudenter pernegẽt 7 b 159.b 321.b
hæreſes Iudæorum 132.a
hæreſiarcharum mortem non ſemper reſpondere ipſorum ſacrilegijs 394.b
hæreſiarcharum pœnas quotidiè creſcere 294.b 306.a
hæretica ſcripta qui ſeruare voluiſſet capitis damnatus 451.a
hæreticarum quarundam opinionum condemnatio 483.484.a
hæreticorum vafrities & germana deſcriptio. 16.a 21.b
hæreticorum abominanda fœditas 19 b
hæretici qui, quibus ſe titulis ornârint 5.a
hæretici ſolent verbis contendere 27.a
hæretici qua ratione Antichriſti appellẽtur 35.b
hæretici omnes ſeditionis cupidi 49.a
hæreticorum mos 98.b 99.a
hæreticorum ritus 396.a
hæreticorum ſucceſſio 312.a b
hæreticorum ambitio & peruerſitas 133 a
hæreticorum doctrina qualis 56.b
hæretici diuinitatis nomen affectant 226.b
hæreticiſſimi qui, cur à quo appellati 43.b
hæretici magnas pœnas & cruciatus in die iudicij ſuſtinebunt 482.b
hæretici ſua authoritate falſa ſemper ſimulant 88.a
hæretici ſeditionis cupidi 435.a
hæretici crudeliùs Chriſti corpus tractãt, quàm qui illud in crucem egerunt 227.a
hæretici & qui eorum errores ſequuntur, idololatræ ſunt 227 a
hæretici qui quem pecunia deprauarint 476.a
hæreticorum blaſphemia perſeuerans irremiſſibilis 424.a
hæretici qui cur à Neſtorio Conſtantinopoli afflicti 3.3.b
hæreticus nullus vnquàm tam propè ad D. Pauli prophetiam de Antichriſto acceſſit, quàm Mahometes 302.a
hæreticos rebaptizandos, vbi ad Eccleſiam redierint, malè volunt Agrippiani 15.a
hæreticorum falſa & erronea imaginatio 423 b
hæreticorum vitæ ſanctitas 313.b
hæreticorum diuerſitas in ſcripturarum interpretatione 476.a
hæretici cur dicatur ſal infatuatus 153.b
hæreticus, Oſiander, à quibus vocetur 380.a
hæretici omnes laudati, & ex his neminem errare 423 b
hæreticorum ſermo vt cancer ſerpit 217.b
hæreticorum voces tanquam Sirenum cantiones fugiendæ 329.b

hæreticos occidendos non eſſe 91.b
hæreticos non eſſe ſupplicio afficiendos 423 b
hæreticos etiàm poſt mortem anathematizandos 210.a
hæreticorum mors ut plurimum horrenda 518.b
hæretici cuiuſdam oſſa qui in ignem coniecta, & à diabolo ab exuſtione aliquandiu ſeruata 204 a
hæretici qui quid contra Catholicos machinati 6.a
hæretici verè fidelib. ſemper fuêre infeſti 148 a
hæreticorum mira crudelitas in orthodoxos. 415 b
hæreticorum noſtri temporis effrenata audacia, arrogantia & ſui obliuio 179. b
hæreticorũ noſtri tẽporis cõſilia quò ſpectẽt 512.b
halmyris Myſiæ vrbs 171.a
harmatius contra Zenonem mittitur, ſed pollicitationibus expugnatur 487. a iugulatur. ibid.
haſta culta pro Dijs 77 b
Helenæ imperatricis quanta erga Dei genitricem pietas 354.b
helffenſteinius Comes à ruſticis ſeditioſis in lanceas adactus 289 a b
heluetiorum ſeditio quot millia deleuerit 292.a
henrici apoſtatæ deſcriptio pulchra à D. Bernardo 207.b
heraclas ſucceſſor Origenis in ſchola Alexandrina 373.b
herodes qui ab angelo percuſſus, ut Chriſtus expectatus 210.b
heshuſius peculatûs accuſatus 212. b *item Arrianiſmi & Seruetianiſmi* ibid.
D. Hieronymi commentaria, cum Melanchthonis collata, nugas eſſe 327.b
hieronymus Emſerus Lutherum Biblia peruertiſſe & adulteraſſe oſtendit 279.b
in Hipponenſi agro Abelonicrum hæreſim ortum habuiſſe aſſerit D. Auguſtinus 2.b
hiſpalenſe Concilium quid de ordinatis à presbytero ſtatuerit 56.a.
Homo ab Angelis factus 88 a
hominem non à Deo factum, ſed à trecentis ſexagintaquinq; cælis 7.b
hominem non à Deo, ſed à principe materiæ Seuela factum 310.b
homo peccati Antichriſtus 34 a
homo nefarius quibus Oſiander 380.a
homo cur Caluino brutus 311.b
homicida Caluinus 119 a
hominem nullum etiàm ex iudicis præcepto nouæ legis tempore poſſe occidi 359.b
hominem ex ſe poſſe Spiritum ſanctũ dare 18 b
hominem poſſe ſe præparare ad gratiam Dei puris naturalibus viribus 315 a
hominem in ſtatu perfectionis & ſpiritu libertatis conſtitutum, nemini ſubiectum eſſe oportere 41 b
hominem poſt amiſſionem diuinæ gratiæ non poſſe non peccare 268 b
homines viui defoßi ad placandos deos 79 a
homines omnes ſaluandos 254 b
homouſion negatum 182. a
honorichi Vandalorum Regis vita ex Nicephoro 214 215.
horæ canonicæ qui ab Eccleſia inſtitutæ 415.b
horas canonicas inutiles 393 b
horas canonicas qui ſuſtulerit Lutherus 282 a
horus quid ſit, & qui à quibus inuocetur 78.a
hoſij Cordubenſis epiſcopi laus & authoritas 346.a
hoſtis Chriſti quibus Oſiander 380.a
Hugonſlæ vnde dicti 215.b *vocitantur nunc noui Sacramentarij* 216 a
humanitas Chriſti tanta quãta diuinitas 66.b
humanam Chriſti naturam eſſe genituram Spiritus ſancti, non Dei creaturam 451.a
humanitatem Chriſti poſt eius aſcenſionem in cælum, omninò Deum factam 461.a
humanum genus ad perpetuam damnationem à Deo creatum 111.b
humani corporis inferiores partes qui dixerunt non à Deo, ſed diabolo, ideoq; eis turpiſſimè ad omnia flagitia abutebantur 387.a 518.a
humana hoſtia 78 b 157.a
humilitas, virtutum omnium parens 37 ı. b
humi in Eccleſia qui ſedebant 91 a
hungaria à Turcis ferro igneq; vaſtata, & tandèm prorsùs capta 291. a
hũni 201 a *qui à veteribus appellati* 221.a *ſunt Riphæorum montium accolæ.* ibid.
hunnorum ferocia 473.a
huſſitarum origo 216.a
Hypocauſta Adamæorum quî incendantur 1.a
hypocriſis hæretica 245.a
hypocrita Monachi 432.b
hypoſtaſes tres 120.b

I.

IAcobi epiſtola cur à Luthero reiecta 279.b
Iberes per mulierem captiuam ad Chriſti fidem perducti 197.a
ibis quorum deus 78.a

Ichneumon quorum deus 78.a
iconomachorum ſpiritus quid ex Lutheri ſententia ſpiret 121.b
iconomachos cur Leo dictus 251.a
Idolum Antichriſtus vocatus 34.b
idolum quid in ſcripturis ſignificet 36.b
idola cuncta gentiliũ euertet Antichriſtus 35.a
idololatra Chriſtiani 31.b
idololatria Euangelicorum 36.b
idololatria regum Iſrael, & eam ob rem eorum ſubuerſio 69.b
idololatria horrenda 226.b
idololatriam Iulianus apoſtata in integrum reſtituit 246.a
Ieiunium obſeruatum 47.b
ieiunium diei ſabbati vndè 455.a
ieiunium poſt Pentecoſten 195.a
ieiunij obſeruatio apud veteres varia 384.b
ieiunium Arzeburi quale 127.b
ieiunia noua montano 124.b 341.a
ieiunia peculiaria inſtituunt Armeni 65.b
ieiunij tempus qui quantùm extendant 65.b
ieiunia Eccleſiaſtica qui non teneantur ſeruare 91.b
ieiunium quadraginta dierum cur quandò à quo indictum 182.b
ieiunia non eſſe ex Eccleſiæ præſcripto ſeruanda volebat Aerius 9.b
ieiunia non ſeruant Agapetæ 12.a
ieiunium nullius meriti eſſe 241.a 268.a 394.a
ieiunium contemptum 235.a 5:2.b
ieiunia ſtata ſpreta 175.b 176.b & Dominicis diebus potiùs ieiunandum. 176.b
ieiunia & pietatis doctrinam Adelphius cum ſuis auerſatur 7.b 159.b
ieiunium & ciborum delectum contra rationẽ & ſcripturam præcipi 221.a
ieiunia Eccleſiæ non eſſe ſeruanda 171.b
ieiunium a Chriſto non eſſe inſtitutum, neq; aliquem obligari ad ieiunium 237.a
ieiunium certis diebus ſeruare, eſſe cultum dæmoniorum 440.a
Ieſum non eſſe Meſsiam 242.a
Ignis à quibus præcipuus deus putatus 78.a
ignem à Deo non creatum 42.a 75.a
ignem corporeum non pati animam ſeparatam poſt mortem à corpore 490.a
Illuminationes è cœlo qui ſe habere dicebãt 309.
illyricus Arrij doctrinam renouat 228.a
Imagines Patris & Spiritusſancti 65.a
imaginum vſum non eſſe contra primum præceptum 226.a
imaginum vſus ex Nicephoro 224.a
imaginum eiectionem qui ſequatur 121.b
imagines qui adorentur 223.b 224.a
imaginibus honor habitus, ad eos tranſit quos illa referunt 223.b 224.a
imagines ſacras honorant quidem Armeni, ſed non oſculantur 65.b
imagines deturbatæ 136.b 181.a 236.a 244.a 253.a 394.a
imagines Chriſti & ſanctorum exuſtæ 293.a
imagines abolitæ: & quæ à quibus vbi ſeruatæ 306.a
imagines Sanctorum qui è templis eiecerint, & in illarum locum, ſuas & vxorum ſuarũ amatoriè depictas, repoſuerint 225.b
imagines templis reſtituuntur 137.b
imaginum eijciendarum quis vbì primus author 121.a
imago Chriſti idolum appellata, & indignis modis tractata 223.b
imagines tollẽdas & comburendas ſtatuit conciliabulum Conſtantinopolitanum 224.b
imagines qui idola appellat, anathema 226.a
imaginibus ſacris infeſtiores Euangelici quã Turca 163.a
imaginem Dei poſt peccatum, Adam prorsùs perdidiſſe quis aſſerat 367.b
immunitas Clericorum ab apoſtata Iuliano abrogata 247.a
impeccabilem hic poſſe eſſe hominem 91.a
imperatores olìm ab Epiſcopis inaugurati 29.a
impietas horrenda ex Lutheri initijs 120.b
impietas laudata 264.b
impunitas peccatorum à quo promiſſa 22.b
impunitatem qui cur cupiant 394.b
Incantationes nullas eſſe qui aſſerant 40.a
de Incarnatione Chriſti qui malè ſenſerint 90.b
incenſa non tolerata 181.a
incredulitas ſola peccatum mortale 107.a 112.b 325.b
idea in mente diuina 22.b
indulgentia 220.b
indulgentia data ijs qui ad bellum contra hæreticos proficiſcerentur 151.a
indulgentia impugnata 235.b 237.a 268.a 271.b 272.b 394.a
ineptiæ & abſurditates Theophronij, Agnoëtarum ducis 14.a
infantes qui, quandò ad Chriſti fidem conuertendi 87.a
infantes eſſe abſq; peccato 125.a
infantes ad aliquot annos ſine baptiſmo ſeruare cuiq; liberum eſſe 205.a
infantes etiàm abſque præcedentibus bonis operibus

ribus non poſſe ſaluari 308.a
infantis anniculi ſanguis à quibus cur minutis punctionibus extorqueatur 124.a
infans ex promiſcuo concubitu natus qui à quibus ad mortem vſq; tractetur 186 a
infantes à matribus traditi occidendi 151.b
infernus negatus 22 b 209.b
infernum nullum eſſe niſi hunc mundum 441.b
inferni pœnas diſpares eſſe 22.a
inferni pœnam non eſſe perpetuam 63 b
inferni pœnas poſt hanc vitam nullas eſſe credunt Albenſes 18. a. etiam Albigenſes 19.a
infideles quinam hæretici exiſtimentur 343 a
infideles omnes qui hæretici doceant aut cenſeant occidendos 343.a
infœcunditas apud quos ſoluat matrimonium 306. b
ingenia hominum 51. a
ingenita duo quæ 310 a
inhumanitas Diotrephis 148 a
inimicitia priuata Clericorum Eccleſiam ſecant 51.a
inimicum decipere, eiq; damnum inferre non eſſe peccatum 203.a
iniurias illatas non poſſe Chriſtianos per iudicē vlciſci 268.b
inſtitutiones maiorum relinquere cui honeſtū & pium 117.b
inſtitutionis puerilis pulcherrimum exemplum 369. a
intellectus quidā, qui in mundum ſalutis cauſa hominum deſcenderit 452.a
intellectum humanum eſſe æternum 490.a
intelligentiam fictā in Chriſto perſona à Catholicis prorſus reijciendam 351 b
INTERIM duo 229.
interimiſta duplices 229.
interimiſtæ æquè ſacrilegi vt alij Lutteriſtæ 229
interpretatio Aquilæ 55 b
inuocandos non eſſe Sanctos 103. a 233. a 270. b 393 a 417 b
inuocationem Sanctorum per SS. Patres Diabolum docuiſſe quis aſſerat 94.a
inuocatio Sāctorum cur à quibus ſublata 306 a
inuocatio Sanctorum non eſt mortuorum 513.a
inuocationem Sanctorum hic approbat, illic negat Lutherus 287 a
inuocationibus & incantamentis dæmonum qui vtantur 134.b
inundatio per Hollandiam quanta 29? a
D. Ioannes Euangeliſta non vult lauare vbi Cerinthus lauabat 128.b
D. Ioannes Apoſtolus à quo iuuenis ſtolidulus appellatus 254. a 422. b
D. Ioannis epiſtola tertia cur à Luthero damnata 279. b
Ioannes Chryſoſtomus. vide, Chryſoſtomus.
Ioannes Eccius. vide, Eccius.
Ioannes Caluinus. quære, Caluinus.
Ioannes à Laſco, Baro Polonicus, ſuperintendentem peregrinorum eccleſiæ agit in Anglia 22.a
Ioannes Oecolampadius. vide, Oecolampadius.
Ioannes Pfeffingerus Pelagianus 396.a
Ioannes Vuicleffus vide, Vuicleffus.
Irenæus admonet Victorem, vt ſedatiùs contra Aſianos procedat 384.b
Irenæus egregius Eccleſiarum pacificator 385.a
Irene imperatrix prudentiſſima 137.a
Iſaacius monachus Valentem ad pœnitentiam exhortatur, exitumq; belli infelicem ei prædicit 502. a in vinculis interitum Valentis videt & indicat 502. b
iſcariotiſtæ noſtri temporis 242.a
Iſis 78.a
iſraeliticum populum qui ſeſe corporaliter iactārunt 217. a
Iudas an hæretici dici debeant 242.a
iudæorum mendacium & vanitas 382. b
iudæorum aliquot in Creta miraculoſa conuerſio 342.b
iudæum qui vocent Oſiandrum 380.a
iudas & Euangelici collati 242.b & deinceps.
iudaiſmus à quibus renouetur 36.b
iudas proditor adoratur 110.a
iudas proditor cui in maximo honore fuerit. 129 a
iudas putabat miracula Chriſti, non diuina virtute, ſed magicis artibus fieri 241.b
iudam bonū opus feciſſe tradendo Chriſto 242.a
iudæ proditionem æque eſſe opus Dei, ac conuerſionem Pauli 311 b 327. b
iudam in cœna Domini corpus Chriſti non accepiſſe 242. a
iudex controuerſiarum qualis à quibus petitus 305. a
iudicem, nullum hominem iuſtè poſſe occidere nouæ legis tempore 359. b 394 a
iudex ſanguinarius Caluinus 119.a
iudicialia ſecundum Moiſen exercenda 243. b
iudicium qui non ſperent futurum 104.a
iudicium extremum futurum qui negent 140. a 151. a 184. a 198. b 200. a 309. b 414. b 432. a 463. a
ante Iudicij diem nec iuſtis beatitudinem conferendam, nec peccatores puniendos 208.a

iudicij extremi horam, Chriſto incognitam nugantur Agnoeta 14.b
iudicium vniuerſale factum, nec aliud vlterius futurum dicunt Albanenſes 18.a
iudicium humanum omne qui ſubterfugiant 228.b
iuliani apoſtata vita 245. & deincèps.
iulianus Chriſtianorum libros irridet & damnat 247 a
iuliani morituri impia vox contra Chriſtum 248.a
iulianus Halycarnaſſeus plurium hæreſum author 5 a
iulij Papa hoc nomine primi quanta authoritas, & pro Athanaſio ſtudia 346.a
iuramentum admiſſum 184.a
iuramentum quibus adiaphorum 8.a
iurare quatenus liceat 80.a
iuramentum omninò illicitum eſſe qui dicebāt 18.b, 3.a 80 a 125.b 134.b 228 b 236.a 394.b
iuris diſciplinam antiquandam qui vbi coniurârint 100.a
iuriſdictio Epiſcoporum 40.b
iuriſprudentia ſtudentes, qui primùm à Caluino decepti 137 b
ius pontificium calcatum 50.b
iuſtificatio 233 b
iuſtificationem nullo modo pendere ex operibus noſtris 107.a
iuſtificatio noſtra tria in ſe comprahēdit 248.b
iuſtificationis quot dogmata Euangelici proferant 250.a
iuſtificationis negocium quoties à quo mutatū 319 b
iuſtificari hominem eſſentiali iuſtitia Chriſti in nobis habitante, vt natura ſit, non gratia, aſſerit Oſiander 380.a
iuſtificari homines ſola fide 268.a
iuſtificatorem eſſe Chriſtum iuxta ſolam humanam naturam 458.a
iuſtitia ſola Chriſti, non noſtra, ſaluos nos eſſe 109.a
iuſtitiam noſtram eſſe merum peccatum & rē damnatam 110.a
iuſtitia noſtra vndè habeat meritum 110.a
iuſtitiam ſuam Deum nobis imputare 250.a
iuſtus vt homo in hac vita, & poſt hanc vitam 296.a
iuſtus qui debeat eſſe homo 461 a
iuſtum ampliùs non poſſe peccare 396 a
iuſtum in omni opere bono peccare 112.b 269.a 274.b
iuſtos ante Iudicij diem non ſaluandos 202.a
iuſti omnes cur in inferno manere cogantur 317.a
iuſtos æquales & pares fore in meritis & præmijs 230.b
iuſtos qui fingant homines contra conſcientiam 41 b
iuſtum eſſe certum, ſe eſſe in gratia 268.a 275.b 326.a
iuſtinianus magno animo defendit Chalcedonenſem Synodum 33.a
iuſtinianus Imperator laudatur 46. a èx zelo pio in hæreſim labitur, ibidem moritur 47.a in ieiunio carnes vendēdas promulgat. 47.b

L.

LAbor manuum à quibus hæreticis tanquā malus aſpernatus 7.a 159 b 321.b
labor manuum 268.b
laborem manuum qui quantùm auerſentur 139 a 2 9 a 426.a
laborare non debere perfectum virum manibus 394.b
laborem manuum omnem Monachis cur qui illicitum dixerint 159.a
labor manuum Monachis neceſſarius 204.b
lachrymari qui putent Deo gratiſſimum 154.a
lacticinijs qui quandò in quadrageſima vſi 65.b
laici qui quadratam coronam gerant 196.b
laicos omnes eſſe Sacerdotes 221.a
laicum conſecrare poſſe corpus Domini, ſi nō ſit in peccato mortali 395.a
lapis iam eſt nemo, vt lapidibus & lignis ineſſe putet ſenſum. 226 a
lapſis poſt baptiſmum ſpes veniæ à quibus negata 3.a 5 a 361.b
lapſis remiſſio negata 341 a
lapſus apud quos non ſuſcipiatur 53 b
lauari & mergi quotidie in aqua qui neceſſarium dixerint 207.a
laudes Chriſti qui ferre non potuerint 213.b
laurentij Surij appendix 158.b
Lecti Sanctorum conſeruati 224.b
lectiones & preces Adamæi nudi perficiunt 1.a
lectioni inſtabant Eſſæi 161. a
leo tertius Imperator Iconomachus appellatus 222.b
leonides Origenis pater, educator & præceptor 369.b *filij ſui pectus cum multa veneratione deoſculatur* 369 a *conijcitur in carcerem, & à filio ad conſtantiam animatur, martyrium ſubit* 369.b

lex

lex & Propheta ab Addam Manichæo impugnati, & D. Auguſtino defenſi 7.a
lex Moſaica à quo impugnata 44.b
legem Veterem qui blaſphemarint 181.a
legem Dei inutilem 41 a
legem qui reijciunt 47.b
legem cur Deus inſtituerit 438.b
legem Veterem malam 126.b 309.b 315.b
lex & legis author Deus à quibus blaſphematus 110.a
legem Moſaicam qui voluerint reducere 20.b
legem Veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam 129 a
legem Veterem totam, cum lege noua ſeruandam 151.a 154.a
legem Veterem Iudaico ritu ſeruandam 463 a
legem nullam imponi poſſe Chriſtianis 287.b
leges non potuiſſe condi ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus 236.b 267.a
Liber quæſtionum noui & Veteris teſtamenti falſò D. Auguſtino adſcriptus 324.b
libri qui in Eccleſia legi debeant 43. b
libri humaniorum literarum cur vbi à quibus combuſti 301 a
liber monſtroſus Elchesaitarum 154.b
libri ſcripturarum qui cur à Luthero reiecti 279.a
liberum arbitrium negatum 18.a 86 a 111 b 233.a 241.a 268. b 274. b 276. a 312. b 325. a 326 b 327.a.b
liberum arbitrium magis ab Euangelicis, quã à Mahomete, reiectum 307 b
liberum arbitrium cardo eſt Lutheranæ doctrinæ 329. a
liberum arbitrium non poſſe iuuare ad ſalutẽ 309. b
liberum arbitrium probat Melanchthon 327.b 328.a b
libero arbitrio nimium à quibus attributum 126 a
liberum arbitrium quis gratiæ Dei antepoſuerit 395. b
liberum arbitrium non eſſe cauſam effectiuam actuum ſuorum interiorem 220.b
liberum arbitrium eſſe potentiam paſſiuam, non actiuam, & neceſſitate moueri appetibili 490.a
liberè omnia quis fieri voluerit 252.b
liberè abſq; coactione ſuperioris imperantis viuendum qui voluerint 234.b
liberos omnes dicebat Lutherus 288.a
libertas per principes extincta, armis vindicãda 27.a
libertas quæ qui ſecundùm quos hæreticos vindicanda 143.a
libertas quæ 253 a
libertas prorsùs carnalis 254 a
libertatem carnalem quis omnibus tribuerit 260 a
libido bruta quorum noſtri temporis hæreticorum 151. b
libido fœda Dulcini charitatis prætextu 151 a
libidines nefandas quis docuerit 87.b
libidini qui prorsùs dediti fuerint 228.b
licere omnia omnibus qui velint 254 a
licinij res noua & ingratitudo aduersùs Conſtantinum, eiuſque fœda tyrannis 255.
lictores Coloniæ & Moguntiæ Lutheri libros exurunt 273.a
linguis exciſis loquuntur disertè Catholici 214 b
lingua petulantia cuius à quo accuſata 148 a
lingua Neſtorij blaſphema quas tandem pœnas dederit 319.a
lingua Lutheri quam impura, virulenta & blaſphema 278.a
lingua cui cur radicitùs excindi iuſſa 449.b
lipſenſes Pelagiani 396.a
literarum oſor acerrimus 255. b
literis viginti quatuor quantùm tributum 89 b
literas xxiiij, omnium rerum perfectionem habere 318.a
literæ circulares Leonis Imperatoris ad omnes Epiſcopos 485.b
liuonia calamitas vnde 393.a
Locus ex D. Ioannis epiſtola cur à quibus eraſus 43 b
logos quid 23. b
longobardi 192.b
lotharingus Cardinalis quantis calumnijs appetitus 99.a
louanienſes Theologi Lutheri libros damnatos exurunt 273. a
Lucas cur Euangelium ſcripſerit 87 b
lucas primus imagines pinxit 224 .b
lucas Sternberger totus blaſphemus hæreticus fatetur ſe cum Melanchthone & Luthero ſentire 260.a
de luce & Materia Deoq; ridicula 310.a
luciferi ſuperbia punita 435.b
lucij crudelitas & eius ſcelera 263.b 264 a
lucius qui in Eccleſiam Alexandrinam introductus 264 b
luciani mors 319.a
ludouicus Hungariæ rex à Turcis miſerè trucidatus

datus 291.a
lugdunum quid cur paſſum 292.b
lumen quod in Taborio monte effulſit, ſpectrum fuiſſe 86.a
luminaria contempta 181 a
luna ſacrificatum 77.b
lunam eſſe animatam & rationalem virtutem 368.b
luſtralem aquam nihil differre ab alia aqua. 237 a 257.a
luſtralis aqua nihili habita 183.b
luterana ſecta quādo in duas ſectas diſſecta 8.b
lutherus author erroris Anabaptiſtarum 25.b
lutherani ex Vrbe Monaſterio ab Anabaptiſtis expulſi 27 b
lutherana in Auguſtinum blaſphemia 35.b
lutheri pernicies 83.b
lutherus vndè ſuum Euangelium exorſus 99.a
lutheri doctrina homines fieri deteriores 163.b
lutherus Sectarū huius temporis author 121.a
lutherus ex ſententia Melanchthonis odio Papæ, non pietatis opinione, turbas mouit 122 a
lutherus gloriæ cupidiſſimus 121.a
lutheraniſmi 134.b
lutheri quintum euangelium Mahometico Alchorano viam præparare 260.a
luxuria laudata 264 b
lutheri ſectatores Euangelici dicti 362 a
lutherus prius Ludder dictus 266.a
lutherus omnium ærumnarum, quibus adhuc conflictatur reſpublica, cauſa 271.b 291.b
lutherum deprahendit Eraſmus ſceleratiſſimū 266.a
lutherus ſe appellat Prophetam & euangeliſtam 274.a
lutherus fatetur non ſeſe propter Deum nouā doctrinam orbi inuexiſſe 272.b
luther à puritate Germanis per antiphraſin dictus 266.a 301.a
lutherus quo magiſtro dogmata ſua effinxerit. 276.b 277.a
lutheri facies, oratio, ſtylus quales 277 a
lutheri arrogantia 277.b 278 a
lutherum arreptitium 277.a 278.a b
lutheri vita 271.& deinceps.
lutherus carnalibus ſuæ ætatis hominibus doctrinam ſuam accommodat 274.b
lutherus cum diabolo miſcet colloquia, & ab illo argumenta haurit 276.b 277.a
lutherus monialem ducit vxorem 270 a
lutherus qua occaſione ab Eccleſia Catholica diſceſſionem fecerit 271.b
lutherus incubo dæmone natus 276.b
lutherus aut demens aut obſeſſus, ab Imperatore & Imperij ſtatibus iudicatus 278 b
lutheri aliquot antilogia 286.b 287 a
lutherus ad ſeditionem claſſicum canit 288.a
lutherus an antichriſtus, & an ſanctus dicendus 293.b 294.a
lutheri mors 294.a
lutherum ruſticos in nobiles, & nobiles in ruſticos concitaſſe 289 b
lutheri ſanguinaria vox 290.a
lutherus vaniſſimus propheta 292.b 294.b
lutheranorum apoſtaſia ad papatum 295 a
lutheraniſmi euerſio per Caluiniſtas 294.b
lutheri euangelio repentinus ominatus interitus 295 b
luteropapiſta in quibus à Luthero, euangelio ceſſerint 295.b
lutherus quæ cum Mahomete habeat communia 305.& deinceps
lutheri pœna nondum in totum definita 306.a
lutherus Sanctorum diario aſcriptus 306.a
lutheri ſecta triginta quatuor 386.a
lutherus ex contemptu peccat in Eccleſiā 433.b
lutherum quid ad ſchiſma perpulerit 437.a
luxuriam docuit Balaam 80.b

M.

Macedonius ab Anaſtaſio Imperatore in Conſtantinopol. Epiſcopū conſtituitur 29.b *eius pietas & perpeſſa perſecutio, ibidem* b *mittitur in exiliū* 30.a *martyrio coronatur & miraculis claret* 30.a *mortuus ſeipſum crucis ſignaculo conſignat, ibid.*
macedonius vir ſanguinarius ſubitò epiſcopus appâret 299.a
eius feritas 299.b
macedonianiſmus à quibus noſtro tempore renouatus 301 b
macedoniani anathemati ſubijciuntur 483.a
machabæorum libri à Luthero reiecti 2-9.b
madianitæ qua ratione Iſraelitas in idololatriam pertraxerint 82.a b
magia quantum quis tribuerit 333 b
magicam artem quis propalā exercuerit 123 b
magiſter è cœlo Samoſatenus 392.a
magiſter Sententiarum à quo inſanus & hæreticus appellatus 230.b
magiſtratus quibus adiaphorum 8.a
magiſtratum occidendum 27 a
magnus quis qui Eccleſiam afflixerit 265.
MARIA quā à quibus impugnata 38.b

mariam non ſemper fuiſſe virginem 357 b
mariam peperiſſe quidem virginem, ſed poſt cum viro congreſſam 207.a 241.a
mariæ Virgini quis quam contumelioſus 137.a
mariam virginem hominem tantùm & nō Deum peperiſſe 471.a 3-5.a
mariam Dei genitricem quo honore priuârit Neſtorius 348.b
mariam virginem non Deum ſed hominem tantùm peperiſſe 222.a
maria cur Neſtorio Chriſti, non Dei, fuerit mater 349 b
mariam longè aliter theotocon, ac mulierem aliquam epiſcopi matrem dici 352 a
maria qui theotocos vocanda 352
mariæ Virgini quale ſacrificium à quibus oblatum 133 b
mahometis vita breuis deſcriptio 90.a
mahometis vita 302.b & deincept.
mahomet quid ſignificet 302.b
mahometica religionis forma 303 a 304.a
mahometes proximè ad D. Pauli vaticiniū de Antichriſto, acceſſit 302.a
mahometes Antichriſtum adumbrat 303.b
mahometes non fuit Antichriſtus 34.b
mahometiſmus noſtro tempore à Luthero & ſuis diſcipulis renouatus 304 b
maieſtas Dei à nobis efferri non poteſt 32.a
maieſtas blaſphemata 138.b
maledicentia Deiſtarum 141.a
maleficia per dæmones nulla concitari 40.a
malum eſſe à Deo 102.a
malum vnde 184.a b
malorum quomodo author Deus 132.a
malum aliquandò eſſe à Deo, aliquandò à materia 203 b 441.b
mali naturam Deo eſſe coæternam 184 b
malum nihil eſſe 254.a
mala quæ inuexerit Arriana perfidia 60.a
manes quid propriè ſignificet 308.b 311.a
manes dicebat ſe ex virgine natum, Chriſtum & paracletum eſſe 308.b 310.b *excoriatur.* 310 b 480.b
manichæi ſecta in tres partes diſſecta 325.a
manichæorum de Chriſto blaſphemum delirū, quod aut quale 351 a
manna ſe edere in cœna Dominica qui dicant. 244.b
manuum impoſitionem laicalem eſſe Sacramētum 312.b
marcus quis Magicæ peritiſſimus 417 b
S. Martinus laudatur 76 b
martianus imperator Eccleſiam diſſidentem coniungere ſtudet 147.a
Martinum Bucerum, vide, Bucerus.
martyres blaſphemijs affecti 129 a
martyres cur ſiulti vocati 193.b
martyrium diſſuaſum 87.a 88.a
martyrum ſepulchra non eſſe veneranda 312.b
martyres qui quibus 120.a
martyres quis dixerit eos qui ſe ob peccatū commiſſum interimant 398.a
martyrium ſtultum 131 a
martyrum conſtantia aliud quàm duritia hæreticorum 130.a
martyrem Chriſti ſe iactat Beza 94.b
martyres plures hæretici ſe habere iactāt 341.b
martyrologia hæreticorum 306.a
maſculorum concubitus laudatus 264.a
materiam elementorum, ex qua mūdus factus, à Deo non eſſe factam, ſed ipſi Deo coæternam qui ſomnient 18.a
materiam primam eſſe deum 140.b
materiam elemētorum ex qua mundus factus, non à Deo factam, ſed Deo eſſe coæternam 209 a 441 b
de Materia mira 310.a
materia creationis qua 316.b
matres infantes ſuos occidendos tradunt, hilari vultu ſpectant 151.b
matrimonium damnatum 1.b 18.a 140.a 158.b 309.b 315.b
matrimonium nihil aliud eſſe, quàm occultum meretricium 152.a
matrimoniū nihil differre à ſcortatione 465.b
matrimonium non eſſe Sacramentum 63.b 269 a 284 b 440.a
matrimonij leges 243 a
matrimonium Euangelicum 163.b
matrimonium ſpirituale quorum quale 254.a
matrimonium virginitati æquatum 241.a
matrimonium virginitati prælatum 284 b
matrimonium poſſe diſſolui 124.b 203.a 243.a 306.b 341 a
matrimonium clandeſtinum 306.b
mathematici omnium ſcelerum & errorum aſſertores 322.a
mathematicas doctrinas nihil ad pietatem conferre 322 b *eas olim epiſcopis tractare religio.* ibid.
D Matthæus à quo fœnerator ſcommatice vocatus 234.a 4.2.b
maximilla propheteſſa Montani 323.b
Medicus fit Aetius, & gratuitò egenos curat. 10.b
medicina opus altaris ſacrificio prælatum 66.b

melan-

melanchthon in piſtrino pinſendi artem meditatur 101.a
melanchthonis præclara ſententia de Carolſtadio & Luthero 122.a
melanchthon cur Cothurnus Germanicus dictus 296.a 325.a
melanchthon ex Manichæo Pelagianus 325.a
melanchthonis ſcripta quæ ipſe tamen damnauit, quanti fecerit Lutherus 327.b
melanchthonem in iuſtificationis negotio quater decies variaſſe 329.b
melanchthonis de Muntzero ſententia 343.a
melchiſedech non purum hominem, ſed quandam virtutem Dei fuiſſe maiorem Chriſto. 324 a
meletius ſibi ipſi epiſcopalē dignitatē ſumit 131.
meletius ſimul & manus iudicio & voce libera Trinitatem conſubſtantialē deprædicat 332.b. *relegatur in exilium, ibid. reuocatur* 333.a
membra humana qui tribuant Deo 41.b 42.a b 74.b 491.b
membra quandò in ſacra ſcriptura Deo attribuuntur, quid ſignificent 492.a
memilinus Aphrorum Rex Albigenſibus hæreticis auxilium præbet, Rom. Pontifici Innocentio dira minatur, tandem bello perit 18. 19.a
mendax cur à quibus Deus dicatur 63.b
mendacia ſpargunt de Catholicis omnes ſimul Sectarij 440.a
mendicantes Monachi qui à quo impugnati & damnati 204 b
mendicantium religiones, malos dæmones inueniſſe 216 b 194.b
mendicantium ordines eſſe hæreticos 215.b
mendicitatem omnem qui non ferant 268.b
mendicum ſua ſponte eſſe, turpe Chriſtiano 56.a
mentem non habuiſſe animam Chriſti 50.a 51.b. 64.b
mentem in Chriſto negantes 142 b 143.a
meretricem pauperem meliorem eſſe caſto, qui aliquid haberet 204.a
meretrices vinitra 12.a
meretrix cur à quo conducta, & in Epiſcoporū cubiculum clàm immiſſa 430 a
meretriculam undam qui quarè adorent. 16.a
meritum Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam 250.b
meritum nullum eſſe hominis ad gloriam conſequendam 268.b
meritum bonorum operum qui à Luthero eleuatum 282 a
meritum corporale tantùm ex bonis operibus. 325.a
merita ſanctorum nulli applicari poſſe 220.b
meſsiam Deum futurum non credebant Eſſæi. 161.a
meſsiam nondùm veniſſe 244.a
metangiſmonita vndè dicantur 337.a
Μικρόκοσμος *cur homo appelletur* 73.a
millenarij qui cur appellati 128.b
mille anni poſt reſurrectionem nuptijs & alijs mundi voluptatibus deſtinati 128.b 129.b 130 a
millenarij qui vndè potiſsimùm cōfutati 347.b
miniſterium publicum verbi qui prohibeant 26.b 81.a 460.b 462.
miniſtri Caluiniſtæ veri ac propriè oſſatores 97.a *eorundem arrogantia & delitia* 97.a
miracula edita ad lectulum Barſæ Epiſcopi in Aradō Phœnicia inſula 496 a
miracula Chriſti quis magicis artibus adſcripſerit 241.b
miracula ſanctorum qui dixerint dæmonum præſtigias 171.b 172.b
miracula nulla fieri in Eccleſia 394.b
miraculis conantur Caluiniſtæ fictitiam ſuam doctrinam ſtabilire 19.a b
miraculum nullum edere potuiſſe Euangelicos 140.b
miracula quænam iactet Menno 336.b
miſericordiam Dei noſtram eſſe iuſtitiā 230.a
miſſæ virtus 204.a
miſſam à Chriſto inſtitutā quis neget in Euangelio fundatam 231.b
miſſas pro defunctis, peccatis, ſatisfactionibus, aut alijs quibuſuis neceſsitatibus Eccleſiæ applicari poſſe, negabat Aerius 9.a
miſſas qui poſt mortē celebrari facit, opus charitatis non perficit 66.b
miſſam non poſſe offerri pro peccatis 269 a
miſſam primò quis Vuittēbergæ abrogârit 121.a
miſſa impugnata 112.a
miſſa quàm horrendè à Luthero blaſphemata. 268.b 269 a
miſſa à Luthero diaboli inſtinctu impugnata. 277 a
miſſæ ſacrificium ab omnibus Sectarijs oppugnatur 440 a
miſſam qui blaſphemârint eſſe dæmonum ſacrificium 103.b
miſſæ ſacrificium prorsùs abolere nititur Antichriſtus, idem iam faciunt omnes Euangelici 16. a
miſſa in Carolſtadij inceſtis nuptijs compoſita. 285.a
miſſæ celebratio diuerſa apud Luteranos 386.a

Moguntiæ lictores libros Lutheri damnatos in ignem conijciunt & exurunt 272.a
moloch quid ſit 70 b
monachos ad laborem manuũ adſtringi 2 4.b
monachos teneri per manuum laborem victum ſibi acquirere, & non per mendicationem. 235. a
monachis cur omnis labor illicitus 159 a
monachus an ſemper quietè in ſuo tugurio conſidere debeat 498.a b
monachi miraculis clarent 500.b
monachi & eremitæ ſancti, præſentia ſua dæmones expellunt 263 b
monachi Iudæorum 161.a
monachos qui tantùm receperunt 160. b
monachi & Monachæ à quibus in communionẽ non recepti 213.a
monachi nudi publicè verberati 83.a
monachi ab Arrianis perſequuntur 500.a
monachorum agmina multa à quo interfecta. 491.b
monachi lege ad bellum à quo coacti 474.b
monachos & monachas omnes damnari doctrinam Chriſti corrumpere 66. b ibid.
monachi impugnati à Luthero 269.a
monachi à quo dæmones noui appellati 236.b
monachi ſimplices ſeditionem concitant 42.b
monachorum quorum quanta hypocriſis 432. b
monachorum tumultus contra Synodum Chalcedonenſem 514.b
monarchia regnorum deleta 35.a
monaſteria vbi à quibus funditùs euerſa 162.b
monaſteria vbi in immaniſſimos carceres commutata 162.a
monaſteria à ſeditioſis ruſticis expilata & euerſa 288.b
monaſterium Vueſtphaliæ oppidum qui primò à Lutheranis, pòſt etiàm ab Anabaptiſtis inuaſum 27 a
monaſterium Vueſtphaliæ vrbs qui ab Anabaptiſtis occupata 27 b
monaſticæ religiones impugnatæ 2.5.b
monaſticam vitam qui ſuſcipit, irregularẽ eſſe 235 b
monophyſitæ, Acephali, & Seueritæ, idem hæreticorum genus 4. b
monothelitæ qui 302.a
montaniſtæ iactant ſe eos prophetas, quos Dominus ſe miſſurum promiſit 341.b
montani interitus qualis 341.b
monumenta defunctorum ſanctorum 224 a
mortem Chriſti in cruce falſam fuiſſe 181.a
mors horrenda Copronymi 136.b
mortem qui voluntariè ſubeunt, vel ſibi ipſis infligunt, quibus martyres 120 a
mortis auidi 131 a
mortis pro ſua hæreſi ſuſtinenda atq; tuenda cupidiſſimi qui 149.b 150.a
mortuis baptizati 123.b 215.b 340.b
mortificationem abſolutam Adæ, qui quàm abſtinēdis exercitijs velint acquiri 36.b 140 b
mos Eccleſiæ nunquam mutandus 15 a
moſes erucam & locuſtam magnam Dei virtutem vt dixit, ſic & Chriſtum virtutẽ Dei eſſe qui velint 71 a 314.a
moſen malum fuiſſe & non à Deo 18 a
moſes ſtultus à quo vocetur 209.a
moſes reprehenſus quod bella geſſit 308.b
moſis volumina quinque à Nazaræis quomodo habita 346.b
moſes falſus 342 a
moſen quis ſe dixerit 361.a
Mulierem initiari poſſe ordinibus ſacris 124. a 397. b
mulieres iuſtè poſſe ad ſacerdotium promoueri 269.a 307.b
mulieres quæ, Amazonum inſtàr, armis in prælijs vtantur 196.b
mulier Cauponaria Bezam publicè Latinè cõpellat vt pecuniam debitam ſoluat 96.b
mulierem quamlibet obligatam ad coeundum cum quolibet viro eam petente 27.a
mulieres communes eſſe debere 198.b
muliebre genus quàm varium & erroneũ 134.a
mulierum conſortia qui non reſpuebant 91.b
mulierem deoſculari qui quandò dixerint peccatum mortale 91.b
mulieres nè comam haberent, quis conſtituerit 176. b
mulieres duæ tanquàm Deæ à quibus adoratæ 154.a
mulierculæ oneratæ peccatis, omnium ferè hæreſeon ſeminandarum adiutrices 11.b 323. a 412.b
mulierculas quales quis qui deceperit 140 a
mulier captiua Chriſtiana quos ad Chriſti fidẽ perduxerit 197.a
mulieribus mammæ ceſtis & areis compreſſæ & auulſæ 300.a
mulieris Edeſſenæ conſtantia & martyrij cupiditas 496 b
mundanitæ qui, & cur ità dicti 343 b
mundum à malo principio factum qui aſſerant 17 b
mundum æternũ eſſe ſtatuunt Albanenſes. 18.a
mundum non à Deo, ſed ab Archangelo conditum.

tum 57.a

mundum non à Deo, ſed ab Angelis creatũ 123. a. 129. a 153.b

mundum factum ab angelis præter conſcientiam Dei patris 434 b

mundum non à Deo factum, ſed à trecentis ſexagintaquinq; cælis 87.b

mundum in eodem ſtatu non manſurum 343.b

mundi finis certus à quo præſcriptus 67 a

mundi finis quis quandò à quibus deputatus. 244. b

mundum hunc eſſe infernum 441.b

mundum iudicaturum quis ſe dixerit. 336.b

munzerus ſeu Monetarius aliquis Thomas, cuiuſnam hæreſeos vel author, vel promotor. 342. b. thematăq; eius qualia 342.a

munzerus quomodo aut cur à Luthero defecerit 343.a

munzerus qui Lutherum æquè ac Papam traduxerit 343.a

muntzerus quantam inter ruſticos Germaniæ ſeditionem è ſcriptis Lutheri excitârit 343.b

muntzeri mors 290.a

mus Ponticus cur Marcion dictus 317 a

murium aut ſoricum cultores vndè cur olim apud Iudæos 344 a

muſcam quæ ciuitas aut gens olìm pro Deo coluerit 344.b

muſcaronitæ qui, aut vndè ſic appellati 344 b

muſculus qualis hodiè ex Lutheri ſchola hæreticus 344 b

muſculani quales hæretici 344.b

muſica Syrorum 205.b

muſoritæ quales fuerint aliquandò inter Iudæos idololatræ 344 a

mutanda qui tandem omnia 343 b

Myſteria Euangelicorum horrenda 36.b 140.b

myſteria qui publicè celebrent 124 a

myſteria cuncta Eccleſiæ quæ à Chriſti paſſione vim ſuam habent, negata 304 a

N.

Natalis egregius Chriſti confeſſor ab hæreticis corrumpitur, vt eorum hæreſi præſit, ſed à Chriſto ſemel atq; iterum ad pœnitentiam inuitatus vapulat 476.a

natalem Domini ſecundùm carnem qui non venerentur 414.a

natiuitas Chriſti ſecundùm carnem impugnata 64.b

natiuitas Chriſti quandò à quib. celebrata 65.a

narciſſus epiſcopus Arriana hæreſi infectus, qua apud Conſtantem Imperatorem techna vſus 345.a

natura dei 239.b

naturam Dei quis ſe iactet comprehendiſſe 32.a

naturam diuinam nihil diſtare à ſubſtantia & effectu 86.a

naturam humanam & diuinam in plurimas partitam perſonas 240.a

naturam vnã eſſe Verbi Dei & carnis 145.146.

naturam vnam tantùm in Chriſto 219.a 220 a 330 a. 451 a

naturæ duæ in Chriſto 187.a

naturæ duæ in Chriſto negata 32. b 33. a 177.a 446.b

naturas duas in Chriſto in vnam compoſitam 339 b 445. a 479. a

naturam cuiuſlibet non ſimpliciter id quod eſt, dici, ſed dupliciter 235 b

naturam quæ eſt principium motûs in corporibus cæleſtibus, eſſe ab intelligentia mouente 490 a

nazaræorum hæreſis qualis & vndè 346.b

neceſſitate abſoluta omnia fieri 216.b 235.a 268 a 311. b

neceſſitate quis nihil fieri voluerit 252 b

negatio Chriſti perſecutionis tempore à quo ſuaſa 87.a

negare Chriſtũ perſecutionis tempore, qui dixerint non eſſe peccatum 154.b

negare Chriſtum coram hominibus non eſſe peccatum 148.b

nepotem Dei quis ſe dixerit 198 a

nepotis alicuius in Aegypto epiſcopi hæreſes quales & blaſphemia 347.b

nero qui à quibuſdam Antichriſtus & reſurrecturus putatus 34.b

neronias olìm Ciliciæ vrbs, quod hodie nomen habeat 345. a

neſtorius quis qualiſve fuerit, eiusq; dogmata hæretica quæ 348 b 349. 350. & dein.

neſtoriani quomodò tractent aut conficiant eucharistiæ ſacramentum 348.b

neſtorij lapſus quanta fuerit pijs hominibus tẽtatione 349.a b

neſtorius cur anathemate perculſus 352.a

neſtorij arrogantia quanta 353.a

neſtorius quos hæreticos, ipſe nondum hæreſeos ſuſpectus, qui vexârit 353.b

neſtorij graphica deſcriptio 353. a

neſtorij prima apud Byzantium concio quàm fuerit ſuperba & inſolens 353.a

neſtorius ſuã hæreſim vnde vel ſuxerit, vel qui ſit exorſus 3.3 b

neſtorius quos hæreticos primùm imitari exiſtimatur 354.a

neſtorius quanta apud Byzantium turba author 354.a

neſtorio inter concionandum quàm crudele & cruentum obuenerit portentum 355.a

neſtorius bonarum monitionū contemptor 356.b

neſtorij blaſphema in concilio vox 357.a

neſtorius in concilio damnatus 357.b

neſtorius quò tandem exulatum miſſus 357.b

neſtorij qualis pœnitentia 358.a

neſtorij miſera, ſed digna blaſphemo calamitas & mors 358.b

neſtorij lingua quì tandem cruciata 358.b

neſtorij mors 519.a

neſtorianiſmum quinam hac tempeſtate hæreticiſſima renouent 359.a

neſtoriani damnantur 483.a

neutrales qui dicantur 295.b

neutrales in religione 443.a

Nicena fides apertè negatur ab Acacio 4.a

nicena ſynodo qui interfuerunt, qui à quo vocati 410.a

nicena fides, & prophetica & euangelica & apoſtolica eſt 506.a

nicena ſynodus ſeptima contra Iconomachos. 223.a

nicolaus Papa vtrius in propulſando Photino hæretico 108.b

nyſtages vndè dicti 366.b

Nobilium caligo & incogitantia 100.a

nobilium caſtra & arces à ruſticis ſeditioſis direpta & exuſta 288.b

nobilitatem extirpandam qui vbi coniurârint. 100.a

nocturnum ſacrum quale qui ignoto Deo faciunt 78.a

noctis tempore vigilare qui docebant illicitum 366.b

noe damnatus 317.a

nomen Ieſu & Mariæ execratum 244.a

norbertus vir ſanctus & doctus Tandemi hæreſim extirpat 464.b

nouatiani quomodò Byzantij à Neſtorio turbati 353.b

nouatus factionis ſuæ populares iuramento, vt ſibi adhærerent, in perceptione Euchariſtiæ obſtringit 363.a

nouatus fraudulenter Epiſcopus creatus 362.b. *in lecto æger baptizatus, ſignaculum ab Epiſcopo non accepit, ideoq; nec ſpiritum ſanctum* 363.a

nouatus cur hæreſim ſuā inſtituerit 362.365.a

nouatus martyrium ſubijt 365.b

nouitas quæ mala inuehat 60.a

Nubere vt non prohibeant Chriſtiani 14.a

nudi conueniunt Adamæi 1.a

nuptiæ virginitati pares 87.a 157.b 241.a

nuptiæ damnatæ 1.a b 2.a 10.a 13.b 53.b 158.a 160.b 35.b 465.b

nuptiæ primæ admiſſæ, ſecundæ verò velut omnia aſpernata 3.a 123.b 203.a 340.b 468.b

nuptias omnes homines teneri contrahere 313.a

nuptiæ ſpirituales cuius 317.b

nuptiæ. vide etiam, coniugium & matrimonium.

O.

OAſis Aegyptia vrbs, cuius hæreſiarchæ exilio clara 358.a

Obediendum nemini 416.b

obedientiam non eſſe præſtandam prælatis eccleſiæ 269.a 194.a

obedientiæ humanæ qui non debeant eſſe ſubiecti 91.b

obedientiām Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam. 250.a

oblatio rediuiua, miniſteriúmve eccleſiaſticū defunctis (ſicuti mos eſt) apud Acephalos nō celebratur 4.b

oblationem qui oleo ſubigant & vngant 65.b

oblatio corporis Chriſti inter Miſſarum ſolemnia 213.b

Occidentalis eccleſia laudatur 76.b

occidens ab Oriente quando diuiſus 76.a

occidentalis eccleſia quid cuius exemplo timendum 70.a

occidentales epiſcopi quo fauore Athanaſium proſequuti 346.a

occidentales conſuētiſſimi Nicenam Synodum retinent 503.b

ochozias rex Iſrael. cur vndè quæ de idololatria increpatus 344.b

oculos in cælum qui non eleuabant 91.a

odio pōtificis Lutherus nouam doctrinam orbi inuexit 272.b

Oecolampadius Brigittanus apoſtata corrumpit & mutilat bonos authores 232.a *accuſatur affectatæ tyrannidis ab Eraſmo. ibid. eius mors qualis. ibid.*

Oldendorpius ex diſpenſatione Lutheri, alterā vxorem ducit priore ſuperſtite 306.b

olipius ob blaſphemiam in Trinitatem ab angelo occiſus 366.a

ollarij lurcones 366.b

Omnipotentia Dei negata 94.a

Oppidula quot Vbi ex terra motu abſumpta 293 b
opera bona corporalia tantùm præmia mereri 315 a
opus bonum quale qui eſſe Voluerint 107. b 108. a
opera bona Vt exploderet Lutherus, qua fraude Vſus 280. b
operum noſtrorum cur qui nullam velint habere rationem 107. a
opera bona non eſſe neceſſaria 41. a 91. b 112. a 228 a 233 a 268 a 269 a 308. a
opera bona cur non proſint, & mala cur nihil obſint 210 b
opera bona nos non ſaluare, ſed fidem, docebat Simon Magus 455 b
opera bona ad ſalutē pernicioſa qui dicant 25. a
opera bona eſſe peccata 112 b 233. b 269. a 274. a 307. a
opera bona magis obeſſe quàm prodeſſe 110. a 412. a
opera omnia Sanctorum, peccata eſſe 220. b
opus omne liberi arbitrij peccatum eſſe 281 a
opera bona non eſſe neceſſaria, & eſſe neceſſaria 112. b 233. b
opera ad ſalutem neceſſaria nunc ait, nunc negat Lutherus 286. b 287. a
opera aliena non prodeſſe, ſed propria ſufficere dicebat Mahometes, Lutherus etiam propria facit peccatum 307. a
operibus bonis Vacabant Eſſæi 161. a
Orare ſine intermiſſione quid ſit 415 b
oratio Dominica à quibus mutilata 125 a
orationem qui nullam præter Dominicam admittant 228. b
orandi formula omnes reiecta præter orationē Dominicam 395 a
oratio ſola abſque alijs pietatis exercitijs, etiàm baptiſmo, dæmonum ſeruitutem reprimit, et omnia bona conciliat &c. 7. b 208. b, 21 b
orationem ſolam inhabitantem dæmonem effugare 119 a 208 b 426. a
orari pro defuncto Acacio Vult Anaſtaſius 4. a
orare pro ſe mutuo Viuos tantùm poſſe, error eſt Vigilantij 513 a
orare Deum qui non tentantur 9. b
orationes qui ſibi neceſſarias negabant 125. a
oratio cur non neceſſaria 216. b
orationē præciſè nulli Valere aut prodeſſe 335 a
orandum cur qui noluerint 490. a
orādi certū tēpus qui ſuſtulerit Lutherus 282. a
orandum non eſſe pro reprobis. 94. a
orationes Eccleſiæ pro infidelibus & peccatoribus eſſe inutiles 396. a
ordinatio Clericorum 235 a
ordinati à Presbytero, deponuntur 56. a
ordinem quis neget Sacramentum eſſe 269 b
ordinis ſacramentum quo argumento reiecerit Lutherus 282 b
ordinis ſacramentum à quo reiectum 464. b
ordinibus ſacris initiari poſſe mulierem 324. a 397 b
orebitarum crudelitas in Sacerdotes catholicos 367. b
orientalis Eccleſia cur per quos prorsùs deleta 70. a
orientales & Occidentales, id eſt, Arriani & Orthodoxi, qui ſe mutuis olim odijs perſequuti 349. a
origenes quos hæreticos errorũ conuicerit 56. a 57. a
origenis ſcripta nugas eſſe cum Melanchthonis collata 387 b
origenis Vita 369 a & deinceps.
origenes origo & fons Arrianorum à quo appellatus 368. a
origenes adoleſcentulus martyrium affectat 369 b à matre domi detinetur. ibid. patrimonium eius fiſco illatum 370 a cum hæretico habitans, eccleſiaſtica ſeruat inſtituta ibid. decimumoctauum annum agens, eſt ſchola Christiana catechiſtes 370 a vita eius Chriſtiano philoſopho digna 370 b calceamentis & Vino non Vtitur 371. a ſeipſum propter regnū Dei caſtrat 371. a Hebraicam addiſcit linguā, & tranſlationes ſacræ ſcripturæ inquirit 372. a nondum presbyter, cōcionari permiſſus 372 b egregius hæreticorū confutator 374. a pro fide Chriſti in carcerem conijcitur & torquetur 374. b ne cogeretur ſtuprū impurū & impudicū ab Aethiope pati, fidem abiurat ibi. eius mors 374. a in illum anathemata 378. b
origenis miſeranda concio Hieroſolymis 376. a
origenis tentatio, genus & eruditio, acre ingenium, oratio melle dulcior, librorum à ſe cōſcriptorum copia 376. b
origenis libri an ab alijs corrupti 37 . b
origeniſtæ noſtri temporis 379. a
origenem etiàm vocabulo theotocu ſeu Deigenitricis Vſum 354. b
originale peccatum nihil eſſe 18. a
originale peccatū non habere pueros 61. a 95 b
orphanorum execranda facinora 379 a qui tandem deleti 379 b
orthodoxorum perſecutio punita 252 a
orthodoxorum conſtantia 445. a

Oſcultur à quo obſtructum manu 332 b
oſiãder qui ſe Enoch alterum iactitârat, vt beſtia extinguitur. 310.a
oſiander eodem tempore viſus in inferiore hypocauſto pulari, & in ſuperiore idem, vel diabolus potiùs in illius loco, ſcriptitare 380 b
oſiander quibus conuicijs à Confeſſioniſtis impetitus 380.a
oſiandri querimonia de ſuis ſectarijs 437.a
oſiris 78.a
Othomannus cuius conſpirationis ſubſignator 29:.b
Oua qui quantùm execrârint 125.b

P.

PAcificorum hæreticorum dolus & vafricies 381.a
pædobaptiſmus quomodò inter adiaphora à quibus ponatur 8. a
palla altaris qui ventris fœditatem deterſerint 19.b
panis creatura diaboli 125 b 309.a
panis & caſeus ſolum Deo oblatus 68 a
panis in honorem B. Mariæ à quibus oblatus 131 b
panis pro Euchariſtia fœdiſſimus & execrãdus 125.b 309 a
panem fermentatum, non azymum, neceſſariò ad Euchariſtiã conficiendam requiri 202.b
pane fermentato qui in ſacrificio vtantur 228 b
panis & vini ſubſtantiam materialem poſt conſecrationem manere in Euchariſtia 234.b 267.a
panem pro Euchariſtia ſimul cum corpore Chriſti eſſe 430.b
papæ nomen quis è ſacro epiſcoporum albo primus delere auſus 182.a
papam non eſſe iure diuino caput eccleſiæ 221 a
papatu ſublato, quid neceſſariò ſequatur 511.b
paracletum quis ſe dixerit 124. a 308. b 310.b 3-3. a 468.b 480 b
paradiſum dicunt Adamæi eccleſiam ſuam 1 a b
paradiſus negatus 22 b
paradiſus quorum qualis 253.b 422.b
paradiſum viſibilem 441.b
paraſceues nocte euangelicorum columina in lupanaribus inuenta 253 b
paria decẽ diſſidentium & concertantiũ 38.a
pariſia commendantur 22 b
pariſienſes Theologi calumnias quas à quo acceperint 95. a
parmenianus non tam doctus quàm ſeditioſus 381. a eius nequitia 381 b
parricidia nefanda à noſtri temporis Enthuſiaſtis perpetrata 160.a
paruulos nullum habere originale peccatum, ideoq; nec baptiſmo egere 18. a 237.a 395 b
paruulos non baptizandos 417 b
paruulis vſu carentibus nihil prodeſſe baptiſmum 26 b 84. a 208.a 399 a
paruulorum decedentium ſine baptiſmo condeſtio ſecundum quos 64.a
paruulos regnum cælorum non poſſe conſequi 160 b 212 b 3 3 a
paruuli adustione à quibus circumciſi 219.a 228.b
paruulis ad vbera adhuc pendentibus communio ſub vtraque ſpecie data 219 a
paſcha quando qui neceſſario celebrandum voluerint 102.a
paſcha quandò celebrandum, diſceptatio 382.b 383 384.
paſcha quandò celebrandum 48. 419.420. 421 a 4-- b
paſcha qui quandò celebrent 397.b
paſcha qui Iudaico more celebrent 65.a 382 a 426 b
paſchatis celebritatem liberam Chriſtianis populis reliquère Apoſtoli 418.b
paſcha diem quantoperè impiat Lutherus mutatum 305.b
paſcha feſtum Lutherus vult transferendum inter feſta immobilia 385.a
paſchatia noſtræ ætatis 385.a
paſsionem Chriſtum ſimulâſſe 126 b 310.b
paſtor ſtultus Antichriſtus à quo vocatus 34. b
in paſtorum Catholicorum necem qui coniurẽt 386 b
patrem tantùm dici vnicum & verum Deum 141 b 510 b
patrem ſolum adorandum 120.b 301. b 447.a 489.a
patrem qui tantùm innocent 429.a
patrem filio maiorem 138.b 149.a
patrem filio potentiorem 323.a
patrem potuiſſe non gignere filium 323.a
pater an Deus potuerit vocari antequàm filiũ haberet 318 b
patrem & mundum creâſſe, & in cruce pependiſſe 411.b 412
patrem eſſe paſſum 361.a 387.b 429.b

paterna mens ſecundum Platonicos 13.a
patrum decreta cùm ſcinduntur, quæ mala oboriantur 60.a
patres omnes veteres erraſſe 277.b
patriarchæ à quo contumeliis affecti 317.a
patriarchæ cur in inferno manere cogantur. 37.a
D. Pauli quàm ingens poteſtas 402.b
D. Paulus à quibus apoſtata legis appellatus. 152.a
D. Paulum quis vas conſpactum vocârit 254.a 422.b
paulus Apoſtolus à quo conviciis impetitus 448.a
D. Paulus Apoſtolus à quibus reiectus 129.a 154.a 155.a
pauli epiſtolæ cur à quibus reiectæ 152.b 155.a 158.a b 206.a
D. Pauli epiſtola quæ à quo reiecta & recepta 315.a 317.a
D. Pauli ad Hebræos epiſtola cur à Luthero reiecta 279 b
paulus Samoſatenus. vide, Samoſatenus.
paupertas Eſſæorum 161.a
paupertas qui nimium laudata 204.a
paupertas quæ cuius qualis 231.a
pauperes eſſe debere ſacerdotes 394.a
paupertatis evangelicæ conſilium à quibus ſpernatur 125.a
paupertas voluntaria quæ non ſolùm inutilis, ſed & noxia 161.a
paupertas quæ damnata à quo 204.b
paupertati à quo divitiæ prælatæ 312.a
Peccatum ad mortem 424.b
peccatum originale nullum eſſe 237.a
peccatum quale non eſſe peccatum, qui dicant 490.a
peccata etiàm graviſſima nihil nocere ſi credas tantum 11 b 41.b
peccatum mortale nullum niſi incredulitas 107 a 112.b 325.b
peccatum poſt baptiſmum commiſſum, pœnitẽtia non poſſe expiari, impiè docent Novatiani 3.a 5.a 130 a
peccatum poſt baptiſmum commiſſum, ſolum Deum & non ſacerdotem remittere poſſe docebat Novatus hæreticus 5.a
peccata aliqua eſſe prorſus irremiſſibilia 64.a
peccato mortali obſtrictum non manere in baptiſmo 221.a
peccatum mortale fidem tollere 268.a 275.b 326.a
peccatum non eſſe à libero arbitrio, ſed à dæmone 18.a 64.a 309.b 310.a
peccata non poſſe vitari 309.b
peccata fide remiſſa ſibi qui certò ſtatuant 28 a
peccatum nõ animum, ſed carnem ſaltem inficere 198.b
peccatum nihil eſſe, niſi iis qui ſe peccare putent 253 b 422 b
peccatum eſſe quicquid homo agit ante iuſtificantem gratiam 221 a
peccata eſſe æqualia 240.b
peccatum mortale factum in charitate, nõ eſſe peccatum 222.b
peccata reprobis nulla eſſe venialia 94.a electis nulla mortalia ibid.
peccatum omne eſſe mortale, nullum veniale. 112.b
peccare poſſe qui ſe poſt anabaptiſmum negent. 253 b
peccati authorem Deum eſſe 109 b 111. b 126.b 184.a 254 a 2 4.b 3 7.b 455 b
peccatum qui Deo adſcribant 254.b
peccantem, ſuam voluntatem voluntati beneplaciti Dei conformare 490 a
peccatores ante iudicii diem nõ puniẽdos 202 a
peccatores pares in peccatis, pares in pœnis 240.
pecuniam poſſidentibus qui ſpem ſalutis tollãt 52.b
pecuniam qui non contrectabant 366.a
pecuniam recipiẽtibus qui ſpem ſalutis ademerint 416.b
pelagii vita 395.b
pelagiani noſtri temporis 396.a
pellem propriam quis in tympanum converti poſt mortem voluerit 237 b
pepuza vicus Montani à quibus Ieruſalem appellata 124.a 3 7.a
perditionis filius 34.b
perfectio omnium rerum in quo conſiſtat 89 b
perfectionem quam, quàm arroganter qui ſibi adſcribant 252.b
perfectionem vigintiquatuor literas omnem habere 318.a
perfectum virum non debere laborare manibus 394 b
periurium licere qui aſſerant 53. a 184.a 414 a
perſecutiones florentiorem reddunt Eccleſiam, 88. b
perſecutio Eccleſiæ Alexandrinæ 194.b 1,5 a
perſonam unam eſſe Trinitatis 361.a 387.b 388. 429.a b
perſonas duas in Chriſto fuiſſe, unam paſſam, alterã ſeorſim ſtetiſſe, & paſſionis ſpectatricem fuiſſe 12 .b
perſonæ duæ Chriſto attributæ 199

perſonas tres non eſſe Patrem, Filium, & Spiritumſanctum 141.b
perſonas tres confuſa, & vnatantùm Trinitatis credita 21.b
perſona à Deo Verbo ſuſcepta, qui accipienda. 351 a
perſona in Chriſto vnitas quâ aut quandò compacta atq; perfecta 3.. b
peſtis ſeuiſsima .. b
D. Petrus à quo abnegator Chriſti appellatus. 254. a 4.. b
D. Petri epiſtola ſecunda cur à Luthero reprobata. 177 b
D. Petrum non fuiſſe verū Rom. Eccleſia Pontificem 424 a
petrus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus & martyr .. b
petri Cnaphei quatuor vitia inuenta in Eccleſia 4.. b
petrus Dreſdenſis noſtro tempore communionis vtriuſq; ſpeciei neceſsitatem inuexit 11. b
petri Dreſdenſis [illegible]
petrus ſuccedit Athanaſio 499 a. à Palladio præfe.. o Aegypti in carcerem coniicitur, poſtea Romam confugit 499 b 50.. a Eccleſiam ſuam recepit 501.a
Phariſæi a ſanctimonia hæretici nomen 42 a 5.
phariſæi vnde dicti, & eorum doctrina 4.. a
philippus Landgrauius Heſſiæ Bernardū Rothmannum cum alijs quibuſdam, ad propagandam Lutheri doctrinam mittit Monaſterium .. a
philippus Melanchthon. vide Melanchthon.
[illegible] *plaga* 314 a
[illegible] *damnata* 66 b
[illegible] *quibus prohibita* 101 a
[illegible] *Apellio* 44 a
[illegible] *anathemate notatus* 35.b
[illegible] 433.a
[illegible] *es mediocres, ideoq; facilè in Nouati dogmata prolapſi* 363 a
[illegible] *hæreſim reſtaurat* b
[illegible] *quadraginta crudelitas in ſuſtis* 408 b
piſtatis quid & quomodò cum Beza & ſuis cum miniſtris actum 95.a & deinceps.
Platonici quid de Deo ſentiant 11.a
platonem aliquam notionem SS. Trinitatis habuiſſe 84 b
planus 454.b
plebes ſine ſacerdotibus 207 b
Pneum ſtomachi qui appellati 297.a 409 a
Pœnas inferni diſpares eſſe 22.a
pœna & Beneficium, dij a quibus habiti 78 a
pœnam Arrij nondum eſſe determinatā 419.b
pœnitentia virtus quiâ Nouatianis ſublata 3.a
pœnitentia vſus poſt baptiſmum ſublata 5 a 348 a. 301 b
pœnitentia partes duæ 231.b
pœnitentiam quæ ex timore gehennæ oritur, eſſe noxiam 269 b
pœnitentiæ partes tres eſſe quis neget 269 b
Poltrotius ad cædem Guiſiani ducis, à Beza inſtigatus & impulſus 59.a
polygamia. 306.b
pontifex maximus quis qui à quibus creetur. 180 a
pontifex ſummus à Græcis pro excommunicato habitus 202.a
pontificibus ſummis qui ſe oppoſuerint 310.a
pontificem ſummum qui Antichriſtum dixerint 318.b
pontificem non eſſe iure diuino caput Eccleſiæ. 221 a
pontificem malum ſuper fideles non habere poteſtatem 234 b
pontificatum ſummum qui quandò dixerint abrogatum 234.b
porphyrius Chriſtianorum hoſtis 409.b 410. 411 a
poſſeſſiones non licere habere Eccleſiaſticos 234. b 3.. 5.b 267 a 394.a
poſſeſſiones non poſſe habere Eccleſiaſticos 320.b
poſſideri qui nihil velint 52.b 5.. a
postes ſanguine agni qui inungant 6.. a
poſtellus vir doctiſsimus, ſed non ſatis integra & ſana mente 141.b
poteſtas Eccleſiæ reſecta 394 b
poteſtas ciuilis damnata 310.a.
poteſtati legitimæ qui nolunt eſſe ſubiecti 26 b 84.a
poteſtatem omnem tam laicalem, quàm Eccleſiaſticā, per peccatum mortale amitti 394 b
portatur in Eccleſijs 63 b
Præbenda beneficium à quo ſub paupertatis prætextu relictum 204 a
præcepta Dei impleri poſſe abſq; gratia Chriſti qui dixerint 126.a 24..a
præcepta Dei ſeruatu impoſsibilia eſſe 269.b
præcepta hominum 211.a
præceptum non diſtare à conſilio 325 b
præceptum nullum eſſe in tota lege Euangelica 269.b 326 a
præceptum primum qui tranſgrediatur 226.
prædatoria quæ Synodus cur appellata 145.a 146.a

prædeſtinationis error 216 b
iuxta Prædeſtinationem diuinam omnia neceſſariò euenire 327 a
prædeſtinati 41[illegible].a
prædicamentorum ſex vltimorum quis author. 198.b
prædicationem verbi Dei omni Chriſtiano liberam 217 a 394 b
prælatorum crimen aut à ſubditis non credendum, aut tegendum 53.b
prælatis Eccleſiæ nullam obedientiam præſtandam 269.a
prælati Eccleſiæ ab omnibus ſectarijs pro membris Satanæ habentur 440.a
prælatos Eccleſiæ non habere poteſtatem leges condendi 236.b [illegible]67 a
prælium cruentiſſimum 4[illegible]3.a
præmonſtratenſis apoſtata, dicit Chriſtum in cruce deſperaſſe, & ideo damnatum 36.a 412. b
præſidium cæleſte 189.b
præſtigia Simonis 454.a
præſumptionem docuit Lutherus loco ſpei 271.a
præſumptio hæreticorum 107 b 109 a 114 a
preces perſoluunt Adamiani nudi 1 a
presbyterum in abſentia Epiſcopi, exercere poſſe Epiſcopalia munera, quis malè dixerit. 56. a
presbytero licere concionari abſq; permiſſu Sedis Apoſtolicæ vel Epiſcopi 235.a
presbyteros omnes eſſe æquales 237.a
primas Armeniorum qui vocatus 62.b
principatus S. Petri 221.a
principia duo contraria qui ſtatuant 17. b 19 a 80. a 107. b 133 b 134.b 186.b 315. b 318.a 509 a 510. a
principes occidendos 27.a
principis vita, cenſura eſt ad quam dirigimur 198 a
principem nihil contra Deum audere debere. 189.a
prioratum elocat & vendit præſenti pecunia Beza 96.a
priſca Montani propheteſſa 323 a 412.
priſcillianus, Maximo Imp. iubente, Treueris occiditur 414 b
proclo inſigni Eccleſiaſtæ cur ita aduerſaretur Neſtorius 355.a
profundum principium quod & Pater à Valentino dicitur 509.a 510 a
promotiones irriſæ 235 b
propheta cur a Deo miſſi 69 b
prophetarum verorum & falſorum diſcrimen.
prophetæ qui à quibus impugnati 43.b
prophetæ reiecti 47.b 151.a
prophetæ blaſphemati 181.a
prophetæ a quo contumelijs affecti 317 a
prophetas fuiſſe arreptitios 414.a
prophetas veros, quibus falſis prophetis poſtpoſuerint 463 a
prophetam ſanctum fuiſſe Chriſtum, non Deum 304 a
prophetam ſe appellat Lutherus 274.a
propheta [illegible]anus Lutherus 29[illegible].b 2[illegible]4 b
prophetas quos qui ſe iactent 141.b
prophet[illegible]m vnicum totius orbis quis ſe iactarit 446 b
propheteſſa Montani falſa 123. a 412.b
proprij nihil hab[illegible]b[illegible] Eſſæi 1[illegible]1.a
proprij n[illegible]l habere debere Chriſtianos 1[illegible]6.a
p[illegible]a mille aſſidue in templo Veneris [illegible].a
proterius Patriarcha Alexandrinus trucidatur, & in eius cadauer ſæuitur 485.a b
pruritus aurium noſtri ſeculi 109.a
in Pſalmodijs inter hæreticos diſſidium 332.a
pſalmos quis cantari vetuit 389.a 392.a
pſalmos in propriam laudem compoſitos quis publice cantari inſtituit 389.a 392.a
pſaphon quo commento in Deorum numerum relatus 226.b
pſatyropolis 318.b
pſeudoapoſtoli 108.a
pſeudomoſes aliquis qui tandẽ diſparuerit, aut quis fuiſſe exiſtimatus 342.b
Pudor nuditatis non fuit in ſtatu innocentiæ, ſed poſt peccatum 2 a
puellæ [illegible] pueri ad necem in ſacrificio flagellati 78 b
pueri nobilium vbi quare quot mactati ad aras 78 b
pueri qui quẽ quã crudeliter trucidarint 400.a
purgatorium negatum [illegible] a 19 a 33 a 64.a 203. a. 2[illegible]8. a 2[illegible]6 b 395.a 224 b
purgatorium fatetur Lutherus 270 a negat tamen illud in ſacris literis oſtendi poſſe. ibid. animas dicit ibi mereri & peccare. ibid.
Pythagoricum ſilentium a quo inductum 89 a
pythagoræ opinio, à quibus renouata 17.b

Q.

Quadrageſima 47 b
quadrageſima à Mahomete mutata, à Luthero ſublata 330 b
quadrageſ. male ieiunium à Chriſto non eſſe inſtitutum 237 a

quadrageſima ſpreta 393.b
quadraginta martyres Sebaſtienſes, & eorundem quadraginta coniuges martyres 256.
quadraginta millia quando Londini peſtis abſumpſerit 293.b
quæſtio friuola 480.a 62 a
quaterdecies ab Eccleſia ſe præſciderunt Græci 203 b
quaterdeciès quis variârit in iuſtificationis negotio 329 b
quatuor Aeona 417 a
quatuor animalia apud Ezechielem quid quibus ſignificent 414.b
quatuor articuli quos omnes Sectarij Vnanimi conſenſu retinent 439.b
quatuor capita quæ ex quibus Satanismus irrepſit 434 a
quatuordecimani quid à Neſtorio perpeſſi 35 b
quatuordecimani qui & Vnae dicti 418.a 419.b 420.a
quatuor libros Moiſis qui tantùm recipiant. 432. a
quatuor Oecumenica Concilia per Vniuerſum orbem ſeruanda 430.b
quatuor Sacramenta qui tantum recipiant. 418.a
quatuor Vtilia inuenta in Eccleſiis à quo 400.b
querna arbores quicquid producunt, è cælo miſſum putatum 78.a
quingenti errores & Vltra in cuius libris reperti 413 b
quintilianorum impuritas 4 b
quintiano qui Velut lupus in Gazæorum Eccleſiam intrârat, epiſcopatus abrogatur 422.a
quintinus quis quam blaſphemus etiam in Apoſtolos 254.a 422 b

R.

RAna à quibus culta 423.a
raptor abſque reſtitutione qui à quibus abſoluatur 203.a
rationibus qui Velint potiùs agi in fidei diſciplina, quàm ſcripturæ teſtimonijs 182.a
Rebaptizantur qui in Romana Eccleſia baptizati 63. a 69.a
rebaptizant Græci à Latinis baptizatos 203.b
rebaptizabant qui cur 149. b 308 a 415.a
rebaptizandi cur qui 123. b 341.a
rebaptizandi à Catholicis cur qui 319.b
reginæ cæli ſacrificatum 185.a
regnum Chriſti poſt reſurrectionem terrenum futurum 128. b 129. 130. a
regnum cælorum negatum 140.a
reiudaizantes quibus ſignis cognoſcãtur 425 a
relapſis à baptiſmo in peccatum qui ſalutẽ negarint 125.a
relationes non eſſe in diuinis perſonis, ſed eas à foris exiſtere, quis dixerit 199 a
religiones monaſticæ impugnatæ 235 236 a
religioſos omnes eſſe hæreticos 236. a
reliquiæ Sanctorum Vbi quam indignè tractata 162.b
reliquias Sanctorum quis contempſerit & combuſſerit 136.b
reliquijs Sanctorum qua ratione honor tribuatur 224.a
reliquias Sanctorum Venerandas non eſſe 171.b 312 b
rempham quid ſit 70 b
reprobis peccata nulla eſſe Venialia 94.a
remiſſionem peccatorum poſt baptiſmum admiſſorum etiàm pœnitentibus negabant Nouatiani 3.a 5.b
remiſſionem peccatorum eſſe noſtram iuſtitiã. 250.b
reſpublicas à Chriſtianis non adminiſtrandas. 1 6. a
reſpublica ſine iuſtitia 163.a
reſtitutionem rei furto ſublatæ non eſſe neceſſariam 203.a
reſurrectionem Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam. 250 a
reſurrectionis diem qui non celebrent 414.a
reſurrectio carnis negata 18.a 19.a 43. b 57.a 86. a 87.a 1 0 a 123. a 133. a 140. a 151.a 184. a 198.b 212 b 310.b 317 a 318.a 387.a 402 b 414.b 421.b 448.a 452. b 510. a
reſurrectionem mortuorum qualem quis futuram Voluerit 239.a
reſurrectionem iam factam qui aſſerant 20.b 217.b 254.b 402.b
reſurrectio in filiorum procreatione nefando coitu æſtimata conſiſtere 184. a 402.b 432.a 441.b
reſurrectio futura in ſexu Virili tantùm 64 a
reuelationem iactat Lutherus 277 b
reuocatio errorum Iacobi præpoſiti 220.b & deinceps.
rex impudens facie, & laruatus, quis à quo appellatus 34.b
Rhodon Aſianus, contra Apellitas 44.a
rhodus inſula capta à Turcis 291.b
Riphæi montes 201

ritus

ritus externi 8.b
Rothomagus cur euerſa 2[illegible].a
roma Vrbium omnium regina 45[illegible].b
romani antiquiſsimi quàm diù ſine deorũ imaginibus vixerint 7[illegible] b
romanum concilium contra Nouatum 362.a 364. a
romana eccleſia fides ſola catholica 144.a
romana eccleſia vetus priuilegium 42 .b
romana eccleſia Græci ſemper infeſti 208. a
romanam eccleſiam exterminandam qui Vbi coniurârint 100.a
romana eccleſia quandò deſierit 395.a
romanam eccleſiam ſynagogã eſſe Satanæ 235 b & non ſupremam & vniuerſalem eccleſiam. ibid.
romanam eccleſiam non eſſe caput omnium aliarum eccleſiarum 424.a
romana eccleſia à quo Babylon meretrix magna appellata 401.a
romani Imperij euerſio tempore Antichriſti. 34.a 35 a
romanum Imperium funditùs concuſſum Arrianiſmo 60.a
romani pontificis authoritas 145.a
rom. pontificem poſſe iudicium Imperatoris ſubire 320 b
romanum pontificem neminem abſoluere poſſe, niſi ſit ea præditus ſanctimonia qua D. Petrus polluit 4 7 a
rom. pontifex qualis abſoluere non poßit 417 a
romanus pontifex ſpretus 61 b
romanum pontificem cæteris epiſcopis parem eſſe 216.b
rom. pontifex quàm exoſus Luthero 269.b
rom. pontifex à quibus Antichriſtus fingatur. 35 a 401 b 440 a
romanum pontificem non eſſe Vicarium Chriſti & Apoſtolorum 235 b 236. b 310. b
romanæ ſedis authoritas 35.b
romanæ ſedis vetus priuilegium 298.b
Ruſticorum millia quot Vbi ſub Luthero per Muntzerum laniena tradita 343.b

S.

SAbaoth 58.b
ſabbathum & diem Dominicum qui ſeruârint 153.
ſabbathum qui tantùm ſeruari Velint 244.a 153 b
ſabbato feriandum 259.b
ſabbatum qui Iudæorum more colant 429.a
ſabellius anathemati ſubijcitur 481 a
ſacerdotes tanquam publici eccleſiæ miniſtri 415.
ſacerdos omnium bonorum operũ exemplo multitudini debet præeſſe 39 .b
ſacerdotes pauperes eſſe debere, & ſola eleemoſyna contentos 394 a
ſacerdotes quid ab Acephalis hæreticis perpeſſi 5.a
ſacerdotes quid à Licinio paßi 250 a
ſacerdotes catholici quam truculenter à quibus tractati 90 b 67 .b
ſacerdotes duo Catholici Vterq; ex Vna Crucifixi imagine ſuſpenſi a quibus 1[illegible] a
in ſacerdotum catholicorum necem qui coniurent 386.b
ſacerdotem non conferre ſacramenta, ſi ſit in peccato mortali 2.4 b 3[illegible].a
ſacerdotem conſecrandi munus amittere ſi ſit in peccato mortali [illegible] a
ſacerdotes omnes eſſe Chriſtianos 2[illegible] 3.a .70. a
ſacerdotes omnes eſſe æquales [illegible] b 320 b [illegible].a
ſacerdotes non debere eſſe cælibes 1[illegible]7 a
ſacerdotes membra ſatanæ eſſe 440.a
ſacerdos primus quis apud Germanos Vxorem duxerit 120.b 121.b
ſacerdos Euangelicus Virgis à carnifice publicè cæſus quale teſtimonium de ſua [illegible] dederit 104 b 164.
ſacerdotium abrogandum 26.b 84 a
ſacerdotio & ſacrificio ſublatis, nec Deum poſſe agnoſci 162 a
ſacerdotium & ſacrificiũ moliturus eſt Lutherus argumentis a ſatana ſuppeditatis euertere. 16[illegible].a
ſacerdotium etiam mulieribus conceſſum 269. a. 3[illegible]7 b
ſacra cruenta 78.a & fœdiſsima 78 b
ſacra Vbi à quibus funditus euerſa 162 b
ſacra deteſtanda Marci 317.b
ſacramentariorum origo 430 a
ſacramenta funeſta 124 a
ſacramentum execrandum 125.b 3[illegible]9 b
ſacramenta qui nudi celebrent 2.a
ſacramentorum Vſus 306.b
ſacramentis & ſubditis malam prælatorum vitam obeſſe, Volunt Albanenſes 18.a
ſacramentorum dignitatem qui ex miniſtrorũ dignitate metiebantur 53.b
ſacramenta à malis Sacerdotibus adminiſtrata, eſſe nulla 149.b 234.b 398 a
ſacramenta ſunt hæreticis adiaphora 8.a
ſacramenta eccleſiæ omnia negata 125.b

ſacramenta nulla imprimere characterē 266 b
ſacramenta Chriſti ſua vi & efficacia ſpoliat Lutherus 275. b
per Sacramenta Chriſti, peccata non tolli, ſed nobis non imputari 276. a
ſacramenta nullam conferre gratiam 63. a 64. b. 270 b
ſacramenta duo qui tantum admittant 101. b
ſacramenta tria tantum eſſe diuinitus inſtituta 22[illegible]. b 490. b
ſacramentarij noui 210. a
ſacramentariorum ſecta à ſui exordio quàm varia 4[illegible] a
ſacramentariorum ſcelus qui expiarit Gallia rex 4[illegible]. a
ſacrificia Eccleſiæ negata [illegible] 1[illegible]. a
ſacrificium & Sacerdotium qui cum quibus abrogent 26 b [illegible] a
ſacrificium altaris quibus rebus poſtpoſitū 6[illegible] b
ſacrificium miſſæ pro defunctis non offerendum impiè voluit Aerius 9. a
ſadducæiſmus noſtri temporis 140. a 198. b
ſal infatuatus [illegible] dicatur 154. a
ſalacitas mira [illegible]orum 164. a
ſa[illegible] quæ [illegible] transfigant deo [illegible] 76. a
ſaluator em mundi verum qui [illegible]xerit [illegible]. b
ſalutem eſſe in noſtr[illegible] [illegible]. a
ſamaria cur quando [illegible] 6[illegible]. b
ſamaria typus Orienta[illegible] [illegible] 70 a
ſamo[illegible] hæreticus Iudæ[illegible] 3[illegible]9 b [illegible] eſſe cath[illegible] eius error in [illegible] [illegible] b
ſ[illegible] [illegible] excommunicatur 4[illegible] a b
ſa[illegible] à quibus culti 306. a
ſanctos [illegible] invocandos nec honorandos [illegible] a. 171 b [illegible] a. 13. a [illegible]59. b 270. a 3[illegible]6. a 395. a 41[illegible] b [illegible] b
ſanctorum [illegible] quibus idololatria 2[illegible]. b
ſa[illegible] invocandos [illegible] ait, nunc negat Lutherus 2[illegible]7 a
ſanctorum inuocatio non eſt mortuorum [illegible]. a
ſa[illegible] & [illegible]mulata 4[illegible] a [illegible]. a
ſanctuarium Dei ſanctum negatur 207 b
ſang[illegible] Nymph[illegible] à quo compreſſa 494. b
ſanguinem Chriſti [illegible] noſtram inſectā 250. a
ſ[illegible]arta vox Luth[illegible] 290. b
ſ[illegible]aria coniuratio ad ſacrilegia & homicidia 432 b
ſaracenicum regnum dictum eſt primo regnum Mahometis, & quarè 103. b
ſardanapalica lex qualis à Luthero lata 284. b
ſardica qualis quantaue olim ſynodo generali eſt luſtrata 345 b 346. a
ſatanæ tradi quid ſit 21. a
ſatanam Synodis ſemper præfuiſſe 94. a *& per SS. Patres dogmata Eccleſiæ diſſeminaſſe.* ib.
ſatana cur à quibus ſacris facta 413. a
ſatanismus vndè 105. a
ſatanismus Anabaptiſtarum 231. a
ſatanis[illegible]a qui hoc noſtro ſeculo dicantur 431. a
ſatisfactio pro peccatis nulla 208 a 270. b
S. celerum omnium patrator Antechriſtus 34. b
ſcelera omnia qui laudárint 264. b
ſcel[illegible]ibus quanibus maximè temperandum docuerit Munzerus 343 a
ſ[illegible]ſma quid & vnde 4[illegible]5.436 437 a
ſchiſma crimē grauius fornicatione, immo grauiſſimum 435 b
ſchiſmatis hodierni parens, faſtus & arrogantia nouorum doctorum 436. b 457. a
ſchiſmatici noſtri ſeculi quo argumento digne ſecantur 436 b
ſcholaſticorum Vuittenbergenſium ſtoliditas. 101. a
ſcytha Iſtro, cùm glacie conſtrictus eſſet, tranſito Europam diripiunt 187. a
ſ[illegible]th[illegible] tauri quid pro hoſtijs Dianæ offerant 78. a
ſ[illegible]ntias ſpeculatiuas omnes errores eſſe docendas 270. b
ſ[illegible]ommatum amantes & conuiciatores maximè qui 410. b
[illegible]ptura canonica & Eccleſiaſtica 48. a b
ſcriptura canonica liber hæreticorum 461. b
ſcripturam male intellectam qui volunt iudicē controuerſiarum 305 b
ſcriptura ſacra intellectum catholicum nulli Sectarij admittunt 440. a
in Scriptura ſacra niſi fuerit expreſſum, non eſſe recipiendum aut credendum 259. 260.
ſcripturas tantùm qui recipere velint 437. b
ſcripturam per ſe eſſe ſatis claram 439. b
ſcriptura ſacra quā à quibus mutilata 43 b
ſcripturam ſacram à Luthero adulteratā 279. a *& deinceps, item ab alijs* 283. b
ſcripturarū deprauatio per Theodotianos 475. b
ſcriptura negata 140. a
ſcriptura ſacra cui fatua 209. b
ſcriptura ſacra riſe & pro fabulis habita 254. a. 422 b
ſcripturis non fidendum, quia præter Suencfeldium doceat hæreticus 34[illegible] b

ſcrip-

ſcripturarum authoritas confracta 46 a
ſcripturas ſacras non eſſe Dei Verbum 461. b
ſcurratur Lutherus 278 a
Sebaſtiani Caſtalionis Verſio 213 b
ſecreta Petri, liber fabuloſus 18 a
ſecreta loca cur Muntzerus adeunda ſuaſerit aut docuerit 343. a
ſectarum huius tēporis author Lutherus 121. a
ſecta quo tempore apud Iudæos exorta 160 b
ſecta varia apud Iudæos 207. b
ſecta nouem Lutheranorum à quibus damnentur 227. b
ſecta cur tam varia nunc graſſentur 285. a ys qui occurrendum 286 a
ſecta tot ferè ex Alcorano quot ex Luthero nata 305. a
ſecta ſingula vbi vel clàm vel palàm habitent 440. b 441. a
ſectarij noui quid veneentur 439. b
ſectarij huius temporis omnes ſeditioſi 450 a
ſeditio qualis in Acephalorum hæreſi fuerit 5 a
ſeditionem qui propriè excitare ſoleant 21. a
ſeditionem cur omnes hæretici appetant 49. a
ſeditionis cupidi hæretici 435. a
ſeditio publica occæcat mortaliū lumina 100. a
ſeditioſus quàm Farellus 180 b
ſeditioſus Lutherus 288. a
ſemen humanum farina commixtum, ex qua panis pro Euchariſtia conficiendus erat 125. b 309. b
ſemina qua quomodò reſurrectura 344 a
ſemilutherani qui dicti 229. a
ſeparati cur qui dicti 438 a
ſeptuaginta interpretes 55. b
ſepulcris ſanctorum qua ratione honor tribuatur 224. a
ſepultura eccleſiaſtica ſpreta 395. a
ſerapis 78 a
ſerpens creatore melior 316. b
ſerpentem qui cur colebant 367. a
ſerpenti æneo quem Moſes fecerat, ſacrificatū, & ideò ab Ezechia confractus 445 b 446 a
ſeruetus vult probare Caluinum homicidā ex actis publicis 189. a
ſeruetus nolens confiteri Chriſtum æternū Dei filium, apud Geneuam iuſſu Caluini viuus comburitur 489. a
ſeruetus à quibus igni cremandus traditus, licèt gladium & miſericordiam ſupplex & ingenti boatu precaretur 446. b
ſeruetiani, hoc eſt, noui Arriani 430. b
ſeruetica hæreſis ſcripturarū armis inſtructiſſima. 447. a
ſeruos omnes homines eſſe non ſua ſecta, qui aiebant 408 b
ſeth quomodò qui natum fabulentur 44 a
ſeth Chriſtus creditus 427 b
ſeuela 310 a
ſeuerus Antiochenus Acephalorum dux 4 b
ſexaginta millia Germanorum & vltra, breui temporis ſpatio a Turcis in captiuitatem abducta 191. a
Sideribus ſubdi arbitrium 86 a
ſigiſmundus imperator fun... diacens of... 10 & ca... Euangelium 11 a
ſigna præcedentia aduentum Antichriſti 33. b 34 a 37 b
ſigna cæleſtia quid efficiant 372 a
ſigna quæ cur ſecundum quos hæreticos a Deo petenda 343 a
ſilentium Pythagoricum à quo inductum 9 a
ſilentio quanium qui ...uerint 31... b
ſilentium principium 5... a
ſimilem qui Deo pa... ſi... finxerit Arrius 53. b
ſimon à Monteforti, victoria potitur a... Albigenſes 19 a
ſimonem Cyrenæum, non Chriſtum, crucifixum 87. a 88 a 89 a
ſimonis Magi ſectator Caluinus 111 a
ſimonis Magi res & præſtigia 211. b & deinceps
ſimoniace vendit Beza ſua beneficia 4 a
ſimulare & diſſimulare, qui pro fundamento ſui Euangelij iactant 233 b 412 b
ſiſinij præclara dotes 430. b
Smalcaldicum bellum ſucceſſurum falſo prophetabat Lutherus 29 b
Sobrietas quanti à quibus hab... a 54 a
ſocratis hiſtoriographi de Neſtorio iudicium 354. a
ſocrates Nouatianæ hæreſis ſectator 363 b
ſodomitas qui colunt 110 a
ſodomita ſaluati, & cur 317. a
ſol quibus maximus Deus 77 b
ſol adoratus & ei ſacrificatum 206 a b
ſolem eſſe animatum & rationalem virtutem 368 b
ſolem iuſtitia Antichriſtus ſe dicet 35 a
ſoli degunt Adamæi 1. a
ſolitudo Eſſæorum 161 a
ſomnium pro Euangelio venditatum 3.. b
ſomniorum phantaſias qui prophetiam vocent. 7. a 139. a 159 b 204 a 38.. b 426. a
ſomnia & viſiones quanti non modò Suēcfeldius, verum & Muntzerus æſtimarit 343. b

ſom-

ſomnijs quibus ſe doceant attendendum 461.b
ſomno qui dediti 119.a 209.a 426.a
ſomnum quem Dominus miſit in Adam, quid ei ſignificet 481.a
ſorbonici 97.a
ſotas exorciſta 278.b
Spectra diabolica ſe exhibent Iuliano 245.b ea crucis ſigno fugat ibid.
Spem non procedere ex meritis 270.b
Spiſamius cuius conſpirationis ſuaſor 292.b
Spinas qui ad calcaria & cingulum ligatas portabant 433.a
Spiram venenum flagellantes 182.a
Spiritus ſanctus creatus, factus, & non Deus, ab Abſinenſibus impie creditur. 3.b
Spiritum ſanctum non dici vnicum & verum Deum 141.b
Spiritus ſancti intellectus ſublatus 210.b 429.b
Spiritum ſanctum vnam perſonam Trinitatis eſſe qui negarint. 175.a 405.a 409.a
Spiritum ſanctum non verū Deum eſſe, ſed creatum & factum 442.a
Spiritum ſanctum non eſſe tertiam perſonam 446 b
Spiritum ſanctum non poſſe videre filium 368 a
Spiritum ſanctum non a filio, ſed a patre ſolum procedere 61.a
Spiritum ſanctum non procedere a patre & filio 202 b
Spiritum ſanctum creaturā qui dixerint 175 a
Spiritum ſanctum minorem patre & filio, nec eſſe eiuſdem ſubſtantia cum patre, & merā creaturam eſſe 296 b
Spiritum ſanctum qui creaturam & non verū Deum dicunt, anathema 413.b
Spiritusſanctus an patri & filio conſubſtantialis, ingens altercatio 16.b
Spiritum ſanctum a filio procedere, non haberi expreſſe in ſacra ſcriptura 236. b
Spiritum ſanctum conceptum de patre & filio 423 b
Spiritum ſanctum filio non eſſe æqualem 31.a 381.b
Spiritus ſanctus minor filio 69.b 308.a 425.a
Spiritum ſanctum fuiſſe Melchiſedech 324 b
Spiritusſancti gratiam quis venalem putaret 452.a b
Spiritusſancti plenitudinem non per Apoſtolos, ſed plenprophetæ fuiſſe conceſſam 123 b
Spiritumſanctum, vt ſomniabat Adelphius, qui ſola oratione in homines veniat, ſentiatur, cōſpiciatur, & quam mira efficiat 7.b 111.b
Spiritum ſanctum non accipit, qui ab Epiſcopo non conſignatur 363 a
Spiritum ſanctum qui ſe dixerit 108 b 310.b 472.a
Spiritum ſanctum qui ſe dare iactabant 309.b
Spiritum ſanctum qui appellauerit meretriculam ſuam 455.a
Spiritum ſanctum qui efficiant ſeruum ſuum 455 b
Spiritum diuinum qui ſe dixerit 124.a
Spiritum vnum tantùm eſſe immortalem Dei 254.a
Spiritus boni & mali negati 140.a 198.b
Spiritus non eſſe 431 b
Spiritum iactat Lutherus 277.b
Spiritum viuificantem qui ſe ſequi iactitent 458.a
Spiritum tranſcorporari & diuerſa ingredi corpora qui ſentiant 154.b
Spiritus Euāgelicus diſſenſionis magiſter 380.a
Spirituales hæretici cur ſic dicti 458 a
Staphylus Lutheri & Euangelicorum fraudes in peruertendis & corrumpendis ſcripturis prodidit 279 b
ſtatus hominum tres quales 230
ſtellas eſſe animatas & rationales virtutes 168 b
ſtephanum Antiochiæ epiſcopum pueri trucidant 400.a
ſtephani Antiocheni Epiſcopi doloſæ & ſycophātica machinationes 459 460.
ſtudia traducta 233.b
ſtudijs liberalibus cur Chriſtianam iuuentutē Iulianus imbui noluit 248.a
Subat Lutherus cum vxore ſua 273 a
ſubditos pro arbitrio poſſe dominos delinquentes corrigere 235 a
ſubſtantias duas in Chriſto pernegant Acephali 4.a
ſubſiſtentiam vnam, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum eſſe 137.b
ſubſtantiam carnis & Deitatis vnam factam 177.a
ſubſtantia quatuor ingenita 316.b
ſucceſſio hæreticorum 312
ſudor Anglicus 291 b
ſuffocata qui nolint edi 202.a
ſuidnicenſes Suencfeldiani 461 a
ſulibanni 303.a
ſuperbia mater omnium hæreticorum 21.b
ſuperbia perpulit Lutherum ad ſchiſma 437 a
ſuperbia punita 435.b
ſuperſtitio Iudæorum 446.a

Syco

ſycophantica impoſtura epiſcopatum quis conſequatur 152.b
ſymbolum Athanaſij quatenus quis voluerit admittere 111.a
ſymboli Athanaſij verſus quis eius falſus 236 b
ſymbolum Athanaſij à quibus Satanaſij appellatum 260.b
ſymbolum Nicenum & Athanaſianum à Calvino reiectum 481.b
ſymbolum Nicenum 335.a
ſynodis ſemper Satanam præfuiſſe 94.a

T.

TAciturnitati qui quantùm ſtuduerint. 388 b 389 a
talmud Iudæorum 242 b
tanaïs fluvius vndè 201.a
tandemus quanti à quibus habitus 464.a eius crudelitas & intemperãtia. ibid. mors 464.b
tarraconenſium Rex in bello Albigenſium occiſus 18 b
taſcodrugitæ vnde dicti 465.a
Telluri ſacrificatum 77 b
templum Salomonis quandò à magno ſatana inhabitatum 103.b
templis magnificè extruendis coluit Deum Iuſtinianus 46.a
templa qua ratione honorentur 224.a
templa nullius vtilitatis eſſe, & ideò evertenda quis docuerit 175 a
templis vbi cuius inſtinctu infeſta ſigna illata. 121.a
templa apud quos ſine aris & ſacrificio 162.b
templa ſpreta 181.a
templis Vandali contumelioſiſſimi 215.a
templa Chriſtianorum à Iuliano direpta 247.a
templa à ſeditioſis ruſticis direpta & everſa. 283 b
templa in latrinas converſa 293 a
templorum direptio qui à Deo punita 211.b 212.a
templariorum geſta 466.b 467.
temporum ratio in Eccleſia duplex obſervata. 421.a
tenebras à Deo non creatas 42. 475.a
tenebræ malæ 310.a
tentatio inter eccleſiaſticos maxima & pernicioſiſſima quæ 349 a
terram Deo eſſe coæternam 181.a
terræmotus horribilis 293.a
tertullianus cuius hæreſis primus author dicatur 41 b. qui à D. Auguſtino excuſetur 42 a
tertullianus omnifaria eruditione & ingenij acumine præditus 468 a 469
tertulliani lapſus 468.b 469
teſtamentum vetus reiectum 17. b 57.a 123 a 126 b 181 a 254.b 309.b 448.a
teſtamentum vtrunque reiectum 24.b 47.b
in teſtamento veteri nihil expreſſè dictum de Chriſto 47 .a
Thaboritæ vndè dicti 471.a. ſuas opiniones fidei veritates appellabant 471.b
θεόχτονας, hoc eſt, deicidas, cur quis Catholicos vocet 307.b
theodorichi miſeranda mors, & ipſe in ignem æternum detrudi viſus 474.a
theodocion ſcribit contra Apellitas 43 b
theodorus Beza. vide, Beza
theodori ducis martyrium 256.a
theodoſij conſtitutio de Nicena eademque Apoſtolica fide 144 a
theodoſius non fuit acer hæreticorum perſecutor 171 a
theodoſius quis quanti à quo pacem ademerit. 193 b.
theodoſius I. Imperator quid de fide Catholica meritus 357 a
theodoſius I. Imperator quale contra Neſtorium ediderit edictum 358.b
theodotiani Natalem egregium Chriſti confeſſorem pecunia corrumpunt, vt eorum hæreſi præſit 476.a
theologicas virtutes in baptiſmo non infundi. 401.a
theomachos cur quis dictus 253.a
theophilus Alexandrinus Anthropomorphitarum errores refellit 42.b. ſeditioſos monachos aſſentatione fallit. ibid.
theotocõ qui B. Mariã noluerint appellari 222 a
theotocos qui Maria dicatur 352.a
theotocos nomen, B. Mariæ negatum 39.a
theotocos Maria 472 a
theſaurus eccleſiæ nullus præter Chriſti merita. 220.b
theſaurum meritorum Chriſti à papa non poſſe diſtribui 237.a
thomæ Aquinatis ſcripta, Melanchthonis à Luthero poſtpoſita 327 b
thomas Caietanus vir doctiſſimus 480. b in errores labitur 481. a. an ſit hæreticus cenſendus 481 b
thomæ Mũzeri themata hæreſeõ qualia 341 a b
thophet ſeu Tophet 70.b

thronus Iacobi fratris Domini ad multa tempora ſeruatus 224.b
Tibi ſoli pecco, qui ex Hebræo ſe vertere mentiatur 284 a
tilmanus Heshuſius, quare, Heshuſius
timor Dei verus à quibus pro inferno habitus 253 b 422 b
timothei epiſtola cur à quo reiecta 88.a
timotheus anathemate feritur 482 b
titi epiſtola cur à quo reiecta 88 a
Tormenta non eſſe ob fidem ſubeunda aſſerunt Adiaphoriſtæ 8.a
torpatei ſci quid cur paßi 293 a
Traianus dux à Valente contra Gothos miſſus 501 b *vincitur à Gothis.* ibid.
traditio Apoſtolica 208.a
tranſitum Chriſti ad patrem, eſſe noſtram iuſtitiam 250.a
tranſſubſtãtiatio à quo negata 22.b 234.b 267.a
tranſſubſtantiatio negata, hæreſim Sacramentariorum excitauit 121.b
treuiris exulat Athanaſius 59.b
treueris Priſcillianus occiſus 414.b
tria quædam in Chriſto, quæ ſint 354.b
trigibildus Gothus Comes, Phrygiæ rector 188.a
tributa non eſſe pendenda Magiſtratui 130.b
trinitatis diuina diſtincta & expreſſa declaratio quæ 330.a
trinitatem oculis cerni poſſe 159.b
in Trinitatis nomine qui nõ baptizârint 389 b
trinitas negata 13.a 219.a 243.a 304.a 411 b
SS Trinitas impugnata 24 a
SS Trinitas irriſa & horrendè blaſphemata. 259 a
trinitas horrendè blaſphemata 393. a 488. a b 489. a 510.b
trinitatem qui appellârint Cerberum tricipitem 393.a 488.a
trinitas diuiſa 31.a
trinitatis perſona confuſa 361. a 387. a 413.a 429 a b
trinitatis inæqualitatem quis docuerit 368 a
trinitatis plenitudo negata 405.a
trinitatis vox à Caluino reiecta 488 b
trinitatem perſonarum non vult confiteri Caluinus 488.b
trinitatẽ qui blaſphemabat, qui à Deo miſerabiliter punitus 366.b
trinitatem qui non dicit perpetuam eſſe, anathema 483.a
trinitatem qui dicit diuiſam, aut de ea ſecus credit quàm eccleſia catholica, anathema. 484.a
triſagion 399 b
Turba vbi à quo ad quid concitata 121.a
turca non tam atrociter ſæuit in ſacra, vt euãgelici 162 b
turcicæ captiuitatis facies per euangelicos Germanijs & Gallijs inducta 162 b 163.a
turcis ſi Chriſtiani reſiſtant, eſſe repugnare Deo 266.b 288.a
turcis vt Lutherus initio ſui Euangelij fauerit 304.b
turones qui cur direpti 292. b
turris Babel 141.a
Tympanum quis ex ſua propria pelle fieri voluerit 237 b

V.

VAlens & Vrſicius epiſcopi in Sardicenſi concilio damnati & excommunicati 504 a. *pœnitentia libellum offerunt Iulio epiſcopo Romano, & iungunt ſe Athanaſio.* ibid *ſunt veri Protei* 504.b *damnantur à ſynodo Ariminenſi* 506 a
Valentis Imperatoris vita 495. & deinceps
Valentinianus Imp. quæſtionem controuerſam ſolis eccleſiaſticis viris decidendam committit 16 b
Valentinianus Catholicus, frater verò eius Valens Arrianus 495.a
Valentinus Pythagoricus magis quàm Chriſtianus 509 a
Valeſij ſimiles ſacerdotibus Cybeles 494.b
Vandali 193 a
Vanitati qui creatura ſubiecta 344 a
Vaſorum ſacrorum è templis direptio, qui à Deo punita 211. b 212.a
Vendenius bombarda ictu perditus 293.b
Venerem quis coluerit 137.a
Ventis ſacra inſtituta 77.b
Verbi miniſterium qui non ferant 26.b
Verbum æternum, hoc eſt, Dei patris filius reijcitur 21.b
Verbum caro facta eſt, quis verterit 284.a
Verbum Dei, id eſt, filium, mutatum vt diabolum 334.b
Verbum Dei non ſemper fuiſſe, ſed ex non exiſtentibus factum &c. 334 b
Verbum Dei per ſe ſatis clarum, nec vlla interpretatione egere, omnes Sectarij ſimul dicunt 439.b
Verbum vocale reiectum 439 b
Vergerius colit Brentium inſtar numinis 106 a
Vergerij hæretici mens 511 a

Verge-

vergerius ſeditioſus 51.b. & inconſtans ibid.
verenda qui cur dicebant nō eſſe tegenda 491.b
Veſtitum Monachorum ſolitum qui reſecerint. 171.b
Veſtes ſacra ſpreta 181.a
Veſtes Sanctorum ſeruata 224.b
Veſtium Vilitas Eſſaeorum 161.a
Veterum metus & religio in Fidei & Religionis negocio 336 a 341.a
Victimas humanas quis obſtulerit 137.a
Victoris Papæ tempore Adamæ emerſerunt 1.a
Victor Pontifex Romanus cur ab Ireneo reprehenſus 419.a
Vidua ſi nupſiſſent, à quibus ceu adultera damnata 125.a
Vienna à Turcis obſeſſa 291.a
Vigilias nocturnas qui damnabant 306.b
Vigilia Sanctorum damnata 512 b
Vigilantij error quis ex cuius ſententia vſque in hodiernum diem perduret 125.a
Vigilantius Dormitantius dictus 512 a
Vigilantij errorem qui hoc tempore renouent. 52.b
vincentij Lirinij laus 349.a
Vinum & non alium liquorem, in ſanguinem conſecratum à Chriſto 54 a
Vinum cur qui in conſecratione noluerint adhiberi 54 a
Vinum, Agapetæ ebrij, Chriſti ſanguinem vocant 12.a
Vinum, fel diaboli, qui dixerint 125 b
Vinum cur qui noluerint bibi 1,8.a 447.b
vini vſus prohibitus 304 a
Vinolentijs qui in Eccleſijs vacent 68 b
Vipera vere Euangelica Lutherus 288 b
Virgines Adamaeorum 1 b
Virgines nuda in publico verberata 13 a
Virgines pro Chriſto paſſa cur à quis ſtulta appellata 85 a
Virgines Deo ſacrata quid ab Euangelicis perpeſſa 163 a
Virgines Catholica quid ab Arrianis perpeſſa. 165.a
Virgines Deo dicata quid vbi à quibus perpeſſa 264.a
Virginem qui Palladi immolârint 71.a
Virginitatem non eſſe maioris meriti, quàm coniugium 87.a 157.b 240.a 234.b
virginitas perpetua B. Maria negata 38 b 39.a 157.b 207 a 259.b
Virgis qualibus cur quorum terga quàm crudeliter à quibus conſciſſa 195.a
Viri & femina apud quos nudi velut ex vtero matris conueniant 1.a
Viri, pro principibus & rectoribus populi vbi accipiantur 185.b
Viros omnes aſtringi ad concumbēdum cum ſingulis mulieribus hoc ab ipſis petentibus 27.a
Viribus noſtris quantum qui tribuerint 539.a
Virtutes exercere hominum eſſe imperfectis 91.b
Virtutes Sanctorum quid habeant ex merito Chriſti 130.a
Virtus quibus vitium 253 b 422
Virtutes non prodeſſe 412 a
Vitam aliam poſt hanc non eſſe venturam 25.a 209 b
vita aterna negata 198 b
vitam aternam abſque gratia Chriſti, proprijs meritis qui dixerint poſſe cōſequi hominem 126 a 245 a
Vitam omnium hominum ex ſideribus dependere 133.b
vitium quibus virtus 253 b 422 a
Vitia & ſcelera non obeſſe 412.a
Viſcera cnius cruda à quibus deguſtata. 485 b
Viſcum quod in quercu arbore naſcitur, qui ceu præſentiſſimum numen habuerint 78 a
Viſſegothi 192 b
Viſio Dei qualis quibus ſit beatitudo 63. a 66.a
Viſiones aut ſomnia, quanti à quibus hæreticis exiſtimata 345.b
Viſionibus qui hodiè velint attendi 461.b
Vlphilas Gothorum epiſcopus 201 b Gothos à fide vera ad Arrianiſmum abduxit. ibid. b. eſt in magno honore apud ſuos, & primus Gothicas literas inuenit 202.a
Vlulatus hæreticorum qualis ſonitus 186.b
Vnitatem & non Trinitatem qui credāt 219 a
Vniuerſitates ſpreta 235.b
Vocalis oratio ſpreta 490 a 491.b
Voluntatem vnam tantum habuiſſe Chriſtum 302 a 320.a
Voluptatem qui dixerint ſummū bonum 160.a 104.a
Vota omnia tam priuata, quàm monaſtica reprehenſa 113.b 114 a
Vota omnia cur à quo aſpernata 252 b
Votorum meritis derogatum 417.a
Vouendum nihil Deo niſi quod ab ipſo præceptū 114.a
Vratiſlauienſes Sueucfeldiani 461.a
Vſuram nō eſſe prohibitam, nec quenquam ad reſtituenda ablata teneri 18.b
Vſura defenſa à quo 307.a
vſuram non eſſe peccatum 203.a 243.a

Vitrem vino refertum qui templis inferant, & poſt genialiter exhauriant 68.b

Vtriuſq; ſpeciei communionē omnibus ex Chriſti mandato neceſſariam 102.b 110.b 202.b 216.b 218.b 236.a 267.b 398.b

Vuittenbergenſes quales Adiaphoriſtæ 8.a

Vuittenbergenſes Pelagiani 396.a

Vuicleffi vita 234.a

Vulnera Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam 250.b

Vxor ſi nolit, veniat ancilla: quis docuerit 284.b 409.a

Vxores ſine nuptijs 12.a

Vxores qui nolunt reddere debitum maritis non ſua ſectæ 253.b

Vxores communes qui habeant 253.b

Vxorem propriam quis cur proſtituerit 360.a

Vxores plures habere poſſe 306.b 409.b

Vxores duæ quo iure ab euangelico ſacrifico repudiatæ 164.a

Vxores tres quis intra ſemiānum duxerit 243.b

X.

XEnaias ex ſeipſo natus presbyter 514.a *fit epiſcopus nondum baptizatus.* ibid. *docet, Chriſti & ſanctorum imagines nō eſſe venerandas.* 514.b. *eius machinationes contra Flauianum* ibid. & 515.

Z.

ZAddik vnde Saducæi, quid ſignificet 431.b

Zelus monachorum 42.b

Zelotypia ſuſpicionem qui quis amoliri à ſe viſus 360.a

Zeno Imperator fugit 436.a. *duces contra ſe miſſos ſibi conciliat, & Conſtantinopolim redit* 486.b

Zeno Imperator flagitioſus 516.b. *eius horrenda mors* 518.a

Zenobiam reginam in Oriente quis Iudaizare docuerit 389.b

Ziſcha quamuis ſceleratus, ſceleratos Pikardos prorſus delet 409.a

Ziſcha Thaboritarum dux 471.a. *eius crudelitas etiàm in templa* 471.b

Zodiacus 322.

Zoticus Oſtrenus exorciſta 323.b

Zuinglius à diabolo accipit arma cōntra diuiniſſimam Euchariſtiam 29.b 400.a 518.b

Zuinglius vt cœna verba interpretetur 518.a *Pelagianiſmum & Neſtorianiſmum renouat* 518.b. *eius mors.* ibid.

Zuinglius à quibus apud inferos viſus 160.a

Zuinglium martyrem qui colant 406.a

Zuingliani concionatores ſexdecim quo bello interempti 282.a

Zuingliani vbi mixtionem naturarum admiſerint 177.b

Zuinglianiſmum purum quis vbi contra Caluinum & Bezam velit reſtaurare 261.a

Zuingliana ſecta, vltra omnes ſectas latiſſimè patet 440.b

ELENCHVS

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER PRIMVS.

DE LITERA A.

ADAMÆI, SIVE Adamiani, vel Adamitæ. I.

Hæreſ.52.

ADamæi, à quodam Adã viuente (vt inquit Epiphanius contra octuaginta hæreſes) ſunt appellati, ludibrij magis, q̃ veritatis dogma habentes. Nudi enim velut ex matre, tum viri tum fœminæ ſimul cõueniebant & aggregabantur; ſicq; lectiones & preces, & quodcunq; tandẽ aliud perficiebant. Quo verò tempore hæc hæreſis inceperit, non indicat Epiphanius. Hoc tantùm ait, ſolitariè illos deguiſſe, continẽtiam exercuiſſe, & Eccleſiam ſuam, Paradiſum vocare ſolitos eſſe. Quantùm verò colligere licet, videntur emerſiſſe Aelij Pertinacis Imperatoris, & Victoris Papæ temporibus, circa annum Domini 194.

Adamæorũ errores.

Primùm quidem, inquit idem Epiphanius, tales dicuntur, Eccleſias ſuas ſiue latibula & ſpeluncas (ſic enim meritò appellauerim hæreticorum conuenticula) in hypocauſtis, id eſt, locis qui ſubtùs incẽduntur, extruere: ſubincendere verò infernè, vt ſit tepor ad calefactionem intùs in domuncula congregatorum. Dum autem ingrediuntur, ſunt quidam veſtium cuſtodes ad fores inſtàr campſariorum ab ipſis conſtituti. Et quilibet ingrediens, ſiue vir, ſiue mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus, velut ex matris vtero, vniuerſo corpore. Et qui ipſorum principes videntur ac doctores, omnes velut ex matre nudi ſedent. alij supernè, alij infernè, mixtim ac ſparſim. Sunt autem apud ipſos, qui Continentes dicuntur, & virgines ſe eſſe iactant, (adeò ſeipſos decipiũt) & lectiones & alia omnia nudi faciunt. Si verò viſus fuerit quis (nam & hoc dicunt) in delicto eſſe, cum nõ ampliùs in eorum congregationem admittunt. Dicũt enim illum eſſe Adam, qui comedit de ligno, & iudicant eum expelli è Paradiſo, hoc eſt, ex ipſorum eccleſia. Putãt enim ſuam eccleſiã eſſe Paradiſum, & ſeipſos eſſe Adã & Euam. Hæc Epiphanius.

Hypocauſta Adamianorum.

Campſarij.

Adamæorũ excommunicatio.

Hanc porrò Hæreſim, ſicut reliquas omnes iam olìm damnatas & conſopitas, hoc noſtro ſeculo denuò renouârunt peſtiferi quidam & dæmonum intemperijs agitati homines. Inter quos, authore Guilhelmo Damaſi Lindano, eo libro quẽ Dubitantium inſcripſit, dialogo ſecundo, fuit quidã Adamus Paſtoris cognomine: à quo Adamæi, vel Adamiani, qui illum in hoc errore ſequuti ſunt, nuncupantur.

Adamianorum hæreſis hac noſtra ætate renouata.

Adam Paſtoris errores.

1. Hic Chriſtum verum hominem profeſſus, eum cum Photino hæretico negabat natura Deum eſſe.

2. Vnas etiàm nuptias improbabat & execrabatur, matrimonium quaſi per ſe malum damnans. De Adamitis rursùs ſcribit idem Lindanus codẽ libro & dialogo, in hunc modum:

Sunt & alij ſecta Anabaptiſtæ, inquit, qui ab æmulata Adæ nuditate & ementita, Adamitarum nomen ſibi mutuantur. Genus hæreticorum (inquit Hoſius libro de vtriuſque ſpeciei communione) non ſolùm Orthodoxis, ſed & hæreticis quoquè maximè inuiſum: à Pikardo quodam, ex Gallia Belgica in Bohemiam profecto, exortum, Sigiſmundi Germani Imperatoris, & Ioannis vigeſimitertij huius nominis maximi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1414.

Adamitæ ſecta Anabaptiſtæ.

Hic porrò Pikardus (quemadmodùm Aeneas Syluius, qui Pius II. Papa poſteà dictus eſt, in de Origine Bohemorum cap. 41. refert) cùm in Bohemiam penetrâſſet, præſtigijs quibuſdam numeroſam virorũ ac mulierum plebem ad ſe traxit, quos nu-

Picardus Adamitarum hæreſis reſtaurator.

dos incedere iubens, Adamitas vocauit, ſe autem filium Dei dixit, & Adam vocari præcepit.

Adamitarum errores.

1. Suis Adamitis connubia promiſcua permiſit: quãuis ſine illius aſſenſu nefas eſſet mulierem cognoſcere, ſed vt quiſq; libidine vrente in aliquam exardeſcebat, eam manu apprehendens, & adiens principem, dicebat ſe illam appetere. Tum ille Pikardus eorum princeps reſpondebat: Ite, creſcite, & multiplicamini.

Nuptias improbant.

2. Et quia hæc nuditas fuit ante peccatum, ideò nuptias auerſantur, & nudi obambulant: hinc ſuam fulcientes hæreſim, quòd antequàm Adam peccáſſet, aut paradiſo abactus eſſet, nunquàm vxorem cognouerit. Quo fit, vt credant nuptias nunquàm futuras, ſi ille non peccáſſet.

3. Nudi celebrant ſacramenta, & indè paradiſum ſuam arbitrantur eccleſiam: cùm tamen ſic nudi ambulantes, eum fœminis ſuam concupiſcentiam exerceant, foueant, ac nutriant.

Quamobrem illi imitantur Adamum non in operimento & textione pudẽdorum, ſed in turpitudinis cõfuſione. Nam in ſtatu innocentię non fuit pudor nuditatis, ſed poſt peccatum nuditas opprobrio & confuſioni attributa. Vndè myſticè in Apocalypſi Epiſcopo Laodicenſi iubetur, veſtimentis albis, hoc eſt, mundis indui, nè ſuæ nuditatis confuſio appareat. Porrò ſi Cham Noæ filius à patre maledicitur, quòd verenda dormientis non cooperuerit, ſed irridenda fratribus monſtrârit, quam putas hos nefarios execrationem mereri, qui citra vllum pudorem ſic nudi obambulant?

Apoc. 3. *Gen. 9.*

Tales fanaticos, inquit Lindanus vbi ſuprà, vidit Amſterodamus noſtra: hos io co honeſtiſſimo natos, & rebus lautis opulentiſſimos vidit nudos diſcurſitare noſtra Hollandia anno 1535. Horum quidã tam fuêre inſani capitis, vt conſcenſis arboribus, nudi cæleſtem panem fruſtrà expectantes, in terram deciderint ſemineces. Hæc Lindanus. De his vide latiùs in Pikardis, Simone Mago, Saturnio, Nicolaitis, Florianis, & Vualdenſibus ſiue Pauperibus de Lugduno, qui & in eam ſententiæ turpitudinem deſcendiſſe videntur.

Adamitæ apud Hollandiam anno 1535.

ABELONII, SIVE ABELANI, *vel Abelonitæ.* 2.

ABelonios nonnulli tradunt, ab Abele filio Adæ nomen ſortitos eſſe. Horum porrò hæreſis ruſticana fuit, teſte D. Auguſtino, & quam in agro Hipponenſi, cuius is erat Epiſcopus, ortum habuiſſe aſſerit, libro quem de Hæreſibus inſcripſit: Idq; Theodoſij & Archadij Imperatorum, & Innocentij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 407.

Sua verò hæreſi in hoc ab Eccleſia catholica diſſecti erant, quòd rem vxoriam abhorrerent, nec ſuis coniugibus miſcerẽtur, tametſi ſectæ ipſius dogmate citra vxorum contubernium eis degere non liceret. Mares itaque cum fœminis ſub continentiæ profeſſione ſimul habitãtes, puerum quendam & puellam ſibi adoptabãt, quos poſteà ſuos ſibi conſtituebant ſucceſſores. Morte enim præeuntis quibuſque ſingulis alij ſubrogabantur, dummodò tamen duo duobus his diſparis ſexûs, in illius domûs ſocietate & contubernio ſuccederent. Vtrolibet quippe parente defuncto, vno remanente ſuperſtite, vſque ad eius quoquè obitum, ei filij ſeruiebant. Poſt cuius mortem, ipſi etiàm puerum & puellam ſimul adoptabãt. Sed hęc hæreſis paulatim diminuta fuit. Nam admoniti, in gremium matris Eccleſiæ rediêre. Ex quo quidem facilimè videre eſt, cur Abelonij ab Abel, Adami natù minore filio, nomen ſint mutuati, vtpotè qui cælibem vitam ſemper egerit, donèc à fratre Cain occiſus eſt: à quo etiàm Cainiani, ſicut à Seth Sethiani, quidam hæretici fuerunt appellati. Vide locis ſuis.

Coniugij contemptus per ſuperſtitioſum quẽdam continentiæ textum.

ABLABIVS NOVA*tianorum in Nicena vrbe Epiſcopus.* 3.

ABlabius (authore Nicephoro Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 14. cap. 13.) nobiliſſimus orator fuit, Troili ſophiſtæ auditor, qui à Chryſantho Noua-

tia-

tianorum Epiſcopo, in presbyterorum ordinem cooptatus fuit: cuius etiàm conciones populares, ſuaues & vehementes, diù excelluerunt. Hic poſteà Nouatianorum hæreticorum eccleſiæ in Nicena vrbe præſuit, Sophiſticam etiàm tum profeſſus. Hæc Nicephorus. Hoc autem accidit, Theodoſij iunioris Imperatoris & Cæleſtini maximi Romanorum pontificis temporibus, circa annũ Domini 430.

Nouatiano rum hęreſes

1. Nouatianorum verò error, quorum hic ſummus fautor fuit, in hoc erat, quòd primas quidem nuptias admittebant, ſecundas verò reijciebant, & aſpernabantur velut impias.

2. Omnem prætereà pœnitentiæ virtutem tollebant, aſſerentes, eos qui ſemèl à baptiſmo ſuſcepto eſſent in peccatum ꝓlapſi, nunquàm poſteà poſſe ſuorum peccatorum remiſſionem cõſequi, quantumlibèt deincèps pœniterent. De qua re habes infrà fuſiùs, titulo de Nouatianis.

ABSTINENTES.

4

ABſtinentes (authore Philaſtrio) in Gallia, Hiſpania, & Aquitania viguère, ſed quo tempore, non memini. Eos tantùm dicit, Gnoſticorum & Manichæorum particulam pernicioſiſſimam ęmulatos ac ſequutos fuiſſe, eandéque non dubitâſſe prædicare, ſuis perſuaſionibus & hominum coniugia dirimentes, & eſcarum abſtinẽtiam prohibentes, quæ non legis præcepto, ſed promiſſionis cæleſtis gratiæ nanciſcendæ, & dignitatis ac meriti conſequendi maioris cauſa, hominum voluntati à Chriſto conceſſa eſt.

Abſtinentiũ hæreticorũ error.

Dicit enim Dominus Petro: Non omnes capiunt hoc verbum. Et iterùm idem Dominus: Qui dimiſerit vxorem ſuam ſinè cauſa fornicationis, facit eam mœchari.

Matt.19. Matt.5. Mar.10. Luc.16.

Aliud itaque eſt, conſenſu communi hoc fieri, laudis cauſa amplioris conſequendæ à Domino, & aliud, contra legem ſuadere, contraq; amborum facere volũtatem. Et iterùm: Qui non mãducat, manducantem non ſpernat: & qui manducat, non manducantem non iudicet. Quod itaq; ex voluntate eſt, laudis eſt amplioris, immò potiùs mercedis cęleſtis eſt deſiderium: quod autem extra legem eſt, non à Deo Chriſto eſt traditum, ſed inani hominum præſumptione & errore inuentum. Hoc autem ideò faciunt, vt eſcas paulatìm ſpernentes, dicant non eſſe bonas, & ità non à Deo hominibus eſcæ cauſa fuiſſe conceſſas, ſed à diabolo factas: indeque adeò hanc creaturam nõ a Deo creatam, ſed à diabolo eam factam prædicare nituntur: perq; hoc mendacium, multorum animas captiuàrunt, & à veritate catholica abduxerũt in exitium & perditionem. Nec defuerunt ex iſtorum numero, qui cum alijs hominibus non ſumerent eſcas, inani præſumptione ducti, putãtes ſe melius quid facere, quia & prophetæ hoc facere ſoliti erant, ignorantes interim diuerſam œconomiam Chriſti Domini eſſe ſtatutam hominibus.

Rom.14.

Superſtitioſi.

Hi porrò in id prætereà inciderunt veſaniæ, vt dum de patre filioque benè ſentirent, de ſpiritu ſancto non item, creatum eum credentes eſſe & factum, non Deum, ſicut ſcripturæ nunciant, & eccleſia catholica prædicat. Hactenùs Philaſtrius. Eos putauerim emerſiſſe Diocletiani & Maximiani Imperatorum, & Marcellini Papæ temporibus, circa annum Domini 289.

Spiritûs ſancti Deitas ab hæreticis improbata.

ACACIVS CAESA- *reenſis Epiſcopus.*

5.

ACacius, Epiſcopus fuit Cæſareæ Paleſtinę, Euſebij Pamphili ſucceſſor, ſecta Arrianus, Conſtantij Imperatoris, filij Conſtantini maioris, & Liberij maximi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 357. De hoc autem ſic ſcribit Nicephorus libro 9. cap. 44. Non enim (inquit) vel in conſultando, vel in dicendo contemnendus vir fuit Acacius, & ad res quas inſtituiſſet conficiendas, non incommodus. Eccleſiam quoquè celebrem adminiſtrabat, & Euſebium Pamphili præceptorem habuerat, cuius etiàm Epiſcopatum ſortitus fuerat: & quum plurima addiſcere contendiſſet, exiſtimatione ſimul & librorum copia, quos à Pamphilo relictos

habebat, alios antecellere iudicatus eſt. Et quòd talis erat, non difficile ei fuit, ex ſententia res pleraſque conficere. Is porrò (vt diſtinctione 24 quæſtione 1. dicitur) non fuit noui vel proprij inuentor erroris, vt ab eo noua ſcita, id eſt, ſtatuta vel dogmata prodirent, ſed alieno facinori ſuã communionem miſcuit. Itaque neceſsè fuit, vt in illam recideret iuſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus per conniuentiam ſynodalem ſuſceperat author erroris.

Consubſtantialitatis & æqualitatis filij Dei cũ Deo patre impugnatio.

Rejiciebat autem ille cum Arrio & eius cõſectatoribus Aëtio & Eunomio, nomẽ eiuſdem ſubſtantiæ, & ſimilis ſubſtantiæ, vel æqualitatis filij cum patre, tanquàm ſcripturis alienum. Nicenam fidem apertè negabat, aliamque fidei formulam in Concilio Seleuciæ celebrato, dictare nitebatur, vt habetur Tripartit. hiſtor. libro 5. capite 34. Et apud Nicephorum libro nono cap. 36. & 43. Hunc velut in hæreſi defunctum, & ea de cauſa per Felicem & Gelaſium Romanos pontifices excommunicatum, Anaſtaſius Papa voluit poſteà clàm reuocare, vt orationes pro eo in Eccleſia fierent: ſed ſuo temerario conatui plurimi ex clero obluctantes, ab eius obedientia indè receſſerunt, & hæreſeos ab eis inſimulatus eſt. Hunc tamen hæreticum non fuiſſe, elegantiſſimo ſtylo commonſtrare conatur Hoſius libro ſecundo, quem de legitimis iudicibus rerum Eccleſiaſticarum ſcripſit. Idem Gelaſius aduersùs Acacium ſcripſit Epiſtolas, quæ in hunc vſque diem in Eccleſia Catholica habentur & circunferuntur. De Acacio vide plura in Aëtio, Eleuſio, & Macedonio.

ACEPHALI.

6.

Acephali ſeu Acephalitæ, ſub Anaſtaſio Imperat. & Symmacho Romanorum põtifice exorti ſunt circa annũ Domini 494. Hi Chalcedonenſe Concilium impugnantes, duarum in CHRISTO ſubſtantiarum proprietatem cum Eutychete Conſtantinopolitano abbate, & Dioſcoro Alexãdrinæ vrbis Epiſcopo & Manichæis pernegabant, vnamque in eius perſona naturam, nimirùm diuinã, (Deitatis & humanitatis naturam miſcẽtes) eandemque crucifixam, & ideò illum in ea vna tantùm ſubſtantia adorandum deprædicabant, contra illud Chalcedonenſis Concilij, quod diſtinctione decimaquinta, capite primo dicitur in hunc modum: Prædicat eadem ſancta ſynodus Chriſtum Deum ſic natum de virgine, vt in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. Dicuntur autem Acephali, ſine capite, propterea quòd omnes huius factionis ſimul exorti, nullus eorum author repertus ſit, à quo originem traxiſſe diceretur. De his tamen ſic ſcribit Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 18. capite 45. Tempore quo Imperator Leo diem ſuum obijt, atque Zeno & Anaſtaſius Imperij adminiſtrationem ſuſceperunt, quàm maximam libertatem ſibi, qui quartę Synodo reſtiterunt, vſurpauère. Sed & Acephali, (quorum dux Seuerus Antiochenus fuit) vnam verbi & carnis naturam malè prædicantes: & prætereà Iacobitarũ, Theodoſianorum, Iulianiſtarum, & plurium aliorum caterux, Eccleſiæ inſultàrunt: Qui vtrique Monophyſitę appellati ſunt, quòd vnam verbi & carnis naturam, poſt ineffabilem vnionem in Chriſto, eſſe ſentiant & doceant. Acephali henoticum Zenonis Imperatoris ſcriptum, quo videlicet ad vnionem Eccleſias perducere voluit, propterea quòd ille ſanctam quartam Synodum anathemati non ſubieciſſet, minimè receperunt.

Seuerus Antiochenus Acephalorũ dux.

Monophyſitæ, Acephali, & Seueritæ, idem genus hæreticorum.

Acephali autem ob eam cauſam dicti ſunt, quòd ſub Epiſcopis non fuerint. Proindè neq; Baptiſmus abhinc iuxta ſolennem & receptum Eccleſiæ morem ab eorum epiſcopis & ſacerdotibus apud eos adminiſtratus, neque oblatio aut res aliqua diuina facta, miniſteriúmve eccleſiaſticũ defunctis (ſicuti mos eſt) celebratum eſt. Communionem verò illi à plurimo tempore aſſeruatam habentes, Ferijs Paſchalibus in minutiſſimas partes inciſam, cõuenientibus ad ſe hominibus dederũt. Quo tempore, quam quiſque voluiſſet, placitã ſibi ſumebat poteſtatẽ. Et propterea quòd quilibet, quod ſibi viſum eſſet, fidei inſertũ voluit, quàm plurima defectorum

Acephali cur ſic dicti.

Cõſeruatio Euchariſtiæ etiàm apud hæreticos.

ctorum & hæreticorum turba exorta eſt, Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarum, initio à Iuliano Halycarnaſſæo ſumpto. Qui creatum quidem Domini corpus eſſe opinatus eſt, ſed ideò ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit. Horum cohortem, qui eis aduerſati ſunt, Phantaſiaſtas & Manichæos vocauerunt: quemadmodùm & illi rurſùs hos Phartolatras & Sceuolatras nominauerunt. Eius generis hæreſibus, & Acephalis maximè, (qui & Seueritæ nuncupantur) eccleſiæ admodùm ingruentibus, Calcedonenſis quoquè Synodi nomine preſſo, perquàm longo tempore, ea iactata eſt & exagitata. Sed & ingens diù ſeditio & confuſio in ea extitit. Ipſa namq; plebs ad ſanctioris altaris cancellos aſſiſtens, plagis ſe mulctaturam, & cum ignominia ex ſacris templis ſacerdotes eiectu tam comminata eſt, ſicubi eius Synodi mentionem inſerere, aut eam ſacroſanctis codicibus inſcribere, eorúmve nomina Diuinorum patrum, qui decreta eius promulgâſſent, proferre auſi fuiſſent. Hucuſquè Nicephorus. De Acephalis vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Ioanne Philopono, & Seueritis.

Iulianus Halycarnaſſæ, plurium hæreſũ author

ACESIVS NOVATI-
anorum apud Conſtantinopolim epiſcopus. 7.

ACeſius Nouatianorum Epiſcopus fuit tempore Conſtantij Imperatoris, & Iulij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 346. qui cum authore ſuo Nouato, eos qui poſt Baptiſmum peccatũ ad mortem patrâſſent, ac dijs ſacrificâſſent, à communione Diuinorum myſteriorum reijciebat: ſolius Dei, & non ſacerdotum, eã poteſtatem eſſe aſſerens, huiuſmodi peccatoribus delicti remiſſionem concedere. De hoc ſic ſcribit Nicephorus lib. octauo, cap. vigeſimo. Cæterùm, inquit, Conſtantinus Imperator Dei amantiſſimus, de communi concordia ſolicitè cogitans, Aceſium quoque Nouatianorum epiſcopum ad cõcilium Nicenum euocauit, eique & de fidei dogmate, & de die feſto Paſchatis celebrando, decretum Synodi oſtendit: interrogauitque adeò eum, an ea rectè ſic ab epiſcopis eſſent conſtituta. Qui cùm ea laudâſſet, neque noui quicquam definitum eſſe dixiſſet, ſe enim & idem dogma fidei à maioribus accepiſſe, & nunquã aliter Paſchæ feſtum celebrâſſe: Imperator, Qui igitur, inquit, cùm in eadem ſis nobiſcum ſententia, à communione noſtra tantoperè adhorres? Ibi ille diſſidij, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ vrbis epiſcopum ſub Decio Imperatore fuit, meminit: Nouatum videlicet, eos qui poſt Baptiſmum peccatũ ad mortem patrâſſent, ac dijs ſacrificâſſent, à communione diuinorum myſteriorum reieciſſe: ſolius Dei, & non ſacerdotum, poteſtatem eam eſſe dictitans, talibus hominibus remiſſionem delicti concedere. Ad quem ex tempore Imperator, Scalas igitur, inquit, admoue Aceſi, & ſolus ad cælos aſcende. Quo dicto non Aceſium ille laudauit, ſed potiùs, quòd immunem à peccatis ſe fortè exiſtimauit eſſe, perſtrinxit. Hæc Nicephorus.

Lapſis poſt ſuſceptũ baptiſmum, ſpẽ veniæ negantes.

Nouati impietas.

ACHILLAS ALE-
xandrinus epiſcopus.
8.

ACHillas Epiſcopus Alexandrinus fuit, anteà quidem (authore Nicephoro lib. 6 cap. 15) in presbyterorum cathedra laudem magnam conſecutus, vtpotè ſacrarum ſcripturarum doctrinæ præpoſitus: verùm à recto Chriſtianæ fidei dogmate poſteà deſciſcens, fuit fautor Arrij, ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Syluestro maximo Romanorũ Pontifice, circa annum Domini 3:0. De hoc ſic ſcribit Sozomenus Tripartitæ hiſtoriæ lib. 1. cap. 12. Alexandria (inquit) ciuitas eſt maxima, & hominum multitudine copioſa, non Aegyptiorum ſolummodò, ſed etiàm Thebæorum & Libycorum, circa Aegyptum obtinens principium. In huius itaque ciuitatis præſulatu, poſt Petrum illum inclytum eccleſiæ Catholicæ propugnatorem, qui ſub impijs tyrannis Diocletiano & Maximiano nouiſſimè imperium ſpontè deponentibus,

Petrus Alexand inę eccleſię epiſcopus, martyr.

martyrij coronam ſuſcepetat, ſucceſſit Achillas. Is enim ſub illo egregio Petro Arium ordinatum diaconum, captumque in Melitij nouitatibus, & ab eccleſia pulſum, rogatus à fidelibus, denuò eum ſuſcipiens miniſtrare præcepit. Sed cùm ab eodem Arrio hæreſeos lepra infectus fuiſſet, indeque ideò captus & expulſus præſulatu, in eius locum Alexander, fortiſſimus euangelici dogmatis prædicator, ſufficitur epiſcopus. Arrius igitur & Achillas eam ob rem coniuratione facta, Colluthi hæretici ſuperbiam, idque illo multò deteriùs ſecuti ſunt. Ille nanque hos ipſos culpans, peſſimæ voluntatis ſuæ inuenit occaſionem. Iſti verò dignam illius negociationem recipientes, nequaquàm iuri Eccleſiæ ſe ſubijci pertulerunt, ſed ſpeluncas ſibimet latronum ædificantes, inceſſabilia in eis conciliabula celebrabant: noctibusque & diebus contra Chriſtum agẽtes & contra eius eccleſiam, prauis libidinibus exercebantur. Adeò quidem, vt omnem piam & Apoſtolicam obſcurantes gloriam, Iudaico ſchemate, Chriſto & ſuis miniſtris rebellandi inſtituerint officinam. Diuinitatem nanque & æqualitatem eum patre Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti negabant: omnemque eius ſalutaris diſpenſationis & humilitatis propter nos ſuſceptæ vocem decerpentes, prolatione horum, impietatis ſuæ prædicationẽ exercere nitebantur. Quippe diuinitatis ſuæ rationem & ineffabilis gloriæ, quam à principio habuit apud patrem, penitùs denegantes, Paganorum & Iudæorum impiam de Chriſto confirmabant ſententiam. Et laudem propriam (vt aſſolet) aucupantes, omnes quidem, quæ contra Catholicos poſſunt adferri, deriſiones negociabantur, ſeditioneſque illis quotidiè ac perſecutiones inſtituebant. Iurgia inſupèr proponebant frequentia, per aditiones mulierum impudẽtium, quas ſeducebãt: hac quidem re communi Chriſtianitati derogantes, dum eorum iuuenculæ ea de cauſa omnes circuibant vicos. Hacque ſua hæreſi tandem effecerunt, vt irruptã Chriſti tunicam, quam milites diuidere noluerunt, iſti ſcindere præſumerent. Dicebant enim, quia fuit aliquandò, quandò non fuit filius Dei: & poſteà factus eſt, qui priùs non fuerat talis factus, qualem & omnem hominem eſſe contigit. Cuncta enim (aiebant) Deus ex non exiſtentibus fecit, omnium rationabilium & irrationabilium creaturis miſcere volentes & filium Dei. Quibus verbis conſequenter dicebant, eum mutabilis eſſe naturæ, virtutis malitiæque capacem, cùm ex non exiſtentibus eſſe ab eis diceretur. Sicque diuinas ſcripturas, quibus oſtenditur eum ſemper fuiſſe, quibusque deſignatur inconuertibilis verbi & ſapientia atque diuinitas, deprauantes, aut omninò tollentes. Poſſumus ergò & nos (aiebant iſti impuri) fieri filij Dei, ſicut & ille. Scriptum eſt enim: Filios genui & exaltaui. Cumq; illatum illis fuiſſet quod ſequitur, id eſt, Ipſi autem ſpreuerunt me, quod naturale & proprium non eſt Saluatoris, cùm naturæ ſit immutabilis: omni reuerentia ſpoliantes ſemetipſos, aiebant eum nullam proprietatem habere ad Deum: ſed cùm ſit ipſe natura mutabilis, ſciuit de illo Deus ſua præſcientia & præcontemplatione, quòd cùm non eſſet eum ſpreturus, eligendus foret ex omnibus. Non enim (inquiunt) natura quaſi præcipuum inter alios filios aliquid habet. Nam nec naturaliter DEI filius eſt, nec aliquam habet ad Deum proprietatem: quandò etiàm ipſum naturæ mutabilis exiſtentem, propter moderationem, diligentiam, & virtutem non mutatum ad deterius elegit Deus: Adeò quidem, vt ſi Paulus vel Petrus ad hoc perueniſſet, nihil Ieſus poterat ab horum filiatione differre. Hucuſquè Sozomenus ex epiſtola Alexandri Alexandriæ epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, lib. 1. cap. 14 Idem habet Nicephorus lib. 8. cap. 5. 7. 8. De hoc Achilla vide plura in Arrianis, Alexandro Baucala, Melitio, Carpona, Sarmate, Euzoio, Macario, Iulio, Mena, & Helladio.

Achillæ & Arrij coniuratio in Chriſtum & eius eccleſiam.

Achillæ & Arrij in ſuis cõciliabulis deteſtandæ hæreſes.

Horrenda Achillæ & Arrij contra Chriſti diuinitatem blaſphemiæ.

Iſa. 1.

ADDAM MANI-
chæus. 9.

Addam, q & Addas, & Adimanthus dicitur, Manetis diſcipulus fuit: de quo ſic ſcribit Nicephorus lib. 6. ca. 32. Ma-

32. Manes (inquit) quum tres haberet ſectatores, Addam, Thomam, & * Hermeam: ex ijs Addam ad Syros, ad Indos autem Thomã miſit præcones. Hic, teſtibus Auguſtino & Philaſtrio, rationes & diſputationes ſcripſerat contra legem & prophetas, quibus oſtendere conabatur, Euangelicã & Apoſtolicam doctrinam illis eſſe contrariam. Ad quas Diuus Auguſtinus luculenter reſpondit eo libro, quem contra eundem Adimanthum conſcripſit, qui ſic incipit: Eodem tempore venerunt &c. Pullulabant Aurelij Imperatoris, & Felicis huius nominis primi temporibus, circa annum Domini 273.

* Hermam

Legis & prophetarũ impugnatio.

ADELPHIVS.

10.

Adelphius Meſſalianorum hæreticorum (qui & Euchitæ, id eſt, Orãtes, ſiue Enthuſiaſtæ, hoc eſt, afflati & diuini, aut ſacrificatores, quẽadmodùm Theodoriti interpres in hiſtoria Tripartita vertit, nominantur) dux fuit, cum Dadoẽ, Sabba, * Hermia, Simeone, & nõnullis alijs, tempore Valentiniani Imperatoris, & Liberij Papæ, circa annum Domini 368. Qui ità ſe ab eccleſiaſtica communione præſciderunt, vt inter reliquas ſuas blaſphemias, nihil prorsùs vel prodeſſe vel obeſſe diuinam eſcam dicerent. De qua nihilominùs Chriſt⁹ inquit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Et diuus Paulus: Qui manducat hunc panem indigne, iudicium ſibi manducat, non dijudicans corpus Domini. Hi etiàm cuiuſdam dæmonis operationem expectabãt, & hanc ſancti ſpiritûs præſentiam arbitrabantur. Qui verò integro huius rei languore participabantur, auerſabantur operationem manuum velut malam, ſomnoque ſemetipſos tradebant, & ſomniorum phantaſias, Prophetias vocabant. Morbum autem eum illi ſupprimere ſedulò conabantur, & eundem, etiàm conuicti, impudenter pernegabant, populareſque ſuos ea, quæ ipſi in animis ſuis circunferebant, celabant. Quod cùm Flauianus celebri fama vir, Antiochenæ eccleſię ſuffectus epiſcopus compertum habuit, (& vt author eſt Nicephorus libro vndecimo, cap. decimoquarto, & Theodoritus Tripartitæ hiſtoriæ libro ſeptimo, cap. vndecimo) Edeſſæ verſari cognouit, veneno ſuo finitimos inficientes, monachorum ſodalitate quadam ad eos miſſa, Antiochiam eos pertraxit, vbi interrogati & ægritudinem ſuam pernegantes, ad hũc modum in crimine ſuo depræhendit. Accuſatores enim eorum falſa per calumniam deferre, & teſtes mendacia proferre dixit. Adelphium autem admodùm iam ſenem blandè compellãs, aſſidere ſibi iuſſit. Et nos, inquit, ô ſenex, qui iam vitam propè exegimus, certiùs humanam naturam perſpeximus, tũ aduerſariorum dæmonũ cognouimus molitiones, re ipſa quoquè gratiæ ſubminiſtrationem perdidicimus. Iuuenes autem iſti, qui harum rerum accuratiùs nihil intelligunt, ſermones ſpirituales audire nõ ſuſtinent.

Communionem eucharistiæ hęretici inter Adiaphora poſuerunt.

Ioann. 6. f

1. Cor. 11. g

Flauianus Antiochenæ Antiſtes arte quadam, ſectæ iſtius arcana in lucem produxit, & damnauit.

Quapropter mihi dicito, quomodò vos perhibetis, quum ſpiritum aduerſarium cedere, tum ſpiritûs ſancti gratiam aduenire? Verbis hiſce ſenex demulſus, venenum omne ſuppreſſum euomuit, & nullam vtilitatem ex diuino baptiſmo ad eos qui eo vterentur, peruenire dixit: ſolam autem orationem ſedulam, dæmonem vernaculum & familiarem eijcere. Vnũquenque enim, qui naſcatur, hominem à primo parente, ſicut naturam, ità dæmonum quoquè ſeruitutem trahere. Quibus precatione ſedula exactis, deincèps ſpiritum ſanctum aduenire, præſentiam ſuã, ità vt ſentiatur & conſpiciatur indicantẽ, corpuſque ab affectionum ſeu perpeſſionum metu liberantem, & animam ab inclinatione ea quæ in deterius fert, ità vindicantem, vt poſteà neque abſtinentia & ieiunio corpus caſtigante, neq; doctrina quæ frenos nobis injiciat, & compoſitè ambulare doceat, ſit opùs. Et cui ità ſpiritus ſanctus obueniret, eum non ſolùm à corporis titillationibus liberari, verùm et iàm clarè futura præuidere, & trinitatem diuinam oculis ſuis cernere.

Sacri Baptiſmi improba reiectio.

Adelphius impietatem ſectę ſuę Flauiano epiſcopo indicat.

Ieiunia & pietatis doctrinã auerſantes.

Hoc pacto diuus Flauianus putido effoſſo fonte, & impio nudato latice, ad infelicẽ illum ſenem inquit: Inueterate dierum

Dan. 13. f

tum malorum, redarguit te os tuum, non ego: Et labia tua teſtimonium perhibuerunt contra te. Sicque tandem peſtis ea in apertum prolata, Syria exceſſit, & in Pamphyliam commigrans, eam quoque hac clade impleuit. Hæc Nicephorus. De hac abſurda & inepta hæreſi, vide plura in Meſſalianis, Euchitis, & Enthuſiaſtis.

ADESSENARII.

11.

Adeſſenarij ſunt ex Sacramentariorum noſtri ſeculi factione: quorũ, inquit Staphylus, quatuor diuerſæ ſectæ reperiuntur. Alij enim contendunt, quòd corpus Domini ſit in pane: Alij, quòd circa panem: Alij, quòd cum pane: Alij, quòd ſub pane. Vide Aſſertiones Vuilhelmi Klebitij Brandemburgenſis cõtra diſputationem Heidelbergę nupèr habitam anno 1560. Hæc Staphylus.

ADIAPHORISTAE.

12.

Adiaphoriſtæ dicuntur, qui quæ natura ſua ſint eiuſmodi, vt ad ſalutẽ nihil intereſſe arbitrentur, ſeruent, vel non ſeruent. hoc eſt, qui eccleſiæ & Cõciliorum legitimas conſtitutiones & cæremonias, dicunt res eſſe indifferentes, quas ſiue obſerues, ſiue violes mutesve, te nihil peccare. Ità Vuittembergenſes & Lipſenſes theologi in ſuo Lipſico INTERIM. Nam adiaphora, Latinè dici poſſunt indifferentia. Pædobaptiſmum itaque, magiſtratum, iuramentum, cæremonias, ſacramentaque, quibus fideles poſſunt vti, aut non vti, pacis aut tranquillitatis cauſa poſſe ſingulos ſe conformes facere ſuis ciuilibus in cauſa religionis, rogatos poſſe fateri & diffiteri: ſed nulla eſſe obeunda pericula, nedùm tormenta ſubeunda. Porrò (inquit Hoſius lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis) biennio poſtquàm ex hac vita migrauit Martinus Lutherus, cũ quaſi de tribunali pronuncians Deus, aperrè cauſam Lutheri cõdemnâſſet, admirabili quadam victoria Chriſtianiſſimo Imperatori Carolo, huius nominis quinto, contra factionis eius homines conceſſa, quorum ingentem exercitum nullo prælio cõmiſſo, perexigua manu, ſolius DEI præſidio adiutus, in fugam conuertit: neque multò pòſt, paucis comitatus, Angeli ductu, Albi fluuio tranſmiſſo, multò numeroſiores eorum copias fudit, ac principem etiàm ipſum factionis, in poteſtatem ſuã redegit. Poſt hanc igitur admirabilem victoriã, in qua Deus ipſe pro miniſtro ſuo Cæſare cauſam ſuam agente pugnauit, ſtatim in duas factas Lutherana ſecta diſſecta eſt. Nam alij facti ſunt Interimiſtæ, alij Adiaphoriſtæ. *Lutherana ſecta in duas ſectas diſſecta.*

Adiaphoriſtæ porrò Vuittembergẽſes fuerunt, qui etſi non diuerſum ſentire viderentur a Lipſenſibus, quia ſcriptum eorum non oppugnauerant: quoniam tamẽ ex eorum ſchola cœperat initium Euangelij Lutherani, fuit illis religio, tam ſubitò ab eo diſcedere, quamuis pridèm nonnullos, Philippum præſertim Melanchthonem, pertæſum eius fuerit. Quare nondùm eſſe tempus opportunum rati, traditum ab ipſo doctrinæ genus mutare, ſaltem ritus nouos, quos induxerat, abrogandos cenſuerunt, ac veteres magna ex parte reſtituendos, iuxta formam in libello Cæſareo contentam. Vocauerunt autem hæc Græco nomine ἀδιάφορα: Latinè dicere poſſis indifferentia, vt quæ natura ſua ſint eiuſmodi, nihil, vt ad ſalutem intereſſe videatur, ſeruet quis ea néc ne. Nã & nos catholici in his quæ fiunt externè, ſummam Chriſtianæ pietatis poſitam eſſe negamus, cùm omnis gloria filiæ regis ſit intrinſecùs, vt Pſalmo 44. habetur. Intùs videt Chriſtus, intùs amat, intus alloquitur: nec vel punit, vel coronat, niſi quę fiunt intùs. Sed vbi verè Deus intùs colitur, non ferè fit, vt eiuſmodi cultus per ſigna quædam & indicia ſe forás non proferat, & ad ſpectantium oculos traducat. Habent autem & hoc iſti ritus externi, quod ſicubi ſimiliter ab omnibus obſeruantur, vnanimitatis cuiuſdam & conſenſûs teſtes ſunt. In his igitur maxima ex parte ſibi Vuittembergenſes cum Chriſtianis cõſentiendum eſſe duxerunt, vt ijs quaſi ſignis à Luthero quandam ad Chriſtum inclinationem ſe feciſſe declararent, ſimul ſpem facerent, ſucceſſu temporis futurũ, vt reiecta Lutherana, Chriſtianam & Catho-

Virtembergenſes Adiaphoriſtæ.

Adiaphon.

Quid Catholici ſentiant de ritibus externis, & quatenùs conueniant cum illis Adiaphoriſtis.

tholicam doctrinam in omnibus amplecterentur. Hucuſquè Hoſius. De Interimiſtis vide loco ſuo.

AEGIDIANI.

13.

Aegidij error ex ſpe lucri et quæſtûs.

AEgidiani, ſunt ſecta Antilutherani, ad tertiam porrò noſtri ſeculi Euãgelicorum claſſem pertinentes Dicti ſunt autem, authore Lindano Dubitãtij dialogo 2. ab Aegidio quodam Aquenſi, qui ſpe quæſtus multò maximi, quem Anabaptiſtarum doctores, quos vocant, ex retinctione ad tres ferè coronatos capere vidit, illectus, audebat & ipſe retingere: à quibus pòſt excommunicatus, ſui flagitij Antuuerpiæ capite plexus pœnã luit, publicè ſuos licèt reuocaret errores, vndè & diſcipuli alijs ſeſe tradidére magiſtris execrandos. Hæc Lindanus.

AERIANI, SEV AErij. 14.

AEriani, vel Aërij, ab Aërio quodã, qui Euſtathij (vt author eſt Epiphanius) Sebaſtei, Sebaſteæ Ponti appellatæ regionis ſiue paruæ Armeniæ Epiſcopi condiſcipulus fuit, nuncupati ſunt, tempore Conſtantini Magni Imperatoris, & Iulij huius nominis primi Romanorum pontificis, circa annum Domini 342. Hic porrò (teſte Auguſtino, libro quem de hæreſibus inſcripſit, cap. 53.) cùm eſſet Presbyter, ægrè ferens non poſſe ſe Epiſcopi dignitatem, quam modis omnibus ambiebat, aſſequi, in Aërianorum ea de cauſa lapſus hæreſim, propria quoquè dogmata illi addidiſſe dicitur. Nam ille cum ſuis aſſeclis ſacrificium, quod pro defunctis offertur, reſpuebat, & Miſſas negabat applicari pro peccatis, pro ſatisfactionibus, aut pro alijs quibuſuis Eccleſiæ neceſſitatib⁹. Quod ſanè Diſtinct. 13. quæſtio. 1. cap. Animæ &c. improbatur, vbi quidem ſic dicitur: Animæ defunctorum, quatuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum, &c. Et in cap. pro obeuntibus, Sancta Eccleſia ſic ſtatuit, vt quiſque pro mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, & presbyter eorum faciat memoriã. Et Eccle. 7. Mortuo non prohibeas gratiam. De qua re ſic ſcribit Hoſius, lib. quem de ſacramentis edidit, cap. de Sacramento pœnitentiæ: Quòd ſi ſcripturis (inquit) etiam probari Purgatorium non poſſet, cùm tamen vnanimes vno ore ſancti doctores omnes à Chriſto nato ad hæc vſque noſtra tempora, vel pœnarum ignis purgatorij, vel orationum & ſacrificiorum pro defunctis meminerint, cùm plerique eorũ, nominatim verò Auguſtinus & Ioannes Damaſcenus, etiam libros de Cura pro mortuis agenda cõſcripſerint: quis eſt qui dubitare queat, Apoſtolicam hanc eſſe traditionem, quæ tanto omnium conſenſu, tot ſeculis in Eccleſia ſemper fuit obſeruata? Cui qui contradixit Aerius, ante mille ducentos annos pro hæretico habitus eſt, quod ſuperuacaneas eſſe diceret orationes & oblationes pro defunctis, ſicut apud Philaſtrium, Epiphanium, & Auguſtinũ legimus. Ante quadringentos etiam annos fuerunt Henriciani & Petrobruſiani: qui cùm ad eandem petram offendiſſent, per Petrum Cluniacẽſem & Bernardum abbatem Clareuallenſem confutati ſunt. Hæc Hoſius.

Miſſas & orationes pro defunctis fieri reſpuunt Aërani.

Hoſius contra eos qui purgatoriũ improbant.

Henriciani & Petrobruſiani hæretici.

Aerij dicebant nos nõ poſſe obligari ad ieiunia eccleſiaſtica

2. Negabant præterea Aërij ſtatuta ieiunia, ſolenniter celebranda eſſe, ſed pro arbitratu cuiuſq; ieiunandum cenſebant, nè ſub lege eſſe videremur, & non ſub gratia. Cuius iterùm hæreſeos meminit Hoſius libro 3. quem de authoritate ſacræ ſcripturæ edidit in Brentium & reliquos Lutheri aſſectatores, in hũc modum: Brentius (inquit) quod ſacramentarijs & Anabaptiſtis alicubi vitio dat, facit ipſe, dum nonnulla, quæ recta eſſe ſcit, in Papæ conciliorumque deſpectum, abrogare conatur. Dat enim alicubì conſilium, vt homo Chriſtianus tempore Quadrageſimæ & Paſchatis non confiteatur, nec ad ſacramentum accedat, & cogitet ità: Eccè quãdò hoc præcepit homo, Papa ſcilicet, ob ipſum non faciam: & ſi non præcepiſſet, vellem facere, faciam autem alio tempore, quo non præcepit, quandò & quomodò mea libera voluntas me tetigerit. Non diſſimilia de ieiunijs alicubi ſcribit, exemplum imitatus Aerij hæretici, qui & ipſe ante mille ducentos annos negauit ſe ieiunaturum cum Eccleſia: ſed ſi omninò,

Brentij detestandum cõſilium, in Papæ & conciliorum deſpectum.

inquit, volo ieiunare, qualemcunque diẽ eligam à me ipſo, & ieiunabo propter libertatem, Hæc Hoſius.

Aëriancrũ aliæ hæreſes.

3. Dicebant rurſùs Aeriani, Presbyterum ab Epiſcopo nullo diſcrimine debere diſcerni, ſed vtrunque gradu & authoritate æqualem eſſe.

4. Sunt denique qui tradunt, Aërios Encratitarum, Amporochtitarumque more nullos ad communionem ſuam admittere ſolitos, niſi continentes, & eos qui ſeculo irà renunciáſſent, vt nil proprium poſſiderent.

2 Tim 4 a

5. Et licèt eſcas abominarentur, quas Deus cum benedictione humano generi tribuit ad percipiendum, ab ijs tamẽ eos nõ abſtinuiſſe ſcribunt Epiphanius, Philaſtrius, & Auguſtinus lib. de hæreſibus.

Aeriani eſcas & nuptias damnabant.

2, Tim. 3. a

6. Damnabant etiàm nuptias, quæ ex lege fiunt, velut illicitas, eas vtiquè à Deo non inſtitutas eſſe aſſerentes, iuxta Diui Pauli vaticinium, quo dixerat venturos quoſdam nouiſſimis tẽporibus illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, qui prohiberent nubere, & abſtinere à carnibus, quas Deus creauit ad percipiendum fidelibus cum gratiarũ actione. Vide de his plura in Tatianis, Encratitis, Manichæis, Vualdenſibus, Marſilio Paduano Vuiclefitis Begardis & Beguinis, Marcioniſtis, Adamitis, Heracleone, & Priſcillianiſtis.

AETIANI.

35.

Aetij vita ex Nicephoro Callisto.

AEtiani ab Aëtio quodam Syro vocitati ſunt, qui circa annum Domini 363. ſub Conſtantio Imperatore, & Liberio ſummo Romanorum pontifice degens, ab ijs (vt eſt author Nicephorus Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 9. ca. 17) diſputator admirandus habitus eſt, qui diuerſa à nobis docent. In altercationibus quippe verborumque contentionibus, ratiocinationibus, & fallacijs ludificantibus, valdè cõmodus erat, vt qui ex profeſſo in rebus eiuſmodi ſtudium omne conſumpſiſſet. Et proindè quòd talis eſſet, quodque facilè quicquid ſors tuliſſet, malè feriatus de Deo theologaretur, ſeu blateraret potiùs, ἄθεος & contemptor Deorũ appellatus eſt. Patria ei fuit Cœleſyria.

Aetius Atheos, id eſt, ſine Deo dictus.

Cuius pater cùm in militia aduerſis rebus conflictatus tandèm interijſſet, bona eius qui tum rerum potiebatur, Princeps publicauit. Qua re vnà cum matre Aetius ad extremã redactus paupertatem, ad aurificũ artem diſcendam ſe contulit, vt quocunque poſſet modo victum ſibi pararet. Ea arte vbi ſatìs eſt vſus, propter ingenij vim ad diſcendum diſciplinam eſt conuerſus: Paulinumq; audiuit, qui ex eccleſia Tyria Antiochiam fuerat trãſlatus. Porrò mortua matre, cuius gratia aurum conformãdi arti operam nauauerat, totus ſtatim in diſcendi ſtudium incubuit. Breuiq; certamen ſubiens, multos diſputando conuicit. Poſtquàm autem Eulalius poſt Paulinum in Antiochenam ſedem eſt collocatus, multitudo ingens motu aduerſùs Aetium concitato, vrbe eum expulit. Quo tempore Anabarzum vrbem Ciliciæ conceſſit, atque ibi artem rurſùs ſuam ita parandi victus gratia exercuit, vt nõ prorſùs diſcendi certamen omitteret. Accidit tum, vt ſophiſta quidam, Aetij ingeniũ admiratus, artem ſuam cum eo communicandam duceret. Atque ille in Sophiſtæ domum receptus, homini inſeruiens, omne (vt fieri ſolet) famuli miniſterium præſtitit. Sophiſta grammaticen & logicen ei tradidit. Ipſe verò cùm herum ob minùs rectam de diuinis oraculis opinionem argueret, mercedem benè de ſe meritæ domũs abdicationem tulit. Atque indè eiectus, cum Athanaſio Anabarzi antiſtite vixit, apud quem Euangeliſtas exactè excutiens legit. Deindè Tarſum ad Antonium, Luciano martyri notũ, venit. A quo Apoſtolum diſcens, ſatìs diù cum eo, cùm adhuc in presbyterorum ordine eſſet, mãſit. Vbi verò Antonius Epiſcopi functionem ſuſcepit, neq; iam doctrinæ, qua Aetium erudiebat, vacare poſſet, ille Antiochiam eſt reuerſus. Et ibi eùm à Leontio adhuc presbytero (Luciani martyris & hic habitus ſectator) propheias, atque inprimis Ezechielem doceretur, ꝓpter linguę intemperantiam & ſententiæ impietatẽ, indè rurſùs eſt expulſus. Itaq; Sophiſticã exercens, & certamine cum eis qui clari eo ſtudio erant, congrediens, loca multa circumijt. Poſtea verò & medicam artem accuratè didicit, Sopolis in tali diſciplina doctor.

Propter penuriã aurifex factus.

Aetius Antiochia expulſus.

Anabarzi Sophiſtæ operam dat.

Sacras literas Tarſi diſcit.

Idem medicus factus.

doctor eius fuit, vir in eo ſtudio nemini ſecundus. Ipſe etiam Aëtius, optimus in eo habitus, gratuitò pauperes curauit. Quòd ſi aliquando egeret, noctù ad quempiam artis ſuæ peritum, nè interdiù à ſtudijs potioribus abduceretur, adibat: & aurum quod accuratiore arte elaborandum eſſet, petebat: atque opere celeriter perfecto, & à conductore, operæ ſuæ mercede accepta, vitã tolerauit.

Gratuitò ægros curat.

Leontio verò ad Epiſcopatum Antiochenum euecto, Aëtius ab eo diaconus deſignatus, & ad mun⁹ in Eccleſia docendi delectus eſt. At ipſe Diaconatum ſuſcipere veritus, docẽdi functionem non receeit. Atque ibi ſatis diù verſatus, Alexandriam venit, Athanaſium oppugnaturus. Vehementer nanque de conſubſtantiali propugnando Athanaſius egit. Et quum à quibuſdam ad Epiſcopatum Aëtius recipiendum delectus eſſet, dignitatem eã contempſit. Sanè antequàm Aëtius ad Arrianos defeciſſet, tametſi illi ab conſubſtantiale profitentibus diſſidebant, nihilominùs tamen preces, hymnos, conſilia, & res propè omnes cum eis communicabant, myſtico duntaxàt ſacrificio accepto.

Aëtius Antiochenus doctor.

Ex quo autem ille primus ſeceſſionem facere cœpit, omnibus conſentientis conuentûs, amicitiæ & conſuetudinis vinculis ruptis, in aduerſas eis qui alia eſſent opinione, maximè partes per factionem tranſière.

Aetio ſuaſore, prorſus ſe Arriani à Catholicis ſeiunxere.

1. Opinabatur autem ille itidèm vt Arrius, conditum, & ex non exiſtentibus atq; inæqualem patri filium eſſe, & filio ſpiritum ſanctum, contra illud De conſecratione Diſtinct. 3. cap. vltimo: Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, vnius eiuſdemque ſubſtantiæ, inſeparabili æqualitate, diuinam inſinuant vnitatem. Ex quo ille & eius ſequaces, à Catholicis Diſſimiles & Ex non exiſtẽtiales appellati, (vt Tripartitæ hiſtoriæ lib. 5. cap 42. habetur) nimirùm quòd nomen Similitudinis in diuinis abſcindere niterentur, & per omnia ſubſtantiam atque voluntatem diſſimilem eſſe patri apud filium.

Aetij dogmata & hæreſes.

Aetiani, diſſimiles & Exnon exiſtentiales appellati.

Attandèm, quòd ingenti contentione acriusque de Deo diſſerere auderet, varijsq; vteretur ratiocinationibus, factionis ſuę popularibus & ſocijs diuerſus eſſe, atque ab eis diſſidere viſus eſt. Quam ob cauſam eccleſia eorum expulſus, arte quadam per diſſimulationem eos vitabat, cõmunionemq; eorum deteſtabatur, veluti qui ſe Arrio poſt periurium coniunxiſſet, quum ille pœnitentia ductus, Conſtantino Imperatori conſentanea ſe cum Nicena fide ſentire adiurauit.

Aetius ab Arrianis eiectus.

2. Dicebat quoquè impurus ille, nullum peccatum quantumlibet graue, imputari in fide manentibus, ſolamque fidem abſque vllo alio opere eſſe ſatis ad vitam æternam conſequendam.

Dictitabat ſolam fidẽ ſufficere ad ſalutem adipiſcendam.

3. Affirmabat quoq; ea quæ Deus hactenùs celâſſet Apoſtolos, ſibi reuelata fuiſſe. De cuius hæreſi vide plura in Tripartita hiſtoria. lib. 5. cap. 42. & apud Auguſtinũ libro de hæreſibus. Et infrà de Arrianis, Anomæis, Metangiſmonitis, Eunomio, Acacio, Vatimando, Maximo, Feliciano, Paſcentio, Petro à Bailardo, Serra, & Luthero.

Aetij vox ſuperba, & inſolentiſſima.

AGAPETAE.

16.

Agapetarũ hæreſim vel ſchiſma potiùs, ab Agape muliere Hiſpana, & Elpidio eius viro exortã eſſe, diu⁹ tradit Hieronym⁹, idq; Theodoſij I. Imp. & Siricij maximi Romanorum Pontificis ætate, circa annum Domini 395. Sic enim de his ad Cteſiphontem aduerſùs Pelagianos ſcribit: Quid ſibi volunt (inquit) miſeræ mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circũferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquàm ad ſcientiam veritatis peruenientes? & cæteri mulietculaeum ſocij prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, & quid loquantur? qui vetuſtiſſimum cœnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam? qui iuxta Ezechielem liniunt parietem abſque tempeeramento, & ſuperueniente veritatis pluuia, diſſipantur? Simon magus hæreſim condidit. Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos prępararet. Apelles Philomenen ſuarum comitem habuit doctrinarum. Monta-

2. Tim. 3. b

2. Tim. 4. a
1. Tim. 1. b

Ezech 13. b 22. f

Mulierculæ oneratæ peccatis, omnium ferè hæreſeon ſeminandarum adiutrices.

nus, immundi ſpiritûs prædicator, multas eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles & opulentas fœminas, primùm auro corrupit, deindè hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendā. Arrius vt orbem deciperet, ſororē Principis Conſtantij antè decepit. In Hiſpania, Agape Helpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſorem que ſuum Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago Epiſcopum, cui iuncta Galla non gente, ſed nomine, germanam huc illuc que currentem, alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem.

Agape mulier Hiſpana Helpidium virum ſuum decepit.

De hoc rurſùs ſchiſmate idem Hieronymus ſcribit ad Euſtochium, libro de cuſtodia virginitatis. in hunc modum: Pudet, inquit, dicere (proh nefàs) triſte, ſed verum eſt Vndè in Eccleſias Agapetarum peſtis introijt? Vndè ſine nuptijs aliud nomen vxorum? Immò, vndè nouum concubinarum genus? Plus inferam: vndè meretrices vniuiræ? Eadem domo, vno cubiculo, ſæpè vno tenentur & lectulo. Et ſuſpicioſos nos vocant, ſi hinc aliquid exiſtimamus. Frater ſororem virginem deſerit, cælibem ſpernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum. Et cùm in eodem propoſito eſſe ſe ſimulant, quærunt alienorum ſpiritale ſolatium, vt domi habeant carnale commercium. Huiuſmodi homines Salomon in Prouerbijs ſpernit, dicēs: Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?

Agapetarū hæreſis vnde irrepſit in eccleſias.

Prou. 6. d.

Rurſùs idem Hieronymus paulò ſuprà ibidèm: Hæ ſunt (inquit) quæ ſolent dicere: Omnia munda mundis. Sufficit mihi conſcientia mea. Cor mundum Deus ſolùm deſiderat Cur me abſtineam à cibis, quos Deus creauit ad vtendum? Et ſi quādò volunt feſtiuè & lepidè viuere, vbi ſe mero ingurgitauerint, ebrietati ſacrilegiū copulantes, aiunt: Abſit vt ego me à Chriſti ſanguine abſtineam. Et quam viderint pallentem atque triſtem, miſeram atque Manichæam vocant Et conſequenter, tali propoſito ieiunium, hæreſis eſt. Hæ ſūt, quæ per publicum notabiliter incedūt, & furtiuis oculorum nutibus adoleſcētium greges poſt ſe trahunt, quæ ſemper audiunt per prophetā: facies meretricis facta eſt tibi, impudorata es tu. Purpura tantū in veſte tenuis, & vt laxiùs crines dēcidāt, ligatum caput: ſoccus vilior, & per humeros hyacinthina læna forte volitans: ſuccinctæ manicæ, brachijs adhærentes, & ſolutis genibus fractus inceſſus. Hæc apud illas tota virginitas.

Agapetæ ab eſcis abſtinē tiam, ieiūia & nuptiarū connubia cō temnebant.

Here 3. b.

Ezech. 16 d

Denuò idem Hieronymus ad Oceanū de vita Clericorum: te, inquit, detrahentium morſibus tradidiſti, ſi Agapetarum cōſortium non dimiſeris. Hactenùs Hieronymus. Ex quo facilè colligere licet, quæ fuerit Agapetarum hæreſis. Ἀγαπητή nanque Græcè, Latinè Dilectam ſignificat. Qua voce diuus Paulus non minùs libenter, quàm frequenter vtitur. Qua vtiquè iſti abutebantur, ad prætexendum turpe commercium ſuum.

Agapetæ dilectam ſignificat.

AGARENI.

17.

Agareni, ab Agar Abrahę ancilla nominantur, licèt quidam ſectæ nomen eſſe aſſerant: falſa autem appellatione Saraceni dicuntur, quod non ex Sara eiuſdem Abrahæ vxore, ſed ex Agar prognati ſint. Hi porrò ſunt filij eorū, qui ex hac progenie nomen Chriſtianum per Apoſtolorum prædicationem amplexi fuerant. Sed à Mahomete per Sergium quendam pſeudomonachum decepto, ita dementati fuēre, vt vera pietate relicta, huius mendacijs & impoſturis inhæſerint, ſub Conſtante Imperatore, & Martino huius nominis primo Romano antiſtite, circa annum Domini 650 Et ità ſunt Chriſtiani abiurati, de Deo quidem aliquid credentes, ſed non vt Chriſtiani, vt qui Alcoranum (quem diuinorum mandatorū collectionem appellant) omnium errorum fœtura & colluuie refertum, cūctarumq; hæreſum abominationibus, fornicationum deniquè & vitiorum ſpurcitijs reſperſum, abnegato Euangelio, prorſùs ſequantur. Eſt enim ſubnotandum, omne hæreticorum cœnum, quod ſatan in alijs ſparsìm diſſeminauit, in Mahometē compræhenſum euomuiſſe.

Hi nūc vero nomine Turcæ appellantur.

Alcorani interpretatio.

Agareni negant Trinitatem in diuinis, cũ Sabellio hæretico.

Agareni itaque, cum ſuo ipſorum autore & Sabellio, negant Trinitatem in diuinis: dualitatem autem quandam ponunt, ſed quæ nihil honeſtum & diuinis dignum in ſeipſa valeat demonſtrare: quum totius alteritatis (ſic enim loquuntur) principium ſit. Supponunt n. diuinã eſſentiã, & eius animam. Vndè Mahometes in Alcorano inducit Deum pluraliter loquentem, vt hinc videatur ipſa anima Dei & Chriſtus ipſe, alterius eſſe à Deo ſubſtantiæ, minoris eſſentia Dei, & ei ſubditæ: accedens vtiq; in his Arrij & Eunomij falſæ opinioni idem aſſerentium Dicit enim, Chriſtum excelſam quandam eſſe creaturam, adeò vt omnes alias excedat atque ſuperet creaturas. Hæc autem opinio ex Platonicis nata eſſe videtur, qui ſummum Deum patrem omnium & creatorem ſupponunt, ex quo quandam mentem primùm defluxiſſe aſſerunt, in qua dicunt omnes eſſe rationes entium, omnibus quidem excelſiorem: quam & paternam mentem appellant. Poſt hanc autem, eſſe mundi animam, ex qua deindè reliquæ creaturæ emanârũt. Quæ igitur de filio Dei in ſcripturis ſacris dicuntur, hæc illi ad eã mentẽ referunt: idq; maximè, quòd diuina ſcriptura filium Dei, & ſapientiam & verbum Dei appellat. Cui opinioni accedit & Auicenna, qui ſupra primum cælum primam ponit intelligentiam, quæ primum cælum moueat, vltra quam in ſummo Deum reſidere aſſerit. Ex quo quidem & Arriani anſam arripuêre exiſtimandi filium Dei creaturam eſſe, quæ reliquas omnes excelleret creaturas: eoq; mediante, Deum creâſſe omnia: Vndè & Mahometes cum ſuis Agarenis fatetur Chriſtum fuiſſe ſanctiſſimum hominem, & virtute præ cæteris præſtantiſſimum. Clarum autem quid in eo dicit eſſe ſupra hominem. Appellat enim eum verbum Dei, & ſpiritum Dei, & animam Dei, Deum autem verum dici, omninò ridiculum putat.

Dicũt Chriſtum, creaturam eſſe, cũ Arrio & Eunomio.
Platonicorum inſcitia.
Paterna mens.
Anima mũdi.
Auicennæ error.
Arrianorũ lapſus ex opinione Auicennæ.

Negãt Agareni, Deum habere poſſe filium.

2. Affirmant item Agareni, fieri non poſſe Deum habere filiũ, propterea quòd vxorem non habeat. Nam ſi Deus (inquiunt) haberet filium, omnis res iam eſſet in periculo, tanquàm futura indè ſeditio, & neceſſariò inter eos ſchiſma oboriturum: in his quidem cum Iudæis & Cerdone hæretico conſpirantes.

Item Chriſtum à Iudæis non eſſe in crucẽ coniectũ.

3. Addunt præterea neque à Iudæis CHRISTVM fuiſſe interemptum, neque crucifixum: ſed alium quendam illi ſimillimum. In quibus conſentiunt cum Manichæis. Aiunt autem DEVM ad ſeipſum CHRISTVM aceeſſiſſe, & rurſus ſub mundi finem apparîturum, & interempturum Antichriſtum: poſt hæc verò CHRISTVM moriturum. Itaque, cùm ij paſſionem negant, negant & omnia Eccleſiæ myſteria, quæ à Dominica paſſione efficaciam naneiſcuntur: in quibus, vt Donatiſtæ, ſentiunt. Qui horũ mendacia, fabulas, & impoſturas amplius nôſſe voluerit, videat infrà in Mahomete & Sergio pſeudomonacho, & libello quem Ricoldus ordinis Prædicatorum contra ſectam Mahometicam edidit.

AGINNENSES.

18.

AGinnenſes hæretici cum Tatianis, Encratitis, Manichæis, Montaniſtis, Hierarchitis, Aerianis, Catharis, Priſcillianis, & alijs compluſculis, eſcas abominabantur vt immundas, ad deſtruenda contemnendaq; Dei opera, hunc talium creatorem eſſe denegantes Emerſerunt autem Iuſtiniani huius nominis ſecundi, & Sergij primi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 694.

Aginnenſes eſcas & nuptias abominantur.

1. Hi etiam execrabiles & ſpurcas nuptias appellabant, earum creatorem iniuria afficientes, dum matrimonium quaſi per ſe malum damnabant, & à nuptijs (vt a malo auctore inſtitutis) abſtinebant, abhorrebantq;.

2. Nuptias etiamnum vnas improbabant cum Gnoſticis, Cerdonianis, Saturnilianis, Marcioniſtis, Lucianiſtis, Seuerinianis, Adamianis, Apoſtolicis, & Origenianis primis, qui etiàm Euſtathium ſunt ſecuti, & in Synodo Gangrenſi condemnati fuêre: ſuam illi ſuſtulcientes hæreſim, tam turpibus adeoq; ſpurcis, & in Deum blaſphemis rationibus, vt graue etiàm nobis foret, eis recenſendis caſtas lectorũ aures polluere. Contra hos canone 50. A-

poſtolorū dicitur: Si quis nuptijs abſtinuerit, non quò mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus quòd maſculum & fœminā Deus creauit homines, & ità Dei creationem infamans & calumnians, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia eijcitor. Nam (vt non minùs eruditè, quàm copioſè & luculenter docet doctus ille Claudius Eſpencæus Theologus Pariſienſis in 4. ca. prioris epiſt. ad Timoth.) Chriſtiani non prohibent nubere: etſi nubere nolentes, ad virtutis celſitudinē ſectandā hortantur, & veluti virtutis dignioris merita proponūt, & nubere quaſi rem impuram prohibentes arcent ſeu coercent. Aliud ſanè eſt prohibere, aliud ſuæ voluntatis dominium relinquere. Paulus itaq; caſtitatem & abſtinentiam ità prædicat, vt nec naturam, nec creaturam damnet. Ad ea fortiores hortatur, coniugium concedit infirmis. Omnis autem qui nuptias damnat, caſtitatis inimicus eſt, non amator, dum & continentibus laudem tollit, & incontinentes, ſublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire diſcrimen.

Gen. 1. d.

Claudius Eſpencæus, vir doctus.

AGNOETAE. 19.

AGnoetarum hæreſis à Teophronio quodam, genere & patria Cappadoce, primùm cœpta eſt Valentiniani Cæſaris & Liberij maximi Rom. Pontificis temporibus circa annum Domini 365. Qui cùm ab Eunomio hæretico (vt author eſt Nicephorus lib. 12. cap. 30.) in contentioſa diſputandi ratione edoctus eſſet, ſectatoribus eius ſe coniunxit. Deinde popularium ſuorum odio expetitus, quòd in magiſtri ſui doctrina acqueſcere nolens, ad ineptam & inſanam prolapſus eſſet abſurditatem, reiectus ab eis eſt. Quòd nanq; curioſus maximè eſſet, ex nominibus quæ in ſacris ſcripturis poſita ſunt, collegit, quòd Deus id quod non extat, præſciens, id autem quod extat, ſciens, atq; id quod extitit, memoria tenens, non eodem ſemper modo ſe habeat: vtpotè qui cognitionem transferat ad præſentia, ad futura & ad præterita. Atque eā ob rem repudiatus, conuentus ſuos ſibi ſeorsim cogens, ſub nomine ſuo hæreſim inſtituit.

Ineptiæ & abſurditates Theophronij, ducis Agnoetarum.

Theophronius ſe ab Eunomio ſeiungit, & ſectam propriam inſtituit.

Hæc porrò ſecta (eodem dicente Nicephoro, li. 18. cap. 50.) tempore Valentis Imperatoris, quo inuēta fuerat, extincta quidem fuit: ſed imperante Mauricio, a Seuero quodam Acephalo & Philopono Alexandrino Grammatico, atq; Theodoſio Alexandriæ Patriarcha, in apertum rurſùs producta, plebem imperitam maximè depaſta eſt. Quo effectum, vt eius ſectatores non ſolùm Agnoetæ, ſed & Seueritæ cognominati ſint.

Agnoetæ & Seueritę idē.

Hi verò dicebant, Deum quidem verbum omnia nôſſe: humanitatem autem, ſecundùm ſubſiſtēriam ei vnitam, multa ignorare: Neſcire ſanè horā & diem mundi totius conſummationis, vtpotè patre minorem, propterea quòd in Euangelio ſecundùm Matthæum & Marcū dicitur: De die autem illa & hora nemo nouit, neq; ipſi angeli in cælis, neq; adeò filius, præterq̄ pater ſolus. Itaq; cum huiuſmodi vocibus, primùm Arrius, & Aetius, & Eunomius hæreſiarchæ, & deinceps alij progreſſi, imperitè ſimul & impiè proloquuti ſunt, alterius eſſe naturæ patrem, alterius filium. Et illum quidém principio carentem, hunc autem creaturam, qui temporale principiū ſumpſerit, minus per omnia patri æqualem: Id verò per manus acceptum Theophronius philoſophus (hūc idem Nicephorus Themiſtium appellat) magìs etiàm confirmauit & defendit. Liceat autem hæreſim hanc, riuum quendā Arriani dogmatis dicere. Ac veteres quidem eius authores, quum pietas reluxiſſet atq; inualuiſſet, vnà cum inuento ſuo diſperierunt. Eo verò ipſo tempore, Seueritæ malum id magnoperè propagârunt. Non lōgè autem poſt, id rursùm euanuit, & hęreſis ea ignorantię profundo immerſa eſt. Hactenùs Nicephorus.

Agnoetarū hæreſis.

Matth. 24. b
Marc. 13 d

Theophronius, qui & Themiſtius.

Hi & Contobalditæ, à loco quodam nomine hoc ſumpto, & Theodoſiani à Theodoſio quodam hæretico, de quo dicetur infrà, quòd eum potiſſimùm conſectati ſunt, appellantur: ſed poſteà ab illo, anathemati ſubiecti ſunt. Ità vt ignorantiæ hæreſis intercidens, ignorantiæ tandem mandata ſit. Ab ignorantia quippe ea ratione dicuntur, quòd (teſte Iſidoro)

Contobalditæ, ſeu Theodoſiani, idē quod Agnoetæ.

Agnoetæ ab ignorantia dicti.

per

peruerſitati,à qua exorti ſunt,id adijciũt, quòd Chriſti diuinitas ignoret futura, qua ſunt ſcripta de die & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonã, in Iſaia ſic loquentis. Dies iudicij in corde meo.

Iſa. 30.

AGRIPPINIANI. 20.

Agrippiniani rebaptizandos cenſebant eos, qui ab hæretica prauitate deciſcentes,ad eccleſiam remeâſſent.

AGrippiniani, ab Agrippino Carthaginenſ. epiſcopo exorti ſunt. Galieni Imperatoris, & Stephani I. maximi Roman. Pontificis temporibus, circa annũ Domini 210. Hi(teſte Cypriano, qui & ipſe in ea tunc erat ſententia, libro quem de hæreticis baptizandis edidit) rebaptizandos cenſebant eos, qui ab eccleſia catholica deficientes ad hæreticos, ab ijs tandèm,ſana mente recepta, ad eandẽ rediſſent eccleſiam:contra illud agentes, quod à Romana eccleſia traditum fuerat, nimirùm hæreticos cum ad eccleſiam redire vellent,ſola manûs impoſitione,non retinctione,debere purgari. Horum porrò ſententia ab eadem eccleſia Romana reiecta fuit,quam D. Auguſt.in opere contra Donatiſtas,refellit,idq; potiſſimum li. 3.6.& 7.

De hac hæreſi ſic ſcribit doctus ille & pius Vincentius Lirinenſis, libro quẽ pro catholicæ fidei antiquitate & veritate aduerſùs prophanas omnium hæreſeôn nouitates ante annos mille conſcripſit, in hunc modum:Mos, inquit,iſte ſemper in eccleſia viguit,vt quo quiſq; foret religioſior,eo promptiùs nouellis adinuentionibus contrairet. Exempla talibus plena ſunt omnia Sed nè longum fiat,vnum aliquod & hoc ab apoſtolica potiſſimũm ſede ſumamꝰ,vt omnes luce clariùs videãt, beatorum Apoſtolorum beata ſucceſſio quanta vi ſemper, quanto ſtudio,quanta contentione defenderit ſuſceptæ ſemèl religionis integritatem.

Mos eccleſiæ nunquã mutandus.

Quondàm igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginẽſis epiſcopus, primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuerſalis eccleſiæ regulam,contra ſenſum omnium conſacerdotum, contra morem & inſtituta maiorum, rebaptizandum eſſe cenſebat.

Agrippinus Carthaginẽſ. epiſcopus,iterãdi baptiſmatis author.

Quæ præſumptio tantum mali inuexit, vt non ſolùm hæreticis omnibus formam ſacrilegij,ſed etiàm quibuſdam catholicis occaſionem præbuerit erroris. Cùm ergò ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquauerſùm ſacerdotes ꝓ ſuo quiſq; ſtudio reniterentur, tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apoſtolicæ ſedis antiſtes,cum cæteris quidem collegis ſuis, ſed ille tamen ꝑ cæteris reſtitit: Dignum ſe (vt opinor) exiſtimans,ſi reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci authoritate ſuperabat. Denique in epiſtola quæ tunc ab eo in Aphricam miſſa eſt,idem his verbis ſanxit,Nihil nouandum eius quod ſemèl traditum eſt. Intelligebat enim vir ſanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere,niſi vt omnia,qua fide à patribus ſuſcepta forent, eadem fide filijs conſignarentur: noſque religionem non quà vellemus ducere, ſed potiùs quà illa duceret,ſequi oportere:idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à Maioribus accepta ſeruare. Quis ergò tunc vniuerſi negocij exitus? Quis vtique, niſi vſitatus & ſolitus? Retenta eſt ſcilicet antiquitas,explosa nouitas. Nam donante Deo, concilij Aphricani, in quo hæc decreta fuerant, vires nullæ fuêre: ſed vniuerſa tanquàm ſomnia,tanquàm fabulę,tanquàm ſuperflua,abolita,antiquata,calcata ſunt: licèt tanta vis ingenij tunc adeſſet, quæ nouitiæ adinuentioni patrocinia ferret, tanta eloquentiæ flumina, tantus Aſſertorum numerus, tanta veri ſimilitudo, tanta diuinæ legis oracula,(ſed planè nouo ac malo more intellecta) vt mihi omnis illa cõſpiratio nullo modo deſtrui poſſe videretur, niſi ſolam tanti moliminis cauſam ipſa illa ſuſcepta, ipſa defenſa, ipſa laudata nouitatis profeſſio deſtituiſſet. Et ô rerum mira conuerſio, Authores eiuſdem opinionis, catholici: confeſſatores verò,hæretici iudicantur. Abſoluuntur magiſtri, condemnantur diſcipuli. Conſcriptores librorum, filij regni erunt: aſſertores verò gehenna ſuſcipiet. Nam quis illud ſanctorum omnium & epiſcoporum, & Martyrum lumen, beatuſ-

Stephanus Papa.

Hæc epiſtola,inter D. Cypriani opera eſt,lib. epiſt.2.numero 7. cuius initium eſt: Quanq̃ benè ſibi conſcius animus Digna quidem lectu, vrq̃ erudita ſi,& anti quam illam Romanæ eccleſiæ grauitatem ſpirans & redolens.

Hæreſum authores,aliquandò catholici efficiuntur: conſectatores verò eorundem, hæretici indicantur.

riſſimum Cyprianum cum cæteris collegis ſuis, in æternum dubitet regnaturum eſſe cum Chriſto? Aut quis contrà tam ſacrilegus, qui Donatiſtas & cæteras peſtes, quæ illius authoritate concilij, rebaptizare ſe iactant, in ſempiternum neget arſuros eſſe cum diabolo? Quod quidem mihi diuinitùs videtur promulgatum ... e iudicium, propter eorum maximè fraudulentiam, qui cùm ſub alieno nomine hæreſim concinnare machinentur, captant plerunq; veteris cuiuſpiam viri ſcripta paulò inuolutiùs edita, quæ pro ipſa ſui obſcuritate, dogmati ſuo quaſi congruant: vt illud neſcio quid quodcunq; proferũt, neq; primi, neque ſoli ſentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico: vel eò quòd hæreſeos venenum propinare alijs non pertimeſcunt: vel eò etiàm, quòd ſancti cuiuſquam viri memoriam, tanquàm ſopitos iam cineres, prophana manu ventilant: & quæ ſilẽtio ſepeliri oportebat, rediuiua opiniõe diffamãt, ſequẽtes omninò veſtigia authoris ſui Cham, qui nuditatẽ venerãdi Noe, non modò operire neglexit, verùm quoque irridendam cæteris enunciauit. Ex quo tantam læſæ pietatis meruit offenſam, vt etiam poſteri ipſius, peccati ſui maledictis obligarentur: beatis illis fratribus, longeq; diſſimilibus, qui nuditatem ipſam reuerendi patris neq; ſuis temerare oculis, neq; alienis patere voluerunt: ſed auerſi (vt ſcribitur) texerunt eum: quod eſt erratum ſancti viri nec adprobaſſe, nec prodidiſſe: atq; idcirco beata in poſteris benedictione donati ſunt. Hucuſq; Lirinenſis. De qua hæreſi vide plura in Anabaptiſtis, Donatiſtis, Manichæis, Montenſibus, Circumcellionibus, Parmenianiſtis, & Petro de Bruis, in Gallia huiuſce peſtiferæ hæreſeos duce & primo inuentore.

Hæreticorũ vafricies & germana deſcriptio.

Filij Cham, recte hæretici appellati.

Gen. 9 d.

AIRANI. 21.

Airas (à quo Airani ſeu Airaniſtæ) eorum dux fuiſſe traditur, qui tẽpore Valentiniani, Gratiani, & Valentis Imperatorum, & Damaſi ſummi Romanorum pontificis, circa annũ Domini 377. Spiritus ſancti conſubſtantialitatem cũ P... chionio, Telemacho, Fauſto, Aſclepiade, Amãtio, Cleopatro, Artianis epiſcopis, impugnabant. De qua re ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. cap 30. Tempore, inquit, Valentiniani, qui occidẽtalem partem Imperij Romani adminiſtrabat, & qui ſingulatem maximè erga Deũ pietatem obtinebat, decretaq; Nicena flagranti amore amplexabatur, quæſtio multa, ſicuti & anteà, per Aſiam & Phrygiam orta eſt, An ſpiritum ſanctum ὁμοούσιον, id eſt, conſubſtantialem patri & filio profiteri oporteret. Et tanta hac de quæſtione erat verborum contentio, vt non minoris momenti ea haberetur, quàm quæ anteà de DEO verbo fuerat. Nam quidam inæqualem, quidam autem conſubſtantialẽ eſſe contendebant, ſicuti & filium. Atque in eo ſolo parti vtrique conueniebat, q ſpiritum ſanctum adminiſtrum diceret: at ordine tertium, honoreque, & ſubſtantia alium eſſe confirmarent. Erant contrà, qui quod de filio opinabantur, idem quoque de ſpiritu ſancto ſtatuebant: & quemadmodùm filium eiuſdem ſubſtantiæ, & eiuſdem honoris & eiuſdem gloriæ cum patre colebant, ſic etiàm de ſpiritu ſancto, patri & filio ὁμοούσιον, id eſt, cõſubſtantialem prædicantes, profitebantur. Pro hac opinione fortiter apud Syros Apollinaris Laodicenſis epiſcopus, in Aegypto magnus Athanaſius adhuc ſuperſtes, apud Cappadoces verò & eccleſias Ponti Gregorius & Baſilius decertârunt.

Ingens altercatio de ſpiritu ſancto, an patri filioq; ſit conſubſtantialis, an non.

Hac ipſa quæſtione, ſicuti dixi mota, cùm de ea ingens contendendi ſtudium increbuiſſet, Valentinianus pro inſigni ſua in Deum pietate, quod diceret, non habebat. Quibus autem talia credita eſſent, cis vt quid facto opùs eſſet, proferrent & ſtatuerent, conceſſit: ità vt nihil prorsùs ſiue melius ſiue deterius ſibi de rebus eccleſiſticis præcipiendum, neq; noui quidpiam præter ea quæ ſemèl cõſtituta ſunt, introducendum duxerit. Excedere nanq; talia exploratione ſiue cognitionem ſuã putauit: quamuis alioqui Princeps optimus eſſet, & rebus ipſis Imperio ſe idoneum eſſe declarârit.

Valentinianus Imp. eſ quæſtionẽ ſolis viris eccleſiaſticis decidendã commiſit.

Quo cognito, qui tum eccleſiam Romanam adhuc gubernabat, Liberius, finitimis Epiſcopis Principis iuſſu conuocatis, Orientalibus ſcripſit eccleſijs, vt Trinitatem eiuſdem ſubſtantiæ & eiuſdem glo-

riæ deprædicarent. Quod factum, vtpotè re ſemel à Romana eccleſia ritè & ordinè dijudicata, vt quiſque quietus eſſet, effecit. Et quæſtio de ſpiritu ſancto debitum finem conſecuta, diuturnæ verborum cõcertationi modum impoſuit.

In Illyrico conuentus actus à Liberio papa, ꝓpter hanc quæſtionē.

Eadem porrò ſynodus etiàm fidem Nicenam authoritate ſua roborauit in hunc modum: Profitemur iuxta ſententiam magnæ & orthodoxę, rectéque ſentientis Synodi, conſubſtantialem eſſe patri filiũ. Oportet & ſpiritum ſanctum eiuſdẽ ſubſtantiæ perſuaſum habere. Qui autem aliter ſentit, eum alienum eſſe a conſortio & communione noſtra iudicamus: quod quidem ſalutare decretum, & deliberationem ſeu ſanctionem adorandam, polluere nonnulli voluerunt. Proindè ſciẽdum venit, nos conſubſtantiale non ità accipere, ſicut & olìm quidam, non verè ei ſubſcribentes, expoſuerunt: & nunc alij, patres illos vocantes, ac vim ſententiamque verbi abolentes, literamque ſequentes, intelligunt per conſubſtantiale æquale ſignificari, quatenùs nulli reliquarum per eum factarum creaturarum filius ęquiparandus, ſoli patri ſimilis atque æqualis ſit. Qui enim hoc ità exponunt, præcipuam creaturàm eſſe impiè filium Dei docent. Sed nos, ſicuti & nunc Romanæ & Gallicę ſynodi, ſentimus vnam & eandem eſſe ſubſtantiam Patris & Filij & ſpiritùs ſancti in tribus perſonis, hoc eſt, in tribus perfectis ſubſtantijs. Profitemur verò, iuxta formulam Nicenam, filium Dei, conſubſtantialem, incarnatum eſſe ex ſancta virgine Maria, & in hominibus habitàſſe, & impleuiſſe omnem pro nobis ſunctionẽ in natiuitate, & paſſione, & reſurrectione, & in cælos aſſcenſione: Eundemq; rediturum, vt nobis retribuat ſimilitudinẽ diuinam à ſeipſo iuxta vitam cuiuſque, in die iudicij carnem ſpectabilem & diuinã virtutem ſuam exhibentem. Itaque qui Trinitatem conſubſtantialem non prædicant, anathema ſint. Et ſi quis cum eis communionem habere compertus fuerit, anathema ſit. Trinitatem autem conſubſtantialem prædicantibus, regnum cælorum præparatum eſt. Hæc Nicephorus. Hi porrò cum Arrianis, Macedonianis, Eudoxianis, & compluribus alijs in erroribus concurrunt. quarè vide plura in eorum titulis.

Expoſitio verbi Conſubſtãtialis in concilio 2. Conſtãtinopoli habito.

Damnantur Conſubſtantialis S. Trinitatis oppugnatores.

ALBANENSES.

22.

Albanenſes inter reliquos qui ab orbe condito extitère diuinæ doctrinæ corruptores, fuerunt ſceleratiſſimi, cum Baiolenſibus & Concordenſibus in varijs erroribus conuenientes, licèt in aliquibus (vt author eſt Antoninus 4. parte Summæ, tit. 11. cap. 7) diſſiderent. Emerſerunt autem Conſtantini ſexti Imperatoris, & Leonis tertij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annũ Domini 796. Horum præcipuæ hæreſes fuerunt huiuſmodi:

Albanenſiũ hæreſes.

1. Duo inprimìs conſtituebant rerum principia, cũ Gnoſticis, Apelle, Machæo, Carpocrate, Cerdone, & Seuero, vt in ſuis locis videre eſt: vnum quidem bonum, à quo bona omnia: alterum malum, à quo omnia mala profluxiſſe dicebãt, & quod, cùm malignum eſſet, in ſua malignitate mundum feciſſet. Et ea ratione duo ſcripturæ Teſtamenta, à duobus dijs illis proceſſiſſe blaterabant. Vetus quidem omninò reſpuentes, quòd à malo principio factum fuiſſe aſſererent, & propterea malum etiàm fore: Nouum autem inſtrumẽtum à bono Deo, cuius conditorem prædicabant, fuiſſe patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, nõ autem illum, qui veteris Teſtamenti fuiſſet author.

Duo dij, bonus & malus.

Veteris Teſtamenti impugnatio.

2. Dicebant præterea, Deum non creare animas nouas, nec eas infundere in corpora humana, ſed illas tranſmigrare de corpore in corpus: adeò quidem, vt poſt vnius hominis mortem, illius anima ad aliud corpus vegetandum atq; fouendũ tranſiret: in hoc cum Pythagoræis conſpirantes, qui inter primos philoſophos in ea fuerunt ſententia. Eandem hæreſim amplexati ſunt Albigenſ. hæretici, vt infra videbitur.

Pythagoræ opinio.

3. Item Chriſtum non pertuliſſe veras hominis pœnalitates, atque illum Deum eſſe, neque de virgine carnem ſumpſiſſe, ſed eam quam habuit, de cælo duxiſſe, neque illum fuiſſe verum hominem, nec verè comediſſe, nec in cruce paſſum fuiſſe,

Errores erga Chriſti humanitatẽ

nec mortuum, neque reſurrexiſſe, neque in cælos aſſcendiſſe.

4. Rursùs reſurrectionem corporum non eſſe, ſed vniuerſale iudicium iam factũ, nec aliud vlteriùs eſſe futurum.

5. Ante Chriſti aduentum nullos bonos fuiſſe, ideoq; Adamum non fuiſſe à Deo, nec Moſen, immò eum malum extitiſſe.

6. Nullam prætereà baptiſmo virtutem tribuebant, eum dicentes nullius eſſe efficaciç. Albigenſes autem illum protsùs reſpuebant.

Cõtra Chriſti eccleſiã. 7. Dicebant etiàm Albanenſes malam vitam prælatorum, ſubdito & ſacramento obeſſe: nullum malum, poſſe fieri epiſcopum: eccleſiam non poſſe niſi in communi poſſidere: neque poſſe excommunicare, neque debere malos perſequi, neq; facere poſſe conſtitutiones.

8. Non eſſe alias inferni pœnas, quam illas, quas in hoc mundo & perpetimur & experimur.

Contra ſacramenta, & peccatũ originale. 9. Sacramentum altaris, & extremæ vnctionis, & peccatum originale nihil eſſe. Quam ob cauſam paruulos nullum originale peccatum habere, cum Pelagio & Armenis dicebant, indeq; adeò illos baptiſmo non egére.

Contra liberum arbitrium. 10. Item peccatum non proficiſci à libero arbitrio: immò nullũ eſſe hominis arbitrium, nullumq; hominem poſt peccatum commiſſum confiteri nec poſſe, nec debere.

11. Infernum & Purgatorium nihil eſſe.

12. Bonum Deum viuificare, & non occidere: malum verò Deum, viuificare & interimere corpora.

Cõtra illud, Mũdus tráſibit & figura eius, 1 Iohã. 2. 6. 13. Mundum ſemper fuiſſe, nec vnquam deſiturum, ſed ſemper hoc in ſtatu permãſurum.

14. Dicebant quoque, materiam elementorum, ex qua mundus factus eſt, à Deo factam non eſſe, ſed ipſi Deo coæternam. Cuius erroris authores fuiſſe Seleucũ quẽdam, à quo Seleuciani: & Hermiam, à quo rursùs Hermiani, vt refert Auguſtinus libro de hæreſibus, ca. 59.

Contra Dei præſcientiã, & matrimonium. 15 Item Deum nõ præſcire ex ſe aliquod malum, ſed per aduerſarium ſuum, videlicet dæmonem.

16. Prædicabant etiàm, matrimoniũ malum eſſe.

17. Vſuram non eſſe prohibitam, nec quẽquam ad reſtituenda ablata teneri.

18. Hominem ex ſe poſſe dare ſpiritum ſanctum.

Contra iũramentum. 19. Chriſtianis ità eſſe interdictum iuramentum, vt nuſquàm illis iurare liceat. De his vide plura in Albigenſibus, titulo ſequenti, qui & ipſi in omnibus his erroribus cum illis conueniunt.

ALBIGENSES, VEL *Albiani, ſiue Albigeſei, aut Albij.* 23.

Albigenſium hæreſis (vt author eſt Cæſari⁹ Ciſtertienſ. 5. diſt. dialog.) temporibus Friderici II. Cæſaris Germani, & Innocentij Papæ III. anno Domini 1216. inuidia diaboli tam validè cœpit pullulare & excreſcere in Comitatu Toloſano, vt omne triticum fidei gentis illius, verſum videretur in lolium erroris. Intantumque illorum error inualuit, vt breui interuallo tẽporis infecerit mille propemodùm ciuitates: adeò quidem, vt ſi gladijs fidelium repreſſus non fuiſſet, breui temporum interſtitio vniuerſam Europam corrupiſſet. Sed in eòs, crucis etiam per totam Franciam, prędicatione Iacobi de Vitriaco, indicta promulgatione tot ſyncera pietate armati potiùs quã alia defenſione Chriſtiani conuenère, vt ductu Comitis à Monteſorti, bello aduerſùs eos inito, & Biterris, Carcaſſone, Albij, & quibuſdam alijs circũ oppidis occupatis, tãta eorum ſtrages tandem facta ſit, vt de eorũ exercitu ad ſeptuaginta millia pugnatorũ cũ Petro Tarraconenſium rege, eorum auxiliario, corruerint: idq; anno Domini 1213 17. calend. Auguſt. regni Philippi Auguſti cognomẽto à Deo dati, 35. Albigenſes etiàm ad ſuppetias ſibi ferẽdas Memelinum potentiſſimum regẽ Aphrorum de Marioch (vt author eſt Antoninus 3. parte Spe. hiſt tit. 19 ca 1. & Vincẽtius 30. lib. Spe. hiſt) inuitauerant: qui ſanè cũ tam incredibili tamq; inaudita copiarũ multitudine ex Aphrica in Hiſpaniam appulit, vt totã Europam ſe obtinere poſſe ſperaret: Adeò quidem, vt Innocentio Papæ ſe ſuos quos in porticu eccleſiæ.

Tarraconẽſium Rex in bello Albigenſ. occiſus

Memelinus Aphrorum rex potẽtiſſimus, Albigẽſibus auxilium præberet bello petit.

D. Pe-

D. Petri ſtabulaturum, & in eius faſtigio vexillum ſuum fixurum minitabundus mandaret. Quod profectò maxima ex parte impletum tradũt hiſtorici: ſed tandèm eius exercitu penè omninò à Catholicis profligato, cùm ipſe in Siciliam tranſiſſet, ex dolore deperditæ victoriæ mortuus eſt, & ipſius vexillũ pręcipuum in bello captum, Innocẽtio tranſmiſſum eſt, & in prædicta eccleſia ad Chriſti gloriam erectum. Vbi quidem ſe fortiſſimũ præſtitit illuſtriſſimus ille & Chriſtianiſſimus Simon à Monteforti, cum Toloſenſ. Nemẽſenſ. Baiocenſ. Lodonenſ. Agathanenſ. Bitricenſi, Conuenarum & Narbonẽſi epiſcopis, abbatibusq; de Claraco, Villa magna, & ſancti Tiberij, & diuo Dominico, non armis, ſed diſputatiõibus & prædicationibus munito. Adeò quidem, vt centum millia hæreticorum ab octo millibus catholicis ſuſa & interfecta fuiſſe perhibeantur. Ex quibus cùm multi capti fuiſſent, eijsq; optio data eſſet, vt quicunque hęreſim abiuraret, liber recederet, centum octoginta ex his obſtinati, comburi potiùs quàm ab opinione, quam ſemèl conceperant, recedere maluerunt. In prędicationis verò officio & hæreſis extirpatione, B. Dominicus in illis regionibus 10. annos conſumpſit, reliquis ad propria remeantibus.

Simon à Monteforti vir Chriſtianiſſim9, victoria potitur aduerſus Albigenſes.

Hæreticorũ pertinacia.

Antequàm verò eorum errores enumeremus, eſt inprimis aduertendum, huius hæreſis hæreſiarchas & duces, quædã ex dogmate Manichæi collegiſſe: quædã ex erroribus, quos in Periarchon ſcripſiſſe fertur Origenes, plurima etiam de ſuo ficta adieciſſe.

Albigenſiũ hæreſes deteſtandæ.

1 Illi ergò duo credebant cum Manichæo principia, Deum videlicet bonum & malum, id eſt, diabolum, quem dicebant omnia creare corpora, ſicut Deum bonum omnes animas.

2 Corporum reſurrectionem cum Saducæis negabãt, vtpotè quòd opinarentur animã hominis ſic in morte cũ corpore perire, vt nuſquàm poſteà redeat.

3 Quicquid beneficij mortuis à viuis impenditur, irridebant, nullum nec infernum, nec Purgatorium pro defunctis eſſe arbitrantes.

4 Eccleſias adire orationis cauſa, vel in eis orare, nihil prodeſſe dicebant.

5 Baptiſmum prorsùs abijciebãt, velut inutilem & ſuperuacaneum.

6 Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti blaſphemabant, ipſius corpus nõ aliter in pane, quàm in alijs rebus eſſe cenſentes.

7 Dicebant quoque animam hominis ſecundùm eius meritũ per diuerſa tranſire corpora, etiàm animalium & ſerpentum, ſi malè vixiſſet: ſi verò probè, in alicuius principis, vel alterius illuſtris perſonæ corpus tranſmeare.

Albigenſiũ furor & impudentia, noſtri ſeculi hæreticis perſimilis.

Eò verò tandèm ipſorũ malitia, amentia, furor, temeritas, impudentia, atq; diuini timoris ſuique obliuio accreuit, vt cum vrbis Biterrenſis à Catholicorũ exercitu obſidione vallaretur & expugnaretur, in qua illi detenti erãt, ſacrum Euangelij codicem arripientes, & ſuper illũ mingentes, de muro contra Chriſtianos proijcerent, & ſagittas in eum detorquẽtes, clamarent in hunc modum: Eccè lex veſtra miſeri. Traditur etiam, eorum quendã Toloſæ in odium Chriſti & confuſionem fidei, iuxta altare maioris eccleſiæ ventrem ſuum purgàſſe, & palla altaris ſuam fœditatem detterſiſſe. Alios ruſſùs ſuper altare ſcortum poſuiſſe in conſpectum crucifixi: cumque eo abuſi fuiſſent, poſteà ipſam ſacram imaginem indè detraxiſſe, eiq; brachia præcidiſſe, & collo fune alligato, illam per plateas vrbis intolerandis cum blaſphemijs traxiſſe. Hæc ſunt hæreticorum inſignia & tragœdiæ.

ALEXANDER BAVcalis presbyter, *Arrianæ hæreſis primus author.* 24.

Alexãder Baucalis Arrianæ diſſenſionis primus author habitus eſt, Conſtantini Magni Imp. & Syluestri maximi Romanorũ Pontificis tẽporibus, circa annum Domini 315. De qua re ſic ſcribit Nicephorus Eccleſi. hiſt. libro 8 cap 5 Cùm Conſtantini ſtudium in hoc totum incumberet, vt religio Chriſtiana in dies ſemper & in rebus omnib9 augmẽta ſua caperet, & apud omnes nationes vbique confirmata ſtabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem creſce-

Tranquillitatem floręntemq; rei Eccleſi-

afflictæ ſtatũ importunitate ſua hæretici perturbant.

ret, pacem & quietem tantam inteſtinum turbauit bellum. Nugæ nanque & diſputationes contentioſæ, veram pietatem ꝓfeſſamque diuini numinis cognitionem prætexentes, de quibus antea quæſitum non fuerat, ea in quæſtionem deduxerunt, eaque re ingentes turbas in eccleſijs concitârunt. Siquidem generis noſtri peſtis, improbusque prorsùs & exitioſus hoſtis, nauim eccleſiaſticam tam placidè ſecundis ventis ferri, & ab vniuerſitatis huius Deo gubernari videns, ferre id non potuit: & graue moleſtumque ſibi eſſe putauit, niſi ſubmergendam eam curaret, quę tam ſecurum citra prauorum dogmatũ fluctus & procellas teneret curſum. Vt enim Græcæ ſuperſtitionis præſtigias proculcari, doloſosque laqueos eius in apertum protrahi, & manifeſtò argui atque conuinci, & creaturam quidem (vt antehàc) amplius non coli, creatorem verò eius, ſicuti conuenit, laudibus vehi & adorari animaduertit: apertum rurſùm contra Deum mouere bellum poſthabuit, & dolorem clandeſtinè admodùm & fraudulenter aggreſſus eſt. Repertis nanque quibuſdam, qui Chriſtianam quidem ꝓfiterētur fidem, arrogantia autem inaniq́ue vanæ gloriæ ambitione & dominandi cupiditate quaſi intemperijs quibuſdã agerentur, eis ipſis veluti inſtrumentis adinuentionis fraudisque ſuæ vtens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem & ſeductionem: vt conditor ſcilicet rerum omnium Deus, creaturis ipſis exæquatus & connumeratus, creatura rurſùs quemadmodùm anteà adorare.tur, cultusq́ue diuinus adorationi illius ſimilis fieret. Verùm vnde, quóve modo, & per quem zizania hæc ſata ſint, vt potero, exponam.

Diabolus idololatriæ author & ꝓpugnator.

Ea igitur tempeſtate Arrius quidã erat, in rationem quidem ſacri ordinis relatus, ſed qui cùm inter presbyteros primas teneret, verbo veritatis cum Melitio hæreſiarcha prorsùs repugnabat, in tam abſurdas opiniones eum eodem prouolutus, vt creaturam facturamque patris filium vocaret. Ex non exiſtentibus ſiquidē genitum eſſe, & fuiſſe aliquandò tempus cùm non fuerit, meraque ſententiæ & arbitrij libertate, vitij & virtutis capacem eſſe, aliaq; eiuſmodi cenſuit, quæ opinari eum par erat, qui ſibi de huius generis rebus differendum atq; inquirendum eſſe conſtituiſſet.

Tumultus eccleſiaſtici initium.

Sunt qui dicunt, contentionis huius alium ante Arrium authorem fuiſſe, Alexandrum videlicet, ſecundo loco ab Arrio presbyterum, Baucalim cognomine, qui nomen id adeptus fuerat ex ſupercreſcẽtis carnis pondere in dorſo eius collecto, teſtacei vaſis forma, quod Alexandrini vernaculo ſermone baucalam nominare ſolent: hunc, inquam, ſecundas in miniſterio ſacro ferentem, huiuſce & quæſtionis & cõtrouerſiæ cauſam extitiſſe putãt. Vndè poſteà inter Alexandrum Alexandriæ epiſcopum & Arrium contentio commota, & τοῦ ὁμοουσίου, hoc eſt, conſubſtantialis, promulgatio exorta eſt. Quòd nãq; Baucalis prælatũ ſibi honore Arriũ ægreſerret, nouationem dogmatis iſtius illi adſcripſit. Alexander verò epiſcopus, vtrunque à contentione abducere volẽs, ad diſputationes ſermonumq́ue collationes eos inuitauit: perſuaſione potiùs, quã violenta iuſſione controuerſiam ſopire, conducibilius eſſe ducens. Et quum multotiès diſputando congreſſi eſſent, ſicuti fieri aſſueuit, contentione inter quoſprã mota, epiſcopus nũc huic, nunc illi beneuolè & commodè adhæſit. Poſtremò verò tandem & ipſe coæternum & conſubſtantialem patri filium, ità vti anteà ſemper ſenſerat, diſertis verbis pronunciauit, Arriumque idem ſentire iuſſit. Quod vbi ille vt facerer, in animum inducere nõ potuit, ſacris ędibus eſt ab eo eiectus. Hactenùs Nicephorus.

Alexander Baucalis presbyter Alexandrinus, Arrianæ perfidię author.

ALEXANDER AERA-*rius*. 25.

HIc eſt ille Alexander, quem Apoſtolus Paulus ſatanæ tradidit cũ Hymenæo, ob id nimirum quòd verã doctrinã præuaricati, à fide defeciſſent, & ea deſerta, in errorum pericula multos rapuiſſent: qui ſanè vanas quæſtiones & opiniones ſectati, circa fidem tàdèm naufragium fecerunt, vtpotè qui circunciſionem & legem vellent reducere, & reſurrectionem iam factã aſſerere, vt 2. Timot. 2. dici-

Alexandri hæreſis.

2 Tim. 2.

dicitur: idque Domitij Neronis & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Domini 56. Huius blaſphemijs commotus Apoſtolus, ſententiam in eum protulit, & tantæ virtutis cenſuram, vt ea audita, diabolus circumiēs, & quem deuoraret quæritans, mox eum corripuerit corporaliter vexandum, morbisq; aut alijs malis vrgēdum: Deo vtiquè per talem miniſtrum corporeas infirmitates & alias plagas propter illius peccata ei immittente, nimirùm vt intelligeret ea ſe de cauſa pœnis adſtringi, quòd blaſphemauiſſet. Quo enim magis formidabilis tū eſſet Apoſtolatus, & terroris plus incuteret contumacibus, eos Apoſtoli modò per ſe pœnis torquebant: (vt Paulus magum Elymam cæcitate percuſſit, & Petrus Ananiam cum Sapphira morte affecit) modò diabolo caſtigandos demandabant. Vt ergò tabernaculum olim nubes operiebat, ſic & Chriſti eccleſiā tūc protegebat Spiritus ſanctus, vt inobedientes extra eam, ceu à reliquo grege eiecti, ab eius corpore ſeparati, diuina gratia deſtituti, ſpiritus ſancti gratia priuari, nudi lupis dederentur, quibus ad capturam perfaciles eſſent. Tanti erat ab Apoſtolica communione proijci. De hoc Alexandro ſic alibi ſcribit Apoſtolus: Alexander ærarius multa mala mihi oſtēdit. reddet illi Dominus ſecūdùm opera eius: quem & tu deuita, valdè enim reſtitit verbis noſtris. Vndè gloſa in primæ Ioannis caput 5 Stephanus orauit pro illis, qui gratiam Dei nondùm acceperant: Paulus verò pro Alexandro nō orat, quia cùm iam frater eſſet, fraternitatem impugnabat. De hoc rurſùm ſic ſcribit Theodoretus in Polymorphon: Sunt, inquit, qui cùm nec genere, nec eruditione, nec rebus præclarè geſtis vllam laude dignam habeant claritatem, improbis ſtudijs inſignes contendant euadere. Qualis hic Alexander, qui cùm nihil in ſe egregium aut ſuſpiciendū haberet, non generis nobilitatem, non dicendi facultatem, non regendi populi artem, non ductandi exercitùs ſcientiam, non rerum bello geſtarum commendationem, ſed ſolummodò ſordidam & illiberalem exerceret artem, ex ſola ſua aduersùs diuiniſſimum Paulum inſania motus fuit. Eſt enim proprium eorum, qui ſibi manibus victum parant, populum concitare, vt de Demetrio argentario poſteà videre licet.

Tradi ſatanæ, quid.

Act. 13 & 5.

Exod. 40.

2. Tim. 4.

Qui propriè populum in ſeditionem concitare ſoleant.

ALEXANDER LAtro. 26.

FVit alius Alexander hæreticus & latro, de quo Euſebius Cæſareenſes episcopus libro quinto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 19. ait in hunc modum: Sciendum quòd Alexander apud Aemilium Fontinum Proconſulem Epheſi iudicatus eſt, non propter nomen Chriſti, ſed propter quædam latrocinia. Nam à Chriſti nomine iam apoſtata extiterat, nec in eccleſia patriæ ſuæ receptus eſt, vbi latro ab omnibus eſſe noſcebatur. Quòd ſi qui fortè minus his quæ dicimus, adcommodandam exiſtimant fidem, in Archiuis publicis apud Epheſum geſta ſeruantur. Hæc eſt (inquit Lactantius lib 4. cap. 30) falſa docentium conditio, hæc eſt hæreſeon origo, vt quorum fides lubrica eſt, & Deum ſe colere ſimulant, augendis opibus & honori ſemper ſtudeant, affectent maximum ſacerdotium, & à potentioribus victi, ſecedere ſe cum ſuffragatoribus ſuis malint, quàm eos facere præpoſitos, quibus concupierant ipſi antè præponi. Omnium (inquit itidèm Auguſtinus in Geneſin contra Manichæos, lib. 2. cap. 8) hæreticorum mater ſuperbia. Et rurſùs libro de vtilitate credendi, cap. 1. Hæreticus eſt, qui temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusque gratia, falſas vel nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Et contra Aerium Epiphanius: Omnem, inquit, hæreſim, temeritatis, aut vanæ gloriolæ, aut elationis faſtuoſæ gratia, aut concupiſcentia, aut erga proximos æmulatio, exacerbatio petulantiaúe efficit.

Falſa docentium germana deſcriptio.

ALGAZEL. 27.

DE hoc hæretico diuus Thomas lib. 3. contra gent. cap. 45. ſcribit illum in hac fuiſſe hæreſi, vt aſſereret, hāc ſolam pœnam reddi peccatoribus, quòd pro amiſſione vltimi finis affligerentur:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

contra illud Concilij Florentini decretum agentes, quod ità habet: Diffinimus, illorum animas, qui poſt baptiſma ſuſceptũ, nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiàm quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus ſunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipſum Dominum trinum & vnum, ſicutì eſt, pro meritorum tamen diuerſitate, alium alio perfectiùs: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernũ deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas.

Pœnas inferni diſpares eſſe.

ALASCANI. 28.

IOannes à Laſco (vt ſcribit Vuilhelmus Damaſi Lindanus libro ſecundo ad fratres Catholicos Germaniarum & Galliarum) plùs ſuis priſcis imaginibus à ſe turpiter deſœdatis, quàm doctrina nobilis, ſuam quoquè duxit cohortem. Qui nè ſuis magiſtris ingenio cedere videretur, præter alias duodecim, nouam etiàm verborum Cœnæ Domini finxit expoſitionem: Hoc, inquit, id eſt, non panis, ſed tota hæc cœnæ actio, eſt corpus meum. Eraſmus Alberus libro ſecundo contra Carolſtadium, ait hunc duodecim modis verba cœnæ detorquere, Baptiſmumque planè reijcere: qui & affirmet, Baptiſmum eſſe in idololatriam conuerſum. Is cùm Baro eſſet Polonicus, ſuperintendentem egit eccleſiæ Peregrinorum in Anglia. Hæc ille. Fuit autẽ hic ſecta Antilutheranus, vt in titulo Antilutheranorum videre eſt.

Noua cœnæ Domini expoſitio per Ioannem à Laſco.

ALMARICVS PARIſienſis doctor. 29.

ALmaricus natione Gallus, patria Carnotenſis, Lutetiæ Pariſiorum Doctoratus lauream aſſecutus, Philippo Barbaroſſæ filio Imperante, & Innocẽtio tertio Romano pontifice, emerſit anno Domini 1204. De quo ſic tradit Ceſarius libro dialogorum, diſtinct. 5 Eodem tempore quo manifeſtatæ ſunt hæreſes Albigenſium, in Pariſienſi ciuitate (in qua eſt fons totius ſcientiæ & puteus diuinarum ſcripturarũ) quibuſdam viris literatis perſuaſio diabolica peruerſum inſtillabat intellectum: quorum Almaricus magiſter prauitatis fuit.

Tempore quo Albigẽſium hæreſis vigebat, emerſit Almaricus.

1. Dicebat enim corpus Chriſti non aliter eſſe in pane altaris, quàm in alio pane, & in qualibet alia re, tranſſubſtantiationẽ denegans.

Almarici hæreſes præcipuæ.

2. Deum ſic locutum fuiſſe in Ouidio, ſicut in Auguſtino.

3. Negabat prætereà reſurrectionẽ corporum, paradiſum, ſimiliter & infernum: ſed qui in ſe Dei cognitionem haberet, illum habere quoque in ſe paradiſum: Qui contrà peccatum mortale haberet, eundẽ infernum habere in ſe, non aliter quàm dentem putridum in ore.

4. Altaria ſanctis dicata & imagines thurificare, ſanctorumq; inuocationes, idololatriam eſſe dicebat.

5. Non ſolùm cum Armenis Adam & Euam nunquàm carnali copula iungendos, ſi in ſtatu illo in quo Deus illos condidit, permanſiſſent, verùm etiàm ſexuũ differentiam nullam, ſed hominum multiplicationem æquè atque angelorum futuram aſſerebat, contra illud quod in Geneſi ſcribitur: Creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminam creauit eos. Gen. 1.

6. Aſſerebat rursùs Deum non videri in ſe, ſed in creaturis, ſicut lumen in aere.

7. Item illud quod aliâs eſt peccatum mortale, factum in charitate, non eſſe peccatum, impunitatem peccatorum promittens.

8. Affirmabat deniquè, ideas quæ ſunt in mente diuina, & creare & creari poſſe: cùm contrà, teſte diuo Auguſtino, in mẽte diuina, nil niſi æternum & incommutabile ſit.

9. Gerſon rurſùs tractatu 3. ſuper Magnificat, de eo ſuiſque aſſeclis ità ſcribit: Almaricus & ſimiles hæretici dicebant, mentem contemplatiui vel beati perdere ſuum eſſe in proprio genere, & redire in illud eſſe ideale, quod habuit in mente diuina.

Huius Almarici viginti errores colliguntur ex chronico ſummorum pontificum.

Almarici viginti errores collecti.

eum. De quo rurſùs extrà de ſumma Trinitate & fide catholica, cap. finali dicitur in hunc modum: Reprobamus & condẽnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici, cuius mentem pater mendacij ſic excæcauit, vt eius doctrina non tam hęretica, quàm inſana ſit cenſenda.

Almaricus cum ſequacibus Lutetiæ exuſtus.

Huius tandèm hæretici & ſuorum ſequacium blaſphemijs, aduerſuſque Dei ſcientiam non minùs faſtuoſa quàm obdurata elatione & nequitia ab epiſcoporum & Theologorum Pariſienſium ordine intellecta, diſquiſita, & ad veritatis examen exacta, cùm inter vtroſq; plurima quæſtione mota, conuicti, & velut ſanæ doctrinæ obluctantes, ſenatuſconſulto damnati fuiſſent, coram vniuerſo populo ſunt primùm exauthorati, (quod degradari vulgò dicimus) deindè exuſti, & eorum cineres per ſterquilinium diſperſi, anno Domini 1208. & Regni Philippi Auguſti à Deo dati cognomine, 28. Scribitur tamen à plerisq;, quòd cùm Almaricus à generali concilio Romæ ea potiſſimùm de cauſa celebrato, hæreſeos damnatus eſſet & anathemati ſubiectus, eius oſſa in cãpo prophano priùs ſepulta, refoſſa fuerint, & poſteà, vt iam diximus, Lutetię exuſta. Et id quidem meritò. nam (authore Philaſtrio Brixienſi epiſcopo) pro crimine hæreſis, poteſt quis poſt mortem excommunicari & dãnari, vt habetur cauſa 24. q 2. cap. finali. Tradunt autem hiſtorici, ꝙ cùm illi ad ſupplicium ducerentur, tanta oborta ſit aëris inclementia & intemperies, vt nemo dubitaret quin ab eis aër fuiſſet concitatus, à quibus tantus error morientibus fuerat perſuaſus. Nam dicũtur tunc tam obſtinata mente fuiſſe, vt nõ ſolùm ad interrogata nullum darent reſponſum, ſed nec in eis in ipſo mortis articulo vllum pœnitentiæ aut ſanæ mentis & reſipiſcentiæ perpendi potuiſſe iudicium.

Almarici poſt mortẽ oſſa refoſſa & exuſta.

Pro crimine hæreſis poſt mortẽ excõmunicari & damnari.

ALOGI, SIVE ALOGIANI. 30.

ALogi exorti ſunt circa annum Domini 180. ſub Commodo Imp. & Sotero papa. Dicuntur autem quaſi verbo carentes, vtpotè qui Euangelium Ioannis, & eũ qui in ipſo eſt ex ſupernis à patre ſemper Deum verbum reijciant. Logos enim Græcè, Latinè verbum dicitur. Et quia in Ioannis Euangelio expreſsè habetur, filium Dei Ieſum Chriſtum eſſe verbum patris, idcircò illud Euangelium nec Apocalypſin recipiebant, dicentes non eſſe Ioannis Apoſtoli. Hanc hæreſim apertiſſimè refellit quod in libro Sapientiæ Salomon extulit in hunc modum: Cùm quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine exiliens de cælo, à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terram proſiliuit. Et alibi expreſſiùs: Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis. Et propheta in perſona patris loquens: Eructauit cor meum verbum bonum. Quòd verò hîc de filio Dei loquatur propheta, ex eo manifeſtum eſt, quòd quæ ſequuntur non poſſunt de alio quàm de ipſo intelligi: Specioſus forma præ filijs hominum, &c. Eſaias quoquè hoc docet apertiùs cùm ait: Exiccatum eſt fœnum, & decidit flos: Verbum autem Dei noſtri manet in æternũ. Atquì (vt eleganter docet Alphonſus de Caſtro) cùm liquidò conſtet verbum prolatiuum ſimul cum ipſo ſono tranſire & euaneſcere, & minorem durationem habere, quàm fœnum habeat, fieri nequit vt ad illud verba Eſaiæ referantur, ſed ad filium Dei, cuius aduentus in hunc mundum in eo capite recenſetur. Quapropter aliter nõ poteſt accipi, quin verbũ, quod eſt æternum & omnipotens, & fons ſapientiæ, quodq; pater cæleſtis gignendo eructauit, & quod ex ore altiſſimi prodijt, ſit filius Dei, contra Alogianorum ſententiam. De his habetur Diſtinct. 24. q. 3. cap. Quidam.

Logos quid.

Sap. 18.

Eccl. 1.

Pſal. 44.

Eſa. 40.

AMANTIVS VEL (VT *alij volunt) Palladius epiſcopus Arrianus, ſanctiſſimæ Trinitatis oppugnator.*

31.

AMantius Epiſcop. Arrianus ex eorum numero fuit, qui tempore Valentiniani iunioris & Gratiani Im-

Imper & Damaſi ſummi Romanorum pontificis, circa annum Domini 381 cum Polychronio, (vt author eſt Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib.11.cap.30.) Telemacho, Fauſto, Aſclepiade, & Cleopatro, Arrianis itidem epiſcopis, ſanctiſſimam Trinitatem impugnabant, inficiantes cõſubſtantialẽ eſſe patri filium: & τὸ ὁμοούσιον id eſt, conſubſtantiale non ità accipiẽtes, vt olim in concilio Niceno à patribus expoſitum fuerat. Nam illi eum ſuis ſequacibus vim ſententiamq; verbi abolentes, literamq; ſequentes, intelligebant, per Cõſubſtantiale æquale ſignificari, quatenùs nulli reliquarum per eum factarum creaturarum filius æquiparandus, ſoli patri ſimilis atque æqualis ſit. Qui enim hoc ità exponebant, præcipuam creaturam eſſe impiè filium Dei docebant, quum ſentiendum ſit & credendum, vnam & eandem eſſe ſubſtantiam patris, & filij, & ſpiritùs ſancti in tribus perſonis, hoc eſt, in tribus perfectis ſubſiſtentijs. Nos verò Catholici credimus & profitemur iuxta formulam Nicenam, filium Dei conſubſtantialem, incarnatum eſſe ex ſancta virgine Maria, & in hominibus habitâſſe, & impleuiſſe omnem pro nobis functionem in Natiuitate, & paſſione, & reſurrectione, & in cælos aſſcenſione, &c. At qui diuerſa ſentiunt, anathemate iugulamus: nec minùs etiàm eos, qui dicunt, Non priùs filium, q̃ genitus ſit, extitiſſe, quiq; ſcripſerunt, Priuſquàm actu genitus ſit, poteſtate eum in patre fuiſſe. Hoc nanq; & in creaturis omnibus eſt, quæ non ſemper cum Deo ſunt. At filium credimus perpetuò, ſempiterna generatione genitum, cum patre eſſe. Et eapropter exauthoratos eſſe (quemadmodùm literis Synodi Illyricæ ad Epiſcopos Aſianos de ſanctæ Trinitatis conſubſtantiali miſſis, eodem capite & libro eiuſdem Nicephori, continetur) inſanientes Arrianos, qui non profitentur ex ſubſtantia patris eſſe filium, neq; ſpiritum ſanctum.

Sanctiſſimæ Trinitatis impugnatores.

Arrij fautores dãnati.

Ego porrò hunc Amantium eum puto eſſe, qui Palladius alio nomine dicitur, contra quem cum diuus Ambroſius Mediolanenſis diſputâſſet, eumque perfidiæ conuiciſſet, vt Arrianæ hæreſis defenſor, tandem in Concilio Aquileienſi ſub Damaſo primo celebrato damnatus eſt. Sententia verò damnationis ſub hac forma pronunciata eſt ab epiſcopo loci Conſtantio: Palladium, inquit, Arrij diſcipulum, cuius impietates iam olim damnatæ ſunt à patribus noſtris in Cõcilio Niceno, & nunc hodiè probatæ cùm recenſerentur à Palladio ſingulæ, quia non confuſus eſt dicere Dei filium à Deo patre eſſe alienũ, cùm creaturam eum eſſe confitetur, cumque eum temporaneum eſſe dicit, Dominũ & Deum verum eum eſſe negans, ſolùmq; patrem eſſe ſempiternum & immortalem aſſerens: ideo in ſempiternum cenſeo eſſe damnandum, & vlteriùs ſacerdotem dici non poſſe, nec inter epiſcopos deputandum.

AMBROSIANI.

32.

Ambroſiani, q & Pneumatici, à quodam Ambroſio dicti, qui (authore Guilhelmo Lindano, libro ſecundo Dialog. & Ioanne Eccio, libr. quem contra confeſſionem Zuuinglij ſcripſit) tantopere ſui ſpiritus ſuggeſtiones & Dei reuelationes iactabat, vt vtrunque teſtamentum reieceret. Sunt autem ſectæ Anabaptiſtæ.

Vtrunq; teſtamentum reijcientes.

AMMONIVS ALEXANdrinus, *Origenis præceptor.*

33.

Ammonius Alexandrinus, vir multijuga eruditione præditus, Origenis præceptor, à puero Chriſtianã pietatem ſecutus eſt. Prouectior verò factus, ad philoſophiam ſe conuertit, deſerta (vt inquit Porphyrius libro eorũ, quos contra Chriſtianos ſcripſit, tertio: ſi tamẽ fides ſit adhibenda veræ pietatis inſectatori) fide orthodoxa. Vixit aũt ſub Seuero Imperatore, & Victore papa, circa annũ Domini 200. De quo vtique (referente Nicephoro libro quinto hiſt eccleſ ca.15) ſic ait Porphyrius, cùm mentionem facit eorum, qui in literis diuinis elaborâſſent, earumque ſecretiorem ſenſum expoſuiſſent, potiſſimumque Origenis: Quum Origenes (inquit) Ammonij, qui ætate noſtra

Ammonius Origenis p̃ceptor.

ceptor, iam grandæuus à fide deſicit ad paganiſmum, authore Porphyrio.

ſtra in maximo fuit precio, auditor eſſet, plurimùm in eloquentia & diſciplinis omnibus apud eum magiſtrū eſt progreſſus: viuendi autem inſtituto, contrariam illi ſecutus eſt viam. Ammonius nanque Chriſtianus, & à Chriſtanis parentibus educatus, poſtquàm ſapere cœpit, philoſophiamq́ue attigit, ilico ad legitimam viuendi rationem ſe contulit. Origenes autem Græcus, & Græcis eruditus diſciplinis, animum ad barbaram appulit temeritatem, in qua ſeipſum doctrinamque ſuam ad quæſtū expoſuit: Chriſtianè quidem ille & legitimè ex inſtituto profeſſionis eius viuens, in perſuaſione autem religionis, atque in ſtudijs lucubrationibusq́ue ſuis Græcos conſectās, & Græcorum dogmata peregrinis ſubijciens fabulis: &c. Hæc Nicephorus. Hunc tamen Ammoniū idem Nicephorus conatur de perfidia & religionis Chriſtianæ deſertione contra Porphyrium modis omnibus excuſare, eundem Porphyrium ſycophantam & calumniatorē inſignem appellans. Quid enim ille (inquit) more ſycophantæ, non cōminiſceretur, qui omne ſuum ſtudium ad id contulit, vt in Chriſtianos inueheretur, & literas diuinas perindè atque nihil eſſent, reprehēderet & aboleret? Auſus quippe eſt Originem affirmare à Græcorū ſuperſtitione tranſfugiſſe, Ammonium verò contrà à veræ pietatis inſtituto ad peregrinam religionem tranſiſſe, quum Origeni Chriſtiana ꝓfeſſio patria prorſùs fuerit: Ammonius aūt ad extremum vſq; ſpiritum conſtanter perſuaſionem fidei in Chriſtum retinuerit. Quemadmodùm id lucubrationes eius, quibus magnam laudem & gloriam eſt conſecutus, manifeſtè teſtantur, præcipuè verò commentarius eius, qui de Moſe & Ieſu conſonantia inſcriptus eſt: ac deindè alij, qui eiuſdem generis apud ſtudioſos aſſeruantur.

Ammonius de perfidia à Nicephoro Calliſto excuſatur.

& verba impij Porphyrij ad veritatis examen exiguntur.

Ammonij ſcripta.

AMSDORFFIANI.

34.

Amſdorffiani ſunt ex Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtri temporis factione: qui, authore Staphylo, affirmant bona opera ad ſalutem homini eſſe pernicioſa.Ità ſcribit Nicolaus Amſdorff in libello cui titulus eſt, Quòd hęc ꝓpoſitio vera ſit, Bona opera eſſe pernicioſa ad ſalutem. Ità etiàm Flacciani, & multi alij Saxonici concionatores docēt & ſcribunt. Hæc Staphylus.

ANABAPTISTAE.

35.

Anabaptiſtæ (authore Guilhelmo Lindano libro, qui Dubitantius inſcribitur, dialogo ſecundo) ab iterato Chriſti Baptiſmo nomen inuenēre, quòd baptizatos in pueritia, retingāt. Hi enim cùm ex epiſtola Lutheri ad Vualdenſes (inquit Staphylus) ſiue Pikardos ſcripta legiſſent, quòd præſtat Baptiſmum in paruulis omitti, quàm eos baptizari abſque fide ipſorum, hinc variæ exortæ ſunt ſectæ Anabaptiſtarum, quarum hæ præcipuę numerantur, Adamitæ, Steblerі, Sabbatarij, Clancularij, Maniſeſtarij, Dæmoniaci, Communiahabentes, Condormientes, Eiulantes, Georgianidauidici, Mennonitæ, & Polygamiſtæ. De quib. ſingulis vide locis ſuis. De Anabaptiſtis verò generatìm ſic ſcribit Hoſius libro primo de hæreſibus noſtri temporis: Exiſtimas fortaſſe (inquit) duas tantùm ſectas has eſſe, nimirùm Lutheranorum & Zuinglianorum, ſeu Caluiniſtarum, quæ ſibi hoc noſtro infelici ſeculo nomen & authoritatem Euangelij vendicare ſint auſæ? Erras, ſi id putas. Eſt pernicioſior etiàm tertia, quæ quoniam à Catholicis legitimè baptizatos rebaptizat, Anabaptiſtarum ſecta vocatur. De quo genere videntur etiàm fuiſſe fratres Vualdenſes, quos & ipſos non ità pridem rebaptizaſſe conſtat, quamuis eorum nonnulli nupèr adeò, ſicut ipſi in Apologia ſua teſtantur, iterare Baptiſmum deſierint: in multis tamen eos cum Anabaptiſtis conuenire certum eſt.

Tres pernicioſæ noſtri temporis ſectæ.

De tertia ſecta Anabaptiſtarū.

Horum originem (authore Lindano) Muntzero, Nicolai Storkij diſcipulo, belli illius ruſtici anno 1525. authori quidam tribuunt. Alij Balthazari Pacimontano. Certè Melanchthon Commentarijs ad Coloſſenſes, Carolſtadium deſignat puerorum baptiſma improbaſſe: quemadmo-

Anabaptiſtarum origo an à Luthero an à Carolſtadio an potius à Zuinglio.

dùm & Eraſmus Alberus eum facit Anabaptiſtarum patrem: ſed hi ſeſe à Luthero exortos profitentur, licet Antonius Coruinus hos ex Zuuingliana ſecta prodijſſe, ceu ex equo Troiano afferat, quò Zuuinglium ſui magiſtri Lutheri æmulum, iniqua ſcilicèt liberet inuidia: cùm diſerta extent Lutheri ad Vualdenſes dogmata, quibus anabaptizandi occaſionem præbuit. Ait enim melius eſſe omittere baptiſmum, quàm pueros ſine fide, id eſt, non credentes, baptizare. Attamen Zuinglius libro de baptiſmo docuit, melius eſſe, vt infantes tum primùm baptizarentur, cùm adulti eſſent: & concluſione decimaoctaua pueros docendos, ac ita demùm baptizandos. Quinetiam Anabaptiſtarum pater Balthaſar (teſte Eccio contra confeſſionem Zuinglij) libello Mulſpurgi in Pannonia edito, ſe ſyngrapham habere ait Zuinglij, qua infantium Baptiſma diſſuaſit. Hac fortè de cauſa, quidam Anabaptiſtarum Zuinglium in tertia diſputatione Tigurina adiurauit, vt ſibi veritatem diceret, an pædobaptiſmus eſſet ex Deo, nec ne, cùm tunc deſtrueret anno 1525 quod antea docuerat & ſcripſerat.

Antonius Coruinus in Dialogis.

Lutheri dogma de omittendo puerorum baptiſmate

Bullingerus lib. 1 cõtra Anabaptiſtas.

De eorum origine in eadem eſt ferè ſententia cum Lindano doctus ille & pius Hoſius libro ſuprà adducto, cùm in hunc modum ait: Scribit quidem in ſuis dialogis Antonius Coruinus, quòd è Zuingliana ſecta potiſſimùm haud aliter atque ex equo Troiano prodierint Anabaptiſtæ. Sed ſi quis rē diligentiùs inſpexerit, quanuis idem illi, quod Zuingliani, de ſacramento Euchariſtiæ ſentiant, Anabaptiſmum tamen ſuum eos è Lutheri ſcriptis hauſiſſe reperiet. Certè Balthaſar Pacimontanus, qui primus author huius ſectę fuiſſe videtur, idem ſecum ſentire Lutherum gloriatur: quemadmodùm ipſe fatetur in libro quem ſcripſit ad ſuos Parochos de Anabaptiſmo. Teſtatur autem etiàm Buccrus, vndè Lutheri, indè & Anabaptiſtarum euangelium prodijſſe, nimirum à Saxonia. Cùm ad Vualdenſes ſcriberet Lutherus, inter alios eorum articulos reprehendebat & hunc, quòd paruulos ad futuram fidem baptizarent, quam adulti conſequuturi ſint. Ait igitur, Præſtare prorſùs omittere baptiſmum in paruulis, quàm baptizare ſine fide: quòd ſacramenta neq; debeant, neque poſſint ſine fide accipi. Si verò ſine fide accipias ſacramentum, magno tuo malo accipies. Huic veſtræ doctrinæ opponimus nos, inquit, verbum Chriſti: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Hinc occaſionem arripuerunt Anabaptiſtæ. Nam cū abſurdum illis videretur, quod aſſerebat Lutherus, habere ſuam propriam fidem actu paruulos, ſicuti reuera eſt abſurdiſſimum, ſatius illis viſum eſt omittere baptiſmum in paruulis, & eos non niſi credentes baptizare: quòd hoc ſe verbo Chriſti niti dicerent, hoc in æternum eſſe mãſurum vociferarentur, aduersùs hoc ne portas quidem inferi præualituras eſſe gloriarentur.

Antonius Coruinus.

Balthaſar Pacimontanus.

Bucerus in cap. 3. Matthæi.

Verba Lutheri de omittēdo Baptiſmo, ex quo Anabaptiſtæ ſuæ hæreſis acceperunt occaſionem.

Probat, ex Luthero Anabaptiſtas originem traxiſſe.

1. Hoc ergò iam tertium eſt Euangeliū, quàm illa duo ſuperiora videlicet Lutheranorum & Sacramentariorū, ſeu Zuinglianorum & Caluiniſtarum, multo peſtilentius. Nam præterquam quòd cum Lutheranis legitimum ſacrificium & ſacerdotium abrogat, & cum eiſdē Zuinglianis in Euchariſtię ſacramento realem Chriſti præſentiam negat, multa habet alia & blaſphema & ſeditioſa.

Anabaptiſtæ reliquis ſectarijs deteriores.

Eorum deteſtandę hæreſes.

2. Publicum enim verbi miniſterium prohibet.

3. Deum humanam ex Maria naturam non ſuſcepiſſe contendit.

4. Chiliaſtarum errorem renouat. Qui verò ſint illi, vide in Chiliaſtis.

5. Dominationem ſpernit, nec legitimæ poteſtati ſubiectos eſſe homines vult.

6. Paruulis vſu rationis carentibus nihil prodeſſe baptiſma aſſerit: quòd paruuli rationis expertes, non poſſint habere fidem, nec credere verbo Dei quod illis fuerit prædicatum. Hoc autem ſummè neceſſarium cuiq; ſuſcipienti baptiſma eſſe contendit, nulli baptiſma ſuſcepiſſe proficere aſſerentes, niſi præuia fide: & ideò infantum baptiſma non eſſe ex Deo.

7. Docet item bonorum communionem, horum infidelium, id eſt, non ſuæ factionis eſſe pollutum, & diaboli proſtibu-

ſtibulum: & idcircò infideles omnes cum
principibus & magiſtratibus eſſe occiden-
dos.

8. Libertatem deniquè per principes
extinctam, eſſe armis vindicandam.

9 Dicunt poſtremò quamlibet mulie-
rem obligatam eſſe ad coeundũ cũ quo-
libet viro eam petente: & contrà eodem
vinculo adſtringunt omnem virum ad
tantundem reddendum cuilibet mulieri
hoc ab illo petenti.

Bellum ru- Huius Euangelij furorem ſectabantur
ſticorũ ab- illi ſeditioſi ruſtici per Germaniam, Alſa-
ſumpſit Ger tiam & Sueuiam, qui ad 130000. ſiue vt a-
manorum lij 150000. anno 1525. fuerunt trucidati.
150000. vt Adeò quidem, vt quocunquè hæc ſecta
eſt in vita peruaſerit, turbas & ſeditiones ingentes
Clementis ſemper excitet. Documento eſſe poſſunt
Romani cùm aliæ quædam inferioris Germaniæ
Pontificis. vrbes, tum præcipuè Monaſterium in
Vueſtphalia, Amſterdamũ, & Naeltuui-
cum ciuitates. Nam ſicut Henricus Dor-
pius Lutheranus, & qui hiſtoriam eius ex
Germanica Latinam fecit Ioannes Slei-
danus Zuinglianus, literarum monumen
tis prodiderunt, eò primùm, hoc eſt, Mo-
naſterium venerant ante annos quatuor
quatuorquinq; *& viginti, qui populo pro Chriſti euan-
gelio, Lutheri doctrinam annunciarent.
Quos cùm ſacerdotes Catholici non eſſe
ferendos putarent, fecit Bernardus Roth-
mannus cum ſuis (quos ad propagandam
Hæreticorũ Lutheri doctrinam Philippus Lantgraui-
cõſuetudo us Heſſiæ miſerat) quod hæretici facere
eſt diſputa- conſueuerunt, vt certis doctrinæ catholi-
tiõibus vti. cæ capitibus conſcriptis, Catholicos ad
diſputationem prouocarent, idq; iudice
prophano ciuitatis magiſtratu, coram
quo ſe probaturos oſtendebant, falſam
Catholici à eſſe catholicorum doctrinam. Cùm au-
Lutheranis tem Catholici ſacerdotes diſputationem
ex vrbe Mo- refugiſſent, migrârunt è ciuitate, poſtea-
naſterio e- quàm eis officio Dei verbi prędicandi fu-
iecti. erat interdictum. Vnus integer annus nõ
interceſſit, cùm ſuam quoquè doctrinam
in eadem ciuitate pro Chriſti euangelio
diſſeminare cœperũt Anabaptiſtæ. Cum-
que itidèm alteri alteros ad diſputatio-
nem prouocâſſent, ſed eadem illa lege,
quæ Catholicis anteà lata fuerat, vt nihil
præter ſcripturas canonicas adduceretur:
eccè qui paulò antè eadem hac lege Ca-
tholicos ad diſputandum prouocauerat
Bernardus Rothmannus primus in illa ci-
uitate Lutherani Euangelij buccinator,
conditionem non accepit. Sic factum eſt,
vt nulla diſputatione habita, Lutherani Lutherani
qui non ità pridèm eiecerant è ciuitate ex eadem ci-
Catholicos, fuerint & ipſi non ità multò uitate ab A-
pòſt per Anabaptiſtas ex ea exterminati. nabaptiſtis
Nam & Senatus loco motus eſt, & templa expulſi.
direpta atque incenſa, & quicunq; factio-
nis Anabaptiſtarum eſſe noluiſſent, per
vim ciuitate pulſi ſunt. Bernardus verò
Rothomannus, Henricus Rolius, & Go-
defridus Strallen ex Heſſia miſſus, ſicut
ex Chriſtianis Lutherani, ſic paulò pòſt
ex Lutheranis facti ſunt Anabaptiſtæ, &
Anabaptiſtarum euangelium ſumma vi
propagârunt, verumque illud eſſe oſten-
derunt quod ſcriptum eſt: Impiùs cùm Pro 18.a
in profundum venerit, contemnit. Nam
ſi ſemèl aliquis deſerit religionem Chri-
ſtianam, cuicunq; tandem ſectæ nomen
dederit, ei ludus quidam eſſe videtur, de
ſua ſecta in aliam tranſilire.

Eſt autem & hæc Anabaptiſtarum ſe- Anabaptiſtæ
cta valdè diſſecta. Neque enim doctri inter ſe diſ-
næ capitibus inter ſe conueniunt, ſed & ſecti.
pro regionum varietate, varia ſortiun-
tur vocabula. Nam fanaticus ille quo a-
guntur, ſpiritus nunquam paſſus eſt mi-
ſerus iſtos idem ſentire: ſed mox in vari-
as, immò, ſi Bullingerus fidem mere- Lib.1.con-
tur, in innumeras diuulſit factiones, qua- tra Anaba-
rum celebriores aliquot commemora- ptiſtas.
bimus. In quibuſdam Germaniæ ciuita-
tibus quidam tanquàm œſtro perciti,
circuncurſant, populum ad pœnitenti-
am hortantes: in omnem intereà ſediti-
onis excitandæ occaſionem intenti. Ne-
que heri aut nudiuſtertiùs hæc hæreſis
nata eſt: fuit enim Auguſtini ſeculo, & ſic-
ut aliæ pleræque omnes hæreſes, ſic &
hæc ſtatim ab initio multas in partes fu-
it diuiſa. Nam alij vocabantur Donati-
ſtæ, alij Rogatiſtæ, alij Maximianiſtæ, Cir-
cenſes alij, qui conuerſi tandèm ſunt à fa-
ctione Donatiſtarum (hoc enim nomen
cæteris erat celebrius) ad eccleſiæ catholi-
cæ ſocietatem: alij Circuncelliones, qui
haud alitèr atquè noſtro ſeculo Mona-
ſterienſes, reliquos omnes immanita-
te ſuperabant, quemadmodùm & Au-

Auguſt. epi. 30. & 54. Et lib. de hæreſibus hæreſ. 69. Poſſidonius in vita Aug. cap. 10.

guſtinus non vno loco, & qui vitam eius conſcripſit Poſſidonius, memoriæ prodiderunt.

Sed neq; nunc pauciora ſunt huius hydræ capita, ſunt enim alij Munzerani, alij Orantes, alii Silentes, Somniantes pueris ſimiles, Synceri, Impeccabiles à Baptiſmo, Liberi, Binderliani, Sabbatarij, Maderani, Hoffmannici, & poſt hos exorti Circuncisi: fortaſsis & Adamitæ ad Anabaptiſtarum ſectam pertinent. Immanis planè hæc eſt Anabaptiſtarum ſecta, ſi vlla alia. Intereà tamen qui nomen illi dederunt, æquè vt Lutherani vel Zuingliani, firmiter credunt & certò ſtatuunt ſibi peccata propter Chriſtum eſſe remiſſa, ſe eſſe in gratia, ſeq; poſſeſſuros omninò regnũ cælorum: & idem vt quilibet credat, certoq; ſtatuat, à ſuis omnibus exigunt. De hac hæreſi & Anabaptiſmi damnatione, vide plura in Agrippinianis, Monaſterienſibus, Munzericis, Eunomianis, & alijs compluribus. Item in Ioanne de Leiden Anabaptiſtarum rege.

Quàm falsò credãt Anabaptiſtæ & Sacramentarij, fide ſpeciali ſibi peccata remitti.

ANASTASIVS IMP. 36.

ANaſtaſius Dicoros cognomine, à diſcoloribus oculorũ pupillis, quæ Græcè Κόραι dicuntur, quarum dextera nigricãs, ſiniſtra cerulea fuit, poſt Zenonem Iſauricum Imperium ſumpſit anno Domini 491 hæreſi Eutychiana (vt inquit Antoninus 1. parte Spec. titu. 6. cap. 1. & ioanne Baptiſta Egnatio) infectus ſub Symmachi ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu. Hic, teſte quoque D. Gregorio lib. Dialogorum, multos epiſcopos catholicos in exilium miſit, multosq; fideles hac de cauſa afflixit, nolens nec epiſcopo Conſtantinopolitano, nec pontifici Romano, nec eius legatis quoquomodò parére: ſed arroganti quadam & faſtuoſa præſumptione elatus, Papam potiùs debere illi morem gerere dictitabat, quàm ipſe Papæ. De hoc ſic ſcribit Niceph. lib. 16. cap. 25. Anaſtaſius diademate ſumpto, quum pacificus eſſet, neq; quicq̃ rerum nouarum in eccleſiæ ſtatu excitare vellet, plurimumq; ſtudij in eo collocaret, vt ſanctæ Chriſti eccleſiæ tumultibus & verborum contentionibus, diſputationibus, & diſſidijs eccleſiaſticis ſimul & ciuilibus omnibus ſublatis, homines in multa tranquillitate viuerent, & ſubditi populi pacati eſſent, euenit, vt temporibus eius Chalcedonenſis ſynodus, neq; propalàm per ipſum conſtitutionibus Imperialibus edendis promulgaretur, neq; etiàm reprobaretur. Verùm ſicuti quibuſdam eccleſiarum præſidibus videbatur, ità de ea ſentiebant. Nam qui eam fortiter defendentes propugnabant, non verbum, vnum in eius decretis, ac ne ſyllabam quidem, aut literam, aut apicem ſaltem loco moueri aut mutari paſſi ſunt, & per libertatem magnam à commercio & communione aliorum reſilière adeò, vt ne in ædes quidem ſuas eos admitterẽt, qui ea quę rectè ibì decreta eſſent, non reciperent. Fuère autem qui eam non tantùm non approbarent, ſed etiam publicè vnà cum Leonis libello anathemate iugularent. Alij de henotica Zenonis conſtitutione iidem ſaciebant, atq; à ſeipſis inter ſe diſſidebant: ità vt quidam duas naturas in Chriſto, quidam vnam dicerent: atq; ij quidem literis inſidiosè cõpoſitis, p̱ fraudem deciperentur, ij aũt pacem ſibi cõſectandam eſſe putarẽt. Id malũ eò proceſſit, vt eccleſia quaelibet in factiones ſuas diuideretur, & epiſcopi à cõſuetudine mutua abhorrerent. Proindè in multas ſectas Orientales Occidentalesq;, atq; etiam Libycæ partes diſſectæ ſunt. Neq; enim Oriens conſentire cũ Occidente, neq; rursùm Libya conciliari hiſce voluit. Et quod omnium indigniſſimũ eſt, neq; ipſi inter ſe Orientaliũ eccleſiarũ antiſtites ad cõmunionem conueniebãt, neq; Europæi atq; Occidentales, neq; etiã Libyci epiſcopi, conuentus inter ſe agebant: nedum cum eis qui extra regionum ſuarum fines eſſent, congrederẽtur. Tanta confuſio mentiumq; caligo orbem vniuerſum inceſſit.

Libertas profeſſionis fidei ab Anaſtaſio.

Quidam Chalcedonenſe concilium ap̱probant & recipiunt: alij verò improbant & reijciũt, ex quo in eccleſia magna oritur ſeditio.

Eccleſiarũ orientaliũ & occidentalium diſſidia.

Porrò Anaſtaſius, tametſi tranquillitatem ſibi conſeruandam eſſe propoſuerat, neque mutare quicquam in eccleſijs voluerat, inconſulta tamen eorum temeritate qui ad res nouas ſpectabant permotꝰ, quoſcunq; præter morem nugas agere, & vel impudenter ſynodum ſanctam dãnare, crudeliterque anathemate configere vel rursùm apertè eandem & clarè in ſacris

Anaſtaſius acriores & defenſores & oppugnatores ſynodi Chalcedonenſis è thronis ſuis deturbat.

eris templis deprædicare intelligebat, è thronis vtroſque deijciebat, inhumaniter que exigebat. Atque ad hūc modum permulti epiſcopi mulctati ſunt, & inprimis Conſtantinopolitanum ille Euphemium proſcripſit: deindè poſt hunc & Macedonium, cui Timotheus ſucceſſit, hac occaſione & Patroclo (vt eſt in prouerbio) prætextu in eos motus, vt aſſeuerabat, quòd res nouas in eccleſias inducerent. At verò quæ occultè Anaſtaſium male habebant, longè alia erant, præclara ſcilicet Euphemij pietas, & quòd is antea Anaſtaſium eccleſia excluſerat, propterea quòd de ſe opinionem præbuiſſet, contagione Dioſcori infectum eſſe: & quod turbam concitare volens, comminatus Euphemio eſſet, ſe illi accepta à Zenone poteſtate caput tonſurum, cathedramque eius euertiſſet. Prætereà quum Ariadna imperatrix eius vxor, quæ fuerat priùs Zenonis, purpuram Anaſtaſio circūdaret, Euphemius ſacrorum antiſtes animo forti reſtitetat, neque priùs ſe quæ ſtatæ cæremoniæ poſtularent, facturum eſſe dixerat, quàm ille graui iuramento in ſcriptum relato confirmaſſet, fidem ſe inuiolatam ſeruaturū: neque quicquam rei nouæ Imperij ſui tempore in eccleſiam illaturum, necnon Chalcedonenſem ſynodum ex animi ſententia reliquis tribus additurum eſſe. Cōſenſerat conditionibus his, & eas in ſcriptum retulerat Anaſtaſius, & ſub hęc cæremonias ſolitas in eo epiſcopus peregerat. Nō longè verò pòſt, Euphemium adortus Anaſtaſius, libellum eum ab eo repetijt: & quòd eum ille nō reddidit, ſolum exilij cauſa vertere iuſſus eſt. Vitæ quoquè eius ità inſidiatus eſt, vt ex familiaribus Euphemij quidam nomine Paulus, vir procerus & humeris ipſis ſuperextans, quod aduersùs eum diſpoſitum circunſerebatur ferrum, exceperit. Atque hunc, ob eum modū & ob talem cauſam, in exilium egit, quum quidem id populus ægerrimè ferret. Fecerat autem ea quæ dicta ſunt Euphemius, cùm ob eas quas commemorauimus cauſas, tum quod ✱Manichæorum hæreſim Anaſtaſius multis fouere viſus eſſet: quippe cuius etiàm mater eam ardore ingenti conſectaretur: fratres quoquè eius, Anaſtaſij ſcilicet auunculus, Clearchus nomine, Attianiſmi conpertus fuerat. Quapropter & Manichæis & Arrianis purpura ſua Anaſtaſius lætitiam attulit, mutationem aliquam futurā expectantibus. Porrò Anaſtaſius Macedonium (cui Euphemius ipſius Anaſtaſij ſtipulationis prædictæ ſyngrapham credi derat: nam ei ſacrorum quoquè donariorum cuſtodia commiſſa fuerat) in ſacram ſuſtulit cathedram. Ille vbì epiſcopalem thronum conſcendit, ab eo quoquè promiſſi ſui ſcriptum Anaſtaſius recipere cōtendit, contumeliam iniuriamq; ſibi fieri ratus, ſi libellum ſuum, qui vitam eius redargueret, poſt ſe relinqueret. Cæterum quum & ipſe itidèm vt Euphemius, conſtanter ei aduerſaretur, & fidei omninò proditionem eſſe, ſi libellum ſuum traderet, exiſtimaret, fortiterq; prorsùs contra eū contenderet, varia Anaſtaſius inijt cōſilia, vt & hunc è ſede deturbaret, tentauitque adeò omnia, vt quod conabatur efficeret. Sed quum quod faceret, non haberet, hæreticorum conſeſſu collecto, per vim Macedonium vt ſynodum Chalcedonenſem damnaret, cogere voluit. Quod vbi multitudo ſenſit, ad eum locum accurrit, & apertè exclamauit: Martyrij tempus adeſt, Nemo longiùs à paſtore abſiſtat. Et conuicia in Imperatorem conieeit: Manichæū, qui Imperio indignus eſſet vocans. Et Anaſtaſius ſibi metuens, ad fugiendū parat☉ fuit, Macedoniūq; quæſiuit, quē anteà ſe neq; reſpecturū eſſe adiurauerat. Macedoni☉ cū libertate multa Anaſtaſium, velutì rei eccleſiaſticæ hoſtem obiurgauit. Atque ille tum in verbis eius acquieuit, ſeque placabiliorem præbens, ſummiſit. Poſtmodùm autem propter animi improbitatē, accuſatores aduersùs eum mercede conduxit. Et præſtò fuère adoleſcentuli quidam, qui non minùs ſeipſos quàm Macedonium per ſycophantiam calumnioſè detulère, & flagitium obſcœnum & fœdum mendaciter produxère. Sed enim poſtquam in continenti illorum confictam calumniam Macedonius, tunica ſubductà, virilibus ſe carere oſtēdens, conuicit, ad conſilium aliud fraudis plenum confugit Nam per Celerem aulę præfectum, libellum confici iuſſit, in quo duæ ſynodi, reliquis duabus omiſſis, conſcri-

Margin notes:

Euphemij & Macedonij epiſcoporum Conſtātinopolitanorum proſcriptio.

Cauſæ odij Anaſtaſij in Euphemiū Conſtant epiſcopum.

Anaſtaſius Manichæus ✱Eutychianæ quidem hæreſi cùm adhæſiſſe cō ſtat.

Macedoni☉ ab Anaſtaſio in locum Euphemij Epiſcopus Conſtantinopolitan☉ ſuffectus.

Criminatores in Macedonium ab Anaſtaſio ſubornati.

Alius criminis prætextus contra Macedonium quæſitus.

ſcriptæ erant, cumque ſe recipere profeſſus eſt. Quæ res à Macedonio approbata, & qđ præterea henotico Zenonis is ſubſcripſiſſet, repræhenſione nõ caruit. Quãuis poſteà quum in Dalmati Monaſterio eſſet, in oratione quadam omnibus pietatem conſectantibus, offendiculum id & crimen obiectũ diluit, diſertis verbis ſanctam quartam ſynodum comprobans: & eos, qui illam non reciperent, hæreticos vocans, Anaſtaſius Celere magiſtro ad ſe euocato, per eum clàm Macedonium ex throno deduxit, & Enchaitem in exilium miſit. Senatus & populus Conſtantinopolitanus eã ob cauſam in magno fuit mœrore. Nam & vitę ſanctitatem & doctrinę ſynceritatem in Macedonio admirabantur, & pietatis ſtudio dignitateque ſacerdotalis valdè enitebat, vt qui à Gennadio eductus atque doctus fuiſſet, cuius etiàm ex fratre nepos fuit. Contra ſectatores eius poſteà grauis perſecutio orta. Quidam enim exilio, nonnulli relegatione, aliqui accuſationibus iniquis, aliqui bonorum publicatione afflicti ſunt. Multi etiàm qui ſibi fuga cõſuluerunt, Romam peruenerunt. Imperator ilicò Chalcedonenſium actorum libellum, quem Macedonius diſcedens in ſanctiore ara depoſuerat, per Calopodium quẽdam furtim ſublatum conſcidit, atque igni tradidit, & Macedonio, qui ſic abducebatur, condemnationis ſententiam miſit. Atque is interrogauit, an illi, qui ad eum ſententiam attulerant, id inficiati ſunt: ipſe, ſi (inquit) Artiani aut Macedoniani condemnationis libellum ad me miſerunt, num recipere eũ poſſum? At ille ità Euchaitẽ ductus eſt. Quum autem Hunni, qui Saberi vocabantur, eruptione per Caſpias anguſtias facta, Orientem vaſtarent, Gangram inde metûs cauſa Macedonius ſeceſſit. Quod vbi Anaſtaſius cognouit, percuſſoribus ſummiſſis eum trucidauit. corpus eius in templo Callinici martyris, innumera miracula edens, repoſitum eſt.

Perſecutio ſectatorum Macedonij.

Macedonij Conſtantinopolitani epiſcopi cædes, & miracula poſt mortem edita.

Macedonium ferunt, quum iam mortuus iaceret, manu ſua ſeipſum ſacro crucis ſignaculo conſignâſſe. Eundemque in ſomnis Theodoro cuidam piè viuenti apparuiſſe, & cum vehementia quadam verba hæc Anaſtaſio renunciari iuſſiſſe: Ego quidem ad patres meos abeo, quorũ fidem ſyncetam ſeruaui. Tu verò ſcito, me Deum precari deſiturũ non eſſe, quoadusquè & tu primo quoque tempore ad id tribunal, quod munera non acceptat, mecum iudicio cõcertaturus, ſteteris. At Imperator impijſſimus eiuſmodi ob cauſas Flauianum quoquè Antiochenũ epiſcopum, & Heliam Hieroſolymitanum, qui Saluſtio ſucceſſerat, necnon Ioannem Alexandrinum in exilium egit. Idem in Ioanne Tabenneſiota fecit.

Anaſtaſius in exilium mittit Flauianum, Heliam, & Ioãnem epiſcopos.

Omnium autem malorum (inquit idẽ Nicephorus libro eodem ca. 45.) quorum ipſe author fuit, illud extremum erat, qđ ꝓpter acceſſionem illam. Qui crucifixus es pro nobis, quam & ipſe ter ſancto hymno additam voluit, ingens exorta eſt ſeditio: perindè atque religionem Chriſtianã euertere homines vellent. Porrò cùm Imperator acceſſionem eam propalàm hymno addere vellet, populus impatienter id ferẽs, ſummoperè animi diſcruciabatur, & multi magiſtratus in periculum maximum inciderunt, multaque inſignia ædificia incenſa ſunt. Atq; in Marini Syri ædibus, monacho cuidam deprehenſo homines nonnulli caput amputârunt, eumque adiectionis eius ſuaſorem eſſe dixerunt: & capite conto in ſublime ſublato, publicè per ludibrium exclamârunt, illũ ipſum Trinitatis hoſtem eſſe aſſeuerantes. Eò verò tumultus iſte magnitudinis proceſſit, conſilio remedioque omni proculcato, vt & Imperator ipſe tam graui periculo permotus, abſque corona & conſueto imperiali habitu, in Hippodromũ procurrerit: & per præcones populo denunciârit, paratum ſe eſſe Imperio cedere. Satis verò ſe ſcire, fieri omninò nõ poſſe, vt vniuerſi dignitatem eam, quæ plurimos minimè ferret, capeſſerent. Vnum autem prorsùs oportere eſſe, qui ſibi ſuccedens, & adminiſtrationis habenas tenens, Imperium gubernaret. Quod vbi populus Cõſtantinopolitanus audiuit, ſubitò veluti diuino quodam momento animum mutauit: & Imperatori ſtatim vt coronam imponeret, ſeditionem ſe ſoluturum, & deincèps quieturum eſſe pollicitus, ſupplicauit. Perbreui autem deindè Anaſtaſius tempore vixit, paulò pòſt defun-

Tumultus Cõſtantinopolitanus aduersùs Imperatorẽ Anaſtaſium propter adiectionem clauſulæ, Qui crucifixus.

Quò Imperatores, Reges, & principes redigũtur, propter Seductores Apoſtatas, quum eis obediũt.

Anaſtaſij mors miſera. Alij dicūt eum fulmine periiſſe poſt 55. vitæ ſuæ annum Vlciſcente grauiter numine pietatem toties ab impuro principe violatam, Ioannes Baptiſta Egnatius.

functus: quum viginti ſeptem annos, mēſes tres, & totidem dies infeliciter, & cum animæ ſuæ exitio, Imperium Romanum adminiſtráſſet.

De quo ſic itidem ſcribit Suidas: Anaſtaſius (inquit) in imperio Romano ariſtocratiam, hoc eſt, optimatium adminiſtrationem inſtituit, magiſtratus & honores vendidit, iniuſtis hominibus pepercit: & ad inſatiabilem pecuniæ cupiditatem cō uerſus, prouincias expilauit. Ad inſolentē nouumq; morem, quem induxit, viri boni ſunt conſternati. Barbaros nanque imperio imminentes, non armis propulit, ſed pacem auro mercari ſolitus eſt. Defunctorum bona curioſè inquiſiuit, & publicam paſsim omnibus conciliauit inopiā. De eo vide plura in Seuero Antiochenſi epiſcopo.

ANGELITAE.

37.

ANgelitæ (authore Niceph. lib. 18. ca. 49. hiſt. eccleſ.) à quodam Alexandriæ loco, Angelij nomen habente, appellati ſunt: in quo ſ. qui primas apud eos ferunt, conuentus cogebant. Hi porrò alio vocabulo, & Seueritæ à Seuero quodam Acephalo, quem ferunt iſtius ſectæ ducem primum fuiſſe, & Theodoſiani à Theodoſio, qui apud eos Alaxandriæ papa factus eſt, & Damianiſtæ à quodam Damiano nomine, vocantur. Habent nāque ſuos epiſcopos, à quibus congruentia nomina accipiunt. Emerſerunt autem iſti Anaſtaſij Imperatoris, & Symmachi Rom. pont. temporibus, circa annum Domini 494.

Angelitarū hæreſis.

Alium porrò eſſe dicūt patrem, alium filium, & alium paracletum, Spiritum videlicet ſanctum: non eſſe autem horum quenque per ſeipſum natura, ſed habere communem Deum ſiue deitatem in eis exiſtentem: atque de ea deitate indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe, patrem & filium & ſpiritum ſanctum: communem verò ipſum Deū, ſubſtantiam & naturam. Hi etiam Sabellianiſtæ, & Tetraditæ nominantur. De his vide plura in Agnoëtis, Contobabditis, Theodoſianis, Seueritanis, Petritis, & Conomitis.

ANGELICI.

38.

Idololatræ Chriſtiani.

ANgelici genus fuit Chriſtianorum, qui cùm ſe nomina Chriſto dediſſe iactarent, & ideò edocti fuiſſent legem diuinam, idololatriā ſummè abominari, & vni Deo ſeruiendum eſſe, eumque vnicè colendum, Angelos nihilominùs adorabant, ex quo Angelici dicti ſuere. Epiphanius tamen quam ob cauſam hoc ſibi nomen vſurpârint, ignorare ſe aſſerit. Siue enim ex eo, inquit, quòd aliqui mūdum ab angelis factum eſſe dicunt, ſiue quod ſeipſos in ordine angelorum eſſe iactant, & vitam eminentiſſimam inſtar Angelorum degunt: ſiue etiàm à loco quodam hoc nomen acceperunt, ignoro. Nam locus quidem eſt Angelina, vltra Meſopotamiam ſitus, ex quo appellari poſſunt. Hos diuus Auguſtinus inter hæreticos adnumerat triceſimonono loco, libro quem de hæreſibus conſcripſit. Hæc porrò ſecta & quamplurimæ aliæ, quæ aliud quàm Deum colebant, & colendum eſſe ducebant, vt fuerunt Ophitæ, * Caiani, Sethiani Heliognoſti, & Muſoritæ, de quibus dicetur locis ſuis, adeò quidem antiquatæ, & ex hominum memoria abolitæ temporum ſucceſſione & lapſu tandē fuerunt. Emerſerunt autem ſub Seuero Imperatore, & Victore Papa, circa annū Domini 199.

** Cainiani*

ANNIANVS.

39.

ANnianus, vt tradit diuus Hieronymus epiſtola ad Alypium & Auguſtinum, fuit pſeudodiaconus eccleſiæ Cælidenſis, Cæleſtij Pelagiani diſcipulus & conſors, vixitq; Archadij Imper. & Innocentij primi Romani Pontificis temporibus, circa annum Domini 405. cōtra Cuius libros ſcripſit idē Hieronymus, ex quibus conplures variasque elicit blaſphemias. Et quamuis ex ea, quam in eadē epiſtola recenſet, cauſa, eam primò non ſcripſerit, ſubiungit nihilominùs in hūc modū: Nec grande eſt, impij hominis ineptiſſimis nęnijs reſpōdere. Quarè ſi Dominus vitā tribuerit, & notariorū habuerimus

Dicebat hic nullum peccare, ſi vellet, & ideò oēs iuſtos fieri, & perfectum ſtatū conſequi poſſe, ſi vellent.

copiam, paucis lucubratiunculis ei reſpõdebimus: non vt conuincamus hæreſim emortuam, ſed vt eius imperitiam & blaſphemiam noſtris ſermonibus confutemus. De eius hęreſi vide plura in Cęleſtio & Pelagio.

ANOMI, SIVE ANO-*mæi.* 40.

ANomi, potiùs quàm Anomæi, Latinè ſine lege dici poſſunt, qui Cõſtantij Imperatoris & Liberij Romani pontificis tempore, circa annum Domini 358. eorum duce Eunomio, tanta arrogantia & impudentia fuerunt hæretici, vt præter alias impietates Dei ſe naturam compræhendere blaſphemarẽt, quos aliquot homilijs aduersùs eos peculiariter editis & inſcriptis egregiè conficit diuus Chryſoſtomus: quorum princeps, vti iam diximus, ſupercilioſus ille Eunomius fuit, qui etiamnùm Dei ſe naturam compræhendiſſe iactabat, vt Theophylactus habet in cap. 3. ad Epheſios, quamuìs nihilominùs (teſte diuo Auguſtino ad Paulinũ de videndo Deo, epiſt. 112. ca. 9.) eam quæ in Deo habitat, plenitudinem diuinitatis, nemo de cæleſtibus etiàm virtutibus conſpicere valeat, nemo mente aut oculis compręhendere. Maieſtas illa (inquit) alibi ſupra cuncta ſublimis, à ſpiritalibus cogitari poteſt, efferri non poteſt, multò minùs compręhendi, nè quis de temeraria eius compręhenſione ſe iactet. Et rurſùs idem: Etiamſi nos mortales & peccatores, corda mundiſſima & mentes ſimpliciſſimas gereremus, ſanctiſque angelis iam æquales eſſemus, non vtiquè nobis ità nota eſſet diuina ſubſtantia, ſicut ipſa ſibi. Itemque diuus Cyprianus tractatu 4. Non poteſt, inquit, videri, viſu clarior eſt: nec compręhendi, tactu purior eſt: aut æſtimari, ſenſu maior eſt: ideò ſic eum dignè ęſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus.

Epiſt. 50. ad Elpidium.

Lib. 4 de Geneſi ad literã, ca. 6.

De Anomis verò ſic ſcribit Hoſius in expoſitione ſalutationis angelicæ, cùm de iuſtitia Chriſtianorum loquitur cap. 60. Iuſtitiam (inquit) qua ſola rectè colitur qui factus eſt nobis iuſtitia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſolam fidem arbitrati ſunt, eorum ab vna, ſancta Catholica, & Apoſtolica eccleſia iampridèm eſt exploſa ſententia. Siquidèm ante mille ducentos plùs minùs annos, fuiſſe ſcribũtur Anomæi quidam hæretici, quorum principes commemorantur Aëtius & Eunomius: qui nihil aliud à nobis requirere Deum docuerunt, quàm vt ipſum ſolum cognoſceremus: cuius etiàm adeò ſibi notitiam arrogàrunt, vt non ſibi ſe magìs eſſe notos dicerent, quàm ipſi Dei naturam perſpectam & exploratam haberent. Ac tantùm illi cuius authores ipſi fuerunt, fidei tribui volebant, vt ſi quis eam eſſet amplexus, etiàm ſi grauiſſima quæq; ſcelera patràſſet, ac non modò patrare non intermitteret, verũ ſubindè grauiora patratis adiungeret, nihil ex eo detrimenti foret accepturus: quemadmodùm ex Epiphanio lib. 3. hæreſi 36. & Auguſtino lib. de hæreſibus, hæreſi 54 memoriæ proditum legimus. De his habes plura in Caluiniſtis, Lutheranis, & Sacramentarijs.

Anomi ante mille ducẽtos annos fuerunt.

Eorum hæreſis.

ANTHIMVS CON-*ſtantinopolitanus Epiſcopus.* 41.

ANthimus primùm Trapezuntianus, pòſt verò Conſtantinopolitanus epiſcopus extitit, tempore Zenonis Imperatoris, & Simplicij ſummi Romanorum pontificis, circiter annum Domini 476. Hic in Eutychianam hæreſin lapſus, Chriſto duas naturas negabat, multis interim, teſte Platina, pontificibus cauſa exitij factus. Sed hoc videre erit faciliùs ex eius hiſtoria, quam eleganti ſtylo deſcribit Nicephorus hiſtor. eccleſiaſticæ lib. 17. cap. 7. in hæc verba: Vbi Iuſtinianus, nepos Iuſtini ex ſorore, & qui in extrema iam conſtitutus ſenecta, atque ad rerum publicarum adminiſtratiõem minùs idoneus, eundem ſummum ducem Imperij ſocium elegerat atque conſtituerat, quatuor menſibus exactis, quibus ambo ſimul imperauerunt, toto Imperio ſolus potitus eſt, Synodus Chalcedonenſis Iuſtini ſanctionibus in omnibus vbiquè eccleſijs locum obtinebat. Adhuc tamen in qui-

Carion hũc vocat Anthemium.

Chalcedonenſis ſynodus comprobatur.

in quibuſdā prouincijs res eccleſiaſticæ propter turbas, in ſtatu ſuo nō erant. Potiſſimū verò id mali in vrbe Imperiali & Alexandria obuerſabatur: vbi etiàm nō ità liberè prorſùs iactabatur.

In vibe Imperante, poſt Epiphanium, qui eccleſiæ annis ſexdecim præfuerat, & Ioanni Scholaſtico (is autē annum vnū epiſcopatū geſſit) ſucceſſerat Anthimus huc Trapezunte tranſlatus, nulla gloria epiſcopatum adminiſtrabat: Alexandriæ verò Dioſcori ſucceſſor Theodoſius ſacra curabat. Vterque verò & Athimus & Theodoſius, vnam naturam in Chriſto eſſe poſt vnionem, opinabantur. Verùm Iuſtinianus magno animo Chalcedonenſem ſynodum defendebat, ſanctionibusque eius admodùm addictus erat. Coniunx autem eius Theodora, eos qui vnam profitebantur naturam, idipſum magìs veritati conſentaneum eſſe arbitrata, tuebatur.

Anthimi Conſtantinopolis, & Theodoſij Alexandriæ epiſcopotū hæreſis.

Enimuerò quòd cum Imperatore Anthimus, Theodoſius, & Seuerus Antiochenæ ſedis epiſcopus (qui ab Auguſta fuerat ex Antiochia Conſtantinopolim iuſſu Imperatoris ab eadē perſuaſi euocatus) nō conſentirent, ſed contra illius ruſſiones venirent, & Chalcedonenſem ſynodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodoſius è ſedibus ſuis deturbati ſunt. Idque in Alexandria Zoilus, in Conſtantinopolitana autem Menas ſucceſſit. Accidit tum, vt in eccleſijs omnibus ſynodus Chalcedonenſis clarè prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemate vel calumnia impetere auderet. Qui verò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in eandē ſententiam irent, in eaque conquieſcere cogerentur.

Zoilus Theodoſij Alexandriæ ſucceſſor: Anthimi Conſtantinop. Menas.

Illud autē notare conuenit, Anthimū Epiphanij ſucceſſorē, verbo quidem ſanctam quartam ſynodum recepiſſe, reuerà autem abominatum eſſe atque damnaſſe. Et cùm comprobare eam atque anathemate eos iugulare, quos illa reijceret, adigeretur, & idipſum facere differret, alias ex alijs cauſas moræ confingens: intereà accidit, vt Agapetus veteris Romæ Hierarcha Conſtantinopolim veniret. Qui cū de Anthimi rebus inquireret, multosq; ab Archimandritis (quos Abbates vocamus) eius vrbis, & ab alijs libellos oblatos acciperet, illi ne in conſpectū quidem admiſſos, epiſcopatum abrogauit. Cuius calculum Monaſteria etiam Palæſtinæ, & Petrus Hieroſolymitanus antiſtes, nec nō reliqui eccleſiarum præfecti comprobârunt.

Ex cap.9.

Agapetus primus hoc nomine, impetrauit à Iu

Anthimus, vt hæretici Cōſtātinopoli non ferren tur: Volat. Platina.

Hunc Anthimum poſt Agapeti obitum ſynodus Conſtantinopoli coacta, atque ipſe etiàm Agathon, Agapeti in eccleſia Romana ſucceſſor, adhuc ſuperſtes, cohortati ſunt, vt pœnitentiæ libellum exhiberet, eaque quæ in illum dicta eſſent, falſa eſſe probaret, atq; ità ad priorem epiſcopatum ſuum Trapezuntem rediret. Porrò cùm ille latitaret, & ſynodus iterùm atque tertiò illum comparere, & cauſam dicere, obiectaque ſibi crimina confutare, & priorem ſedem Trapezunte recipere propalàm iuberet, atq; ipſe propter timorem ſe occultans, copiam ſuî non faceret, Synodus ſententia contra illum publicata, dignitate ſacerdotali omni eum priuauit. Poſt Anthimum autem Menas ad thronum epiſcopalem aſcendit, ſicuti dictum eſt: cui Agathon papa, quòd anteà nūquàm factū eſt, manus impoſuit. De hoc vide plura in Seuero Antiochiæ, & Theodoſio Alexandriæ epiſcopis.

Agathon, latinè dicitur Bonifacius.

Synodus Conſtantinopolitana prouincialis.

Agathon (quem latini Bonifacium nominare videntur) Rom. Pontifex, Menam Cōſtantinopolitanum cōſecrat.

ANTICHRISTVS.

42.

Antichriſtus, hęreticorū omnium qui fuerunt, qui ſunt, vel qui futuri ſunt, erit vltimus, teſte gloſa in illud Lucæ cap. 17. Quandò dicent vobis, ecce hîc, ecce illic, nolite ire, neq; ſectemini, vbi ſic habetur: Multi hæretici fuerunt & futuri ſunt, quorum primus Simon Magus, vltimus Antichriſtus. De quo ſic inquit diuus Paulus 2. ad Theſſalonicenſes cap. 2. Rogamus autē vos fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtrę congregationis in ipſum, vt nō citò moueamini à veſtro ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpiritum, neque per ſermonem, neq; per epiſtolam, tanquā per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini: Nè quis vos ſeducat vllo mo-

Signa præcedentia aduentū Chriſti.

do: quoniam niſi venerit diſceſſio pri-
mùm, & reuelatus fuerit homo peccati,
filius perditionis, qui aduerſatur & ex-
tollitur ſupra omne quod dicitur Deus,
aut quod colitur, ità vt in templo Dei ſe-
deat, oſtendens ſe tanquàm ſit Deus. Nũ
retinetis, quòd cùm adhuc eſſem apud
vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid
illum detineat, ſcitis: vt reueletur in tem
pore ſuo. Nam myſterium iam operatur
iniquitatis tantũ vt qui tenet nunc, te-
Iſa. 11.
neat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabi
tur ille iniquus, quẽ Dominus Ieſus inter
ficiet, ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtra-
tione aduentûs ſui eum, cuius eſt aduen-
tus ſecundũ operationem ſatanæ, in om-
ni virtute, & ſignis, & prodigijs menda-
cibus, & in omni ſeductione iniquitatis
ijs qui pereunt, eò quòd charitatem veri-
tatis non receperunt, vt ſalui fierent. Id-
cò mittet illis Deus operationem erro-
ris, vt credant mendacio, vt iudicentur
Antichriſti nomina.
omnes qui non crediderunt veritati, ſed
Defectio ſiue diſceſſio Antichriſtus appellatus
cõſenſerunt iniquitati. Hactenùs Paulus.
Quo in loco annotandum venit, Apoſto
lum hîc defectionẽ ſiue diſceſſionem, An
tichriſtũ appellare, nimirũ quòd re ipſa
ità futurũ ſit tunc temporis, vt multos fa
ciat à Chriſto deſciſcere, vel electos ipſos,
ſi fieri poteſt. Hos ſaltem multis tentatio
nibus oppugnabit. Nihilominùs tamen
vetuſtiſſimi quiq; (authore Vuicelio, in
ſuo Cõmentariolo de Antichriſto) diſceſ
ſionem interpretantur, Romani regni
defectionem. Alij, vt Theophilactus &
Nicolaus Lyranus, referunt eiuſmodi
ad fidem catholicam. Etſi Theophila-
ctus magis ipſum Antichriſtũ diſceſſio-
nem appellare videtur. Tertullianus non
vno loco exponit diſceſſionẽ de Romani
imperij ſtatu euerſo. Itidèm Irenæus, Me-
thodius, Sedulius, & alij. Quæ vtraq; in-
terpretatio non ità multũ diſcrepat. Defi
ciente enim populo à poteſtate diuini-
tùs ordinata, accidit plerunquè, vt à fide
quoquè deficiat: ſicut videmus Iſmaeli-
tas factitâſſe, qui ſimul & à Romano Im
perio, & à Chriſtiana fide defecerunt.

Homo peccati Antichriſtus.
De homine peccati, vniuerſalis cõſen-
ſus eſt, eũ Antichriſtũ eſſe, de quo ſic tra-
dit diuus Hieronymus: Nè eũ putemus
diabolum eſſe, ſed vnum de hominibus,
in quo totus ſatanas corporaliter inhabi
taturus ſit. Is enim futurus eſt ſcelerum
omnium patrator, ſeducturusque alios
ad peccandum.

Perditionis filius.
Perditionis quoquè filius nuncupa-
tur, vt qui etiàm perdendus ſit tandem.
Omitto hîc referre cum eodem Vuicelio,
quæ ſcriptores priſci de hoc memoriæ
mandârunt: item quæ prædixerunt Si-
byllæ, maximè Nichaula, quam vocant,
de decem regibus, de vno illo vndecimo,
victore trium: de Cæſareæ coronæ in
Apoc. 20.
Golgotha traditione: de Chriſtianorum
deletione per Gog & Magog: de aſſertio-
ne Chriſtianę fidei per Enoch & Heliã:
deque cæteris opinionibus, quarum non
nullas veriſimiles eſt vel ab ipſis Apo-
ſtolis, vel ab eorum auditoribus in ſuc-
ceſſores defluxiſſe: maximè quum non-
nihil hiſce de reb. Irenæus ſcribat libro
quinto, præterquàm quod in ſacris lite-
ris quoq; aliqua de his extent.

Paſtor ſtultus & idolum. Abominatio & deſolatio.
Hunc Zacharias propheta cap. 11. vo-
cat paſtorem ſtultum & idolum. Euange
liſtæ eum nominant Abominationem &
Deſolationem ſtantem in loco ſancto, &
in templo Dei ſedentem.

Dan. 9. Pſal. 9.
A Daniele Rex impudens facie dici-
tur, & Rex laruatus, cuius os, teſte Daui-
de, maledictione plenum eſt. Ex quo ſa-
nè ſatis videre licet, hunc non ſatanam fu
turum, vt quidam opinati ſunt, ſed ho-
minem aliquem qui ab eo vim omnem
Extolli ſupra omne quod dicitur Deus, quid.
ad mala peragenda deſumet: quiq; extol
letur ſupra omne quod dicitur Deus, id
eſt, ſupra omne cui debetur religioſa ve-
neratio, cuiuſmodi ſunt ſacramenta, res
ſacræ, loca ſiue templa Deo dicata, & ſi-
milia: immò ſe Deum dicet & mẽtietur.
Hunc nonnulli opinantur futurum Ne-
ronem, quem putant in hoc ſublatum
adſeruari, vt ſuo tempore prodeat & re-
ſurgat. Quidam de fictis Chriſtianis vel
hæreticis interpretantur. Quibus de re-
bus accuratiùs diſſerit diuus Auguſtinus
de Ciuitate Dei lib. 20. cap. 19. & ego ſub
ſequenti capite.

Quod Mahometes non eſt Antichriſtus, à diuo Paulo deſignatus.
Ex qua Antichriſti circunſtantia ap-
paret, Mahometẽ, qui ſub Heraclio exor
ſus eſt anno Domini 612. & cuius ſecta in
hunc vſque diem perdurat, non fuiſſe
hunc Antichriſtum, cuius hic Paulus
memi-

meminit: vtpotè qui non ſe Deū, ſed ſolū prophetam, & Dei nuncium appellauerit. Antichriſtus autem cùm reuelatus fuerit, non ſolùm cuncta gentilium idola euertet, ſed & omnem ſanctorum cultum, ſeſque Deum eſſe ſolū aſſeret, & appellari ſe faciet (teſte Alberto in cap. 13. Apocalyp.) Solem iuſtitiæ, & gigantem geminæ ſubſtantiæ, id eſt, diuinæ & humanæ.

Quandò antichriſtus reuelandus eſt.

Reuelabitur autem, iuxta Doctorum ferè omnium ſententiam, & potiſſimùm Theophilacti, hunc locum diui Pauli interpretantis, Tantū vt qui tenet, teneat, donec de medio fiat, quum Romanum imperiū tolletur de medio. Nam quemadmodum ante Romanorū ſummam monarchiā, fuêre aliena ſublata imperia, ſicuti Medorum conſtat à Babylonijs, Babyloniorum à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonū à Romanis fuiſſe deleta: ſic & Romanum hoc regnum ab Antichriſto tolletur.

Regnorum monarchiæ deletæ.

Et id quidem ità futurum Daniel ipſe teſtatur capite 7 per beſtiæ typum & imaginem. Ipſe enim futurus eſt illa beſtia, quā diuus Ioannes in ſua reuelatione cap. 13. vidit aſcendentem è mari, hoc eſt, Gloſa ordinaria interpretante, de Iudæis, qui amariſſimè Chriſtum crucifixerunt, originem trahens ex tribu Dan, quæ fuit omnium tribuum Iſrael viliſſima.

A quibus hæreſiarchis pontifex ſummus, Antichriſtus fingatur.

Ex quo videre eſt, quàm aberrent & allucinentur noſtrorum temporum hæretici, qui Romanum Pontificē pro Antichriſto illo accipi volunt, & perſuadēt ſimplici populo. Quam opinionem (vt inquit Vuicelius commentariolo de Antichriſto) primus Vuiglephus in Anglia ſeuit, poſt hunc Huſſus in Boemia, nuper in Germania Lutherus. At quomodò quæſo poteſt eſſe (inquit ille) Pontifex Romanus abominatio deſolationis, ſtans ſuper alas, vt habet Daniel: aut in altari, vt in Machabæis legitur: aut in loco ſancto, vt Matthæus ait: aut in loco vbi non oportet, vt Marcus periphraſticè ſcribit? Quomodò eſt aduerſarius elatus contra omnem qui dicitur Deus aut numen? In quo deniquè templo Dei ſedet, oſtentans ſeipſum eſſe Deum? Aut fabricabis mihi allegoricum templum, vt ante allegorica ſigna ſupremi aduentus? Non damus.

Dan. 9. 1.Mach.1.4. & ſæpius. Matth. 24. Marc 13. 2.Theſ. 2.

Præterea quomodò Pontifex Romanus Pauli tempore myſterium iniquitatis egit? Quomodò eſt aduentus pontificum ſecundùm operationem ſatanæ, cum omni potentia & ſignis & prodigijs mendacibus? Quid eſt confici ſpiritu oris Dominici, & aboleri claritate aduentûs Dominici? aut quomodò hoc in Pontificē quadrat? Tum vt aliquid è libello Auguſtini de Antichriſti ortu commemorem, quandò paſſi ſunt ſe Dei inſtàr adorari Pontifices? Quis horum indicauit è ſcripturis ſe eſſe Meſſiam? Quandò dixerunt illi, Chriſtum ſeduxiſſe orbem? Quandò Iudaica gens in illos credidit? Et quis fuit ficti Antichriſti huius præambulo? Quādò conuocauerunt Iudæos Hieroſolymam? Quandò è triduo reſurrexerunt, inque nubes elati, mox à Michaele in ima tartara præcipitati ſunt? Ais: fabulas ſcripſit Auguſtinus. Neſcio. Certè experiemur aliquandò. Et vt maximè fabula ſit quod ſcripſit Auguſtinus, haudquaquàm profectò fabula eſt, quod ſcripſit Paulus, cuiuſmodi nondū impleta cognouimus, vt maximè aliqua quæ geſſerunt Pontifices, vicina ferè videri poterant vaticinio, neque tamen ità euincunt: vt non dicam, Paulum de vno homine loqui, cū tot extiterint Pontifices, quos omnes pro Antichriſto habeas neceſſe eſt.

Auguſt. lib. de Antichriſti ortu.

Lutherana in Auguſtinū blaſphemia

1.Theſ.2.

Reſtat Ioannes, è cuius canonica aſſeuerantiùs vrgent, Antichriſtum veniſſe, Reſpondeo: Ioannes quidem fatetur Antichriſtum venturum eſſe, quemadmodū vulgò ſemper creditum eſt, ſed tamen ſpiritum eius iam nunc eſſe in mūdo. Erant autem hæretici, qui adeò infeſtabant Eccleſiam Chriſti id temporis, videlicet Simon, Ebion, Cerinthus, & Cerdo, vt Apoſtolus quaſi hyperbolicè auderet dicere, ipſos eſſe Antichriſtos, ſiue ſpiritum Antichriſti in eis eſſe, non ideò negans venturum Antichriſtum. Quo tropo poſſemus dicere, omnes hæreticos ad ipſum vſque Lutherū, Antichriſtos eſſe, ſi incidat de Antichriſto ſermo, Neque enim rarò Antichriſtos,

1.Ioan. 4.

Antichriſti qui vocẽtur ab Irenæo, Tertulliano Hilario, Cypriano, Hieronymo, Ignatio, Ruperto, Lactantio, inſtit. diui. lib. 2. cap. 10.

item præcurſores Antichriſti, vocant Valentinianos & Marcionitas Irenæus & Tertullianus. Sic Hilarius Arrianos, & ipſum quoquè Conſtantium Imperatorem apellat. Cyprianus ſæpè appellat Nouatianos Antichriſtos. Sic quoquè cognominat Feliciſſimi cuiuſdam hæretici ſatellites. Hieronymus vocat Gauiſum quendam Antichriſti diſcipulum. Ignatius vocat eum Antichriſtum, qui negat Chriſtum incarnatum, quique erubeſcit crucem eius. Rupertus quoquè Tuitiẽſis appellat Cerinthum Antichriſtum in Apocalypſi ſua. Lactantius quoquè quodam in loco dicit: Nox prauo illi Antichriſto tribuitur, dies Deo. Hactenùs Vuicelius. Cuius verbis facilè perpendere vel cæcus quidem poteſt, Antichriſtum non eſſe eum, quem ex liuore & inuidia ſibi fingunt huius tempeſtatis hæretici. Sed de hoc plura ſequenti capite.

ANTICHRISTIANI. 46.

ANtichriſtiani ſunt (authore Vuilhelmo Damaſi Lindano, libro quem de vera certaq; per Chriſti Ieſu Euangelium ſalutis æternæ via edidit Dialogo 2.) ex Antilutheranorũ ſecta, de quo paulò pòſt agetur. Porrò Antichriſtiani (inquit) varij ſunt hoc noſtro ſeculo. Quidam enim Chriſtum aiunt, quòd in cruce (vt ì blaſphemant) deſperârit, damnatum. Vt ille Præmonſtratẽſis apoſtata dicebat, qui hoc apud mortales iam nunc ob atrociſſimam in Chriſtum Dei filium blaſphemiam meruit præmij, vt ſua cum impietate adeò ſit hominibus execrabilis, vt ne nomen quidẽ eius ſupereſſe voluerint. Nuſquàm enim me legiſſe memini.

Horrendæ Antichriſtianorum huius ſeculi blaſphemię

Alij CHRISTVM noſtrum negant verum illum promiſſum fuiſſe, ſed aliũ cum Iudæis expectandum, vt ì Bucerum moribundum teſtatum reliquiſſe narrant fide digni, adeoque clariſſimi viri, ſe ab eius diſcipulis in Anglia accepiſſe.

Alij ſui Antichriſti matrem Louanienſem meretriculam adorãt nudam, ex qua iampridèm iactabant naſciturum, quem ſummis expectant votis.

Cæterùm quàm fœda, quàm execranda, quàm abominanda Euangelicorum plurimi ſuis in myſterijs deſignare non erubeſcant, horror probis eſt vel cogitare. Immane quoquè, quòd ſuis neophytis Anabaptiſtæ præſcribunt edendum aut bibendum, vt abſolutiſſimam illam ſuam conſequantur veteris Adæ mortificationem.

Myſteria euangelicorũ aliquot quã abominanda, & qualia ſint illorum Orgia.

David Georgius verò iſtorum omniũ Antichriſtorum maximus, ſe ſe illum iactabat tertium Dauidem, verumq; Chriſtum, dilectumque Dei filium patribus olìm promiſſum. De quo & alijs compluribus huiuſce abominãdæ factionis, vide locis ſuis. Ex quo profectò nemo eſt qui non videat, quantùm Euangelici noſtri temporis, cùm ijs, tum varijs alijs ſuæ doctrinæ capitibus Iudaiſmum renouẽt, quamque Iudæis gratum f[illegible]iant, quum Chriſtum audiunt illi aut non fuiſſe, aut noſtrum, quem pro mago habent, damnatum eſſe, vt iſti impij & ſcelerati homines adſtruunt.

Dauid Georgius.

Ex ijs (inquit doctus ille & verè pius Hoſius lib. quem de expreſſo Dei verbo edidit) perſpicuum eſſe poteſt, quid in ſcripturis, idolorum nomine ſignificari priſci patres exiſtimarint: nimirùm, cùm ipſos hæreticos, tum eorum peruerſa dogmata. Siquidem hominis alicuius verba, contra totius Eccleſiæ receptam doctrinam pleraque omnia docentis, tanquam Dei verbum amplecti, quodq; vel dictum vel ſcriptum ab eo fuerit, adorare, ſeque coram eo incuruare, quæ eſt, ſi non hæc eſt germana idololatria? Quod qui faciunt, quid aliud faciunt, quàm quòd pro CHRISTO adorant Antichriſtum? Dicit Lutherus, Quod ego doceo, Dei verbum eſt & purum euangelium: ſtatìm adorant, & incuruantur coram idolo. Dicunt idem Zuinglius & Caluinus, dicũt Anabaptiſtæ, Pikardi, Suenefeldius, Seruetus, Campanus, & alij nonnulli hæretici: proferunt examina ſcripturarum in prauum ſenſum detortarũ, ac mox hominum, vel diaboli potiùs per homines loquentis, verbum, pro Dei verbo, proque Chriſti euangelio, miſeri mortales amplectuntur & adorant. Horrenda

Hæreticorũ dogmata, germana idololatria et antichriſtianiſmus.

Antichriſti hæreſiarchæ

renda hæc eſt idololatria, deteſtandus Antichriſtianiſmus, & ſicut prophetæ monent, & Apoſtoli, velis (quod aiunt) remisque fugiendus. Quid enim ex eo conſequitur aliud, quàm cùm vnaquæq; ſecta ſuum verbum, expreſſum Dei verbum eſſe iactet, vt iſti tot deos habeant, quot ſunt hæreſiarchæ? Nullus eſt noſtri temporis hæreticorum, qui ſemper in ore non habeat expreſſum Dei verbũ, qui de eo non glorietur, qui ſibi non illud propriè vendicet, qui cæteros ab eius poſſeſſione ſubmouere nõ conetur. Vult igitur Satanas, vt modò coram hoc, modò corã illo incuruemur: vt nunc huius, nunc illius verbum tanquàm Dei verbũ amplectamur, vt pro vno DEO, idola multa colamus, vt pro vno CHRISTO, multos adoremus Antichriſtos. Nos verò prophetarum & Apoſtolorum vocem audiamus clamantium: Fugite idola, fugite idola: Fugite Lutheri, fugite Caluini, fugite Melanchthonis, fugite Brentij peruerſa dogmata. fu[illegible] quot ſunt ali[illegible] ſua [illegible] idola [illegible] & ſentiunt, id [illegible] Dei verbum & purum euangelium adorari debere contendunt. Hucusque Hoſius.

Fugiendi hæretici nõ minùs quã idolorum cultura.

De his rursùs ſcribit Origenes Homilia 30. In illud Matthæi, Exurgent Pſeudochriſti: Generaliter, inquit, vnus eſt Antichriſtus, ſpecies autem illius multæ: tanquàm ſi dicamus, Mendacium generaliter vnum eſt, ſecundùm differentias autem falſorum dogmatum, inueniuntur eſſe multa mendacia. Si enim mendacium nihil differt à mendacio, vt putà Baſilidis, aut Marcionis, aut Valentini, aut Apellis, aut aliquorum ſimilium, vnum videtur eſſe mendaciũ. Si autẽ ſecundùm diuerſa dogmata mentiuntur, multi ſunt qui exurgunt. Hi enim ſunt Antichriſti, & quicunque poſt eos ſurrexerint. Sicut autem veri Chriſti & vnius facti ſunt, qui à ſeculo fuerunt ſancti prophetæ, prænunciantes Chriſti paſſiones, & poſtmodùm glorias eius futuras: ſic mihi intellige ſecundùm vnumquenque pſeudochriſton, multos etiàm pſeudoprophetas. Non ergò alicuius vnius mendacij doctores, ſed omniũ, pſeudoprophetæ ſunt illius Antichriſti, cuius falſos ſermones prædicant quaſi veros, & docent. Secundùm hæc ergò quæ diximus, qui eccleſiaſticè docent verbum, prophetæ ſunt Chriſti: qui autem Marcionis vel alicuius eorũ prædicant verbum falſum, prophetæ ſunt Antichriſti eius, qui eſt ſecundum Marcionem, id eſt, illius mendacij, quod introduxit Marcion: & alij falſi prophetæ ſunt mendacij illius, quod eſt ſecundùm Baſilidem: alij verò quod eſt ſecundùm Apellem. Similiter dices de prædicatoribus ſingularum hæreſum. Omnia enim perſuaſoria, quæ proferuntur ad defenſionẽ Antichriſti verbi, ſigna ſunt illius Antichriſti & prodigia, quæcunque ſuggeruntur à ſapientiſſimo omnium beſtiarum terræ ſerpente, &c. Mox idem ibidèm Origenes: His quæ diximus, inquit, adijciamus adhuc, quoniam omnis ſermo profitens ſe eſſe veritatem cùm non ſit veritas, ſiue apud Gentiles, ſiue apud Barbaros, aliquo modo Antichriſtus eſt, volens ſeducere quaſi veritas, & ſeparare ab eo qui dixit: Ego ſum veritas. Propterea non debemus attendere eis qui dicunt, Ecce hic Chriſtus: non autem oſtendunt eum in Eccleſia, quæ plena eſt fulgore ab Oriente vſque ad Occidentem, quæ plena eſt lumine vero, quæ eſt columna & firmamẽtum veritatis.

Origenes de Antichriſtianis.

Qui propriè Antichriſti dicantur.

Signa Antichriſti aduentus.

Gen. 3.

Ioannis 14.

Matth. 24.

1. Tim. 3.

Rursùs idem Origenes Homilia 29. ita cõcionatur. In hoc ergo loco ſancto omnium ſcripturarum tam veteris quã noui teſtamenti, Antichriſtus, quod eſt falſum verbum, ſtetit frequenter, per hoc ipſum quod ſtare videtur in ſcripturis diuinis, oſtendens ſe quaſi ſit Deus, & quaſi ipſe ſit CHRISTVS Dei verbum, ipſe tamen eſt abominatio deſolationis. Eſt enim frequenter videre in argumentationibus impijs dogmatum apud hæreſes hanc abominationem deſolationis, id eſt, Antichriſtum falſum verbum abominationum, deſolantem à Deo omnẽ hominem, qui receperit eam in ſe, abominationem aduerſantem veritati, extollẽtem ſe ſuper omne verbum quod eſt extra eum, quod annunciatur eſſe verbum Dei, &c. Mox: Nam vnumquodque hæreſum dogma non ſolùm veritati aduerſatur,

Falſum verbum Antichriſtus dictum.

ſatur, ſed etiàm cæteris dogmatibus ſimiliter falſis. Et quoniam ſic extollitur, vt etiam in templo ſcripturarum ſedeat, per ipſum templum, id eſt, per ipſas ſcripturas volens ſe oſtendere, quoniam ipſe verè eſt Deus verbum. Semper ergò qui diuinas legit ſcripturas, intelligat eas, maximè quandò viderit abominationem deſolationis, ſecundùm ea quæ diximus, ſtantem in eo, quem expoſuimus loco ſancto ſanctarum ſcripturarū, &c. Huc uſquè Origenis verba: è quibus apparet, hæreticos Antichriſti prophetas eſſe quidem, ſed tamen vnius Antichriſti.

Dei templū ſcripturæ ſacræ.

Huc accedit quod Tertullianus ſcribit de Præſcriptionibus hæreticorum: Qui, inquit, Antichriſti interìm & ſemper, niſi Chriſto rebelles? Hoc nunc ſunt hæreſes, non minùs doctrinarum peruerſitate eccleſiam laceſſentes, quàm tunc Antichriſtus perſecutionum atrocitate perſequetur. Et fortaſsè de hæreticorum Antichriſtianiſmo ſenſit apud Clemetem Petrus, cū vltimum par diſſidentium atq; concertantium facit Chriſtum & Antichriſtum. Eius verba hîc refe. am: Decem ergò (inquit) paria huic mundo deſtinata ſunt ab initio ſeculi. Cain & Abel, vnum fuit par. Secundum, gigantum & Noe. Tertium, Pharaonis & Abraham. Quartum, Philiſtinorum & Iſaac. Quintum Eſau & Iacob. Sextū, Magorum & Legislatoris Moyſis. Septimum, Tentatoris & filij hominis. Octauum, Simonis magi & Petri. Nonum, Omnium gentium, & illius qui miſſus fuit ſeminare verbum inter gentes: Paulum vult intelligi. Decimum, Antichriſti & Chriſti.

Hæreſis & Antichriſtianiſmi collatio, ex Tertulliano.

Clem. lib. 3 Recognit.

Decem quædam paria.

Ad hoc etiàm facit locus quidam in Epiſtola ſancti Ignatij ad Hieronem, in hæc verba: Si quis (inquit) infalſauerit legem & prophetas, quos Chriſtus præſens adimpleuit, ſit tibi tanquàm Antichriſtus. Cùm itaque Lutherus, Zuinglius, Caluinus, & cæteri Eccleſiaſtico lumini obluctantes, infalſârint, ac pſeudermenia ſua vitiârint ſcripturam vtriuſque Teſtamenti, vt vero verius eſt, neminem ſanæ mentis arbitror eſſe, qui non hos verè Antichriſtianos iudicet & credat.

Ignatius de Antichriſtis

ANTIDICOMARIAnitæ, *ſiue Antimariani.* 44.

ANtidicomarianitæ, hoc eſt, Mariæ aduerſarij appellātur, vel qui (teſte Hoſio & Lindano) Mariam non ſuſtinent audire Dei genitricē, Chriſtum fingentes cum Adamæis hæreticis, vt vnius perſonæ, ità vnius quoq; naturæ: verbi vtiquè hypoſtaſin ſiue perſonā in Chriſto non agnoſcentes cum Paulo Samoſateno & Photio, vt inquit Caſſander Commentario quod edidit de duobus in Chriſto naturis. Vel qui Mariæ virginitatem calumniantur & abnegāt, eam aſſerentes poſt Chriſtum natum viro ſuo Ioſeph fuiſſe commixtam, alioſq; ex eo ſuſcepiſſe filios, quos Euangelium appellat fratres Chriſti. Vbi quidem mirandum non eſt, ſi Dei genitricis honorem hæretici conati ſunt imminuere, cū ipſius etiàm Dei nomen non ſint veriti polluere.

Anno 196.

Contra perpetuam virginitatem B. Mariæ.

Ex his porrò, qui in hanc inſipientiā veſaniamq; prolapſi ſunt, duo numerantur præcipui, diui Auguſtini & Hieronymi monimentis comprælienſi, Eluidius nimirùm & Iouinianus: quāuis tamen Hieronymus duobus libris quos contra ipſius Iouiniani errores conſcripſit, hoc illi crimen nō impingat, ſed Auguſtinus tantù libro de hæreſib. Quod ergo eos impulit vt dicerent, beatam Dei genitricem poſt Chriſtum natum à viro ſuo Ioſeph fuiſſe carnaliter cognitam, is fuit locus, qui ſic apud Matthæum habetur: Antequā conuenirent, inuenta eſt in vtero habens. Et rursùs: Non cognouit eam Ioſeph, donèc peperit filium ſuum primogenitum. & iterū apud eundem Matthęū dicunt Iudæi Chriſto: Eccè mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te. Verū Eluidius ex litera perperam intellecta, in hunc errorem lapſus eſt, vt aſſerere auderet, intactam intemeratamq; Dei genitricem non ſemper virginem fuiſſe: cū tamē (vt de verborum ſignificationibus habetur, cap. Ioſeph) mos diuinarum ſcripturarum ſit, vt primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum qui primò natus eſt. Et illud 27. diſtinct. queſt. 2.

Eluidius & Iouinianus impugnatores virginitatis Mariæ.

Matth. 1.

Matth. 12.

cap.

cap. Genuit: Cùm audis virum, non ſubeat ſuſpicio nuptiarum. Et Maximus in quodam ſermone de beata virgine, inquit: Mater virgo vniuerſam prauitatem hæreticam ſola contriuit. Alius illã non de ſubſtantia ſuæ carnis Chriſtum edidiſſe dogmatizau t. Alius eam paruulũ non peperiſſe ſimulabat. Alius partum viro genitum blaſphemabat. Alius Dei matrem audire non ſuſtinens, magnũ illud nomẽ Theotocos, impijſſimè ſugillabat. Sed cõtriti ſunt inſidiatores, conculcati ſunt ſupplantatores, cõfutati derogatores, & beatam eam dicent omnes generationes.

Maximus.

Quòd autẽ in Euangelio dicitur, Chriſtum fratres habuiſſe, hoc parũ nos mouere debet, nẽpe quod ſacris literis ſit familiare, fratres appellari eos, qui aliqua conſanguinitate coniuncti ſunt, quãuis non ſint ex eiſdem parentibus geniti: vt Loth vocatur frater Abraham, quẽ tamẽ eadẽ ſcriptura teſtatur fuiſſe filiũ fratris Abrahæ. De hac re vide fuſiùs in Heluidio, Iouiniano, & Neſtorio. Lege etiàm Epiphanium contra hæreſes lib. 3. Tomo 2. hanc hæreſim fuſiùs tractantem.

Fratres qui in ſacris literis appellantur. *Gen. 13.*

ANTILVTHERANI. 45.

ANtilutherani ſunt (authore Guilhelmo Lindano lib. quem Dubitantius inſcripſit. Dialogo 2.) ex tertia claſſe Euangelicorum noſtri temporis: nimirũ qui Lutheri occaſione ab eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Luthero contraria.

Antilutherani qui.

Horum (inquit) famoſiſſima eſt factio Sacramentariorum, qui ab Andrea Carolſtadio Archidiacono Vuittenbergenſi originem ducunt: quòd is (teſte Melanchthone) primũ diſputârit, non eſſe præſens in cœna corpus Domini, primumq́; de Euchariſtia excitauit tumultum anno Domini 1524. verbum Chriſti in hunc detorquens ſenſum, Corpus meũ quod pro vobis datur, eſt hoc, q hic aſſidet menſæ.

Sacramentarij. *Carolſtadij Commentatio ad Col.*

Verũ cùm inſulſa eius interpretatio verborum Cœnæ Domini non placeret diſcipulo Hulrico Zuinglio canonico Conſtatienſi, nouam ſectatus eſt ſententiam de Euchariſtia, quam ſeſe in Batauí cuiuſdam epiſtola (teſte Heshuſio, libro contra Caluinũ) reperiiſſe fatetur, vbi Eſt, pro Significat, accipiendũ didicit. Quod prodigioſum cõmentum exemplis è ſcriptura petitis, cũ nec ſibi, nec auditoribus perſuadere poſſet, narrat ſibi in ſomno viſum adeſſe monitorem (ater fuerit an albus, inquit in Subſidio de Euchariſtia, nihil memini) qui diceret, Quin ignare reſpondes quod ſcribitur Exod. 12. Eſt enim phaſe, hoc eſt trãſitus? Ità Tilmãnus Heshuſius cõtra Caluinũ & Bezã. Huic errori & alios adiunxit plurimos, quibus catholicã turbauit eccleſiam: vt de peccato originali, quòd ſit tantùm naturæ morbus, non peccatum: quæ fuſiùs in Zuinglianis videre poteris, ſi tibi libeat.

Zuingliani. *Zuinglio arma ſuppeditat diabolus contra ſanctã Euchariſtiam.*

Cæterũ hæc Antilutheranorum ſeu Sacramentariorum ſecta, tam fuit vel à ſui exordio variè diſſecta, vt intra biennium in ſex aut ſeptem factiones fuerit diſſipata, vt inquit Lutherus ſermone ſuper Sacramento Huganoæ, anno Domini 1527. Immò infinita penè eſt hac in parte (aiunt Bremen. cõcionatores ad Vueſtphalum, confeſſione de ſancta Euchariſtia) opinionum varietas apud eos. Vndè fit, vt varia etiàm ſortiantur nomina. Iſtorum enim quidam nũcupantur Oecolampadiani, à Ioanne Oecolampadio Brigittano apoſtata: alij Martyriani, à Petro Martyre: alij Buceriani, à Martino Bucero quondam Dominicano: alij Farelliſtæ, à Guilhelmo Farello: alij Caluiniſtæ, à Ioanne Caluino Picardo Nouioduneuſi: alij Bezani, à Theodoro Beza legum licentiato: alij Boquinij, à quodam Boquino: alij Marcioniſtæ, qui cum Marcione, carnis negant reſurrectionem: qui & Richerij appellantur, à quodam Petro Richero Carmelitano, quem Nicolaus Villagagn. Eques Rhodius refert in Frãcia Antarctica quò ſe cum alijs apoſtatis receperat, hanc blaſphemiam ſcriptis euomuiſſe. Alij dicuntur Caluiniſtæ Neſtoriani, qui publicas reſpuunt preces: alij Valentiniſtæ, à Ioanne Valentino Gentili Neapolitano pædagogo, qui ter quater periurus apoſtata, libro quodam Geneuæ edito docet eos falli, qui in vna DEI eſſentia tres perſonas ſtatuunt. Alij Seruetiani, à Michaele

Sectæ antilutheranorum, quam variæ. *Oecolampadiani.* *Martyriani.* *Buceriani.* *Farelliſtæ.* *Caluiniſtæ.* *Bezani.* *Boquinij.* *Marcioniſtæ qui & Richerij.* *Neſtoriani.* *Valẽtiniſtæ.*

ele Serueto Hiſpano, quondam Calui-
Alaſcani. ni atque Farelli collega. Alij Alaſcani,
Cāpaniſtæ. à Ioanne Laſcano, alij Campaniſtæ, à Iohanne Campano: alij Hamſtedij, ab A-
Hamſtedij driano Hamſtedio: alij Suencfeldiani,
Suencfeldiani. à Gaſpare Suencfeldio: alij Poſtellani,
Poſtellani. à Guilhelmo Poſtello Burgundo: alij
Trinitarij. Trinitarij, qui ſacroſanctam ore blaſphemo violant Trinitatem: alij Antimarianı. Antimariani, qui Mariam non ſuſtinent, audire
Anabaptiſtę DEI genetricem: alij Anabaptiſtæ, ab
Apoſtolici. iterato CHRISTI Baptiſmo nomen habentes. Alij Apoſtolici, qui omnia relinquunt & alijs communia faciunt: alij
Nudipedes. Spirituales. Nudipedes, qui calceos abhorrent, & pecuniam non contrectant: alij Spirituales ſiue Separati, qui vulgi cultum & vſum ciborum, atmaque deteſtantur: alij
Sanctuli. Orantes. Sanctuli & puri, hoc eſt, Cathari, qui ſe ſe iactant ſine peccato eſſe: alij Orantes ſiue Euchytæ, qui toti precibus ſunt de-
Enthuſiaſtæ diti: Alij Enthuſiaſtæ ſiue Ecſtatici, qui in Ecſtaſin rapti, mira effutiunt ſomnia:
Adamitæ. alij Andamitæ, ab æmulata Adæ nuditate, & ementita eius innocentia ſibi no-
Mennonitæ Liberi. men mutuati: alij Mennonitæ, à Mennone Simonis Friſio: alij Liberi, qui libertatem docent ab obedientia Principum, à decimis & cenſibus, atque reddi-
Adiaphori. tibus: alij Adiaphori, qui omnia faciunt indifferentia & libera: Alij deniquè Hutitæ, Ambroſiani, Auguſtiniani, Melchioritæ, Monaſterienſes, Clancularij, Manifeſtarij, Baculares, Scripturarij, Ollarij, Dauidici, Batenburgici, Pacifici, Paſtoricidæ, Sanguinarij, Aegidiani, Libertini: Qui à quibus nomen deduxerint, qualemque opinionem ſectentur, vide locis ſuis.

ANTIDAEMONICI. 46.

ANtidæmoniaci, ſunt ex Rigidorū Confeſſioniſtarum noſtri ſeculi familia: qui, teſte Staphylo, negāt eſſe diabolum & malos ſpiritus, nec vllas eſſe incantationes aut maleficia per dæmones concitatā. Ità docent Georgiani Dauidici, & Andreas Oſiander.

ANTIDIAPHO-riſtæ. 47.

ANtidiaphoriſtæ ſpectant etiam ad Rigidorum Confeſſioniſtarū noſtri temporis factionem, qui, eodē Staphylo authore, nullas volunt eſſe in eccleſia cæremonias antiquas, nullamq; epiſcoporum iuriſdictionem. Ità Illyrıcani ſeu Flacciani in multis editis libris contra Vuittenbergenſes Adiaphoriſtas.

ANTISVENCFEL-diani. 48.

ANtiSuencfeldiani ſunt & Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtræ ætatis familiæ: qui, eodem Staphylo authore, omnem fidei Chriſtianæ cauſam rationemque ponunt in vocali miniſterio ſuorum concionatorum. Ità Illyricus in aliquot ſcriptis editis contra Suencfeldium.

ANTICALVINIANI. 49.

ANticaluiniani, ſunt eiuſdem cum præcedentibus factionis: qui, eodem authore Staphylo, tametſi rectè aſſerunt realem præſentiam Dominici corporis in Cœna Domini, tamen falsò negant transelementationem & adorationem: falsò aſſerunt, extra vſum non eſſe Sacramentum. Ioachimus Vueſtphalus in ſua reſponſione contra Caluinum ait ità, & multi alij.

ANTISTANCARIani. 50.

ANtiſtancariani, ſunt ex extrauagante Confeſſioniſtarum noſtri temporis ſecta: qui, teſte Staphylo, vt Stancari opinionē refutarent, qua aſſerebat Chriſtū eſſe iuſtificatorē iuxta ſolam naturam humanā, excluſa diuinitate, aſſeruērunt illi adeò Chriſtū iuxta vtranque, hoc eſt, & diuinam & humanam naturam iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, diuinam Chriſti naturam vnà cum humana in cruce mortuam

tuam eſſe. Ità Muſculum ſentire, editum ipſius de ſententia Lutheri Schediaſma teſtatur, & de eadem iſta ſententia Heluetiorum damnatio, ſicut recenſet ſcriptum Petri Statarij Galli, editum hoc anno 1560. Pinzouiæ in Polonia. Hactenùs Staphylus.

ANTINOMI. 51.

ANtinomi, quaſi legem impugnantes, vel legi diuinæ contrarij dicũtur: ij enim, authore Staphylo, adeò efferunt Euangelium, vt affirment legem Dei prorsùs inutilem, & neq; ante, neq; poſt iuſtificationẽ, neceſſariam eſſe: Hominesq; Euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Sic Lutherus initiò: ſic eodem hoc magiſtro Ioannes Agricola, vt ipſe ſcribit in annotationibus in Ioannẽ, & Lutherus in Antinomicis ſuis diſputationibus. Hæc Staphylus. Sunt aũt ſecta Lutherani ex prima claſſe euangelicorum huiuſce tempeſtatis: de quibus ſic ait Hoſius lib. 1. de hæreſib. noſtri temporis: Extiterunt Vuittenbergæ anno ab hinc propè vigeſimo, qui ſicut anteà docti fuerant à Luthero, legem operum reijciebant. Contra quos ille multis diſputationibus contẽdit, & eos probroſo nomine vocat Antinomos.

Rigidi conſeſsioniſtæ.

De his item Guilhelmus Lindanus libro, quem Dubitantius inſcripſit, Dialog. 2. ſic loquitur: Cùm captiuitatem quandam Babylonicam Draco ille Apocalypticus, nunc Dei permiſſu ſolutus, per Lutherum aliosq; Euangelicos iſtos, populo Dei moliretur inducere, varias paulatim inuexit, prætextu Euangelij, ſectas per quoſdam improbos, qui rem iſtam reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam, ac Romano Imperio exitialem, ſuo procurarent ſtudio.

Tres Euangelicorum claſſes.

Euangelicorum igitur, qui Euangelij iſtius noui, quod iactant, doctrinã per Lutherũ aliosúe adulteratam ſectantur, in tres diſtinguas commodiſſimè claſſes: tametſi tanta ſit varietas, cõfuſio, & doctrinæ incõſtantia, vt tot exiſtant ferè factiones, quot capita: tot propè hæreſiarchæ, quot ſectarij. Alij nanq; ſunt Lutherani, alij Semilutherani, alij Antilutherani.

Porrò ex claſſe Lutheranorũ ſunt Antinomi, à Ioanne Iſlebio Lutheri ciue ac diſcipulo exorti. Hi dogmata ſequuntur legibus diuinis contraria (ait Querela Lutheri) legẽ operum reijcientes, finguntq; homines contra conſcientiã iuſtos eſſe. Aiunt enim, teſte Luthero lib. de Concilijs: Si es adulter, ſcortator, vſurarius, auarus, aut alijs pollutus peccatis, ſi tantũ credis, ſaluus es. Hactenùs Lindanus.

Antinomorum origo & Hæreſis.

ANTHROPOMORphitæ, ſeu Vadiani. 52.

ANthropomorphitæ, qui & Vadiani, primùm exorti ſunt in partib. Aegypti, tempore Theodoſij maioris, qui cum Archadio & Honorio filijs, tribus annis imperiũ tenuit, & Siricij ſummi Pontificis, anno Domini 395. Ea quoq; hæreſis reuelata eſt ſub Henrico primo, qui Auceps appellabatur, & Ioanne duodecimo Romanorũ antiſtite, qui Agapeto ſucceſſit anno Domini 954. idque in Paduana prouincia, ſed parũ ſucceſſit. Nam Bracherius Veronenſis epiſcopus vir cõprimis doctiſſimus & pius, cæteriq; comprouinciales epiſcopi, eidẽ hæreſi virili animo occurrentes, illã tandèm exterminàrunt.

Dicuntur autem Anthropomorphitæ, quòd ruſtica ſimplicitate Deum habere humana mẽbra arbitrarentur, à ſuo errore nomẽ ſortiti: nam ἄνθρωπος Græcè Latinè homo interpretatur. Aſſerebant enim Deum per omnia humanum corpus nobis ſimile habere, propterea quòd in eius ſimilitudinem creati eſſemus, & quòd in veteri Teſtamento varijs in locis Deo membra tribuantur, ignorantes vtique quod à Domino dicitur: Spiritus eſt Deus. Eſt enim, vt teſtatur Iſidorus, incorporeus, nec membris diſtinctus, nec corporis mole diſtentus.

Anthropomorphitarũ hæreſis.

Ioan. 4.

Huius hæreſis authorem primùm quidam tradunt fuiſſe Tertullianũ: licèt hũc excuſet diuus Auguſtinus libro de hæreſibus capite octogeſimoſexto, aſſerens eum non ob hoc dicendum hæreticum, quia potuit ità de Deo ſentire, vt diceret

Eorum origo à Tertulliano, ſed à diuo Auguſtino excuſatus.

eum eſſe corpus quoddam, non quidem tale, vt partes habeat, quarũ aliæ maiores, aliæ minores exiſterent, quod etiàm loco ſit circunſcriptum & certis limitibus cõcluſum: ſed ideò (inquit) potuit nominare corpus, quòd videlicet non ſit inane, ſed ſit aliquid qui vbiquè totus ſit. At verò intereà neſcitur, an res huiuſmodi quæ partes non habet, ſcitè & congruè poſſit appellari corpus. Verùm (vt verbo Alphonſi de Caſtro vtar, lib. 5. aduersùs hæreſes) beatus Auguſtinus mitiſſima vſus cenſura, excuſauit quod potuit. Cõſiderauit nanque nullum eſſe acerbius & grauius crimen, quod homini Chriſtiano poſsit obijci, quàm crimen hæreſeos.

Audæus hæreſum Anthropomorphitarũ inuentor, anno 395.

Cæterũ de Anthropomorphitarum hæreſi ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14. Ea ætate quoquè (hoc eſt, tempore Theodoſij ſenioris) Audæus quidam & genere & lingua Syrus, fuit nouorum dogmatum inuentor. Quæ enim mala dudùm parturiebat, aliquandò tandèm peperit. Primùm nãque cũ perperàm illud intellexiſſet, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: (Gen. 1.) Deum humana eſſe forma opinatus eſt, eundemq́ue corporalia membra habere exiſtimauit, ſacræ ſcripturæ ſententiam non ſatis aſſecutus, quæ diuini numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit: quandoquidem eo modo qui res ſubtiliores percipere & audire nequeunt, faciliùs conſilium Dei intelligunt. Addidit deindè ad impietatem eam conſimilia alia. A Manete enim id mutuatus eſt, qui conditorem vniuerſitatis huius Deum, neque ignem, neque tenebras creaſſe docuit. Verùm hæc quidem & quæcunque ſunt eiuſmodi, qui factionis eius ſunt, celant.

Anthropomorphitæ ſub prætextu ſeuerioris ſanctiorisq́ue vitæ, diſceſſionẽ ab eccleſia faciunt.

Dicuntur autem à publicis Eccleſiæ cõuentibus ſegregâſſe ſe, proptereà quod nonnulli pecuniam apud nos execrando fœnore locent: nonnulli cum mulieribus extra coniugium conſuetudinem habentes, impiè viuant. Qui verò à talibus rebus ſint alieni, liberè cum eis communicare. At ideò illos ſuo quodam more ab alijs ſeparatos viuere conſtat, quòd dogmatum ſuorum occultent blaſphemiam & impietatem. Porrò ficta hæc & aſſimulata ſanctitas, arrogãtiæ eſt plena, quæ ſcilicet à doctrina Phariſæorum prouenit. Nam & illi animarum ſimul & corporum medicum accuſârunt, ad ſanctos Apoſtolos dicentes: Cur cum publicanis & peccatoribus cibum ſumit magiſter veſter? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus: Qui dicunt, Purus ſum, nè me attigeris; iſte fumus furoris mei eſt. Sed enim amentiam iſtorum refellere temporis iſtius nõ eſt. Huc uſquè Nicephorus.

Phariſaica hæreticorũ ſanctimõia.

Mat. 2.

Iſa. 65.

Anthropomorphitarũ error in Aegypto, anno 402.

Ruſsùs idem lib. 13. cap. 10. Eodem, inquit, tempore, hoc eſt, Honorij & Archadij Imperatorũ, & Anaſtaſij ſummi Romanorum Pontificis, in Aegypto, quæ paulò antè extiterat, rursũ mota eſt quæſtio: opusne ſit, Deum hominis forma & corporali ſpecie eſſe opinari, an ab humano habitu prorsùs eſſe alienum credere. Et nonnulli quidem ſimplicitate imperita, ea quæ in ſcriptura ex conſuetudine eius dicuntur, excipientes, ità vt dici audiebant, faciem & manus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alij autem abſtruſiorem quæ in literæ receſſu latet, ſententiam eius conſiderantes, contrarium maximè ſentiebant: atq; aliter opinantes, impios eſſe, & blaſphemare in Deũ dicebãt. Inter quos præcipuè Theophilus Alexandrinus fuit. Atq; is perſæpè in eccleſia etiàm eos perſtrinxit, qui de Deo tam craſsè opinarentur, vt humana forma eum eſſe exiſtimarent. Quã ſententiam in epiſtolam quoque eam retulit, quam ex conſuetudine de paſchalibus ferijs ſcribere ſolitus erat: Oportere ſcilicet Deum incorporeum, & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbì cognouerunt qui in Aegyptiis Aſceterijs viuebant monachi, illis relictis, quàm celerrimè Alexandriam venerunt, tantam eam ob cauſam ſeditionẽ concitantes, vt Theophilum veluti impium & blaſphemum hominem ſublatum voluerint. Ille autem conſilio eo depræhenſo, arte quadam rem eam expediuit: atque in ſeditioſorum conſpectum veniens, aſſentatione eos fefellit: Sic, inquiens, vos vidi vt faciem Dei. Hoc verbum illis vt iram remitterent, perſuaſit. Proindè ſtatim intulerunt: Si quidem quod

Theophilus Alexandrinus errorẽ eum refellit.

quod ore profers, corde etiàm ſentis, Origenis libros te damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, veità ſentiant, perſuaſi ſunt, nobisque aduerſantur. Sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnãtem opinionem ſequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudùm, inquit, hæc fuit ſententia: & quod vobis placitũ eſt, id facere paratus ſum. Non minus nanque quàm vobis & mihi Origenis ſcripta, quique ea recipiunt, grauem moleſtiam afferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptam à ſe remouit, & ſeditionem compoſuit. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Vadianis.

ANTOSIANDRINI. 53.

ANtoſiandrini ſunt ſecta Rigidorũ Confeſſioniſtarum: Dicuntur & Oſiandromaſtiges, nimirû qui, authore Staphylo, negant quidem hominẽ ea iuſtitia, qua Deus ipſe iuſtus eſt, eſſentialiter iuſtum fieri, ſed illum imputatiuè, id eſt, vt Illyricus gloſſat, non re ipſa, ſed verbo tantùm, iuſtum pronunciari. Quatuordecim Lutheranæ eccleſiæ ſcripſerunt contra Oſiandrum: ſed quælibet illarum, aliam iuſtitiæ definitionem, alijsque prorsùs contrariam afferebat. Vide Ioannis Functij ſcriptum de origine Oſiandrinæ litis contra Staphylum. Hæc idem Staphylus.

APELLITAE. 54.

APellitæ vel Apelliani, ab Apelle Marcionis hæretici diſcipulo dicti ſunt. Nam Marcionis ſecta in multas deſecta partes, monſtruoſas opiniones protulit ſub Marci Antonini Philoſophi Imperio, & pontificatu Soteri ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 178.

Appellitarum hæreſis

1 Dicebant autem illi (vt teſtantur Euſebius lib. 5. cap. 13. Auguſtinus & Philaſtrius) Chriſtum carnem ſuam nõ de matre, ſed ex elementis accepiſſe, quam, reſurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ità ſine carne in cælum aſcendiſſe. Qua ſentẽtia quid fabuloſius dici poteſt? Proindè cum ipſo etiàm Apelle ſepulta fuit.

2 Aſſerebant rursùs cũ Gnoſticis, Manichæis, Cerdone, Marcione, & Valentino, duos eſſe deos, vnum quidem bonũ, à quo omnia bona: alterum verò malũ, à quo omnia mala procederent. Quanquàm illos hac in re à Gnoſticis aliquantulùm differre aſſerit Auguſt lib. de Hæreſibus cap. 23. Nam Apellitæ, inquit ille, non dicebant illos duos deos eſſe (quemadmodum volebant Gnoſtici) duo rerũ principia, ſed vnum tantũ principium, Deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cùm malignus eſſet, mundum in ſua creâſſet malignitate.

Appellitarũ & Gnoſticorum diſcrimen ſuper aſſertione duorũ principiorum.

3 Impingebant quoq; Prophetis mendacium, eos aſſerentes contradictionem in ſe implicare, & indè contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos. Quapropter dicebant prophetias eſſe falſas, nihilque in ſe habere veritatis, eò quod inter ſeipſas pugnarent, & ſibi inuicẽ aduerſarentur. Et cùm cõtrarias ſibimetipſis docerent eſſe prophetias, & contra ab eodem vero eſſe nõ poſſent, vt hunc errorem faciliùs tueri poſſent, in alium peiorem lapſi ſunt, aſſerentes duo eſſe rerum principia, à quibus duobus (vt iam diximus) inter ſe diuerſis aut diuiſis, prophetas dicebant eſſe inſpiratos, vt contraria dixerint. Hæc ex Euſebio lib. 5. hiſt. eccleſiaſt. cap. 12.

4 Negabant deniq; cum Saducæis, Simone mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto, Valentino, Marcione, Ophitis, Cerdone, * Caianis, & alijs compluribus, carnis reſurrectionem.

*Cainianis.

5 Tanta autẽ peruerſitate præditi fuêre, vt qui cum multis alijs hæreticis vellent Eccleſiæ vnitatem prauo dogmate ſeparare, hanc clauſulam ex epiſtola diui Ioannis, Omnis ſpiritus qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, eraſerint, nè per omnia erroris conuincerentur. Adeò quidem, vt Theodocion vir eruditiſſimus, Apellem eiusque aſſectatores, hæreticiſſimos per ſuperlatiuum appellitet, & ſuis ſcriptis eum apprimè desideat.

1. Ioan. 4.

Apelles Marcioniſta.

De his autem ſcribit Nicephorus hiſt. eccleſiaſt. lib. 4. cap. 28. Marcionis ſecta-

totes in multas diuiſi ſunt ſectas. Apelles enim quidã, quatuor ingenitis ſubſtãtijs, quas verborum portentis Marcion confinxit, aliam addit igneam, & libro à ſe compoſito, Philumenæ prophetia, nomen indidit. Chriſto autem corpus tribuit non humanum, ſed ex eius quæ apud ipſos eſt, mundi ſubſtantia.

Contra hos, eorumque varias ſectas, Rhodon Aſianus genere, Tatiani hæretici auditor, librum compoſuit, in quo non ſolùm eorum impietatem refellit, ſed etiàm authores eorum diſſectionis, accuratè recenſet. Propterea, inquit, diſcordes inter ſe ſunt, quòd ſententiam quæ conſiſtere atque extare nequaquàm poteſt, tuentur atq; defendunt. Ex cohorte enim eorum progreſſus Apelles, vita ipſa & ſenio venerationem quandam conſecutus, vnum principium côfitetur. Prophetias aũt ab aduerſario prouenire ſpiritu dicit, dictis atq; reſponſis virginis à dæmonio agitatæ, cui nomen Philomena fuit, perſuaſus. Alij autem, ſicut & ipſe Marcion, duo principia inducunt, ex quibus ſunt Photinus & Baſiliſcus, Ponticum illum Lupũ ſecuti, qui nudis verbis, ac ſine omni demonſtratione atque probatione, duo principia conſtituit: Synerus verò tria poſuit.

Apellis ſecta et opinio.

Philomena Pythoniſſa Apellis.

Scribit itidèm Rhodon, ſe cum Apelle congreſſum, atque collocutum eſſe. Apellem nanq; iam prouecta ætate, cùm ſe Catholicis Chriſtianis immiſcuiſſet, multa perperàm dixiſſe: atq; etiã aſſeruiſſe, omnes homines in crucifixum ſperãtes, ſaluos fieri, ſi modò bonis operibus exploratí probarĩq; ſint. Neq; prorſus opus eſſe, rationem fidei inquirere. ſed in ſua quenq; perſuaſione perſeuerare debere. Quumque ei Rhodon diceret, vndè hanc haberet demonſtrationem ſeu finitionẽ, aut quomodò vnum principium eſſe aſſerere poſſet: Tũ ille, Prophetiæ, inquit, quæ nihil prorſùs verè dicunt, ſeipſas refellunt: quippe diſſidentes inter ſe, falſæ, & ſibi ipſis aduerſæ. Quomodò autem vnum ſit principium, neſcire ſe, ac tantummodo ſic moueri & adduci, dixit. Cumque deinceps iuramento eum, vt verum diceret, adegiſſet Rhodon. ille iuratus, vera ſe dicere, inquit: ignorare autẽ, quomodò ſit vnus ingenitus DEVS, ſed tamen ſe ità credere. Itaque eum riſit & reiecit Rhodon, quòd pro doctore ſe gereret, & doctrinam ſuam confirmare & defendere non poſſet. Apelles autem multa etiàm contra Moſaicam legem compoſuit, plurimum ſtudij ad eã euertendam collocans. Hactenùs Nicephorus.

Euſebius li. 5. cap. 13.

APHTHARTODOcitæ. 55.

Aphthartodocitarum hæreſis, temporibus Iuſtiniani huius nominis primi Romanorum Imperatoris, & Felicis quarti ſummi eorundẽ Pontificis emerſit, circa annum Domini 536.

Dicebant autem illi, carnem quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, ante paſſionẽ, incorruptibilem fuiſſe. Sed iſti (vt dicit Tertullianus aduerſùs Praxeam) non ſatis perſpexerunt ſacramentum aſſumptionis hominis, (quod ſacramentum Dei vocat Hilarius) non item minorationem & exinanitionem verbi Dei, formamq; ſerui: non exaltationem & glorificationem hominis Chriſti, eiuſdemque primogeniturã ex mortuis. Pater quidem minorauit filium modicè citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cælos reſumendo: vt recedente infirmitate, (inquit diuus Ambroſius) agnoſceretur diuinitas. Et vt ait Irenæus libri tertij capite trigeſimotertio, primogenitus mortuorum Dominus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres, tegenerauit eos in vitam Dei: ipſe initium factus viuentium, ſicut Adam initium morientium factus eſt. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: ſignificans quòd non illi hunc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Et ideò (inquit Cyrillus in Theſauro libro 10.) primogenitus vocatur, quia in ipſo primò deificati ſumus.

Aphthartodocitarum hæreſis. Tertullianus.

Philip. 2. Rom. 8. Coll. 1. Apocal. 1.

Irenæus.

Cyrillus.

De Aphthartodocitis autem ſic ſcribit Nicephorus libro decimoſeptimo, capite vigeſimonono: Nondùm, inquit, multum à quinta Synodo (vniuerſali, Conſtantinopoli coacta ſub Iuſtiniano

Impe-

Huic concilio affuerũt patres 165.

Imperatore) præterierat tempus, & vetus zizaniorum ſator, quòd nequaquàm tranquillum eccleſiæ ſtatum cernere poſſet, vt eam perturbaret, deprauata rurſum dogmata quaſi quaſdam machinas ei admouit. Quum nanque Seueri doctrina ex eccleſia reiecta, & qui illam ſecuti fuerant, atque etiàm Origenis, & Didymi, & Euagrij, aliorumque aliena atque abſurda dogmata, necnon ante hos Anthimi, & Petri, & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confoſſæ eſſent: Seueritæ, à Iuliano Halicarnaſſeo & Gaino progreſſi, ſub pietatis prætextu cum quibuſdam fortiter congreſſi eis perſuaſere, quòd ea, quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, caro ante paſſionem incorruptibilis fuerit. Quorum iſta fuere verba: Nos quidẽ per neceſſitatem naturæ, affectiones eius, famẽ ſcilicet & ſitim, & reliquas, circũferimus: Chriſtus verò, vtpote qui ſpõtè ſua paſſus ſit, non itidẽ atq; nos, naturæ legibus ſubſeruijt. Aduersùs quæ verba, pij homines retulerunt: Quanuis ſpontanea Chriſti paſſio fuerit, æquale tamen noſtræ fuiſſe. Quomodo verò poſſet, quod qualicunq; tandẽ modo pateretur, id incorruptibile propriè, & non corruptibile, perindè atq; de nobis ipſis loquimur, dici? Ad quod illi rursùm: Quomodò vos corpus Chriſti incorruptibile poſt reſurrectionem, & nobis cõſubſtantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante reſurrectionem dicentes, conſubſtantiale nobis eſſe confitemur. Contra hæc noſtri rursùm intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt viuificam reſurrectionem confitemur, non natura tamen id incorruptibile eſſe diximus, ſed gratia. Atq; vbi illi cõtradicerent, Quòd etiã ante reſurrectionẽ per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Noſtri rursũ, Ea quæ de Chriſto dicũtur, hoc minimè admittere, reſpõderunt. Ante reſurrectionem nanq; & eſuriſſe, & ſitijſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodò autem id quod talibus perpeſſionibus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſanè nihil quicquã talium perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis indè manifeſtum eſſe, ante reſurrectionem corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem verò extitiſſe incorruptibile. Quòd nanq; cibũ poſt reſurrectionem ceperit, non id famis gratia, ſed per œconomiam ſiue diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis, ab eo eſt factum, vt exhiberet ſe eum ipſum, qui ex mortuis reſurrexit, eſſe. Quo nimirùm modo clauorũ etiàm fixuras oſtendit, vt reuerà ſe reſurrexiſſe, neq; ſpectrum eſſe probaret. Proindè ſcripturam nõ dicere, quod poſt reſurrectionem ex mortuis v[?]reſurrens manducauerit, vel ſitiens biberit: ſed quod ſimpliciter tantùm ederit & biberit, proptereà ꝙ incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit.

Aphthartodocitarum impium dogma.

Diſputatio de ea hæreſi.

Quomodò & cur poſt reſurrectionem Chriſtus cibum guſtauerit.

Quòd ſi fortè ſanctorum etiàm quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorſus non cadere, de alia corruptione, quam quæ nũc propoſita eſſet, illos verba facere, noſtri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo ſignificat. Eius enim nomine, naturales iſtæ & irrepræhenſibiles carnis affectiones ſiue perpeſſiones veniunt, ſitis ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, vtpotè cõſubſtantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpeſſiones omnes voluntate ſua DEVS verbum, proptereà quòd homo propriè & verè factus ſit, ſuſcepit. Atque hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidem vna hæc eſt. Eſt autem & alia, corporis ſcilicet in ea elementa, ex quibus compoſitum eſt, ſolutio, & carnis ipſius incarnatio. Iuxta quàm ſignificationem & nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quod inquinamentum nullum inuadere & perſtringere potuerit. Poſt diuinam quidem reſurrectionem, etiàm ſecũdùm priorem verbi corruptionis ſignificationem, incorruptibilem carnis Domini aſſumptionem eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionem, Deo dante, erunt: ante reſurrectionem verò, ſecùs.

Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, qua multi mortales ſunt cor-

Iuſtinianus quoq; inter Imperatores, ſecundũ Conſtantinum Chriſtianiſsimũ, in ea hæreſi fuit, & qua ratione dictus.

corrupti, non ſolùm ex his qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiàm Hierarchæ primarij. & monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alij; atque adeò ipſe etiàm Imperator Iuſtinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæſit, non quidem ille altiùs dogma tale inueſtigans, verũ verbi ipſius ſignificationi acriùs inſiſtẽs, videlicet qui haudquaquã tale quiddam de CHRISTO, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtitueerit. Princeps etenim iſte tanto in CHRISTVM pietatis ardore flagràſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandârunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto. Itaque propter vehementem in Chriſtum amorem, illius gratia, multa etiàm violenter fecit. Hebræos nanque paſcha ante Chriſtianos, celebrâre paſſus non eſt. Et Samaritanos, quòd à ſententia ſua diſcedera nollent, afflixit. Plurimis quoquè templis vbiquè terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit: quippe qui Deum honoribus eiuſmodi præcipuè colere voluerit. Alia inſuper hiſce conſimilia peregit, vt omnibus certò abundantem & veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum verò is imperator à recta planaque & regia via dilapſus, atque inſuetum diuinisque Apoſtolis & patribus intactum iter ingreſſus, in ſpinas & tribulos incidit. Et quum eccleſiam in ſententiam ſuam adducere vellet, conſilio opinioneque ſua falſus eſt: quòd rectam publicamque viam ſepto firmiſſimo Dominus ità communiiſſet, vt non facilè quiuis inuadere eam & deſtruere poſſet.

Edicto & vi Iuſtinianus in ſententiã ſuam clerũ omnẽ adducere conatur, ſed fruſtrà.

Voluit nanque tandèm idem imperator Iuſtinianus vi adhibita, omnem clerum in ſententiam ſuam adducere, ſed fruſtrà id conatus eſt, Anaſtaſio Antiocheno Epiſcopo, forti animo eidem reſiſtente. Scripſerat enim Imperator edictũ, (ità enim Latinè dicitur) in quo corpus Domini incorruptibile, & in quod irrepræhenſibiles etiam perpeſſiones nõ caderent, vocauit: ità Dominũ ante paſſionem ediſſe aſſerens, ſicuti & poſt reſurrectionem ederit, quòd non minùs ab ipſa corporis in vtero Dei genitricis conformatione id mutationis aut alterationis alicuius in ſpontaneis iſtis & naturalibus perpeſſionibus, quàm poſt reſurrectionẽ pro eo atq; ſanctiſſimum eſſet, capax non fuerit: & quòd idem corpus, incorruptibilitatem non poſt paſſionem tantũ, id quod eccleſia catholica profitetur, verũ etiàm ante paſſionem, ab ipſa vſque diuina ſeminisq; expertæ conceptione obtinuerit. Vt verò in ſententiã ſuam ſacer ordo in Oriente ſimul & Occidente leuẽ & futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At vniuerſi oculis in Anaſtaſium Antiochenum coniectis, vt ab eo quid facto opus eſſet, diſcerent, cupidè expectabant. Per quam illi cauſam, primam eius conflictationẽ ſapienter repulerunt. In hunc enim perindè atq; in propugnaculum quoddam Iuſtinianus impegit, omni illum arte aggreſſus, rectè hac ſecum, vt illi videbatur, ratione deliberata, cum ſi concuſſiſſet, non difficili opere ſe orbem omnẽ in poteſtatẽ ſuam redacturum, vera & Germana dogmata conuerſurum, & Chriſti gregem in captiuitatem abacturum.

Anaſtaſius magnanimiter Iuſtiniano in hæreſi Aphthartodocitarum refellenda reſiſtit.

Anaſtaſius verò fidei petra firmiter eſt nixus, & adeò aduersùs Imperatoris impetum diuina prorsùs ſublatus mente ſubſtitit, vt propalàm diſertis verbis, demonſtrationes quoque arte maxima cõpoſitas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuiſſe ante paſſionem Domini corpus, naturalibusque & irrepræhenſibilibus obnoxium perpeſſionibus. Idque ità & ſacris Apoſtolos tradidiſſe, & diuos patres ſenſiſſe atq; prędicaſſe. Quæ ſanè omnia etiàm ad monachorum primæ & ſecundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis conſuluerant, manifeſtè & liberè reſcripſit, omnes, vt ità ſentirent, confirmans, & quaſi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictumque illud quod vas electionis protulit, omnibus ſubijciens atque proponens: *Si quis vobis, præterquã accepiſtis, euangelizauerit, anathema ſit.* Illi porrò omnes in eadẽ ſententiæ æmulatione perſtiterunt, Quam ob cauſam, vt ſibi ità reſiſtentem Galat. 1.

in

in exilium ageret, Iuſtinianus conſilium cepit. Id verò vt Anaſtaſius audiuit, compoſitam ſtatim orationem, in qua argumentis congrederetur, Antiochenis, vt ea ſe defenderent, ſi opus eſſet, obtulit. Ea autem verborum elegantia & enthymematum denſitate eſt confecta, necnõ dictorum ex ſacris literis depromptorum vbertate ad rem ipſam ita accommodata, vt maximã author libri eius conſequutus ſit admirationem. Sed ſcriptum id, quòd Deus meliori quadam ratione Eccleſiæ ſuæ conſultum voluerit, editum non eſt.

Scriptum Anaſtaſij aduerſus eã hæreſim.

Iuſtiniani mors.

Iuſtinianus nanque quum Anaſtaſij ſacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex vita hac exceſſit, triginta & octo annis, menſibusque octo in Imperio tranſactis, quũ quidem Aphthartodocitarũ opinionem nõ aboleuiſſet: quippe qui ſententiã eiuſmodi ad honorem Dominici corporis magis facere exiſtimauerit. Nonnulli certè quidem veniam illi concedunt, neq; eũ ob talem opinionem, itidèm vt hæreſes alias, ab eccleſia proſcriptum eſſe dicunt. Id ex præfatione ſextę Synodi magis liquet, quæ Iuſtinianum beata quiete dignatur, verbis eiuſmodi: Quandoquidẽ ſanctæ & œcumenicæ duæ Synodi, quæ in imperante hac & religioſa vrbe coactæ ſunt, altera quidem Iuſtiniani diuinæ quietis temporib. altera verò ſub piæ memoriæ Imperatoris noſtri Conſtantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sedenim acta quoquè eius concilij, quum mentio eius facienda eſt, ſemper eum qui in ſanctis eſt, Iuſtinianum dicunt. In quacunque verò ille demùm apud Deum & homines eſt exiſtimatione, tum quidẽ hanc etiàm ob cauſam illũ ſacrum Eutychiũ, atq; alios plures throno expuliſſe aiunt. Cæterùm moriturus, ſicuti diuus Conſtantinus Athanaſij, ità & hic Eutychij reſtitutionem in teſtamento, Iuſtino ſucceſſori ſuo mandauit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipſius egregiè & rectè facta, & præſtantem in diuinum numen æmulationem, piamq; in omnibus religionem, interueniente quoque mirifico DEI verbi Sapientiæ templi opere, ſi quid tum in eo deſideratum, id infinita Dei miſericordia reſarctum & contectum iri.

Iuſtinianus Eutychij reſtitutionẽ moriens mandauit.

Illud verò quod de eo idẽ ſcribit Nicephorus, ſummè annotandum venit, nimirùm, quòd cùm fames Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, ipſe Imperator ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade, carnes in foro venales proponendas, promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actũ. Populus autè, qui pietatem ſibi conſectandã ſtatuiſſet, neq; eas emebat, neq; edebat: mortẽ ſibi potiùs adeundã eſſe cenſens, quã vt quicquam de patrijs moribus & traditionib. mutaret. Hæc de Iuſtiniano & hæreſi Aphthartodocitarum dicta ſunt ex Nicephoro.

APOCRYPHI. 56.

APocrypha hæreſis eorum eſt (teſte Philaſtrio) qui ſolùm Prophetas & Apoſtolos recipiunt, non autem reliquas ſcripturas Canonicas, id eſt, legem & prophetas, vetus ſcilicet & nouum Teſtamẽtum. Adeò quidem, vt cũ iſtius hęreſis ſequaces volunt ſolũ illa Apocrypha ſtudioſè legere, contraria ſcripturis Canonicis ſentiant, atq; paulatim dogmatizent: contra legẽ & prophetas, contraq; conſtitutiones beatiſſimorum Apoſtolorum & eorum conſulta agentes: è quorum numero ſunt maximè Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quàm plurimi, qui Apocrypha prophetarum & Apoſtolorum, id eſt, actus recõditos ſeparatosque habentes, Canonicas legere ſcripturas contemnunt.

Apocrypha quæ dicantur.

Apocrypha autem ea dicuntur, quæ quaſi recondita & occulta, ſeu ſeparata ſunt, falſitatibusque ſuſpecta, non edita ab his, à quibus edita deſignãtur, & quæ ideò legi publicitùs vetita ſunt ab eccleſia, ſed priuatim ac domi, pro ſuo cuiuſq; animo & voluntate. Nam Apocryphã, inquit diuus Hieronymus Ruffino ſcribens, neſcit eccleſia. Quorum etiàm deliramenta idem in Prologo in Pentateuchum & in libros Regum Galeato, inſectatur. Itemque cõticere iubet ſuper cap. 64. Eſaiæ, quæ teſtimonij ſcripturarum videlicet occaſione, CHRISTI eccleſijs ingerun-

Hieronymi ſententia de Apocryphis.

ingeruntur, de quibus verè dici poteſt, quòd ſedeat diabolus cum diuitibus in apocryphis, vt interficiat innocentem.

Pſal. 9.

Et iterùm: Inſidiatur in apocryphis quaſi Leo in ſpelunca ſua, vt rapiat pauperem: per cuiuſmodi ſpinarum inculta, multæ deceptæ ſunt mulierculæ, vt hæreticorum nominum portenta ſuſciperent. Vigilantio itaque apocrypha, quæ ſub Eſdræ & Salomonis nomine ab eo eiusque ſimilibus legerentur, proponenti, & de his teſtimoniū quaſi pro ſe faciens, quod omnino Iynō ſcripſiſſent, ſumenti, legiſſe ſe negat. Quid enim, ait, neceſſe eſt in manus ſumere, quod eccleſia non recipit? niſi fortè ridicula antiquorum hæreticorum nomina, & incredibilia portenta proſequeris, & proponis quod totius orbis authoritate dānatur: & ſi tibi placuerit, legito fictas omnium patriarcharum & prophetarū reuelationes, quas cū didiceris, inter mulierum textrinas cantato, immò legendas propone in tabernis tuis, vt faciliùs per has næ- nias vulgus indoctum prouoces ad bibendum. Vndè Origenes: Scripturæ, inquit, Apocryphæ appellantur, eò quòd multa in eis corrupta ſunt, & contra fidē inueniuntur tradita, & ſine authoritate pleraq; dicta. Diuus item Hieronymus epiſtola ad Lætam, de eiſdem ſcripturis ſic ait: Caueat fidelis omnia apocrypha: et ſi quandò ea non ad dogmatū veritatē, ſed ad ſignorū reuerētiā legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorū titulis prænotatur, multaq; his annexa vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ, aurū in luto quærere. Rurſus diuus Auguſtinus: Etſi in apocryphis, inquit, aliqua veritas inueniatur, tamē propter multa aut falſa, aut ſuſpecta, nulla eſt canonica authoritas. Quę id circo apocrypha apellātur, quòd occulta eorū origo patrib. non claruit, à quib. variarū ſcripturarum authoritas ad nos certiſſima & notiſſima ſucceſſione peruenit.

Origenes Homilia 1. ſuper Cantica.

Auguſt. lib. 2. contra aduer. leg. & Prophet. cap. 20.

Canonica ſcripta quæ dicantur.

Ex quibus quidem liquet, quæ Apocrypha & quę Canonica ſcripta appellentur. Canonica nanq;, teſte Cypriano & Ruffino ſunt ea, quæ intra Canonem patres concluſerunt, & ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt: Eccleſiaſtica autem ab eis appellata ſunt, quòd ea quidem in Eccleſijs legi voluerint, non tamen proferri ad authoritatem ex eis fidei confirmandam. Non enim quia Hieronymus ſic vel ſic docet, non quia Auguſtinus, atque alius quiuis ex patribus aſſerit, idcircò verum eſt & tenendum, ac ſi eſſet orthodoxæ fidei ſententia, canonicaq; doctrina: ſed quia Hieronymus, Auguſtinus, ac cæterorum patrum quiſpiam demonſtrauit vel in ſcripturis canonicis ſic eſſe, vel vniuerſalem Eccleſiam & Apoſtolicam ab initio ſic tenuiſſe atque credidiſſe, idcircò tenendum eſt, tanquàm fidei & de canonica Chriſtianæ religionis ſententia. Differunt itaque eccleſiaſtica ab Apocryphis in hoc, vt inquit diuus Hieronymus, q̄ non in eccleſiaſticis, ſicut in Apocryphis, repertum ſit, fidei pietatem vacillare. Ideo eccleſiaſtica non ſolùm ſine periculo fidei, ſed cum ipſius incredibili lucro recepta ſunt, tanquam ſatis digna quæ in eccleſia legantur, & piè ſatis credantur. In Apocryphis verò vel comperta falſitas eſt, vel fidei pietas nimiùm ſuſpecta. Quarè meritò remota ſunt nō à Canonicis tantùm, ſed à patrū etiām ſcripturis: quippe quæ aut non ſine periculo, aut non ſine irriſione fidei Chriſtianæ in eccleſijs legantur. Nimiùm ſanè hæreticorum & infidelium hominum irriſioni exponitur eccleſiæ fides, dum falſa quædam nos credimus, quæ ipſi occultè ſub nomine alicuius Apoſtoli aut Apoſtolici viri confinxerunt. Quamobrem Eccleſia iam ab initio curauit, nè quid publicè legendum proponeretur, quod nō certo authore ſub fidelium atteſtatione relatum ſciret.

Eccleſiaſtica.

Eccleſiaſtica ſcripta quomodò ab Apocryphis differant.

Propter quod etiàm (inquit Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit) ſtatutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, non aliud legi in Eccleſia debere catholica, niſi legem & prophetas, & Euangelia, & Actus Apoſtolorum, & Pauli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam, & vnam Iacobi, quæ ſeptem, Actibus Apoſtolorum coniunctæ ſunt.

Libri qui debent in Eccleſia legi.

APO.

APOCARITAE.

57.

APocaritarum hæreſis à Manete natione Perſa exorta eſt, tempore Taciti Romanorum Imperatoris, & Eutychiani ſummi pontificis, circa annũ Domini 278. Quæ hæreſis multas magnasque regiones & vrbes infecit ſua contagione & conturbauit. Tanto enim ſucceſſu propagata eſt, vt poſteà per annos ducentos, ſopiri non potuerit. Vt cognoſcat lector pius nihil in rebus humanis peſtilentius eſſe praua doctrina: atque adeò etiàm omnes hæreticos ſeditionis cupidos eſſe, neque affectare aliud, quàm vt errorem ſuum ſeditione & tumultu publico tueantur, & latiſſimè propagent. Nam Satan author eorum, mendax pariter & homicida eſt. Vtrunque enim in omnibus ſchiſmaticis palàm eſt, qui ſimul falſa docent, & cædem per ſeditiones & perturbationem rerum publicarum excitare ſolent.

Hæretici ſeditionis cupidi.

Ab hoc ergò Manete numeroſa hæreticorum colluuies progreſſa eſt. Multi nãque hæretici ſub eius hæreſi militârunt, quamuìs alij alijs nominibus appellati. Ad Manichæos ſiquidem pertinent Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Dicartitæ, Taſcodrogitæ Teſalitæ, & Tetraditæ, De quibus omnibus dicetur infrà, & eorum fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

A Manete numeroſa hæreticorũ colluuies.

Hi ergò Apocaritę conueniunt in vnũ cum Gnoſticis, aduersùs Dominum, & aduersùs fidem Eccleſiæ, quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, adſtruentes, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia: contra illud Geneſeos 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: quod ſpiraculũ nihil aliud eſt, quàm anima ipſa, quod & oſtẽditur per id quod ſubditur: Et factus eſt homo in animam viuentem. Si ergò anima eſt illud ſpiraculum, quod ſpirauit Deus in faciem Adæ, facilè conſequitur, eam non eſſe ex Dei ſubſtantia, quemadmodùm flatus ex hominis ore prodiens, non eſt de ſubſtantia hominis, ſed ex aëre circumfuſo. Hi rurſus alios ſequebantur errores, quos quære in Manichæis & Gnoſticis.

Apocaritarum hęreſis

APOLLINARISTAE.

58.

APollinariſtæ, vel Apollinariani dicti ſunt, ab Apollinari viro Laodiceno, qui imperante Valentiniano Cæſare, & ſummum Romanæ eccleſiæ pontificatum agente Damaſo Hiſpano, circiter annum Domini 377. inſignis habebatur.

De hoc Apollinari in hũc modum tradit Socrates Tripartitæ hiſtor. lib. 5. cap. 44. Per idem tempus (ſcilicet quo Eunomius hæreſiarches factus, impietatis cumulo augebat Arrij blaſphemias, hoc eſt, ſub Valentiniani & Valentis Imperio) in Laodicea Syriæ duo erant viri, eodẽ nomine nuncupati, pater & filius: vterque dicebatur Apollinaris. Pater, presbyteri dignitate fungebatur. filius autem habebat Lectoris officium, Græcarum ambo doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater ſanè cùm fuiſſet Alexandrinus genere, & priùs docuiſſet Beryti, poſteà venit Laodiceam: & veniens duxit vxorem, filiumque habuit Apollinarem. Tum igitur ambo exercebantur cum Epiphanio ſophiſta: & cùm eſſent eius amici, valdè fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicenſis Epiſcopus, nè frequenti confabulatione Sophiſtæ, laberentur in Paganiſmum, prohibuit eis nè ad eius ſcholas accederent. Qui paruipendentes Epiſcopum, Epiphanij amicitiam magis amplectebantur. Poſteà Georgius Theodoti ſucceſſor, cùm eos prohibere nõ potuiſſet, ambos communione priuauit. Tum Apollinaris filius, putans eſſe iniuriam, & fretus eloquij tumore ſophiſtici, nouitatem & ipſe introduxit hæreſeos, quæ nunc fertur, nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduersùs Georgium, non tantùm propter prædictam cauſam, ſed quòd videret eum varia dogmata proferentem: & nunc quidem profitentem ſimilem patri filium, ſicut erat Seleuciæ conſtitutum: nunc autem in Arrianam declinare ſententiam. Quapropter velut opportu-

Apollinaris vitæ inſtitutum.

Apollinaris grammaticus.

Apollinaris rhetor.

Epiphanius ſophiſta gentilis.

nam ſumentes occaſionem, abſcedunt. Cumque nullus de eis curaret, ſub ſchemate religionis, peſtem hæreſeos intro ducunt.

Apollinariſtarum dogma.

Et primùm quidem dicebant, animam à Deo verbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam, id eſt, Chriſtum corpus tantummodò ſine anima ſuſcepiſſe ex virgine.

Deindè quaſi pœnitentia ducti, corrigentes ſemetipſos, adiecerunt, animam quidem aſſumptam, quæ tamen non haberet mentem: ſed Deum verbum eſſe ꝓ mente in homine aſſumptum. Circa hoc itaque ſolùm dicuntur eſſe corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nam Trinitatem cõſubſtantialem eſſe profitẽtur. Neque diffitebantur Chriſtum carnẽ habuiſſe (vt Cerdon, Proclianitæ, Apellitæ, Manichæi, Priſcillianus, & Valentinus negabant) ſed dicebant in ipſo incarnationis opere, aliquid verbi in carnem eſſe conuerſum.

Vtriuſque Apollinaris vita ex Nicephoro.

De his item ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. cap. 12. eccleſiaſticæ hiſt. Apollinares, inquit, duo fuerunt, pater & filius, vterq; Græcis diſciplinis valdè eruditus. Hi permultos & vtiles eccleſiæ libros edidêre. Nam pater ſua ætate omnium facilè doctiſſimus atque eloquentiſſimus, Porphyrij veſaniæ, qua in Chriſtianos incredibili petulantia debacchabatur, triginta voluminibus reſpondit. Deniquè cùm Iulianus Cæſar, fidei Chriſtianæ deſertor, interdixiſſet Chriſtianis diſciplina Græcorum, nè nihil ageret, Hebræorum hiſtorias vſque ad Samuelis Regis tempora, heroico carmine conſcripſit in viginti quatuor tomos, iuxta literarum Græcarum numerum opus illud (vti ferunt) partitus. Cæterùm poſteà ingenij ac eloquentiæ fiducia fretus, nouum ac perniciosum dogma in eccleſiam inducere voluit, potiſſimumq; Apollinaris filius. Qui multis ab eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumq. conſtituendi dogmatis ſui Vitalim accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletij eccleſiam frequentabãt, presbyterum.

Ex eo tempore in alijs quoquè vrbibus ſub Epiſcopis ſuis conuentus habuêre, & ritus ab eccleſia catholica alienos celebrauêre: præter receptas ſacras cantilenas, numeroſa etiàm carmina quædam ab ipſo Apollinari inuenta decantantes. Nã is præter eruditionem reliquam in poetica quoquè varij generis verſibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, vt ſibi adhærerent, perſuaſit. Et viri in compotationibus manuúmque laboribus, mulieres quoquè in lanificio ſuo carmina ſua pſallebant. Ad ſtudij enim & laborum laxamentum, ad dies feſtos, & ad res alias, prout tempus fert, poemata elaborauit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia.

Carmina eccleſiaſtica Apollinaris.

Hanc hæreſim latiùs ſerpere, quũ primus vrbis Romæ epiſcopus Damaſus & Petrus Alexandrinus cognouiſſent, coacto Romæ concilio, alienam eſſe ab eccleſia vniuerſali ſtatuerunt. Apollinaris etiàm ipſe itidem propter animi imbecilitatem, dogmate ſuo inſtituendo res nouas molitus eſſe dicitur. Huiuſmodi de cauſa Athanaſius Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, ſub Conſtantio in exilium actus, quum in Aegyptum redire iuſſus eſſet, & per Laodiceam iter faceret cum Apollinari, quòd amiciſſimus ei eſſet, familiariter verſatus eſt. Quòd autem qui diuerſæ erant ſectæ, commercium & communionem eius velurì iuriſiurandi ſacramento abnegatam auerſarentur, inter quos & Georgius Laodicenſis Epiſcopus fuit, Apollinarim eo nomine ab eccleſia excludit, tanquàm contra canones & ſacras conſtitutiones cum Athanaſio fuiſſet. Et cum criminis loco id ei obiecit, tũ rationem etiàm & pœnam veterum atque pœnitentia obliteratorum erratorum eum conuicio ab eo exegit. Quum nanque Theodotus ante eum adhuc Laodicenſem eccleſiam regeret, maximè tum pollens Epiphanius ſophiſta, hymnum in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnũm Apollinaris vtebatur. Recitationi ei is cum patre ſibi cognomine Grammatico inſigni, affuit. Atque vbi Epiphanius orationem eam exorſurus, ſicuti eis qui ſpecimen aliquod taliũ ſtudiorum exhibent, mos eſt, non initiatos & prophanos exire & procùl eſſe iuſſiſſet: neque Apollinaris neque eius pater neque etiàm alius quiſpiam qui ibi aderant

Apollinaris hæreſis damnata.

Athanaſius Apollinari amiciſſimus.

uant Chriſtianorum,ex auditorio ſeceſſit. Id poſtquàm reſciuit Theodotus epiſcopus,moleſtè tulit. Et alijs quidem ex populo aliquatenùs obiurgatis,gratiam delicti fecit: Apollinarim verò vtrumque, cùm eis propalàm peccatum obieciſſet,ab Eccleſia ſegregauit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius verò ſacrarũ ſcripturarum adhuc lector. Interceſſerat aliquid temporis,& eos,poſtquàm lachrymis & ieiunijs crimen admiſſum pœnitẽtes aboleuiſſent, Theodotus rursùm in gratiam recepit.

Vbi autem Georgius epiſcopatum eſt adeptus,quòd Apollinaris eum Athanaſio familiariter fuiſſet, quemadmodùm diximus, excommunicatum eum Eccleſia exegit. Atque ille ſæpè Georgium dicitur,vt in communionem reciperetur,deprecando obſecràſſe. Verùm vbi id illi nõ perſuaſit,mœrore correptus eccleſiã turbauit,& dogmate nouo hęreſim ſuam introduxit quoad potuit: compoſitis arte orationibus inimicum vlciſcens, & quòd ſe in ſacrarum literarũ doctrina illo præſtantiorem exauthoràſſet arguens. Ad hunc modum ſcilicet priuatę clericorum tempore quolibet inimicitię,maximo eccleſiam detrimento affecère,& religionẽ in ſectas multas diſſecuère. Id inde ſatis liquet. Si enim itidèm vt Theodotus Georgius quoquè pœnitentem Apollinarim ſuſcepiſſet, hæreſis quæ ab eo nomen habet,vt ego quidem puto, non extaret. Ingenia nanque hominum ſi deſpici ſe videant,arrogantem audaciam concipiũt, & contendendi ſtudio res nouas moliuntur. At ſi id quod æquũ eſt, conſequuntur,ad moderationem ſe dant,et ſorte ſua contenti ſunt.

Georgius Laodicenſis deprecàtem Apollinarim in gratiam non recepit.

Quales verò fuerint eorum opiniones, quiſque facilè cognoſcet ex epiſtola quadam Gregorij Nazanzi Epiſcopi,quã ad Nectarium Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſulem ſcribit in hunc modum: Incidi, inquit, in Apollinaris libellũ, qui omnem hæreticam improbitatem longè ſuperat. Aſſeuerat enim carnem iuxta ſalutis noſtræ adminiſtrationem ab vnigenito filio, naturæ noſtræ tranſmutandæ gratia,non aduentitiam ſuſceptam eſſe:ſed à principio carnalem illam naturã in filio fuiſſe. Atque perperàm acceptum dictum quoddam Euangelicum, tanquã teſtimonium tantæ abſurditati prætendit, dicens: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui è cælo deſcendit filius hominis. Ità vt priuſquàm deſcenderit, ipſe filius hominis fuerit: & deſcenderit, ſuam illam deferens carnem, quam in cælo habuerit anteſecularem & conſubſtantiatam. Et rursùs Apoſtolicam aliam proſert vocem, ſecundum hominem è cælo eſſe.

Apollinariſtarum hæreſis,ex Gregorio Nazãzeno epiſcopo.

Ioan. 3 6.

1.Cor.15 F

Deindè inſtituit,hominem illum qui è cælo venerit, mentem non habere,ſed diuinitatem vnigeniti, naturam mentis adimplere, vt quæ pars tertia humanæ coagmẽtationis ſit facta, anima & corpore humanitùs circa eam exiſtentibus,mẽte illis decollante, & verbo Dei locum ei obtinente.

Atque equidem nondùm graue eſt ſpectaculũ: verùm illud omnium longè grauiſſimum,quòd ipſum vnigenitum Deũ, iudicem omnium,authorem & ducem vitæ,& vaſtatorem mortis, mortalem inſtituit:ità vt paſſionem ille in diuinitate ſua ſuſceperit, & in triduana illa mortificatione corporis, ſimul etiàm ea cum corpore mortua, & ſic à patre rursùm reſuſcitata ſit. Reliqua quæ importunitati tãtæ ille adijcit,longum eſſet recẽſere. Hæc omnia ex Nicephoro.

De his rursùs Vincentius Lirinenſis, libro illo verè aureo, quem pro Catholicę fidei antiquitate & veritate aduersùs prophanas omnium hæreſeon nouationes edidit,ſcribit in hunc modum: Luce clariùs,inquit, aperta cauſa eſt, cur interdùm diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros, noua quædam dogmata prædicare patiatur: vt tentet vos, inquit, Dominus Deus veſter. Et profectò magna tentatio eſt,cùm ille quem tu prophetam,quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & adſertorem veritatis putes,quem ſumma veneratione & amore amplexus ſis, is ſubitò latenter noxios ſubinducat errores, quos nec citò deprændere valeas, dum antiqui magiſterij duceris præiudicio, nec facilè damnare fas ducis, dum magiſtri veteris impediris affectu.

Vincen Lirinenſis de Apollinariſtarũ hæreſi, notatu digniſſima.

Deut 8.& 13 Hæreſes quarè Deus oriri patiatur.

Tētationis periculum ex doctrina Apollinaris

Iſtius porrò eccleſiaſticæ tentationis periculum, diſcimus exemplo Apollinaris,& ſimul ad obſeruandæ diligentiùs fidei cuſtodiam commonemur. Etenim ipſe auditoribus ſuis magnos æſtus & magnas generauit anguſtias: quippe cū eos hinc Eccleſiæ traheret authoritas, hine magiſtri retraheret conſuetudo. Sic inter vtraque nutabundi & fluctuantes, quid potiùs ſibi eligendum foret, non expediunt. Sed forſitan (diceres) eiuſmodi ille vir erat, qui dignus eſſet facilè contemni. Immò verò tantus ac talis, cui nimiùm citò in plurimis crederetur. Nam quid illo præſtantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quàm multas ille hæreſes multis voluminibus oppreſſerit, quot inimicos fidei cōfutauerit errores, indicio eſt opus illud triginta non minùs librorum nobiliſſimum ac maximum, quo inſanas Porphyrij calumnias magna probationum mole confudit. Longum eſt, vniuerſa ipſius opera commemorare, quibus profectò ſummis ædificatoribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet, niſi prophana illa hæreticæ curioſitatis libidine, nouum neſcio quid inueniſſet, quo & cunctos labores ſuos velut cuiuſdam lepræ admixtione fœdaret, & doctrina eius non tam ædificatio, quàm tentatio potiùs eccleſiaſtica doceretur.

Apollinaris præſtantia.

Apollinaris ſcita.

Ille enim in vnitatem quidem Trinitatis quaſi conſentire ſe iactat,& hoc ipſum plena fidei ſanitate: ſed in Domini incarnatione aperta profeſſione blaſphemat. Dicit enim in ipſa Saluatoris noſtri carne aut animam humanam penitùs non fuiſſe, aut certè talem fuiſſe, cui mens & ratio non eſſet. Sed & ipſam Domini carnem non de ſanctæ virginis Mariæ carne ſuſceptam, ſed de cælo in virginem deſcendiſſe dicebat: eamque nutabundus ſemper & dubius, nō modò coæternam Deo verbo, ſed etiàm de verbi diuinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Chriſto duas eſſe ſubſtantias, vnam diuinam, & alteram humanam: vnam ex patre, alteram ex matre: ſed ipſam verbi naturam ità putabat eſſe diſciſſam, quaſi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò verſum ſuiſſet in carnem: vt cùm veritas dicat ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtum, ille contrarius veritati, ex vnâ Chriſti diuinitate duas adſerebat factas eſſe ſubſtātias. Hactenùs Lirinēſis. De hoc vide rurſùs in Neſtorio, hæreſim Apollinaris hæreſi prorſùs contrariam aſſerente. Item in Dimæritis, Photino, & Timotheo Apollinaris diſcipulo.

APOSTOLICI, VEL *Apotactici.* 59.

Apoſtolici quarè ſic dicti.

APoſtolici, vt inquit diuus Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 40. ſe hoc nomine arrogantiſſimè appellârunt, quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus & res proprias poſſidentes, quales habet catholica eccleſia & monachos & clericos. Vndè, authore diuo Thoma lib. 3. contra Gētes cap. 127. ideò iſti habentur hæretici, quia ſe ab eccleſia ſeparantes, nullam ſpem ſalutis putarent eos habere, qui quibus ipſi carerent, vterentur. Hæc nempe hæreſis Apoſtolos (à quorum falſa imitatione Apoſtolici dici volunt) nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam aſſerit, nec aliud in craſtinum ſeruâſſe: & quod peius eſt, docet nihil horum Apoſtolis licuiſſe. Quapropter, vti diximus, ſpem ſalutis tolli omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Quo verò tempore illi primùm emerſerint, nuſquā adhuc legi, colligi tamen poteſt eos erupiſſe Seueri Imperatoris & Victoris papæ temporibus, circa annum Domini 199.

Pſeudoapoſtoli quidā huius hæreſis authores.

Huius hæreſis porrò refricatores extitiſſe quoſdā pſeudoapoſtolos aſſerit Alphonſus de Caſtro, qui tempore Adolfi Cæſaris Germani, & Cæleſtini huius nominis quinti Romanorum pontificis emerſerunt, circa annum Domini 1295. Quorum dux quidam nomine Gerardus Sagarellus Parmēſis patria fuit, qui huius erroris conuictus, viuus rādē publicè exuſtus eſt. Hunc velut diſcipulus magiſtrū ſequutus eſt Dulcinus Nouarienſis, qui cum vxore ſua Margareta eiuſdem criminis conſcia & damnata, ſuo authori ſimilem mortem perpeſſus eſt. De his illud dici poteſt, quod in diui Iohannis Reuelatione habetur: Tentâſti eos qui ſe dicunt

Gerardus Sagarellus.

Dulcinus Nouariēſis.

Apoc. 2.

dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Nam cùm ſe iactarent vitam agere Apoſtolicam, illud Euangelicum prætexebant, quod Chriſtus magiſter omnium, Apoſtolis dicebat: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Et iterùm: Nolite eſſe ſoliciti in craſtinũ. Et alia huiuſmodi quæ Dominum ſuis dixiſſe Apoſtolis referunt Euãgeliſtæ Cùm contrà Chriſtus illa prima ſententia nihil aliud intelligi voluerit, teſte Theophylacto, quàm poſſeſſione carentem ac mundo confixum, magnam oportere pauperum curam gerere; verbumque ipſius Chriſti de non portanda pecunia, inter admonitiones & conſilia eſſe computandum, & non inter præcepta. Certiſſimum namque eſt, Chriſtum & eius Apoſtolos pecuniam ſecum portâſſe, quemadmodùm Ioannis 4. & 13. capitibus liquidò oſtenditur. Quod verò aliquid in craſtinum ſeruauerint Apoſtoli, ex eo patet, quòd cùm apud eundem Ioannem Dominus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiâſſet quinq; millia hominum, ſuis poſteà dixerit Apoſtolis: Colligite quæ ſuperſunt fragmenta, nè pereant. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Vbi quidem aliquid reſeruatum manifeſtum eſt. Reliquas huius loci conuictiones vide apud Alphonſum de Caſtro, hæreſi ſecunda de Apoſtolis Nam noſtri inſtituti non eſt errores conuincere, ſed eos ſolùm ad ſuam originem reuocare, quos tamẽ hoc pacto, teſte diuo Hieronymo, confutare eſt.

Matt. 10. *Matt. 6.* *Ioan. 6.*

Nullum prætereà Apoſtolici, cum Priſcilliano & Flagellantibus, admittunt iuramẽtum: adeo ſanè, vt etiàm periurium licere dicant, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam: Iura, periura, ſecretum prodere noli. Huius hæreſis meminit diuus Bernardus ſermone 65. & 66. in Cantica. Dicit idem Bernardus ibidèm, eos nullum admittere purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerũnt, antequàm in æterna tabernacula recipi mereantur: Græcos hac in re & Armenos, Vualdẽſes quoquè & Lutheranos imitati, de quibus videatur locis ſuis.

Alia Apoſtolicorum dogmata.

Quo verò amictûs ſigno quondàm dignoſcebantur Apoſtolici, oſtendit Nicolaus Emericus libro quem de hæreticorũ inquiſitione edidit, in hæc verba: Induuntur, inquit, tunica alba longa, & deſupèr mantello albo ad collum per modum pallij eleuato ſuper tunicam, funiculo adſtringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt: nudis pedibus incedunt: per mundum diſcurrunt, nulli obediunt: &c. Hos diuus Auguſtinus Encratitis ſimiles eſſe aſſerit: Et Epiphanius eos auulſionem dogmatum Tatiani & Catharorum, qui legem non ſuſcipiunt, appellat. Nam & Apotacticos ſeſe appellare volunt à renunciatione eorum quæ poſſidentur: ſed alia neſcio quæ, propria hæretica docere perhibentur. Euariantur autẽ apud ipſos etiàm myſteria, & gloriantur de inopia. Scindunt ij fruſtrà ac lædunt ſanctam Dei eccleſiãm per vltroneam ſuperſtitionem, elapſi à benignitate Dei. Neque enim lapſi alicuius ampliùs ſuſceptio apud ipſos fit. Abominantur etiàm nuptiàs velut Tariani, Encratitæ, & Cathari. Et Cathari quidem receptis ſolùm ſcripturis vtuntur. Hi verò actibus Andreæ ac Thomæ appellatis, vt plurimùm nituntur, omninò alieni à Canone eccleſiæ Hæc Epiphanius.

Apoſtolici quo inſigni dignoſcantur.

De his rursùs ſcribit Hoſius libro de fide & Symbolo, cap. 29 in hunc modum: Pridem, inquit, hæretici ſunt habiti, & Auguſtini ſeculo Donatiſtæ, & Bernardi æuo, qui ſe vocabant Apoſtolicos, qui vtrique noluerunt ibi eſſe eccleſiam Apoſtolicam, vbi non eſſet vita Apoſtolica: & ſacramentorum dignitatem, ex miniſtrorum virtute metiebantur. Quamobrem procùl abſit à mentibus priorum error hic, quin ij potiùs, cùm audiunt eos qui præſident, aliquorum criminum inſimulari, ac eos infamiæ nota adſperſos per hominum ora traduci, meminerint ſcriptũ eſſe: Qui citò credit, leuis eſt corde: ac Sem & Iaphet imitentur potiùs laudatos Noæ filios, qui illum tegere ſunt & cooperire conati, quàm impium illum Cham, cui meritò poſteà pater maledixit, qui verenda patris nudare auſus eſt.

Hoſij de Apoſtolicorũ hæreſi ſententia. *Eccl. 19.* *Gen. 9.*

Tales, inquit Guilhelmus Lindanus in Dubitantio, dialogo 2. Apoſtolicos habet

Lindanus de Apoſto-

 nunc

ele Serueto Hiſpano, quondam Calui-
Alaſcani. ni atque Farelli collega. Alij Alaſcani,
Cāpaniſtæ. à Ioanne Laſcano: alij Campaniſtæ, à Io-
hanne Campano: alij Hamſtedij, ab A-
Hamſtedij driano Hamſtedio: alij Suenefeldiani,
Suenefeldiani. à Gaſpare Suenefeldio: alij Poſtellani,
à Guilhelmo Poſtello Burgundo: alij
Poſtellani. Trinitarij, qui ſacroſanctam ore blaſphe
Trinitarij. mo violant Trinitatem: alij Antima-
Antimariani. riani, qui Mariam non ſuſtinent, audire
Anabaptiſtę DEI genetricem: alij Anabaptiſtæ, ab
Apoſtolici. iterato CHRISTI Baptiſmo nomen
habentes. Alij Apoſtolici, qui omnia re-
Nudipedes. linquunt & alijs communia faciunt: alij
Spirituales. Nudipedes, qui calceos abhorrent, &
pecuniam non contrectant: alij Spiri-
tuales ſiue Separati, qui vulgi cultum &
vſum ciborum, armaque deteſtantur: alij
Sanctuli. Sanctuli & puri, hoc eſt, Cathari, qui ſe
Orantes. ſe iactant ſine peccato eſſe: alij Orantes
ſiue Euchytæ, qui toti precibus ſunt de-
Enthuſiaſtæ diti: Alij Enthuſiaſtæ ſiue Ecſtatici, qui
in Ecſtaſin rapti, mira effutiunt ſomnia:
Adamitæ. alij Andamitæ, ab æmulata Adæ nudita
te, & ementita eius innocentia ſibi no-
Mennonitæ men mutuati: alij Mennonitæ, à Men-
Liberi. none Simonis Friſio: alij Liberi, qui li-
bertatem docent ab obedientia Princi-
pum, à decimis & cenſibus, atque reddi-
Adiaphori. tibus: alij Adiaphori, qui omnia faciunt
indifferentia & libera: Alij deniquè Hu-
titæ, Ambroſiani, Auguſtiniani, Mel-
chioritæ, Monaſterienſes, Clancularij,
Manifeſtarij, Baculares, Scripturarij, Ol-
larij, Dauidici, Batenburgici, Pacifici,
Paſtoricidæ, Sanguinarij, Aegidiani, Li-
bertini: Qui à quibus nomen deduxe-
rint, qualemque opinionem ſectentur, vi
de locis ſuis.

ANTIDAEMONICI. 46.

ANtidęmoniaci, ſunt ex Rigidorū Confeſſioniſtarum noſtri ſeculi familia: qui, teſte Staphylo, negāt eſſe diabolum & malos ſpiritus, nec vllas eſſe incantationes aut maleficia per dæmones concitatā. Ità docent Georgiani Dauidici, & Andreas Oſiander.

ANTIDIAPHO-*riſtæ.* 47.

ANtidiaphoriſtæ ſpectant etiam ad Rigidorum Confeſſioniſtarū noſtri temporis factionem: qui, eodē Staphylo authore, nullas volunt eſſe in eccleſia cæremonias antiquas, nullamq; epiſcoporum iuriſdictionem. Ità Illyricani ſeu Flacciani in multis editis libris contra Vuittenbergenſes Adiaphoriſtas.

ANTISVENCFEL-*diani.* 48.

ANtiSuenefeldiani ſunt & Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtrę ætatis familiæ: qui, eodem Staphylo authore, omnem fidei Chriſtianæ cauſam rationemque ponunt in vocali miniſterio ſuorum concionatorum. Ità Illyricus in aliquot ſcriptis editis contra Suenefeldium.

ANTICALVINIANI. 49.

ANticaluiniani, ſunt eiuſdem cum præcedentibus factionis: qui, eodem authore Staphylo, tametſi rectè aſſerunt realem præſentiam Dominici corporis in Cœna Domini, tamen falsò negant tranſelementationem & adorationem: falsò aſſerunt, extra vſum non eſſe Sacramentum. Ioachimus Vueſtphalus in ſua reſponſione contra Caluinum ait ità, & multi alij.

ANTISTANCARI-*ani.* 50.

ANtiſtancariani, ſunt ex extrauagante Confeſſioniſtarum noſtri temporis ſecta: qui, teſte Staphylo, vt Stancari opinionē refutarent, qua aſſerebat Chriſtū eſſe iuſtificatorē iuxta ſolam naturam humanā, excluſa diuinitate, aſſeruērunt illi adeò Chriſtū iuxta vtranque, hoc eſt, & diuinam & humanam naturam iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, diuinam Chriſti naturam vnà cum humana in cruce mortuam

tuam

tuam eſſe. Ità Muſculum ſentire, editum ipſius de ſententia Lutheri Schediaſma teſtatur, & de eadem iſta ſententia Heluetiorum damnatio, ſicut recenſet ſcriptum Petri Statarij Galli, editum hoc anno 1560. Pinzouiæ in Polonia. Hactenùs Staphylus.

ANTINOMI. 51.

ANtinomi, quaſi legem impugnantes, vel legi diuinæ contrarij dicũtur: ij enim, authore Staphylo, adeò efferunt Euangelium, vt affirment legem Dei proſsùs inutilem, & neq; ante, neq; poſt iuſtificationẽ, neceſſariam eſſe: Homineſq; Euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Sic Lutherus initio: ſic eodem hoc magiſtro Ioannes Agricola, vt ipſe ſcribit in annotationibus in Ioannẽ, & Lutherus in Antinomicis ſuis diſputationibus. Hæc Staphylus.

Rigidi confeſsioniſtæ.

Sunt aũt ſecta Lutherani ex prima claſſe euangelicorum huiuſce tempeſtatis: de quibus ſic ait Hoſius lib. 1. de hæreſib. noſtri temporis: Extiterunt Vuittenbergæ anno ab hinc propè vigeſimo, qui ſicut anteà docti fuerant à Luthero, legem operum reijciebant. Contra quos ille multis diſputationibus contẽdit, & eos probroſo nomine vocat Antinomos.

De his item Guilhelmus Lindanus libro, quem Dubitantius inſcripſit, Dialog. 2. ſic loquitur: Cùm captiuitatem quandam Babylonicam Draco ille Apocalypticus, nunc Dei permiſſu ſolutus, per Lutherum alioſq; Euangelicos iſtos, populo Dei moliretur inducere, varias paulatim inuexit, prætextu Euangelij, ſectas per quoſdam improbos, qui rem iſtam reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam, ac Romano Imperio exitialem, ſuo procurarent ſtudio.

Tres Euangelicorum claſſes.

Euangelicorum igitur, qui Euangelij iſtius noui, quod iactant, doctrinã per Lutherũ alioſue adulteratam ſectantur, in tres diſtinguas commodiſſimè claſſes: tametſi tanta ſit varietas, cõfuſio, & doctrinæ incõſtantia, vt tot exiſtant ferè factiones, quot capita: tot propè hæreſiarchæ, quot ſectarij. Alij namq; ſunt Lutherani, alij Semilutherani, alij Antilutherani.

Porrò ex claſſe Lutheranorũ ſunt Antinomi, à Ioanne Iſlebio Lutheri ciue ac diſcipulo exorti. Hi dogmate ſequuntur legibus diuinis contrarii: (ait Querela Lutheri) legẽ operum reijcientes, fingunt q; homines contra conſcientiã iuſtos eſſe. Aiunt enim, teſte Luthero lib. de Concilijs: Si es adulter, ſcortator, vſurarius, auarus, aut alijs pollutus peccatis, ſi tantũ credis, ſaluus es. Hactenùs Lindanus.

Antinomorum origo & Hæreſis.

ANTHROPOMORphitæ, ſeu Vadiani. 52.

ANthropomorphitæ, qui & Vadiani, primùm exorti ſunt in partib. Aegypti, tempore Theodoſij maioris, qui cum Archadio & Honorio filijs, tribus annis imperiũ tenuit, & Siricij ſummi Pontificis, anno Domini 395. Ea quoq; hæreſis reuelata eſt ſub Henrico primo, qui Auceps appellabatur, & Ioanne duodecimo Romanorũ antiſtite, qui Agapeto ſucceſſit anno Domini 954. idque in Paduana prouincia, ſed parũ ſucceſſit. Nam Bracherius Veronenſis epiſcopus vir cõprimis doctiſſimus & pius, cæteriq; comprouinciales epiſcopi, eidẽ hæreſi virili animo occurrentes, illã tandèm exterminàrunt.

Dicuntur autem Anthropomorphitæ, quòd ruſtica ſimplicitate Deum habere humana mẽbra arbitrarentur, à ſuo errore nomẽ ſortiti: nam ἄνθρωπος Græcę Latinè homo interpretatur. Aſſerebant enim Deum per omnia humanum corpus nobis ſimile habere, propterea quòd in eius ſimilitudinem creati eſſemus, & quòd in veteri Teſtamento varijs in locis Deo membra tribuantur, ignorantes vtique quod à Domino dicitur: Spiritus eſt Deus. Eſt enim, vt teſtatur Iſidorus, incorporeus, nec membris diſtinctus, nec corporis mole diſtentus.

Anthropomorphitarũ hæreſis.

Ioan. 4.

Huius hæreſis authorem primùm quidam tradunt fuiſſe Tertullianũ: licèt hũc excuſet diuus Auguſtinus libro de hæreſibus capite octogeſimoſexto, aſſerens eum non ob hoc dicendum hæreticum, quia potuit ità de Deo ſentire, vt diceret

Eorum origo à Tertulliano, ſed à diuo Auguſtino excuſatus.

eum eſſe corpus quoddam, non quidem tale, vt partes habeat, quarũ aliæ maiores, aliæ minores exiſterent, quod etiàm loco ſit circunſcriptum & certis limitibus cõcluſum: ſed ideò (inquit) potuit nominare corpus, quòd videlicet non ſit inane, ſed ſit aliquid qui vbiquè totus ſit. At verò intereà neſcitur, an res huiuſmodi quæ partes non habet, ſciè & congruè poſſit appellari corpus. Verùm (vt verbo Alphonſi de Caſtro vtar, lib. 5. aduersùs hæreſes) beatus Auguſtinus mitiſſima vſus cenſura, excuſauit quod potuit. Cõſiderauit nanque nullum eſſe acerbius & grauius crimen, quod homini Chriſtiano poſsit obijci, quàm crimen hæreſeos.

Adæus hæreſum Anthropomorphitarũ inuentor, anno 395.

Cæterũ de Anthropomorphitarum hæreſi ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14. Ea ætate quoquè (hoc eſt, tempore Theodoſij ſenioris) Audæus quidam & genere & lingua Syrus, fuit nouorum dogmatum inuentor. Quæ enim mala dudùm parturiebat, aliquandò tandèm peperit. Primùm nãque cũ perperàm illud intellexiſſet, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: Deum humana eſſe forma opinatus eſt, eundemq́ue corporalia membra habere exiſtimauit, ſacræ ſcripturæ ſententiam non ſatis aſſecutus, quæ diuini numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit: quandoquidem eo modo qui res ſubtiliores percipere & audire nequeunt, faciliùs conſilium Dei intelligunt. Addidit deindè ad impietatem eam conſimilia alia. A Manete enim id mutuatus eſt, qui conditorem vniuerſitatis huius Deum, neque ignem, neque tenebras creaſſe docuit. Verùm hæc quidem & quæcunque ſunt eiuſmodi, qui factionis eius ſunt, celant.

Gen. 1.

Anthropomorphitæ ſub prætextu ſeuerioris ſanctioriſq́ue vitæ, diſceſſionẽ ab eccleſia faciunt.

Dicuntur autem à publicis Eccleſiæ cõuentibus ſegregaſſe ſe, propterea quod nonnulli pecuniam apud nos exercendo fœnore locent: nonnulli cum mulieribus extra coniugium conſuetudinem habentes, impiè viuant. Qui verò à talibus rebus ſint alieni, liberè cum eis communicare. At ideò illos ſuo quodam more ab alijs ſeparatos viuere conſtat, quod dogmatum ſuorum occultent blaſphemiam & impietatem. Porrò ficta hæc & aſſimulata ſanctitas, arrogãtiæ eſt plena, quæ ſcilicet à doctrina Phariſæorum prouenit. Nam & illi animarum ſimul & corporum medicum accuſârunt, ad ſanctos Apoſtolos dicentes: Cur cum publicanis & peccatoribus cibum ſumit magiſter veſter? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus: Qui dicunt, Purus ſum, nè me attigeris; iſte fumus furoris mei eſt. Sed enim amentiam iſtorum refellere temporis iſtius nõ eſt. Hucuſquè Nicephorus.

Phariſaica hæreticorũ ſanctimonia.

Mat. 2.

Iſa. 65.

Ruſsùs idem lib. 13. cap. 10. Eodem, inquit, tempore, hoc eſt, Honorij & Archadij Imperatorũ, & Anaſtaſij ſummi Romanorum Pontificis, in Aegypto, quæ paulò antè extiterat, rursũ mota eſt quæſtio: opusne ſit, Deum hominis forma & corporali ſpecie eſſe opinari, an ab humano habitu prorsùs eſſe alienum credere. Et nonnulli quidem ſimplicitate imperita, ea quæ in ſcriptura ex conſuetudine eius dicuntur, excipientes, ità vt dici audiebant, faciem & manus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alij autem abſtruſiorem quæ in literæ receſſu latet, ſententiam eius conſiderantes, contrarium maximè ſentiebant: atq; aliter opinantes, impios eſſe, & blaſphemare in Deũ dicebãt. Inter quos præcipuè Theophilus Alexandrinus fuit. Atq; is perſæpè in eccleſia etiàm eos perſtrinxit, qui de Deo tam craſsè opinarentur, vt humana forma eum eſſe exiſtimarent. Quã ſententiam in epiſtolam quoque eam retulit, quam ex conſuetudine de paſchalibus ferijs ſcribere ſolitus erat: Oportere ſcilicet Deum incorporeum, & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbi cognouerunt qui in Aegyptiis Aſceterijs viuebant monachi, illis relictis, quàm celerrime Alexandriam venerunt, tantam eam ob cauſam ſeditionẽ concitantes, vt Theophilum veluti impium & blaſphemum hominem ſublatum voluerint. Ille autem conſilio eo depræhenſo, arte quadam rem eam expediuit: atque in ſeditioſorum conſpectum veniens, aſſentatione eos feſellit: Sic, inquiens, vos vidi vt faciem Dei. Hoc verbum illis vt iram remitterent, perſuaſit. Proindè ſtatim intulerunt: Si quidem

Anthropomorphitarũ error in Aegypto, anno 402.

Theophilus Alexandrinus errorẽ eum refellit.

quod

quod ore profers, corde etiàm ſentis, Origenis libros re damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, verità ſentiant, perſuaſi ſunt, nobisque aduerſantur. Sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnâtem opinionem ſequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudùm, inquit, hæc fuit ſententia: & quod vobis placitū eſt, id facere paratus ſum. Non minùs nanque quàm vobis & mihi Origenis ſcripta, quique ea recipiunt, grauem moleſtiam afferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptam à ſe remouit, & ſeditionem compoſuit. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Vadianis.

ANTOSIANDRINI. 53.

ANtoſiandrini ſunt ſecta Rigidorū Confeſſioniſtarum: Dicuntur & Oſiandromaſtiges, nimirū qui, au thore Staphylo, negant quidem hominē ea iuſtitia, qua Deus ipſe iuſtus eſt, eſſentialiter iuſtum fieri, ſed illum imputatiuè, id eſt, vt Illyricus gloſſat, non re ipſa, ſed verbo tantùm, iuſtum pronunciari. Quatuordecim Lutheranæ eccleſiæ ſcripſerunt contra Oſiandrum: ſed quælibet illarum, aliam iuſtitiæ definitionem, aliiſque prorsùs contrariam afferebat. Vide Ioannis Functij ſcriptum de origine Oſiandrinæ litis contra Staphylum. Hæc idem Staphylus.

APELLITAE. 54.

APellitæ vel Apelliani, ab Apelle Marcionis hæretici diſcipulo dicti ſunt. Nam Marcionis ſecta in multas deſecta partes, monſtruoſas opiniones protulit ſub Marci Antonini Philoſophi Imperio, & pontificatu Soteri ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 178. *Appellitarum hæreſis*

1 Dicebant autem illi (vt teſtantur Euſebius lib. 5. cap. 13. Auguſtinus & Philaſtrius) Chriſtum carnem ſuam nō de matre, ſed ex elementis accepiſſe, quam, reſurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ità ſine carne in cælum aſcendiſſe. Qua ſentētia quid ſabuloſius dici poteſt? Proindè cum ipſo etiàm Apelle ſepulta fuit.

2 Aſſerebant rursùs cū Gnoſticis, Manichæis, Cerdone, Marcione, & Valentino, duos eſſe deos, vnum quidem bonū, à quo omnia bona: alterum verò malū, à quo omnia mala procederent. Quanquàm illos hac in re à Gnoſticis aliquantulùm differre aſſerit Auguſt lib. de Hæreſibus cap. 23. Nam Apellitæ, inquit ille, non dicebant illos duos deos eſſe (quemadmodum volebant Gnoſtici) duo rerū principia, ſed vnum tantū principium, Deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cùm malignus eſſet, mundum in ſua creâſſet malignitate. *Appellitarū & Gnoſticorum diſcrimen ſuper aſſertione duorū principiorum.*

3 Impingebant quoq; Prophetis mendacium, eos aſſerentes contradictionem in ſe implicare, & indè contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos. Quapropter dicebant prophetias eſſe falſas, nihilque in ſe habere veritatis, eò quod inter ſeipſas pugnarent, & ſibi inuicē aduerſarentur. Et cùm cōtrarias ſibimetipſis docerent eſſe prophetias, & contra ab eodem vero eſſe nō poſſent, vt hunc errorem faciliùs tueri poſſent, in alium peiorem lapſi ſunt, aſſerentes duo eſſe rerum principia, à quibus duobus (vt iam diximus) inter ſe diuerſis aut diuiſis, prophetas dicebant eſſe inſpiratos, vt contraria dixerint. Hæc ex Euſebio lib. 5. hiſt. eccleſiaſt. cap. 12.

4 Negabant deniq; cum Saducæis, Simone mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto, Valentino, Marcione, Ophitis, Cerdone, * Caianis, & aliis compluribus, carnis reſurrectionem. **Caianis.*

5 Tanta autē peruerſitate præditi fuêre, vt qui cum multis aliis hæreticis vellent Eccleſiæ vnitatem prauo dogmate ſeparare, hanc clauſulam ex epiſtola diui Ioannis, Omnis ſpiritus qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, eraſerint, nè per omnia erroris conuincerentur. Adeò quidem, vt Theodocion vir eruditiſſimus, Apellem eiusque aſſectatores, hæreticiſſimos per ſuperlatiuum appellitet, & ſuis ſcriptis eum apprimè derideat. *1. Ioan. 4.* *Apelles Marcioniſta.*

De his autem ſcribit Nicephorus hiſt. eccleſiaſt. lib. 4. cap. 28. Marcionis ſecta

tores in multas diuiſi ſunt ſectas. Apelles enim quidã, quatuor ingenitis ſubſtãtijs, quas verborum portentis Marcion confinxit, aliam addit igneam, & libro à ſe compoſito, Philumenæ prophetia, nomen indidit Chriſto autem corpus tribuit non humanum, ſed ex eius quæ apud ipſos eſt, mundi ſubſtantia.

Contra hos, eorũmque varias ſectas, Rhodon Aſianus genere, Tatiani hæretici auditor, librum compoſuit, in quo non ſolùm eorum impietatem refellit, ſed etiàm authores eorum diſſectionis, accuratè recenſet. Propterea, inquit, diſcordes inter ſe ſunt, quòd ſententiam quæ conſiſtere atque extare nequaquàm poteſt, tuentur atq; defendunt. Ex cohorte enim eorum progreſſus Apelles, vita ipſa & ſenio venerationem quandam conſecutus, vnum principium cõfitetur. Prophetias aũt ab aduerſario prouenire ſpiritu dicit, dictis atq; reſponſis virginis à dæmonio agitatæ, cui nomen Philomena fuit, perſuaſus. Alij autem, ſicut & ipſe Marcion, duo principia inducunt, ex quibus ſunt Photinus & Baſiliſcus, Ponticum illum Lupũ ſecuti, qui nudis verbis, ac ſine omni demonſtratione atque probatione, duo principia conſtituit: Synerus verò tria poſuit.

Apellis ſecta et opinio.

Philomena Pythoniſſa Apellis.

Scribit itidem Rhodon, ſe cum Apelle congreſſum, atque collocutum eſſe. Apellem nanq; iam prouecta ætate, cùm ſe Catholicis Chriſtianis immiſcuiſſet, multa perperàm dixiſſe: atq; etiã aſſeruiſſe, omnes homines in crucifixum ſperãtes, ſaluos fieri, ſi modò bonis operibus explorati probatiq; ſint Neq; prorsùs opus eſſe, rationem fidei inquirere. ſed in ſua quenq; perſuaſione perſeuerare debere. Quumque ei Rhodon diceret, vndè hanc haberet demonſtrationem ſeu finitionẽ, aut quomodò vnum principium eſſe aſſerere poſſet: Tũ ille, Prophetiæ, inquit, quæ nihil prorsùs verè dicunt, ſeipſas refellunt: quippe diſſidentes inter ſe, falſæ, & ſibi ipſis aduerſæ. Quomodò autem vnum ſit principium, neſcire ſe, ac tantummodo ſic moueri & adduci, dixit. Cumque deinceps iuramento eum, vt verum diceret, adegiſſet Rhodon: ille iuratus, vera ſe dicere, inquit: ignorare autẽ, quomodò ſit vnus ingenitus DEVS, ſed tamen ſe ità credere. Itaque cum riſit & reiecit Rhodon, quòd pro doctore ſe gereret, & doctrinam ſuam confirmare & defendere non poſſet. Apelles autem multa etiàm contra Moſaicam legem compoſuit, plurimum ſtudij ad eã euertendam collocans. Hactenùs Nicephorus.

Euſebius li. 5. cap. 13.

APHTHARTODO-
citæ. 55.

APhthartodocitarum hæreſis, temporibus Iuſtiniani huius nominis primi Romanorum Imperatoris, & Felicis quarti ſummi eorundẽ Pontificis emerſit, circa annum Domini 536.

Dicebant autem illi, carnem quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, ante paſſionẽ, incorruptibilem fuiſſe. Sed iſti (vt dicit Tertullianus aduerſùs Praxeam) non ſatis perſpexerunt ſacramentum aſſumptionis hominis, (quod ſacramentum Dei vocat Hilarius) non item minorationem & exinanitionem verbi Dei, formamq; ſerui: non exaltationem & glorificationem hominis Chriſti, eiuſdemque primogenituram ex mortuis. Pater quidem minorauit filium modicè citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cælos reſumendo: vt recedente infirmitate, (inquit diuus Ambroſius) agnoſceretur diuinitas. Et vt ait Irenæus libri tertij capite trigeſimotertio, primogenitus mortuorum Dominus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres, regenerauit eos in vitam Dei: ipſe initium factus viuentium, ſicut Adam initium morientium factus eſt. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: ſignificans quòd non illi hunc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Et ideò (inquit Cyrillus in Theſauro lib. 10.) primogenitus vocatur, quia in ipſo primò deificati ſumus.

Aphthartodocitarum hæreſis.
Tertullianus.
Philip. 2.
Rom 8.
Coll 1.
Apocal. 1.
Irenæus.
Cyrillus.

De Aphthartodocitis autem ſic ſcribit Nicephorus libro decimoſeptimo. capite vigeſimonono: Nondùm, inquit, multum à quinta Synodo (vniuerſali, Conſtantinopoli coacta ſub Iuſtiniano

Impe-

Huic concilio affuerũt patres 165.

Imperatore) præterierat tempus, & vetus zizaniorum ſator, quòd nequaquàm tranquillum eccleſiæ ſtatum cernere poſſet, vt eam perturbaret, deprauata rurſum dogmata quaſi quaſdam machinas ei admouit. Quum nanque Seueri doctrina ex eccleſia reiecta, & qui illam ſecuti fuerant, atque etiam Origenis, & Didymi, & Euagrij, aliorumque aliena atque abſurda dogmata, necnon ante hos Anthimi, & Petri, & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confoſſę eſſent: Seueritæ, à Iuliano Halicarnaſſeo & Gaino progreſſi, ſub pietatis prætextu cum quibuſdam fortiter congreſſi eis perſuaſêre, quòd ea, quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, caro ante paſſionem incorruptibilis fuerit.

Aphtharto docitarum impium dogma.

Quorum iſta fuere verba: Nos quidẽ per neceſſitatem naturæ, affectiones eius, famẽ ſcilicet & ſitim, & reliquas, circũferimus: Chriſtus verò, vtpotè qui ſpõtè ſua paſſus ſit, non itidẽ atq; nos, naturæ legibus ſubſeruijt. Aduersùs quæ verba, pij homines retulerunt: Quamuis ſpontanea Chriſti paſſio fuerit, æquale tamen noſtrę fuiſſe. Quomodò verò poſſet, quod qualicunq; tandẽ modo pateretur, id incorruptibile propriè, & non corruptibile, perindè atq; de nobis ipſis loquimur, dici? Ad quod illi rurſùm: Quomodò vos corpus Chriſti incorruptibile poſt reſurrectionem, & nobis cõſubſtantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante reſurrectionem dicentes, conſubſtantiale nobis eſſe confitemur. Contra hæc noſtri rurſùm intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt viuificam reſurrectionem confitemur, non natura tamen id incorruptibile eſſe diximus, ſed gratia. Atq; vbi illi cõtradicerent, Quòd etiã ante reſurrectionẽ per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Noſtri rurſũ, Ea quæ de Chriſto dicũtur, hoc minimè admittere, reſpõderunt. Ante reſurrectionem nanq; & eſuriſſe, & ſitijſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodò autem id quod talibus perpeſſionĩbus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſanè nihil quicquã taliũ perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis indè manifeſtum eſſe, ante reſurrectionem corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem verò extitiſſe incorruptibile. Quòd nanq; cibũ poſt reſurrectionem cepẽrit, non id famis gratia, ſed per œconomiam ſiue diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis, ab eo eſt factum, vt exhiberet ſe eum ipſum, qui ex mortuis reſurrexit, eſſe. Quo nimirùm modo clauorũ etiàm fixuras oſtendit, vt reuerà ſe reſurrexiſſe, neq; ſpectrum eſſe probaret. Proindè ſcripturam nõ dicere, quod poſt reſurrectionem ex mortuis vel eſuriens manducauerit, vel ſitiens biberit: ſed quòd ſimpliciter tantùm ederit & biberit, proptereà ꝙ incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit.

Disputatio de ea hæreſi

Quòd ſi fortè ſanctorum etiàm quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorſus non cadere, de alia corruptione, quam quæ nũc propoſita eſſet, illos verba facere, noſtri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo ſignificat. Eius enim nomine, naturales iſtæ & irrepræhenſibiles carnis affectiones ſiue perpeſſiones veniunt, ſitis ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, vtpotè cõſubſtantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpeſſiones omnes voluntate ſua DEVS verbum, propterea quòd homo propriè & verè factus ſit, ſuſcepit. Atque hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidem vna hæc eſt. Eſt autem & alia, corporis ſcilicet in ea elementa, ex quibus compoſitum eſt, ſolutio, & carnis ipſius incarnatio. Iuxta quàm ſignificationem & nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quòd inquinamentum nullum inuadere & perſtringere potuerit. Poſt diuinam quidem reſurrectionem, etiàm ſecũdùm priorem verbi corruptionis ſignificationem, incorruptibilem carnis Domini aſſumptionem eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionem, Deo dante, erunt: ante reſurrectionem verò ſecùs.

Quomodò & cur poſt reſurrectionem Chriſtus cibum guſtauerit.

Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, qua multi mortales ſunt

Iuſtinianus quoq; inter Imperatores, ſecundũ Conſtantinum Chriſtianiſſimũ, in ea hæreſi fuit, & qua ratione dictus.

corrupti, non ſolùm ex his qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiàm Hierarchiæ primarij. & monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alij; atque adeò ipſe etiàm Imperator Iuſtinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæſit, non quidem ille altiùs dogma tale inueſtigans, verũ verbi ipſius ſignificationi acriùs inſiſtẽs, videlicet qui haudquaquã tale quiddam de CHRISTO, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtituerit. Princeps etenim iſte tanto in CHRISTVM pietatis ardore flagrâſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandârunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto. Itaque propter vehementem in Chriſtum amorem, illius gratia, multa etiàm violenter fecit. Hebræos nanque paſcha ante Chriſtianos, celebrâre paſſus non eſt. Et Samaritanos, quòd à ſententia ſua diſcedere nollent, afflixit. Plurimis quoquè temlis vbiquè terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit: quippe qui Deum honoribus eiuſmodi præcipuè colere voluerit. Alia inſuper hiſce conſimilia peregit, vt omnibus certò abundantem & veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum verò is imperator à recta planaque & regia via dilapſus, atque inſuetum diuiniſque Apoſtolis & patribus intactum iter ingreſſus, in ſpinas & tribulos incidit. Et quum eccleſiam in ſententiam ſuam adducere vellet, conſilio opinioneque ſua falſus eſt: quòd rectam publicamque viam ſepto firmiſſimo Dominus ità communijſſet, vt non facilè quiuis inuadere eam & deſtruere poſſet.

Edicto & vi Iuſtinianus in ſententiã ſuam clerũ omnẽ adducere conatur, ſed fruſtrà.

Voluit nanque tandèm idem imperator Iuſtinianus vi adhibita, omnem clerum in ſententiam ſuam adducere, ſed fruſtrà id conatus eſt, Anaſtaſio Antiocheno Epiſcopo, forti animo eidem reſiſtente. Scripſerat enim Imperator edictũ, (ità enim Latinè dicitur) in quo corpus Domini incorruptibile, & in quod irrepræhenſibiles etiàm perpeſſiones nõ caderent, vocauit: ità Dominũ ante paſſionem ediſſe aſſerens, ſicut & poſt reſurrectionem ederit, quòd non minùs ab ipſa corporis in vtero Dei genitricis conformatione id mutationis aut alterationis alicuius in ſpontaneis iſtis & naturalibus perpeſſionibus, quàm poſt reſurrectionẽ pro eo atq; ſanctiſſimum eſſet, capax non fuerit: & quòd idem corpus, incorruptibilitatem nõ poſt paſſionem tantũ, id quod eccleſia catholica profitetur, verũ etiàm ante paſſionem, ab ipſa vſque diuina ſeminiſq; experte conceptione obtinuerit. Vt verò in ſententiã ſuam ſacer ordo in Oriente ſimul & Occidente leuẽ & futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At vniuerſi oculis in Anaſtaſium Antiochenum coniectis, vt ab eo quid facto opus eſſet, diſcerent, cupidè expectabant. Per quam illi cauſam, primam eius conflictationẽ ſapienter repulerunt. In hunc enim perindè atq; in propugnaculum quoddam Iuſtinianus impegit, omni illum arte aggreſſus, rectè hac ſecum, vt illi videbatur, ratione deliberata, cum ſi concuſſiſſet, non difficili opere ſe orbem omnẽ in poteſtatẽ ſuam redacturum, vera & Germana dogmata conuerſurum, & Chriſti gregem in captiuitatem abacturum.

Anaſtaſius magnanimiter Iuſtiniano in hæreſi Aphthartodocitarum refellenda reſiſtit.

Anaſtaſius verò fidei petra firmiter eſt nixus, & adeò aduerſùs Imperatoris impetum diuina prorſùs ſublatus mente ſubſtitit, vt propalàm diſertis verbis, demonſtrationes quoque arte maxima cõpoſitas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuiſſe ante paſſionem Domini corpus, naturalibusque & irrepræhenſibilibus obnoxium perpeſſionibus. Idq́ue ità & ſacris Apoſtolos tradidiſſe, & diuos patres ſenſiſſe atq; prędicaſſe. Quæ ſanè omnia etiàm ad monachorum primæ & ſecundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis conſuluerant, maniſeſtè & liberè reſcripſit, omnes, vt ità ſentirent, confirmans, & quaſi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictumque illud quod vas electionis protulit, omnibus ſubijciens atque proponens: Si quis vobis, præterquã accepiſtis, euangelizauerit, anathema ſit. Illi porrò omnes in eadẽ ſententiæ æmulatione perſtiterunt. Quam ob cauſam, vt ſibi ità reſiſtentem

Galat. 1.

in

in exilium ageret, Iuſtinianus conſilium cepit. Id verò vt Anaſtaſius audiuit, compoſitam ſtatim orationem, in qua argumentis congrederetur, Antiochenis, vt ea ſe defenderent, ſi opus eſſet, obtulit Ea autem verborum elegantia & enthymematum denſitate eſt confecta, necnõ dictorum ex ſacris literis depromptorum vbertate ad rem ipſam ita accommodata, vt maximã author libri eius conſequutus ſit admirationem. Sed ſcriptum id, quòd Deus meliori quadam ratione Eccleſiæ ſuæ conſultum voluerit, editum non eſt.

Scriptum Anaſtaſij aduerſus eã hæreſim.

Iuſtinianus nanque quum Anaſtaſij ſacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex vita hac exceſſit, triginta & octo annis, menſibusque octo in Imperio tranſactis, quũ quidem Aphthartodocitarũ opinionem nõ aboleuiſſet: quippe qui ſententiã eiuſmodi ad honorem Dominici corporis magis facere exiſtimauerit. Nonnulli certè quidem veniam illi concedunt, neq; eũ ob talem opinionem, itidèm vt hæreſes alias, ab eccleſia proſcriptum eſſe dicunt. Id ex præfatione ſextę Synodi magis liquet, quæ Iuſtinianum beata quiete dignatur, verbis eiuſmodi: Quandoquidẽ ſanctæ & œcumenicæ duæ Synodi, quæ in imperante hac & religioſa vrbe coactæ ſunt, altera quidem Iuſtiniani diuinæ quietis temporib. altera verò ſub piæ memoriæ Imperatoris noſtri Conſtantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sedenim acta quoquè eius concilij, quum mentio eius facienda eſt, ſemper eum qui in ſanctis eſt, Iuſtinianum dicunt. In quacunque verò ille demùm apud Deum & homines eſt exiſtimatione, tum quidẽ hanc etiàm ob cauſam illũ ſacrum Eutychiũ, atq; alios plures throno expuliſſe aiunt. Cæterùm moriturus, ſicuti diuus Conſtantinus Athanaſij, ità & hic Eutychij reſtitutionem in teſtamento, Iuſtino ſucceſſori ſuo mandauit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipſius egregiè & rectè facta, & præſtantem in diuinum numen æmulationem, piamq; in omnibus religionem, interueniente quoque mirifico DEI verbi Sapientiæ templi opere, ſi quid tum in eo deſideratum, id infinita Dei miſericordia reſarctum & contectum iri.

Iuſtiniani mors.

Iuſtinianus Eutychij reſtitutionẽ moriens mandauit.

Illud verò quod de eo idẽ ſcribit Nicephorus, ſummè annotandum venit, nimirùm, quòd cùm fames Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, ipſe Imperator ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade, carnes in foro venales proponendas, promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actũ. Populus autẽ, qui pietatem ſibi conſectandã ſtatuiſſet, neq; eas emebat, neq; edebat: mortẽ ſibi potiùs adeundã eſſe cenſens, quã vt quicquam de patrijs moribus & traditionib. mutaret. Hæc de Iuſtiniano & hæreſi Aphthartodocitarum dicta ſunt ex Nicephoro.

APOCRYPHI. 56.

Apocrypha hæreſis eorum eſt (teſte Philaſtrio) qui ſolùm Prophetas & Apoſtolos recipiunt, non autem reliquas ſcripturas Canonicas, id eſt, legem & prophetas, vetus ſcilicet & nouum Teſtamẽtum. Adeò quidem, vt cũ iſtius hęreſis ſequaces volunt ſolũ illa Apocrypha ſtudioſè legere, contraria ſcripturis Canonicis ſentiant, atq; paulatim dogmatizent: contra legẽ & prophetas, contraq; conſtitutiones beatiſſimorum Apoſtolorum & eorum conſulta agentes: è quorum numero ſunt maximè Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quàm plurimi, qui Apocrypha prophetarum & Apoſtolorum, id eſt, actus recõditos ſeparatoſque habentes, Canonicas legere ſcripturas contemnunt.

Apocrypha autem ea dicuntur, quæ quaſi recondita & occulta, ſeu ſeparata ſunt, falſitatibusque ſuſpecta, non edita ab his, à quibus edita deſignãtur, & quæ ideò legi publicitùs vetita ſunt ab eccleſia, ſed priuatim ac domi, pro ſuo cuiuſq; animo & voluntate. Nam Apocryphã, inquit diuus Hieronymus Ruffino ſcribens, neſcit eccleſia. Quorum etiàm deliramenta idem in Prologo in Pentateuchum & in libros Regum Galeato, inſectatur. Itemque cõiicere iubet ſuper cap. 64. Eſaiæ, quæ teſtimonij ſcripturarum videlicet occaſione, CHRISTI eccleſijs ingerun-

Apocrypha quæ dicantur.

Hieronymi ſententia de Apocryphis.

ingeruntur, de quibus verè dici poteſt, quòd ſedeat diabolus cum diuitibus in apocryphis, vt interficiat innocentem.

Pſal. 9.

Et iterùm: Inſidiatur in apocryphis quaſi Leo in ſpelunca ſua, vt rapiat pauperem: per cuiuſmodi ſpinarum inculta, multæ deceptæ ſunt mulierculæ, vt hæreticorum nominum portenta ſuſciperent. Vigilantio itaque apocrypha, quæ ſub Eſdræ & Salomonis nomine ab eo eiusque ſimilibus legerentur, proponenti, & de his teſtimoniũ quaſi pro ſe facient, quod omnino Tyrõ ſcripſiſſent, ſumenti, legiſſe ſe negat. Quid enim, ait, neceſſe eſt in manus ſumere, quod eccleſia non recipit? niſi fortè ridicula antiquorum hæreticorum nomina, & incredibilia portenta proſequeris, & proponis quod totius orbis authoritate dãnatur: & ſi tibi placuerit, legito fictas omnium patriarcharum & prophetarũ reuelationes, quas cũ didiceris, inter mulierum textrinas cantato, immò legendas propone in tabernis tuis, vt faciliùs per has nænias vulgus indoctum prouoces ad bibendum.

Origenes Homilia 1. ſuper Cantica.

Vndè Origenes: Scripturæ, inquit, Apocryphæ appellantur, eo quòd multa in eis corrupta ſunt, & contra fidẽ inueniuntur tradita, & ſine authoritate pleraq; dicta. Diuus item Hieronymus epiſtola ad Lætam, de eiſdem ſcripturis ſic ait: Caueat fidelis omnia apocrypha: etſi quandò ea non ad dogmatũ veritatẽ, ſed ad ſignorũ reuerẽtiã legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorũ titulus prænotatur, multaq; his annexa vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ, aurũ in luto quærere.

Auguſt. lib. 2. contra aduer. leg. & Prophet. cap. 20.

Ruſùs diuus Auguſtinus: Etſi in apocryphis, inquit, aliqua veritas inueniatur, tamẽ propter multa aut falſa, aut ſuſpecta, nulla eſt canonica authoritas. Quę idcirco apocrypha apellãtur, quòd occulta eorũ origo patrib. non claruit, à quib. variarũ ſcripturarum authoritas ad nos certiſſima & notiſſima ſucceſſione peruenit.

Canonica ſcripta quæ dicantur.

Ex quibus quidem liquet, quæ Apocrypha & quę Canonica ſcripta appellentur. Canonica nanq; teſte Cypriano & Ruffino ſunt ea, quæ intra Canonem patres concluſerunt, & ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt:

Eccleſiaſtica.

Eccleſiaſtica autem ab eis appellata ſunt, quòd ea quidem in Eccleſijs legi voluerint, non tamen proferri ad authoritatem ex eis fidei confirmandam. Non enim quia Hieronymus ſic vel ſic docet, non quia Auguſtinus, atque alius quiuis ex patribus aſſerit, idcircò verum eſt & tenendum, ac ſi eſſet orthodoxæ fidei ſententia, canonicaq; doctrina: ſed quia Hieronymus, Auguſtinus, ac cæterorum patrum quiſpiam demonſtrauit vel in ſcripturis canonicis ſic eſſe, vel vniuerſalem Eccleſiam & Apoſtolicam ab initio ſic tenuiſſe atque credidiſſe, idcircò tenendum eſt, tanquàm fidei & de canonica Chriſtianæ religionis ſententia.

Eccleſiaſtica ſcripta quomodò ab Apocryphis differant.

Differunt itaque eccleſiaſtica ab Apocryphis in hoc, vt inquit diuus Hieronymus, q non in eccleſiaſticis, ſicut in Apocryphis, repertum ſit, fidei pietatem vacillare. Ideo eccleſiaſtica non ſolùm ſine periculo fidei, ſed cum ipſius incredibili lucro recepta ſunt, tanquam ſatis digna quæ in eccleſia legantur, & piè ſatis credantur. In Apocryphis verò vel comperta falſitas eſt, vel fidei pietas nimiùm ſuſpecta. Quarè meritò remota ſunt nõ à Canonicis tantùm, ſed à patrũ etiàm ſcripturis: quippe quæ aut non ſine periculo, aut non ſine irriſione fidei Chriſtianæ in eccleſijs legantur. Nimiùm ſanè hęreticorum & infidelium hominum irriſioni exponitur eccleſiæ fides, dum falſa quædam nos credimus, quæ ipſi occultè ſub nomine alicuius Apoſtoli aut Apoſtolici viri confinxerunt. Quamobrem Eccleſia iam ab initio curauit, nè quid publicè legendum proponeretur, quod nõ certo authore ſub fidelium atteſtatione relatum ſciret.

Propter quod etiàm (inquit Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit) ſtatutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, non aliud legi in Eccleſia debere catholica, niſi legem & prophetas, & Euangelia, & Actus Apoſtolorum, & Pauli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam, & vnam Iacobi, quæ ſeptem, Actibus Apoſtolorum coniunctæ ſunt.

Libri qui debent in Eccleſia legi.

APO.

APOCARITAE.

57.

APocaritarum hæreſis à Manete natione Perſa exorta eſt, tempore Taciti Romanorum Imperatoris, & Eutychiani ſummi pontificis, circa annũ Domini 278. Quæ hæreſis multas magnasque regiones & vrbes infecit ſua contagione & conturbauit. Tanto enim ſucceſſu propagata eſt, vt poſteà per annos ducentos ſopiri non potuerit. Vt cognoſcat lector pius nihil in rebus humanis peſtilentius eſſe praua doctrina: atque adeò etiàm omnes hæreticos ſeditionis cupidos eſſe, neque affectare aliud, quàm vt errorem ſuum ſeditione & tumultu publico tueantur, & latiſſimè propagent. Nam Satan author eorum, mendax pariter & homicida eſt. Vtrunque enim in omnibus ſchiſmaticis palàm eſt, qui ſimul falſa docent, & cædem per ſeditiones & perturbationem rerum publicarum excitare ſolent.

Hæretici ſeditionis cupidi.

Ab hoc ergò Manete numeroſa hæreticorum colluuies progreſſa eſt. Multi nãque hæretici ſub eius hæreſi militârunt, quamuìs alij alijs nominibus appellati. Ad Manichæos ſiquidem pertinent Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Dicartitæ, Taſcodrogitæ Teſalitæ, & Tetraditæ. De quibus omnibus dicetur infrà, & eorum fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

A Manete numeroſa hæreticorũ colluuies.

Hi ergò Apocaritæ conueniunt in vnũ cum Gnoſticis, aduersùs Dominum, & aduersùs fidem Eccleſiæ, quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, adſtruentes, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia: contra illud Geneſeos 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: quod ſpiraculũ nihil aliud eſt, quàm anima ipſa, quod & oſtẽditur per id quod ſubditur: Et factus eſt homo in animam viuentem. Si ergò anima eſt illud ſpiraculum, quod ſpirauit Deus in faciem Adæ, facilè conſequitur, eam non eſſe ex Dei ſubſtantia, quemadmodùm flatus ex hominis ore prodiens, non eſt de ſubſtantia hominis, ſed ex aëre circumfuſo. Hi rursùs alios ſequebantur errores, quos quære in Manichæis & Gnoſticis.

Apocaritarum hęreſis

APOLLINARISTAE.

58.

APollinariſtæ, vel Apollinariani dicti ſunt, ab Apollinari viro Laodiceno, qui imperante Valentiniano Cæſare, & ſummum Romanæ eccleſiæ pontificatum agente Damaſo Hiſpano, citciter annum Domini 377. inſignis habebatur.

De hoc Apollinari in hũc modum tradit Socrates Tripartitæ hiſtor. lib. 5. cap. 44. Per idem tempus (ſcilicet quo Eunomius hæreſiarches factus, impietatis cumulo augebat Arrij blaſphemias, hoc eſt, ſub Valentiniani & Valentis Imperio) in Laodicea Syriæ duo erant viri, eodẽ nomine nuncupati, pater & filius: vterque dicebatur Apollinaris. Pater, presbyteri dignitate fungebatur: filius autem habebat Lectoris officium, Græcarum ambo doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater ſanè cùm fuiſſet Alexandrinus genere, & priùs docuiſſet Beryti, poſteà venit Laodiceam: & veniens duxit vxorem, filiumque habuit Apollinarem. Tum igitur ambo exercebantur cum Epiphanio ſophiſta: & cùm eſſent eius amici, valdè fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicenſis Epiſcopus, nè frequenti confabulatione Sophiſtæ, laberentur in Paganiſmum, prohibuit eis nè ad eius ſcholas accederent. Qui paruipendentes Epiſcopum, Epiphanij amicitiam magis amplectebantur. Poſteà Georgius Theodoti ſucceſſor, cùm eos prohibere nõ potuiſſet, ambos communione priuauit. Tum Apollinaris filius, putans eſſe iniuriam, & fretus eloquij tumore ſophiſtici, nouitatem & ipſe introduxit hæreſeos, quæ nunc fertur, nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduersùs Georgium, non tantùm propter prædictam cauſam, ſed quòd videret eum varia dogmata proferentem: & nunc quidem profitentem ſimilem patri filium, ſicut erat Seleuciæ conſtitutum: nunc autem in Arrianam declinare ſententiam. Quapropter velut opportu-

Apollinaris vitæ inſtitutum.

Apollinaris grammaticus.

Apollinaris rhetor.

Epiphanius ſophiſta gentilis.

nam ſumentes occaſionem, abſcedunt. Cumque nullus de eis curaret, ſub ſchemate religionis, peſtem hæreſeos intro duxerunt.

Apollinariſtarum dogma.

Et primùm quidem dicebant, animam à Deo verbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam, id eſt, Chriſtum corpus tantummodò ſine anima ſuſcepiſſe ex virgine.

Deindè quaſi pœnitentia ducti, corrigentes ſemetipſos, adiecerunt, animam quidem aſſumptam, quæ tamen non haberet mentem: ſed Deum verbum eſſe ꝓ mente in homine aſſumptum. Circa hoc itaque ſolùm dicuntur eſſe corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nam Trinitatem cõſubſtantialem eſſe profitẽtur. Neque diffitebantur Chriſtum carnẽ habuiſſe (vt Cerdon, Proclianitæ, Apellitæ, Manichæi, Priſcillianus, & Valentinus negabant) ſed dicebant in ipſo incarnationis opere, aliquid verbi in carnem eſſe conuerſum.

Vtriuſque Apollinaris vita ex Nicephoro.

De his item ſic ſcribit Nicephorus lib. II. cap. 12. eccleſiaſticæ hiſt. Apollinares, inquit, duo fuerunt, pater & filius, vterq; Græcis diſciplinis valdè eruditus. Hi permultos & vtiles eccleſiæ libros edidêre. Nam pater ſua ætate omnium facilè doctiſſimus atque eloquentiſſimus, Porphyrij veſaniæ, qua in Chriſtianos incredibili petulantia debacchabatur, triginta voluminibus reſpondit. Deniquè cùm Iulianus Cæſar, fidei Chriſtianæ deſertor, interdixiſſet Chriſtianis diſciplina Græcorum, nè nihil ageret, Hebræorum hiſtorias vſque ad Samuelis Regis tempora, heroico carmine conſcripſit in viginti quatuor tomos, iuxta literarum Græcarum numerum opus illud (vti ferunt) partitus. Cæterùm poſteà ingenij ac eloquentiæ fiducia fretus, nouum ac pernicioſum dogma in eccleſiam inducere voluit, poriſſimumq; Apollinaris filius. Qui multis ab eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumq; conſtituendi dogmatis ſui Vitalim accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletij eccleſiam frequentabãt, presbyterum.

Ex eo tempore in alijs quoquè vrbibus ſub Epiſcopis ſuis conuentus habuêre, & ritus ab eccleſia catholica alienos celebrauêre: præter receptas ſacras cantilenas, numeroſa etiàm carmina quædam ab ipſo Apollinari inuenta decantantes. Nã is præter eruditionem reliquam in poetica quoquè varij generis verſibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, vt ſibi adhærerent, perſuaſit. Et viri in compotationibus manuúmque laboribus, mulieres quoquè in lanificio ſuo carmina ſua pſallebant. Ad ſtudij enim & laborum laxamentum, ad dies feſtos, & ad res alias, prout tempus fert, poemata elaborauit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia.

Carmina eccleſiaſtica Apollinaris.

Apollinaris hæreſis damnata.

Hanc hæreſim latiùs ſerpere, quũ primus vrbis Romæ epiſcopus Damaſus & Petrus Alexandrinus cognouiſſent, coacto Romæ concilio, alienam eſſe ab eccleſia vniuerſali ſtatuerunt. Apollinaris etiàm ipſe itidèm propter animi imbecillitatem, dogmate ſuo inſtituendo res nouas molitus eſſe dicitur. Huiuſmodi de cauſa Athanaſius Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, ſub Conſtantio in exilium actus, quum in Aegyptum redire iuſſus eſſet, & per Laodiceam iret faceret cum Apollinari, quòd amiciſſimus ei eſſet, familiariter verſatus eſt. Quòd autem qui diuerſæ erant ſectæ, commercium & communionem eius velutì iuriſiurandi ſacramento abnegatam auerſarentur, inter quos & Georgius Laodicenſis Epiſcopus fuit, Apollinarim eo nomine ab eccleſia excludit, tanquàm contra canones & ſacras conſtitutiones cum Athanaſio fuiſſet. Et cum criminis loco id ei obiecit, tũ rationem etiam & pœnam veterum atque pœnitentia obliteratorum erratorum cum conuicio ab eo exegit. Quum nanque Theodotus ante eum adhuc Laodicenſem eccleſiam regeret, maximè rum pollens Epiphanius ſophiſta, hymnum in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnũm Apollinaris vtebatur. Recitationi ei is cum patre ſibi cognomine Grammatico inſigni, affuit. Atque vbi Epiphanius orationem eam exorſurus, ſicuti eis qui ſpecimen aliquod taliũ ſtudiorum exhibent, mos eſt, non initiatos & prophanos exire & procùl eſſe iuſſiſſet: neque Apollinaris neque eius pater neque etiàm alius quiſpiam qui ibi ade-

Athanaſius Apollinari amiciſſimus.

rant

uant Chriſtianorum, ex auditorio ſeceſſit. Id poſtquàm reſciuit Theodotus epiſcopus, moleſtè tulit. Et alijs quidem ex populo aliquatenùs obiurgatis, gratiam delicti fecit: Apollinarim verò vtrumque, cùm eis propalàm peccatum obieciſſet, ab Eccleſia ſegregauit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius verò ſacrarũ ſcripturarum adhuc lector. Interceſſerat aliquid temporis, & eos, poſtquàm lachrymis & ieiunijs crimen admiſſum pœnitẽtes aboleuiſſent, Theodotus rurſùm in gratiam recepit.

Vbi autem Georgius epiſcopatum eſt adeptus, quòd Apollinaris cum Athanaſio familiariter fuiſſet, quemadmodùm diximus, excommunicatum eum Eccleſia exegit. Atque ille ſæpè Georgium dicitur, vt in communionem reciperetur, deprecando obſecrâſſe. Verùm vbi id illi nõ perſuaſit, mœtore correptus eccleſiã turbauit, & dogmate nouo hęreſim ſuam introduxit quoad potuit: compoſitis arte orationibus inimicum vlciſcens, & quòd ſe in ſacratum literarũ doctrina illo præſtantiorem exauthoràſſet arguens. Ad hunc modum ſcilicet priuatę clericorum tempore quolibet inimicitię, maximo eccleſiam detrimento affecère, & religionẽ in ſectas multas diſſecuère. Id inde ſatis liquet. Si enim itidèm vt Theodotus Georgius quoquè pœnitentem Apollinarim ſuſcepiſſet, hæreſis quæ ab eo nomen habet, vt ego quidem puto, non extaret. Ingenia nanque hominum ſi deſpici ſe videant, arrogantem audaciam concipiũt, & contendendi ſtudio res nouas moliuntur. At ſi id quod æquũ eſt, conſequuntur, ad moderationem ſe dant, et fortè ſua contenti ſunt.

Georgius Laodicenſis deprecãtem Apollinarim in gratiam non recepit.

Quales verò fuerint eorum opiniones, quiſque facilè cognoſcet ex epiſtola quadam Gregorij Nazanzi Epiſcopi, quã ad Nectarium Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſulem ſcribit in hunc modum: Incidi, inquit, in Apollinaris libellũ, qui omnem hæreticam improbitatem longè ſuperat. Aſſeuerat enim carnem iuxta ſalutis noſtræ adminiſtrationem ab vnigenito filio, naturæ noſtræ transmutandæ gratia, non aduentitiam ſuſceptam eſſe: ſed à principio carnalem illam naturã in filio fuiſſe. Atque perperàm acceptum dictum quoddam Euangelicum, tanquã teſtimonium tantæ abſurditati prætendit, dicens: Nemo aſſcendit in cælum, niſi qui è cælo deſcendit filius hominis. Ioan. 3 6. Ità vt priuſquàm deſcenderit, ipſe filius hominis fuerit: & deſcenderit, ſuam illam deferens carnem, quam in cælo habuerit anteſecularem & conſubſtantiatam. Et rurſùs Apoſtolicam aliam profert vocem, ſecundum hominem è cælo eſſe. 1.Cor.15 F

Apollinariſtarum hæreſis, ex Gregorio Nazãzeno epiſcopo.

Deindè inſtituit, hominem illum qui è cælo venerit, mentem non habere, ſed diuinitatem vnigeniti, naturam mentis adimplere, vt quæ pars tertia humanæ coagmẽtationis ſit facta, anima & corpore humanitùs circa eam exiſtentibus, mẽte illis decollante, & verbo Dei locum ei obtinente.

Atque equidem nondùm graue eſt ſpectaculũ: verùm illud omnium longè grauiſſimum, quòd ipſum vnigenitum Deũ, iudicem omnium, authorem & ducem vitæ, & vaſtatorem mortis, mortalem inſtituit: ità vt paſſionem ille in diuinitate ſua ſuſceperit, & in triduana illa mortificatione corporis, ſimul etiàm ea cum corpore mortua, & ſic à patre rurſùm reſuſcitata ſit. Reliqua quæ importunitati tãtæ ille adijcit, longum eſſet recẽſere. Hæc omnia ex Nicephoro.

De his rurſùs Vincentius Lirinenſis, libro illo verè aureo, quem pro Catholicę fidei antiquitate & veritate aduerſùs prophanas omnium hæreſeon nouationes edidit, ſcribit in hunc modum: Luce clariùs, inquit, aperta cauſa eſt, cur interdùm diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros, noua quædam dogmata prædicare patiatur: vt tentet vos, inquit, Dominus Deus veſter. Et profectò magna tentatio eſt, cùm ille quem tu pro pheram, quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & adſertorem veritatis putes, quem ſumma veneratione & amore amplexus ſis, is ſubitò latenter noxios ſubinducat errores, quos nec citò depræhendere valeas, dum antiqui magiſterij duceris præiudicio, nec facilè damnare faſducis, dum magiſtri veteris impedíris affectu.

Vincen Lirinenſis de Apollinariſtarũ hæreſi, notatu digniſſima.

Deut 8.& 13

Hæreſes quarè Deus oriri patiatur.

Tētationis periculum ex doctrina Apollinatis

Iſtius porrò eccleſiaſticæ tentationis periculum, diſcimus exemplo Apollinaris,& ſimul ad obſeruandæ diligentiùs fidei cuſtodiam commonemur. Etenim ipſe auditoribus ſuis magnos æſtus & magnas generauit anguſtias: quippe cū eos hinc Eccleſiæ traheret authoritas, hinc magiſtri retraheret conſuetudo. Sic inter vtraque nutabundi & fluctuantes, quid potiùs ſibi eligendum foret, non expediunt. Sed forſitan (diceres) eiuſmodi ille vir erat, qui dignus eſſet facilè contemni. Immò verò tantus ac talis, cui nimiùm ei tò in plurimis crederetur. Nam quid illo præſtantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quàm multas ille hæreſes multis voluminibus oppreſſerit, quot inimicos fidei cōfutauerit errores, indicio eſt opus illud triginta non minùs librorum nobiliſſimum ac maximum, quo inſanas Porphyrij calumnias magna probationum mole confudit. Longum eſt, vniuerſa ipſius opera commemorare, quibus profectò ſummis ædificatoribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet, niſi prophana illa hæreticæ curioſitatis libidine, nouum neſcio quid inueniſſet, quo & cunctos labores ſuos velut cuiuſdam lepræ admixtione fœdaret, & doctrina eius non tam ædificatio, quàm tentatio potiùs eccleſiaſtica diceretur.

Apollinatis præſtantia.

Apollinaris ſecta.

Ille enim in vnitatem quidem Trinitatis quaſi conſentire ſe iactat,& hoc ipſum plena fidei ſanitate: ſed in Domini incarnatione aperta profeſſione blaſphemat. Dicit enim in ipſa Saluatoris noſtri carne aut animam humanam penitùs non fuiſſe, aut certè talem fuiſſe, cui mens & ratio non eſſet. Sed & ipſam Domini carnem non de ſanctæ virginis Mariæ carne ſuſceptam, ſed de cælo in virginem deſcendiſſe dicebat: eamque nutabundus ſemper & dubius, nō modò coæternam Deo verbo, ſed etiàm de verbi diuinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Chriſto duas eſſe ſubſtantias, vnam diuinam, & alteram humanam: vnam ex patre, alteram ex matre: ſed ipſam verbi naturam ità putabat eſſe diſciſſam, quaſi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò verſum fuiſſet in carnem: vt cùm veritas dicat ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtum, ille contrarius veritati, ex vna Chriſti diuinitate duas adſerebat factas eſſe ſubſtātias. Hactenùs Lirinēſis. De hoc vide rurſùs in Neſtorio, hæreſim Apollinaris hæreſi prorſùs contrariam aſſerente. Item in Dimæritis, Photino, & Timotheo Apollinaris diſcipulo.

APOSTOLICI, VEL *Apotactici.* 59.

Apoſtolici quare ſic dicti.

APoſtolici, vt inquit diuus Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 40. ſe hoc nomine arrogantiſſimè appellârunt, quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus & res proprias poſſidentes, quales habet catholica eccleſia & monachos & clericos. Vndè, authore diuo Thoma lib. 3. contra Gētes cap. 127. ideò iſti habentur hæretici, quia ſe ab eccleſia ſeparantes, nullam ſpem ſalutis putarent eos habere, qui quibus ipſi carerent, vterentur. Hæc nempe hæreſis Apoſtolos (a quorum falſa imitatione Apoſtolici dici volunt) nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam aſſerit, nec aliud in craſtinum ſeruâſſe: & quod peius eſt, docet nihil horum Apoſtolis licuiſſe. Quapropter, vti diximus, ſpem ſalutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Quo verò tempore illi primùm emerſerint, nuſquā adhuc legi, colligi tamen poteſt eos erupiſſe Seueri Imperatoris & Victoris papæ temporibus, circa annum Domini 199.

Pſeudoapoſtoli quidā huius hæreſis authores.

Huius hæreſis porrò refricatores extitiſſe quoſdā pſeudoapoſtolos aſſerit Alphonſus de Caſtro, qui tempore Adolfi Cæſaris Germani, & Cæleſtini huius nominis quinti Romanorum pontificis emerſerunt, circa annum Domini 1295. Quorum dux quidam nomine Gerardus Sagarellus Parmēſis patria fuit, qui huius erroris conuictus, viuus tādē publicè exuſtus eſt. Hunc velut diſcipulus magiſtrū ſequutus eſt Dulcinus Nouarienſis, qui cum vxore ſua Margareta eiuſdem criminis conſcia & damnata, ſuo authori ſimilem mortem perpeſſus eſt. De his illud dici poteſt, quod in diui Iohannis Reuelatione habetur: Tentâſti eos qui ſe dicunt

Gerardus Sagarellus.

Dulcinus Nouariēſis.

Apoc. 2.

dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Nam cùm ſe iactarent vitam agere Apoſtolicam, illud Euangelicum prætexebant, quod Chriſtus magiſter omnium, Apoſtolis dicebat: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Et iterùm: Nolite eſſe ſoliciti in craſtinũ. Et alia huiuſmodi quæ Dominum ſuis dixiſſe Apoſtolis referunt Euãgeliſtæ Cùm contrà Chriſtus illa prima ſententia nihil aliud intelligi voluerit, teſte Theophylacto, quàm poſſeſſione carentem ac mundo confixum, magnam oportere pauperum curam gerere: verbumque ipſius Chriſti de non portanda pecunia, inter admonitiones & conſilia eſſe computandum, & non inter præcepta. Certiſſimum namque eſt, Chriſtum & eius Apoſtolos pecuniam ſecum portâſſe, quemadmodùm Ioannis 4. & 13. capitibus liquidò oſtenditur. Quod verò aliquid in craſtinum ſeruauerint Apoſtoli, ex eo paret, quòd cùm apud eundem Ioannem Dominus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiâſſet quinq; millia hominum, ſuis poſteà dixerit Apoſtolis: Colligite quæ ſuperſunt fragmenta, nè pereant. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Vbi quidem aliquid reſeruatum manifeſtum eſt. Reliquas huius loci conuictiones vide apud Alphonſum de Caſtro, hæreſi ſecunda de Apoſtolis Nam noſtri inſtituti non eſt errores conuincere, ſed eos ſolùm ad ſuam originem reuocare, quos tamẽ hoc pacto, teſte diuo Hieronymo, confutare eſt.

Matt. 10.
Matt. 6.
Ioan. 6.

Nullum præterea Apoſtolici, cum Priſcilliano & Flagellantibus, admittunt iuramẽtum: adeò ſanè, vt etiàm periurium licere dicant, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam: Iura, periura, ſecretum prodere noli. Huius hæreſis meminit diuus Bernardus ſermone 65. & 66. in Cantica. Dicit idem Bernardus ibidèm, eos nullum admittere purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerunt, antequàm in æterna tabernacula recipi mereantur: Græcos hac in re & Armenos, Vualdẽſes quoquè & Lutheranos imitati, de quibus videatur locis ſuis.

Alia Apoſtolicorum dogmata.

Quo verò amictûs ſigno quondàm dignoſcebantur Apoſtolici, oſtendit Nicolaus Emericus libro quem de hæreticorũ inquiſitione edidit, in hæc verba: Induuntur, inquit, tunica alba longa, & deſuper mantello albo ad collum per modum pallij eleuato ſuper tunicam, funiculo adſtringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt: nudis pedibus incedunt: per mundum diſcurrunt, nulli obediunt: &c. Hos diuus Auguſtinus Encratitis ſimiles eſſe aſſerit: Et Epiphanius eos a uulſionem dogmatum Tatiani & Catharorum, qui legem non ſuſcipiunt, appellat. Nam & Apotacticos ſeſe appellare volunt à renunciatione eorum quæ poſſidentur: ſed alia neſcio quæ, propria hæretica docere perhibentur. Euariantur autẽ apud ipſos etiàm myſteria, & gloriantur de inopia. Scindunt ij fruſtrà ac lædunt ſanctam Dei eccleſiã per vltroneam ſuperſtitionem, elapſi à benignitate Dei. Neque enim lapſi alicuius ampliùs ſuſceptio apud ipſos fit. Abominantur etiàm nuptias velut Tatiani, Encratitæ, & Cathari. Et Cathari quidem receptis ſolùm ſcripturis vtuntur. Hi verò actibus Andreæ ac Thomæ appellatis, vt plurimùm nituntur, omninò alieni à Canone eccleſiæ Hæc Epiphanius.

Apoſtolici quo inſigni dignoſcantur.

De his rurſùs ſcribit Hoſius libro de fide & Symbolo, cap. 29 in hunc modum: Pridem, inquit, hæretici ſunt habiti, & Auguſtini ſeculo Donatiſtæ, & Bernardi æuo, qui ſe vocabant Apoſtolicos, qui vtrique noluerunt ibì eſſe eccleſiam Apoſtolicam, vbi non eſſet vita Apoſtolica: & ſacramentorum dignitatem, ex miniſtrorum virtute metiebantur. Quamobrem procul abſit à mentibus priorum error hic, quin ij potiùs, cùm audiunt eos qui præſident, aliquorum criminum inſimulari, ac eos infamiæ nota adſperſos per hominum ora traduci, meminerint ſcriptũ eſſe: Qui citò credit, leuis eſt corde: ac Sem & Iaphet imitentur potiùs laudatos Noæ filios, qui illum tegere ſunt & cooperire conati, quàm impium illum Cham, cui meritò poſteà pater maledixit, qui verenda patris nudare auſus eſt.

Hoſij de Apoſtolicorũ hæreſi ſententia.
Eccl. 19.
Gen 9.

Tales, inquit Guilhelmus Lindanus in Dubitantio, dialogo 2. Apoſtolicos habet

Lindanus de Apoſto-

ele Serueto Hiſpano, quondam Calui-
Alaſcani. ni atque Farelli collega. Alij Alaſcani,
Cãpaniſtæ. à Ioanne Laſcano, alij Campaniſtæ, à Io-
hanne Campano: alij Hamſtedij, ab A-
Hamſtedij driano Hamſtedio: alij Suenefeldiani,
Suenefeldiani. à Gaſpare Suenefeldio: alij Poſtellani,
à Guilhelmo Poſtello Burgundo: alij
Poſtellani. Trinitarij, qui ſacroſanctam ore blaſphe
Trinitarij. mo violant Trinitatem: alij Antima-
Antimariani. riani. qui Mariam non ſuſtinent, audire
Anabaptiſtę DEI genetricem: alij Anabaptiſtæ, ab
Apoſtolici. iterato CHRISTI Baptiſmo nomen
habentes. Alij Apoſtolici, qui omnia re-
Nudipedes. linquunt & alijs communia faciunt: alij
Spirituales. Nudipedes, qui calceos abhorrent, &
pecuniam non contrectant: alij Spiri-
tuales ſiue Separati, qui vulgi cultum &
Sanctuli. vſum ciborum, atmaque deteſtantur: alij
Orantes. Sanctuli & puri, hoc eſt, Cathari, qui ſe
ſe iactant ſine peccato eſſe: alij Orantes
ſiue Euchytæ, qui toti precibus ſunt de-
Euthuſiaſtæ diti: Alij Enthuſiaſtæ ſiue Ecſtatici, qui
in Ecſtaſin rapti, mira effutiunt ſomnia:
Adamitæ. alij Andamitæ, ab æmulata Adæ nudita
te, & ementita eius innocentia ſibi no-
Mennonitæ men mutuati: alij Mennonitæ, à Men-
Liberi. none Simonis Friſio: alij Liberi, qui li-
bertatem docent ab obedientia Princi-
pum, à decimis & cenſibus, atque reddi-
Adiaphori. tibus: alij Adiaphori, qui omnia faciunt
indifferentia & libera: Alij deniquè Hu-
titæ, Ambroſiani, Auguſtiniani, Mel-
chioritæ, Monaſterienſes, Clancularij,
Manifeſtarij, Baculares, Scripturarij, Ol-
larij, Dauidici, Batenburgici, Pacifici,
Paſtoricidæ, Sanguinarij, Aegidiani, Li-
bertini: Qui à quibus nomen deduxe-
rint, qualemque opinionem ſectentur, vi
de locis ſuis.

ANTIDAEMONICI.

46.

ANtidęmoniaci, ſunt ex Rigidorũ Conſeſſioniſtarum noſtri ſeculi familia: qui, teſte Staphylo, negãt eſſe diabolum & malos ſpiritus, nec vllas eſſe incantationes aut maleficia per dæmones concitatã. Ità docent Georgiani Dauidici, & Andreas Oſiander.

ANTIDIAPHO-

riſtæ. 47.

ANtidiaphoriſtæ ſpectant etiam ad Rigidorum Confeſſioniſtarũ noſtri temporis factionem: qui, eodẽ Staphylo authore, nullas volunt eſſe in eccleſia cæremonias antiquas, nullamq; epiſcoporum iuriſdictionem. Ità Illyricani ſeu Flacciani in multis editis libris contra Vuittenbergenſes Adiaphoriſtas.

ANTISVENCFEL-

diani. 48.

ANtiSuenefeldiani ſunt & Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtrę ætatis familiæ: qui, eodem Staphylo authore, omnem fidei Chriſtianæ cauſam rationemque ponunt in vocali miniſterio ſuorum concionatorum. Ità Illyricus in aliquot ſcriptis editis contra Suenefeldium.

ANTICALVINIANI.

49.

ANticaluiniani, ſunt eiuſdem cum præcedentibus factionis: qui, eodem authore Staphylo, tametſi rectè aſſerunt realem præſentiam Dominici corporis in Cœna Domini, tamen falsò negant tranſelementationem & adorationem: falsò aſſerunt, extra vſum non eſſe Sacramentum. Ioachimus Vueſtphalus in ſua reſponſione contra Caluinum ait ità, & multi alij.

ANTISTANCARI-

ani. 50.

ANtiſtancariani, ſunt ex extrauagante Confeſſioniſtarum noſtri temporis ſecta: qui, teſte Staphylo, vt Stancari opinionẽ refutarent, qua aſſerebat Chriſtũ eſſe iuſtificatorẽ iuxta ſolam naturam humanã, excluſa diuinitate, aſſeruẽrunt illi adeò Chriſtũ iuxta vtranque, hoc eſt, & diuinam & humanam naturam iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, diuinam Chriſti naturam vnà cum humana in cruce mortuam

tuam eſſe. Ità Muſculum ſentire, editum ipſius de ſententia Lutheri Schediaſma teſtatur, & de eadem iſta ſententia Heluetiorum damnatio, ſicut recenſet ſcriptum Petri Statarij Galli, editum hoc anno 1560. Pinzouiæ in Polonia. Hactenùs Staphylus.

ANTINOMI. 51.

ANtinomi, quaſi legem impugnantes, vel legi diuinæ contrarij dicũtur: ij enim, authore Staphylo, adeò efferunt Euangelium, vt affirment legem Dei prorsùs inutilem, & neq; ante, neq; poſt iuſtificationẽ, neceſſariam eſſe: Hominesq; Euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Sic Lutherus initio: ſic eodem hac magiſtro Ioannes Agricola, vt ipſe ſcribit in annotationibus in Ioannẽ, & Lutherus in Antinomicis ſuis diſputationibus. Hæc Staphylus. Sunt aũt ſecta Lutherani ex prima claſſe euangelicorum huiuſce tempeſtatis: de quibus ſic ait Hoſius lib. 1. de hæreſib. noſtri temporis: Extiterunt Vuittenbergæ anno ab hinc propè vigeſimo, qui ſicut anteà docti fuerant à Luthero, legem operum reijciebant. Contra quos ille multis diſputationibus contẽdit, & eos probroſo nomine vocat Antinomos.

Rigidi confeſſioniſtæ.

De his item Guilhelmus Lindanus libro, quem Dubitantius inſcripſit, Dialog. 2. ſic loquitur: Cùm captiuitatem quandam Babyloniam Draco ille Apocalypticus, nunc Dei permiſſu ſolutus, per Lutherum alioſq; Euangelicos iſtos, populo Dei moliretur inducere, varias paulatim inuexit, prætextu Euangelij, ſectas per quoſdam impiobos, qui rem iſtam reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam, ac Romano Imperio exitialem, ſuo procurarent ſtudio.

Tres Euangelicorum claſſes.

Euangelicorum igitur, qui Euangelij iſtius noui, quod iactant, doctrinã per Lutherũ alioſue adulteratam ſectantur, in tres diſtinguas commodiſſimè claſſes: tametſi tanta ſit varietas, cõfuſio, & doctrinæ incõſtantia, vt tot exiſtant ferè factiones, quot capita: tot propè hæreſiarchæ, quot ſectarij. Alij nanq; ſunt Lutherani, alij Semilutherani, alij Antilutherani.

Porrò ex claſſe Lutheranorũ ſunt Antinomi, à Ioanne Iſlebio Lutheri ciue ac diſcipulo exorti. Hi dogmate ſequuntur legibus diuinis contrarij (ait Querela Lutheri) legẽ operum reijcientes, finguntq; homines contra conſcientiã iuſtos eſſe. Aiunt enim, teſte Luthero lib. de Concilijs: Si es adulter, ſcortator, vſurarius, auarus, aut alijs pollutus peccatis, ſi tantũ credis, ſaluus es. Hactenùs Lindanus.

Antinomorum origo & Hæreſis.

ANTHROPOMORphitæ, ſeu Vadiani. 52.

ANthropomorphitæ, qui & Vadiani, primùm exorti ſunt in partib. Aegypti, tempore Theodoſij maioris, qui cum Archadio & Honorio filijs, tribus annis imperiũ tenuit, & Siricij ſummi Pontificis, anno Domini 395. Ea quoq; hæreſis reuelata eſt ſub Henrico primo, qui Auceps appellabatur, & Ioanne duodecimo Romanorũ antiſtite, qui Agapeto ſucceſſit anno Domini 954. idque in Paduana prouincia, ſed parũ ſucceſſit. Nam Bracherius Veronenſis epiſcopus vir cõprimis doctiſſimus & pius, cæteriq; comprouinciales epiſcopi, eidẽ hæreſi virili animo occurrentes, illã tandèm exterminàrunt.

Dicuntur autem Anthropomorphitæ, quòd ruſtica ſimplicitate Deum habere humana mẽbra arbitrarentur, à ſuo errore nomẽ ſortiti: nam ἄνθρωπος Græcè Latinè homo interpretatur. Aſſerebant enim Deum per omnia humanum corpus nobis ſimile habere, proptereà quòd in eius ſimilitudinem creati eſſemus, & quòd in veteri Teſtamento varijs in locis Deo membra tribuantur, ignorantes vtique quod à Domino dicitur: Spiritus eſt Deus. Eſt enim, vt teſtatur Iſidorus, incorporeus, nec membris diſtinctus, nec corporis mole diſtentus.

Anthropomorphitarũ hæreſis.

Ioan. 4.

Huius hæreſis authorem primùm quidam tradunt fuiſſe Tertullianũ: licèt hũc excuſet diuus Auguſtinus libro de hæreſibus capite octogeſimoſexto, aſſerens eum non ob hoc dicendum hæreticum, quia potuit ità de Deo ſentire, vt diceret

Eorum origo à Tertulliano, ſed à diuo Auguſtino excuſatus.

eum eſſe corpus quoddam, non quidem tale, vt partes habeat, quarũ aliæ maiores, aliæ minores exiſterent, quod etiàm loco ſit circunſcriptum & certis limitibus cõcluſum: ſed ideò (inquit) potuit nominare corpus, quòd videlicet non ſit inane, ſed ſit aliquid qui vbiquè totus ſit. At verò intereà neſcitur, an res huiuſmodi quæ partes non habet, ſcitè & congruè poſſit appellari corpus. Verùm (vt verbo Alphonſi de Caſtro vtar, lib.5. aduerſùs hæreſes) beatus Auguſtinus mitiſſima vſus cenſura, excuſauit quod potuit. Cõſiderauit nanque nullum eſſe acerbius & grauius crimen, quod homini Chriſtiano poſsit obijci, quàm crimen hæreſeos.

Audæus hæreſum Anthropomorphitarũ inuentor, anno 395.

Cæterũ de Anthropomorphitarum hæreſi ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14. Ea ætate quoquè (hoc eſt, tempore Theodoſij ſenioris) Audæus quidam & genere & lingua Syrus, fuit nouorum dogmatum inuentor. Quæ enim mala dudùm parturiebat, aliquandò tandèm peperit. Primùm nãque cũ perperàm illud intellexiſſet, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: Deum humana eſſe forma opinatus eſt, eundemque corporalia membra habere exiſtimauit, ſacræ ſcripturæ ſententiam non ſatis aſſecutus, quæ diuini numinis operibus humanarum partium vocabula tribuit: quandoquidem eo modo qui res ſubtiliores percipere & audire nequeunt, faciliùs conſilium Dei intelligunt. Addidit deindè ad impietatem eam conſimilia alia. A Manete enim id mutuatus eſt, qui conditorem vniuerſitatis huius Deum, neque ignem, neque tenebras creaſſe docuit. Verùm hæc quidem & quæcunque ſunt eiuſmodi, qui factionis eius ſunt, celant.

Gen.1.

Anthropomorphitæ ſub prætextu ſceleris ſanctioriſque vitæ, diſceſſionẽ ab eccleſia faciunt.

Dicuntur autem à publicis Eccleſiæ cõuentibus ſegregàſſe ſe, proptereà quod nonnulli pecuniam apud nos execrando fœnore locent: nonnulli cum mulieribus extra coniugium conſuetudinem habentes, impiè viuant. Qui verò à talibus rebus ſint alieni, liberè cum eis communicare. At ideò illos ſuo quodam more ab alijs ſeparatos viuere conſtat, quòd dogmatum ſuorum occultent blaſphemiam & impietatem. Porrò ficta hæc & aſſimulata ſanctitas, arrogãtiæ eſt plena, quæ ſcilicet à doctrina Phariſæorum prouenit. Nam & illi animarum ſimul & corporum medicum accuſarunt, ad ſanctos Apoſtolos dicentes: Cur cum publicanis & peccatoribus cibum ſumit magiſter veſter? Et per prophetam de talibus hominibus dicit Deus: Qui dicunt, Purus ſum, nè me attigeris; iſte fumus furoris mei eſt. Sed enim amentiam iſtorum refellere temporis iſtius nõ eſt. Huc uſquè Nicephorus.

Phariſaica hæreticorũ ſanctimõia.

Mat.2.

Iſa.65.

Anthropomorphitarũ error in Aegypto, anno 402.

Rurſùs idem lib.13.cap.10. Eodem, inquit, tempore, hoc eſt, Honorij & Archadij Imperatorũ, & Anaſtaſij ſummi Romanorum Pontificis, in Aegypto, quæ paulò antè extiterat, rursũ mota eſt quæſtio: opusne ſit, Deum hominis forma & corporali ſpecie eſſe opinari, an ab humano habitu prorsùs eſſe alienum credere. Et nonnulli quidem ſimplicitate imperita, ea quæ in ſcriptura ex conſuetudine eius dicuntur, excipientes, ità vt dici audiebant, faciem & manus & alia corporis membra Deo attribuebant. Alij autem abſtruſiorem quæ in literæ receſſu latet, ſententiam eius conſiderantes, contrarium maximè ſentiebant: atq; aliter opinantes, impios eſſe, & blaſphemare in Deũ dicebãt. Inter quos præcipuè Theophilus Alexandrinus fuit. Atq; is perſæpè in eccleſia etiàm eos perſtrinxit, qui de Deo tam craſsè opinarentur, vt humana forma eum eſſe exiſtimarent. Quã ſententiam in epiſtolam quoque eam retulit, quam ex conſuetudine de paſchalibus ferijs ſcribere ſolitus erat: Oportere ſcilicet Deum incorporeum, & ab humana forma alienum mente concipere, docens. Hoc vbi cognouerunt qui in Aegyptiis Aſceterijs viuebant monachi, illis relictis, quàm celerrimè Alexandriam venerunt, tantam eam ob cauſam ſeditionẽ concitantes, vt Theophilum veluti impium & blaſphemum hominem ſublatum voluerint. Ille autem conſilio eo deprehenſo, aliter quadam rem eam expediuit: atque in ſeditioſorum conſpectum veniens, aſſentatione eos fefellit: Sic, inquiens, vos vidi vt faciem Dei. Hoc verbum illis vt iram remitterent, perſuaſit. Proindè ſtatim intulerunt: Si quidem

Theophilus Alexandrinus errorẽ eum refellit.

quod

quod ore profers,corde etiàm ſentis, Origenis libros te damnare oportet. Nam quia ex monachis nonnulli in eorum lectionem inciderunt, vtità ſentiant, perſuaſi ſunt, nobiſque aduerſantur. Sin id facere noles, pœnas nunc dabis, qui impiam & Deo repugnãtem opinionem ſequaris. Tum Theophilus: Sed & mea dudùm,inquit, hæc fuit ſententia: & quod vobis placitũ eſt, id facere paratus ſum. Non minus nanque quàm vobis & mihi Origenis ſcripta,quique ea recipiunt,graucm moleſtiam afferunt. Atque ille quidem tum monachorum turbam deceptam à ſe remouit, & ſeditionem compoſuit. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Vadianis.

ANTOSIANDRINI. 53.

Antoſiandrini ſunt ſecta Rigidorũ Confeſſioniſtarum: Dicuntur & Oſiandromaſtiges,nimirũ qui,au thore Staphylo, negant quidem hominẽ ea iuſtitia, qua Deus ipſe iuſtus eſt, eſſentialiter iuſtum fieri, ſed illum imputatiuè, id eſt, vt Illyricus gloſſat,non re ipſa, ſed verbo tantùm, iuſtum pronunciari. Quatuordecim Lutheranæ eccleſiæ ſcripſerunt contra Oſiandrum: ſed quælibet illarum,aliam iuſtitiæ definitionem,alijſque prorsùs contrariam afferebat. Vide Ioannis Functij ſcriptum de origine Oſiandrinæ litis contra Staphylum. Hæc idem Staphylus.

APELLITAE. 54.

Apellitæ vel Apelliani, ab Apelle Marcionis hæretici diſcipulo dicti ſunt. Nam Marcionis ſecta in multas deſecta partes, monſtruoſas opiniones protulit ſub Marci Antonini Philoſophi Imperio, & pontificatu Soteri ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 171. Appellitarum hæreſis

1 Dicebant autem illi (vt teſtantur Euſebius lib 5 cap. 13. Auguſtinus & Philaſtrius) Chriſtum carnem ſuam nõ de matre, ſed ex elementis accepiſſe, quam, reſurgens ex mortuis, mundo reddidit, & ità ſine carne in cælum aſcendiſſe. Qua ſentẽtia quid fabuloſius dici poteſt? Porrò indè cum ipſo etiàm Apelle ſepulta fuit.

2 Aſſerebant rursùs cũ Gnoſticis, Manichæis, Cerdone, Marcione, & Valentino, duos eſſe deos, vnum quidem bonũ, à quo omnia bona: alterum verò malũ, à quo omnia mala procederent. Quanquàm illos hac in re à Gnoſticis aliquantulùm differre aſſerit Auguſt lib. de Hæreſibus cap. 23. Nam Apellitæ, inquit ille, non dicebant illos duos deos eſſe (quemadmodum volebant Gnoſtici) duo rerũ principia, ſed vnum tantũ principium, Deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum Deum, qui cùm malignus eſſet, mundum in ſua creâſſet malignitate. Appellitarũ & Gnoſticorum diſcrimen ſuper aſſertione duorũ principiorum.

3 Impingebant quoq; Prophetis mendacium, eos aſſerentes contradictionem in ſe implicare, & indè contrario ſpiritu fuiſſe inſpiratos. Quapropter dicebant prophetias eſſe falſas, nihilque in ſe habere veritatis, eò quod inter ſeipſas pugnarent, & ſibi inuicẽ aduerſarentur. Et cùm cõtrarias ſibimetipſis docerent eſſe prophetias, & contra ab eodem vero eſſe nõ poſſent, vt hunc errorem faciliùs tueri poſſent, in alium peiorem lapſi ſunt, aſſerentes duo eſſe rerum principia, à quibus duobus (vt iam diximus) inter ſe diuerſis aut diuiſis, prophetas dicebant eſſe inſpiratos, vt contraria dixerint. Hæc ex Euſebio lib. 5. hiſt. eccleſiaſt. cap. 12.

4 Negabant deniq; cum Saducæis, Simone mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto, Valentino, Marcione, Ophitis, Cerdone, * Caianis, & alijs compluribus, carnis reſurrectionem. * Caianis.

5 Tanta autẽ peruerſitate præditi fuẽre, vt quicum multis alijs hæreticis vellent Eccleſiæ vnitatem prauo dogmate ſeparare, hanc clauſulam ex epiſtola diui Ioannis, Omnis ſpiritus qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, eraſerint, nè per omnia erroris conuincerentur. Adeò quidem, vt Theodocion vir eruditiſſimus, Apellem eiuſque aſſectatores, hæreticiſſimos per ſuperlatiuum appellitet, & ſuis ſcriptis eum apprimè derideat. 1. Ioan. 4. Apelles Marcioniſta.

De his autem ſcribit Nicephorus hiſt. eccleſiaſt. lib. 4. cap. 28. Marcionis ſecta.

tores in multas diuiſi ſunt ſectas. Apelles enim quidã, quatuor ingenitis ſubſtãtijs, quas verborum portentis Marcion confinxit, aliam addit igneam, & libro à ſe compoſito, Philumenæ prophetia, nomen indidit Chriſto autem corpus tribuit non humanum, ſed ex eius quæ apud ipſos eſt, mundi ſubſtantia.

Contra hos, eorumque varias ſectas, Rhodon Aſianus genere, Tatiani hæretici auditor, librum compoſuit, in quo non ſolùm eorum impietatem refellit, ſed etiàm authores eorum diſſectionis, accuratè recenſet. Propterea, inquit, diſcordes inter ſe ſunt, quòd ſententiam quæ conſiſtere atque extare nequaquàm poteſt, tuentur atq; defendunt. Ex cohorte enim eorum progreſſus Apelles, vita ipſa & ſenio venerationem quandam conſecutus, vnum principium cõfitetur. Prophetias aũt ab aduerſario prouenire ſpiritu dicit, dictis atq; reſponſis virginis à dæmonio agitatæ, cui nomen Philomena fuit, perſuaſus. Alij autem, ſicut & ipſe Marcion, duo principia inducunt, ex quibus ſunt Photinus & Baſiliſcus. Ponticum illum Lupũ ſecuti, qui nudis verbis, ac ſine omni demonſtratione atque probatione, duo principia conſtituit: Synerus verò tria poſuit.

Apellis ſecta et opinio.

Philomena Pythoniſſa Apellis.

Scribit itidèm Rhodon, ſecum Apellecongreſſum, atque collocutum eſſe. Apellem nanq; iam prouecta ætate, cùm ſe Catholicis Chriſtianis immiſcuiſſet, multa perperàm dixiſſe: atq; etiã aſſeruiſſe, omnes homines in crucifixum ſperãtes, ſaluos fieri, ſi modò bonis operibus explorati probatiq; ſint Neq; prorſùs opus eſſe, rationem fidei inquirere. ſed in ſua quenq; perſuaſione perſeuerare debere. Cumque ei Rhodon diceret, vndè hanc haberet demonſtrationem ſeu finitionẽ, aut quomodò vnum principium eſſe aſſerere poſſet: Tũ ille, Prophetiæ, inquit, quæ nihil prorsùs verè dicunt, ſeipſas refellunt: quippe diſſidentes inter ſe, falſæ, & ſibi ipſis aduerſæ. Quomodò autem vnum ſit principium, neſcire ſe, ac tantummodo ſic moueri & adduci, dixit. Cumque deinceps iuramento eum, vt verum diceret, adegiſſet Rhodon: ille iuratus, vera ſe dicere, inquit: ignorare autẽ,

Euſebius li. 5. cap. 13.

quomodò ſit vnus ingenitus DEVS, ſed tamen ſe ità credere. Itaque eum riſit & reiecit Rhodon, quòd pro doctore ſe gereret, & doctrinam ſuam confirmare & defendere non poſſet. Apelles autem multa etiàm contra Moſaicam legem compoſuit, plurimum ſtudij ad eã euertendam collocans. Hactenùs Nicephorus.

APHTHARTODOcitæ. 55.

APhthartodocitarum hæreſis, temporibus Iuſtiniani huius nominis primi Romanorum Imperatoris, & Felicis quarti ſummi eorundẽ Pontificis emerſit, circa annum Domini 536.

Dicebant autem illi, carnem quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, ante paſſionẽ, incorruptibilem fuiſſe. Sed iſti (vt dicit Tertullianus aduerſùs Praxeam) non ſatis perſpexerunt ſacramentum aſſumptionis hominis, (quod ſacramentum Dei vocat Hilarius) non item minorationem & exinanitionem verbi Dei, formamq; ſerui: non exaltationem & glorificationem hominis Chriſti, eiuſdemque primogeniturũ ex mortuis. Pater quidem minorauit filium modicè citra angelos, ad terras demittendo: gloria tamen & honore coronaturus illum, in cælos reſumendo: vt recedente infirmitate, (inquit diuus Ambroſius) agnoſceretur diuinitas. Et vt ait Irenæus libri tertij capite trigeſimotertio, primogenitus mortuorum Dominus, & in ſinum ſuum recipiens priſtinos patres, regenerauit eos in vitam Dei: ipſe initium factus viuentium, ſicut Adam initium morientium factus eſt. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans, in Adam retulit: ſignificans quòd non illi hunc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit. Et ideò (inquit Cyrillus in Theſauro libro 10.) primogenitus vocatur, quia in ipſo primò deificati ſumus.

Aphthartodocitarum hæreſis. Tertullian.

Phillp. 2. Rom 8. Coll 1. Apocal. 1.

Irenæus.

Cyrillus.

De Aphthartodocitis autem ſic ſcribit Nicephorus libro decimoſeptimo, capite vigeſimonono: Nondùm, inquit, multum à quinta Synodo (vniuerſali, Conſtantinopoli coacta ſub Iuſtiniano

Impe-

Huic concilio affuerūt patres 165.

Imperatore) præterierat tempus, & vetus zizaniorum ſator, quòd nequaquàm tranquillum eccleſiæ ſtatum cernere poſſet, vt eam perturbaret, deprauata rurſùm dogmata quaſi quaſdam machinas ei admouit. Quum nanque Seueri doctrina ex eccleſia reiecta, & qui illam ſecuti fuerant, atque etiàm Origenis, & Didymi, & Euagrij, aliorumque aliena atque abſurda dogmata, necnon ante hos Anthimi, & Petri, & Zooræ impiorum hominum opiniones, anathemate confoſſę eſſent: Seueritæ, à Iuliano Halicarnaſſeo & Gaino progreſſi, ſub pietatis prætextu cum quibuſdam fortiter congreſſi eis perſuaſère, quòd ea, quam ex virgine Saluator Chriſtus aſſumpſit, caro ante paſſionem incorruptibilis fuerit.

Aphthartodocitarum impium dogma.

Quorum iſta fuere verba: Nos quidē per neceſſitatem naturæ, affectiones eius, famē ſcilicet & ſitim, & reliquas, circūferimus: Chriſtus verò, vtpotè qui ſpōtè ſua paſſus ſit, non itidē atq; nos, naturæ legibus ſubſeruijt. Aduersùs quæ verba, pij homines retulerunt:

Diſputatio de ea hæreſi.

Quanuis ſpontanea Chriſti paſſio fuerit, ęquale tamen noſtrę fuiſſe. Quomodo verò poſſet, quod qualicunq; tandē modo pateretur, id incorruptibile propriè, & non corruptibile, perindè atq; de nobis ipſis loquimur, dici? Ad quod illi rurſùm: Quomodò vos corpus Chriſti incorruptibile poſt reſurrectionem, & nobis cōſubſtantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante reſurrectionem dicentes, conſubſtantiale nobis eſſe confitemur. Contra hæc noſtri rurſùm intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt viuificam reſurrectionem confitemur, non natura tamen id incorruptibile eſſe dicimus, ſed gratia. Atq; vbi illi cōtradicerent, Quod etiā ante reſurrectionē per diuinam gratiam incorruptibile fuerit: Noſtri rurſū, Ea quæ de Chriſto dicūtur, hoc minimè admittere, reſpōderunt. Ante reſurrectionem nanq; & eſuriſſe, & ſitijſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodò autem id quod talibus perpeſſionibus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſanè nihil quicquā talium perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis indè manifeſtum eſſe, ante reſurrectionem corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem verò extitiſſe incorruptibile. Quòd nanq; cibū poſt reſurrectionem ceperit, non id famis gratia, ſed per œconomiam ſiue diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis, ab eo eſt factum, vt exhiberet ſe eum ipſum, qui ex mortuis reſurrexit, eſſe. Quo nimirùm modo clauorū etiàm fixuras oſtendit, vt reuerà ſe reſurrexiſſe, neq; ſpectrum eſſe probaret. Proindè ſcripturam nō dicere, quod poſt reſurrectionem ex mortuis vel eſuriens manducauerit, vel ſitiens biberit: ſed quòd ſimpliciter tantùm ederit & biberit, proptereà quod incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit.

Quomodò & cur poſt reſurrectionem Chriſtus cibum guſtauerit.

Quòd ſi fortè ſanctorum etiàm quorundam oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionem prorſùs non cadere, de alia corruptione, quàm quæ nūc propoſita eſſet, illos verba facere, noſtri dixere. Corruptionis enim vocabulum duo ſignificat. Eius enim nomine, naturales iſtæ & irrepræhenſibiles carnis affectiones ſiue perpeſſiones veniunt, ſitis ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & alię. Ad quem modum corruptibile Domini corpus, vtpotè cōſubſtantiale nobis, dicimus. Eas quippe perpeſſiones omnes voluntate ſua DEVS verbum, proptereà quòd homo propriè & verè factus ſit, ſuſcepit. Atque hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere, de Iuliani Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidem vna hæc eſt. Eſt autem & alia, corporis ſcilicet in ea elementa, ex quibus compoſitum eſt, ſolutio, & carnis ipſius incarnatio. Iuxta quàm ſignificationem & nos corpus Domini incorruptibile prædicamus, quod inquinamentum nullum inuadere & pertingere potuerit. Poſt diuinam quidem reſurrectionem, etiàm ſecūdùm priorem verbi corruptionis ſignificationem, incorruptibilem carnis Domini aſſumptionem eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionem, Deo dante, erunt: ante reſurrectionem verò ſecùs.

Atque hæc ipſa eſt Aphthartodocitarum hæreſis, qua multi mortales ſunt cor-

Iuſtinianus quoq; inter Imperatores, ſecundũ Conſtantinum Chriſtianiſsimũ, in ea hæreſi fuit, & qua ratione dictus.

corrupti, non ſolùm ex his qui honores & magiſtratus geſſerunt, ſed etiàm Hierarchæ primarij. & monachi vita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alij; atque adeò ipſe etiàm Imperator Iuſtinianus. Et is plurimùm opinioni ei inhæſit, non quidem ille altiùs dogma tale inueſtigans, verũ verbi ipſius ſignificationi acriùs inſiſtẽs, videlicet qui haudquaquã tale quiddam de CHRISTO, propter ſummum ipſius erga illum amorem & deſiderium, audire conſtituerit. Princeps etenim iſte tanto in CHRISTVM pietatis ardore flagrâſſe, ab eis qui res illius memoriæ poſteritatis mandârunt, dicitur, quanto alius qui ante eum imperium obtinuerunt, nemo, ter maximo illo Conſtantino ſemper excepto. Itaque propter vehementem in Chriſtum amorem, illius gratia, multa etiàm violenter fecit Hebræos nanque paſcha ante Chriſtianos, celebrâre paſſus non eſt. Et Samaritanos, quòd à ſententia ſua diſcedera nollent, afflixit. Plurimis quoquè templis vbiquè terrarum numen diuinum honorauit, quæ magnificentiſſimè conſtruxit: quippe qui Deum honoribus eiuſmodi præcipuè colere voluerit. Alia inſuper hiſce conſimilia peregit, vt omnibus certò abundantem & veram, quam in intimo gerebat animo, erga Deum pietatis affectionem palàm faceret. Tum verò is imperator à recta planaque & regia via dilapſus, atque inſuetum diuiniſque Apoſtolis & patribus intactum iter ingreſſus, in ſpinas & tribulos incidit. Et quum eccleſiam in ſententiam ſuam adducere vellet, conſilio opinioneque ſua falſus eſt: quòd rectam publicamque viam ſepto firmiſſimo Dominus ità communijſſet, vt non facilè quiuis inuadere eam & deſtruere poſſet.

Edicto & vi Iuſtinianus in ſententiã ſuam clerũ omnẽ adducere conatur, ſed fruſtrà.

Voluit nanque tandèm idem imperator Iuſtinianus vi adhibita, omnem clerum in ſententiam ſuam adducere, ſed fruſtrà id conatus eſt, Anaſtaſio Antiocheno Epiſcopo, forti animo eidem reſiſtente. Scripſerat enim Imperator edictũ, (ità enim Latinè dicitur) in quo corpus Domini incorruptibile, & in quod irrepræhenſibiles etiam perpeſſiones nõ caderent, vocauit: ità Dominũ ante paſſionem edidiſſe aſſerens, ſicuti & poſt reſurrectionem ederit, quòd non minùs ab ipſa corporis in vtero Dei genitricis conformatione id mutationis aut alterationis alicuius in ſpontaneis iſtis & naturalibus perpeſſionibus, quàm poſt reſurrectionẽ pro eo atq; ſanctiſſimum eſſet, capax non fuerit: & quòd idem corpus, incorruptibilitatem non poſt paſſionem tantũ, id quod eccleſia catholica profitetur, verũ etiàm ante paſſionem, ab ipſa vſque diuina ſeminiſq; expertæ conceptione obtinuerit. Vt verò in ſententiã ſuam ſacer ordo in Oriente ſimul & Occidente leuẽ & futilem iret, vi adhibita cogere cœpit. At vniuerſi oculis in Anaſtaſium Antiochenum coniectis, vt ab eo quid facto opus eſſet, diſcerent, cupidè expectabant. Per quam illi cauſam, primam eius conflictationẽ ſapienter repulerunt. In hunc enim perindè atq; in propugnaculum quoddam Iuſtinianus impegit, omni illum arte aggreſſus, rectè hac ſecum, vt illi videbatur, ratione deliberata, eum ſi concuſſiſſet, non difficili opere ſe orbem omnẽ in poteſtatẽ ſuam redacturum, vera & Germana dogmata conuicturum, & Chriſti gregem in captiuitatem abacturum.

Anaſtaſius magnanimiter Iuſtiniano in hæreſi Aphthartodocitarum refellenda reſiſtit.

Anaſtaſius verò fidei petra firmiter eſt nixus, & adeò aduerſùs Imperatoris impetum diuina prorsùs ſublatus mente ſubſtitit, vt propalàm diſertis verbis, demonſtrationes quoque arte maxima cõpoſitas adhibendo, illi dixerit, corruptibile fuiſſe ante paſſionem Domini corpus, naturalibusque & irrepræhenſibilibus obnoxium perpeſſionibus. Idq́ue ità & ſacris Apoſtolos tradidiſſe, & diuos patres ſenſiſſe atq; prędicaſſe. Quæ ſanè omnia etiàm ad monachorum primæ & ſecundæ Syriæ ordinem, qui illum de eis conſuluerant, manifeſtè & liberè reſcripſit, omnes, vt ità ſentirent, confirmans, & quaſi quidam aliptes ad certamen pro pietate obeundum excitans. Dictumq́ue illud quod vas electionis protulit, omnibus ſubijciens atque proponens: Si quis vobis, præterquã accepiſtis, euangelizauerit, anathema ſit. Illi porrò omnes in eadẽ ſententiæ æmulatione perſtiterunt, Quam ob cauſam, vt ſibi ità reſiſtentem

Galat. 1.

in exilium ageret, Iuſtinianus conſilium cepit. Id verò vt Anaſtaſius audiuit, compoſitam ſtatim orationem, in qua argumentis congrederetur, Antiochenis, vt ea ſe defenderent, ſi opus eſſet, obtulit. Ea autem verborum elegantia & enthymematum denſitate eſt confecta, necnō dictorum ex ſacris literis depromptorum vbertate ad rem ipſam ita accommodata, vt maximā author libri eius conſequutus ſit admirationem. Sed ſcriptum id, quòd Deus meliori quadam ratione Eccleſiæ ſuæ conſultum voluerit, editum non eſt.

Scriptum Anaſtaſij aduerſus eā hæreſim.

Iuſtiniani mors.

Iuſtinianus nanque quum Anaſtaſij ſacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex vita hac exceſſit, triginta & octo annis, menſibusque octo in Imperio tranſactis, quū quidem Aphthartodocitarū opinionem nō aboleuiſſet: quippe qui ſententiā eiuſmodi ad honorem Dominici corporis magis facere exiſtimauerit. Nonnulli certè quidem veniam illi concedunt, neq; eū ob talem opinionem, itidèm vt hæreſes alias, ab eccleſia proſcriptum eſſe dicunt. Id ex præfatione ſextę Synodi magis liquet, quæ Iuſtinianum beata quiete dignatur, verbis eiuſmodi: Quandoquidē ſanctæ & œcumenicæ duæ Synodi, quæ in imperante hac & religioſa vrbe coactæ ſunt, altera quidem Iuſtiniani diuinæ quietis temporib. altera verò ſub piæ memoriæ Imperatoris noſtri Conſtantini clementiæ tuæ parentis, &c. Sedenim acta quoquè eius concilij, quum mentio eius facienda eſt, ſemper eum qui in ſanctis eſt, Iuſtinianum dicunt. In quacunque verò ille demùm apud Deum & homines eſt exiſtimatione, tum quidē hanc etiàm ob cauſam illū ſacrum Eutychiū, atq; alios plures throno expuliſſe aiunt. Cæterùm moriturus, ſicuti diuus Conſtantinus Athanaſij, ità & hic Eutychij reſtitutionem in teſtamento, Iuſtino ſucceſſori ſuo mandauit. Equidem opinor, non autem decerno, propter alia ipſius egregiè & rectè facta, & præſtantem in diuinum numen æmulationem, piamq; in omnibus religionem, interueniente quoque mirifico DEI verbi Sapientiæ templi opere, ſi quid tum in eo deſideratum, id infinita Dei miſericordia reſarctum & contectum iri.

Iuſtinianus Eutychij reſtitutionē moriens mandauit.

Illud verò quod de eo idē ſcribit Nicephorus, ſummè annotandum venit, nimirùm, quod cùm ſames Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, ipſe Imperator ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade, carnes in foro venales proponendas, promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actū. Populus autē, qui pietatem ſibi conſectandā ſtatuiſſet, neq; eas emebat, neq; edebat: mortē ſibi potiùs adeundā eſſe cenſens, quā vt quicquam de patrijs moribus & traditionib. mutaret. Hæc de Iuſtiniano & hæreſi Aphthartodocitarum dicta ſunt ex Nicephoro.

APOCRYPHI. 56.

Apocrypha hæreſis eorum eſt (teſte Philaſtrio) qui ſolùm Prophetas & Apoſtolos recipiunt, non autem reliquas ſcripturas Canonicas, id eſt, legem & prophetas, vetus ſcilicet & nouum Teſtamentum. Adeò quidem, vt cū iſtius hęreſis ſequaces volunt ſolū illa Apocrypha ſtudiosè legere, contraria ſcripturis Canonicis ſentiant, atq; paulatim dogmatizent: contra legē & prophetas, contraq; conſtitutiones beatiſſimorum Apoſtolorum & eorum conſulta agentes: è quorum numero ſunt maximè Manichæi, Gnoſtici, Nicolaitæ, Valentiniani, & alij quàm plurimi, qui Apocrypha prophetarum & Apoſtolorum, id eſt, actus recōditos ſeparatosque habentes, Canonicas legere ſcripturas contemnunt.

Apocrypha quæ dicantur.

Apocrypha autem ea dicuntur, quæ quaſi recondita & occulta, ſeu ſeparata ſunt, falſitatibusque ſuſpecta, non edita ab his, à quibus edita deſignātur, & quæ ideò legi publicitùs vetita ſunt ab eccleſia, ſed priuatim ac domi, pro ſuo cuiuſq; animo & voluntate. Nam Apocryphà, inquit diuus Hieronymus Ruffino ſcribens, neſcit eccleſia. Quorum etiàm deliramenta idem in Prologo in Pentateuchum & in libros Regum Galeato, inſectatur. Itemque cōijcere iubet ſuper cap. 64. Eſaiæ, quæ teſtimonij ſcripturarum videlicet occaſione, CHRISTI eccleſijs ingerun-

Hieronymi ſententia de Apocryphis.

ingeruntur, de quibus verè dici poteſt, quòd ſedeat diabolus cum diuitibus in apocryphis, vt interficiat innocentem. Et iterùm: Inſidiatur in apocryphis quaſi Leo in ſpelunca ſua, vt rapiat pauperem: per cuiuſmodi ſpinarum inculta, multæ deceptæ ſunt mulierculæ, vt hæreticorum nominum portenta ſuſciperent. Vigilantio itaque apocrypha, quæ ſub Eſdræ & Salomonis nomine ab eo eiusque ſimilibus legerentur, proponenti, & de his teſtimoniũ quaſi pro ſe facienti, quod omninò Tyrõ ſcripſiſſent, ſumenti, legiſſe ſe negat. Quid enim, ait, neceſſe eſt in manus ſumere, quod eccleſia non recipit? niſi fortè ridicula antiquorum hæreticorum nomina, & incredibilia portenta proſequeris, & proponis quod totius orbis authoritate dãnatur: & ſi tibi placuerit, legito fictas omnium patriarcharum & prophetarũ reuelationes, quas cũ didiceris, inter mulierum textrinas cantato, immò legendas propone in tabernis tuis, vt faciliùs per has nænias vulgus indoctum prouoces ad bibendum. Vndè Origenes: Scripturæ, inquit, Apocryphæ appellantur, eo quòd multa in eis corrupta ſunt, & contra fidẽ inueniuntur tradita, & ſine authoritate pleraq; dicta. Diuus item Hieronymus epiſtola ad Lętam, de eiſdem ſcripturis ſic ait: Caueat fidelis omnia apocrypha: et ſi quando ea non ad dogmatũ veritatẽ, ſed ad ſignorũ reuerẽtiã legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorũ titulus prænotatur, multaq; his annexa vitioſa, & grandis eſſe prudentiæ, aurũ in luto quærere. Ruſùs diuus Auguſtinus: Etſi in apocryphis, inquit, aliqua veritas inueniatur, tamẽ propter multa aut falſa, aut ſuſpecta, nulla eſt canonica authoritas. Quę idcirco apocrypha apellãtur, quòd occulta eorũ origo patrib. non claruit, à quib. variarũ ſcripturarum authoritas ad nos certiſſima & notiſſima ſucceſſione peruenit.

Pſal. 9.

Origenes Homilia 1. ſuper Cantica.

Auguſt. lib. 2. contra aduer. leg. & Prophet. cap. 20.

Ex quibus quidem liquet, quæ Apocrypha & quę Canonica ſcripta appellentur. Canonica nanq; teſte Cypriano & Ruffino ſunt ea, quæ intra Canonem patres concluſerunt, & ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt: Eccleſiaſtica autem ab eis appellata ſunt, quòd ea quidem in Eccleſijs legi voluerint, non tamen proferri ad authoritatem ex eis fidei confirmandam. Non enim quia Hieronymus ſic vel ſic docet, non quia Auguſtinus, atque alius quiuis ex patribus aſſerit, idcircò verum eſt & tenendum, ac ſi eſſet orthodoxæ fidei ſententia, canonicaq; doctrina: ſed quia Hieronymus, Auguſtinus, ac cæterorum patrum quiſpiam demonſtrauit vel in ſcripturis canonicis ſic eſſe, vel vniuerſalem Eccleſiam & Apoſtolicam ab initio ſic tenuiſſe atque credidiſſe, idcircò tenendum eſt, tanquàm fidei & de canonica Chriſtianæ religionis ſententia. Differunt itaque eccleſiaſtica ab Apocryphis in hoc, vt inquit diuus Hieronymus, quod non in eccleſiaſticis, ſicut in Apocryphis, repertum ſit, fidei pietatem vacillare. Ideò eccleſiaſtica non ſolùm ſine periculo fidei, ſed cum ipſius incredibili lucro recepta ſunt, tanquam ſatis digna quæ in eccleſia legantur, & piè ſatis credantur. In Apocryphis verò vel comperta falſitas eſt, vel fidei pietas nimiùm ſuſpecta. Quarè meritò remota ſunt nõ à Canonicis tantùm, ſed à patrũ etiam ſcripturis: quippe quæ aut non ſine periculo, aut non ſine irriſione fidei Chriſtianæ in eccleſijs legantur. Nimiùm ſanè hęreticorum & infidelium hominum irriſioni exponitur eccleſiæ fides, dum falſa quædam nos credimus, quæ ipſi occultè ſub nomine alicuius Apoſtoli aut Apoſtolici viri confinxerunt. Quamobrem Eccleſia iam ab initio curauit, nè quid publicè legendum proponeretur, quod nõ certo authore ſub fidelium atteſtatione relatum ſciret.

Canonica ſcripta quæ dicantur.

Eccleſiaſtica.

Eccleſiaſtica ſcripta quomodò ab Apocryphis differant.

Propter quod etiàm (inquit Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit) ſtatutum eſt ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, non aliud legi in Eccleſia debere catholica, niſi legem & prophetas, & Euangelia, & Actus Apoſtolorum, & Pauli tredecim Epiſtolas, & ſeptem alias, Petri duas, Ioannis tres, Iudæ vnam, & vnam Iacobi, quæ ſeptem, Actibus Apoſtolorum coniunctæ ſunt.

Libri qui debent in Eccleſia legi.

APOCARITAE.

57.

Apocaritarum hæreſis à Manete natione Perſa exorta eſt, tempore Taciti Romanorum Imperatoris, & Eutychiani ſummi pontificis, circa annũ Domini 278. Quæ hæreſis multas magnasque regiones & vrbes infecit ſua contagione & conturbauit. Tanto enim ſucceſſu propagata eſt, vt poſteà per annos ducentos ſopiri non potuerit. Vt cognoſcat lector pius nihil in rebus humanis peſtilentius eſſe praua doctrina: atque adeò etiàm omnes hæreticos ſeditionis cupidos eſſe, neque affectare aliud, quàm vt errorem ſuum ſeditione & tumultu publico tueantur, & latiſſimè propagent. Nam Satan author eorum, mendax pariter & homicida eſt. Vtrunque enim in omnibus ſchiſmaticis palàm eſt, qui ſimul falſa docent, & cædem per ſeditiones & perturbationem rerum publicarum excitare ſolent.

Hæretici ſeditionis cupidi.

Ab hoc ergò Manete numeroſa hæreticorum colluuies progreſſa eſt. Multi nãque hæretici ſub eius hæreſi militârunt, quamuìs alij alijs nominibus appellati. Ad Manichæos ſiquidem pertinent Audiani, Apocaritæ, Brachitæ, Dicartitæ, Taſcodrogitæ Teſalitæ, & Tetraditæ. De quibus omnibus dicetur infrà, & eorum fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

A Manete numeroſa hæreticorũ colluuies.

Hi ergò Apocaritę conueniunt in vnũ cum Gnoſticis, aduersùs Dominum, & aduersùs fidem Eccleſiæ, quam ille per Apoſtolos & Prophetas nos docuit, adſtruentes, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia: contra illud Geneſeos 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ: quod ſpiraculũ nihil aliud eſt, quàm anima ipſa, quod & oſtẽditur per id quod ſubditur: Et factus eſt homo in animam viuentem. Si ergò anima eſt illud ſpiraculum, quod ſpirauit Deus in faciem Adæ, facilè conſequitur, eam non eſſe ex Dei ſubſtantia, quemadmodùm flatus ex hominis ore prodiens, non eſt de ſubſtantia hominis, ſed ex aëre circumfuſo. Hi rurſus alios ſequebantur errores, quos quære in Manichæis & Gnoſticis.

Apocaritarum hęreſis

APOLLINARISTAE.

58.

Apollinariſtæ, vel Apollinariani dicti ſunt, ab Apollinari viro Laodiceno, qui imperante Valentiniano Cæſare, & ſummum Romanæ eccleſiæ pontificatum agente Damaſo Hiſpano, circiter annum Domini 377. inſignis habebatur.

De hoc Apollinari in hũc modum tradit Socrates Tripartitæ hiſtor. lib. 5. cap. 44. Per idem tempus (ſcilicet quo Eunomius hæreſiarches factus, impietatis cumulo augebat Arrij blaſphemias, hoc eſt, ſub Valentiniani & Valentis Imperio) in Laodicea Syriæ duo erant viri, eodẽ nomine nuncupati, pater & filius: vterque dicebatur Apollinaris. Pater, presbyteri dignitate fungebatur: filius autem habebat Lectoris officium, Græcarum ambo doctores literarum. Pater Grammaticus, filius erat Rhetor. Pater ſanè cùm fuiſſet Alexandrinus genere, & priùs docuiſſet Beryti, poſteà venit Laodiceam: & veniens duxit vxorem, filiumq́ue habuit Apolinarem. Tum igitur ambo exercebantur cum Epiphanio ſophiſta: & cùm eſſent eius amici, valdè fouebant eum. Hoc metuens Theodotus Laodicenſis Epiſcopus, nẽ frequenti confabulatione Sophiſtæ, laberentur in Paganiſmum, prohibuit eis nẽ ad eius ſcholas accederent. Qui paruipendentes Epiſcopum, Epiphanij amicitiam magìs amplectebantur. Poſteà Georgius Theodoti ſucceſſor, cùm eos prohibere nõ potuiſſet, ambos communione priuauit. Tum Apollinaris filius, putans eſſe iniuriam, & fretus eloquij tumore ſophiſtici, nouitatem & ipſe introduxit hæreſeos, quæ nunc fertur, nomen ab inuentore gerens. Aiunt enim quidam excitatos eos aduersùs Georgium, non tantùm propter prædictam cauſam, ſed quòd videret eum varia dogmata proferentem: & nunc quidem profitentem ſimilem patri filium, ſicut erat Seleuciæ conſtitutum: nunc autem in Arrianam declinare ſententiam. Quapropter velut opportu-

Apollinaris vitæ inſtitutum.

Apollinaris grammaticus.

Apollinaris rhetor.

Epiphanius ſophiſta gentilis.

nam ſumentes occaſionem, abſcedunt. Cumque nullus de eis curaret, ſub ſchemate religionis, peſtem hæreſeos introducunt.

Apollinariſtarum dogma.

Et primùm quidem dicebant, animam à Deo verbo in diſpenſatione incarnationis non aſſumptam, id eſt, Chriſtum corpus tantummodò ſine anima ſuſcepiſſe ex virgine.

Deindè quaſi pœnitentia ducti, corrigentes ſemet ipſos, adiecerunt, animam quidem aſſumptam, quæ tamen non haberet mentem: ſed Deum verbum eſſe ꝓ mente in homine aſſumptum. Circa hoc itaque ſolùm dicuntur eſſe corrupti, qui nunc illorum nomine vocitantur. Nam Trinitatem cõſubſtantialem eſſe profitẽtur. Neque diffitebantur Chriſtum carnẽ habuiſſe (vt Cerdon, Proclianitæ, Apellitæ, Manichæi, Priſcillianus, & Valentinus negabant) ſed dicebant in ipſo incarnationis opere, aliquid verbi in carnem eſſe conuerſum.

Vtriuſque Apollinaris vita ex Nicephoro.

De his item ſic ſcribit Nicephorus lib. 11. cap. 12. eccleſiaſticæ hiſt. Apollinares, inquit, duo fuerunt, pater & filius, vterq; Græcis diſciplinis valdè eruditus. Hi permultos & vtiles eccleſiæ libros edidère. Nam pater ſua ætate omnium facilè doctiſſimus atque eloquentiſſimus, Porphyrij veſaniæ, qua in Chriſtianos incredibili petulantia debacchabatur, triginta voluminibus reſpondit. Deniquè cùm Iulianus Cæſar, fidei Chriſtianæ deſertor, interdixiſſet Chriſtianis diſciplina Græcorum, nè nihil ageret, Hebræorum hiſtorias vſque ad Samuelis Regis tempora, heroico carmine conſcripſit in viginti quatuor tomos, iuxta literarum Græcarum numerum opus illud (vti ferunt) partitus. Cæterùm poſteà ingenij ac eloquentiæ fiducia fretus, nouum ac pernicioſum dogma in eccleſiam inducere voluit, potiſſimumq; Apollinaris filius. Qui multis ab eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumq; conſtituendi dogmatis ſui Vitalim accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletij eccleſiam frequentabãt, presbyterum.

Ex eo tempore in alijs quoquè vrbibus ſub Epiſcopis ſuis conuentus habuère, & ritus ab eccleſia catholica alienos celebrauère: præter receptas ſacras cantilenas, numeroſa etiàm carmina quædam ab ipſo Apollinari inuenta decantantes. Nã is præter eruditionem reliquam in poetica quoquè, varij generis verſibus componendis excelluit. Qua ille oblectatione multis, vt ſibi adhærerent, perſuaſit. Et viri in compotationibus manuumque laboribus, mulieres quoquè in lanificio ſuo carmina ſua pſallebant. Ad ſtudij enim & laborum laxamentum, ad dies feſtos, & ad res alias, prout tempus fert, poemata elaborauit, quæ ad laudem Dei pertinent omnia.

Carmina eccleſiaſtica Apollinaris

Hanc hæreſim latiùs ſerpere, quũ primus vrbis Romæ epiſcopus Damaſus & Petrus Alexandrinus cognouiſſent, coacto Romæ concilio, alienam eſſe ab eccleſia vniuerſali ſtatuerunt. Apollinaris etiàm ipſe itidèm propter animi imbecillitatem, dogmate ſuo inſtituendo res nouas molitus eſſe dicitur. Huiuſmodi de cauſa Athanaſius Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, ſub Conſtantio in exilium actus, quum in Aegyptum redire iuſſus eſſet, & per Laodiceam iter faceret cum Apollinari, quòd amiciſſimus ei eſſet, familiariter verſatus eſt. Quòd autem qui diuerſæ erant ſectæ, commercium & communionem eius veluti iuriſiurandi ſacramento abnegatam auerſarentur, inter quos & Georgius Laodicenſis Epiſcopus fuit, Apollinarim eo nomine ab eccleſia excludit, tanquàm contra canones & ſacras conſtitutiones cum Athanaſio fuiſſet. Et eum criminis loco id ei obiecit, tũ rationem etiàm & pœnam veterum atque pœnitentia obliteratorum erratorum cum conuicio ab eo exegit. Quum nanque Theodotus ante eum adhuc Laodicenſem eccleſiam regeret, maximè tum pollens Epiphanius ſophiſta, hymnum in Bacchum recitauerat, quo præceptore iuuenis etiamnũm Apollinaris vtebatur. Recitationi ei is cum patre ſibi cognomine Grammatico inſigni, affuit. Atque vbi Epiphanius orationem eam exorſus, ſicuti eis qui ſpecimen aliquod taliũ ſtudiorum exhibent, mos eſt, non initiatos & prophanos exire & procùl eſſe iuſſiſſet: neque Apollinaris neque eius pater neque etiàm alius quiſpiam qui ibi ade-

Apollinaris hæreſis damnata.

Athanaſius Apollinari amiciſſimus.

rant

uant Chriſtianorum, ex auditorio ſeceſſit. Id poſtquàm reſciuit Theodotus epiſcopus, moleſtè tulit. Et alijs quidem ex populo aliquatenùs obiurgatis, gratiam delicti fecit: Apollinarim verò vtrumque, cùm eis propalàm peccatum obieciſſet, ab Eccleſia ſegregauit. Erant enim clerici, pater quidem presbyter, filius verò ſacrarũ ſcripturarum adhuc lector. Interceſſerat aliquid temporis, & eos, poſtquàm lachrymis & ieiunijs crimen admiſſum pœnitētes aboleuiſſent, Theodotus rurſùm in gratiam recepit.

Georgius Laodicenſis deprecātem Apollinarim in gratiam non recepit.

Vbi autem Georgius epiſcopatum eſt adeptus, quòd Apollinaris eum Athanaſio familiariter fuiſſet, quemadmodùm diximus, excommunicatum eum Eccleſia exegit. Atque ille ſæpè Georgium dicitur, vt in communionem reciperetur, deprecando obſecrâſſe. Verùm vbi id illi nõ perſuaſit, mœrore correptus eccleſiā turbauit, & dogmate nouo hęreſim ſuam introduxit quoad potuit: compoſitis arte orationibus inimicum vlciſcens, & quòd ſe in ſacrarum literarũ doctrina illo præſtantiorem exauthorâſſet arguens. Ad hunc modum ſcilicet priuatę clericorum tempore quolibet inimicitię, maximo eccleſiam detrimento affecēre, & religionē in ſectas multas diſſecuère. Id inde ſatis liquet. Si enim itidèm vt Theodotus Georgius quoquè pœnitentem Apollinarim ſuſcepiſſet, hæreſis quæ ab eo nomen habet, vt ego quidem puto, non extaret. Ingenia nanque hominum ſi deſpici ſe videant, arrogantem audaciam concipiũt, & contendendi ſtudio res nouas moliuntur. At ſi id quod æquũ eſt, conſequuntur, ad moderationem ſe dant, et forte ſua contenti ſunt.

Apollinariſtarum hæreſis, ex Gregorio Nazãzeno epiſcopo.

Quales verò fuerint eorum opiniones, quiſque facilè cognoſcet ex epiſtola quadam Gregorij Nazanzi Epiſcopi, quã ad Nectarium Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſulem ſcribit in hunc modum: Incidi, inquit, in Apollinaris libellũ, qui omnem hæreticam improbitatem longè ſuperat. Aſſeuerat enim carnem iuxta ſalutis noſtræ adminiſtrationem ab vnigenito filio, naturæ noſtræ transmutandæ gratia, non aduentitiam ſuſceptam eſſe: ſed à principio carnalem illam naturã in filio fuiſſe. Atque perperàm acceptum dictum quoddam Euangelicum, tanquã teſtimonium tantæ abſurditati prætendit, dicens: Nemo aſcendit in cælum, niſi qui è cælo deſcendit filius hominis. Ità vt priuſquàm deſcenderit, ipſe filius hominis fuerit: & deſcenderit, ſuam illam deferens carnem, quam in cælo habuerit anteſecularem & conſubſtantiaram. Et rurſùs Apoſtolicam aliam profert vocem, ſecundum hominem è cælo eſſe.

Ioan. 3 6.

1. Cor. 15 F

Deindè inſtituit, hominem illum qui è cælo venerit, mentem non habere, ſed diuinitatem vnigeniti, naturam mentis adimplere, vt quæ pars tertia humanæ coagmētationis ſit facta, anima & corpore humanitùs circa eam exiſtentibus, mēte illis decollante, & verbo Dei locum ei obtinente.

Atque equidem nondùm graue eſt ſpectaculũ: verùm illud omnium longè grauiſſimum, quòd ipſum vnigenitum Deũ, iudicem omnium, authorem & ducem vitæ, & vaſtatorem mortis, mortalem inſtituit: ità vt paſſionem ille in diuinitate ſua ſuſceperit, & in triduana illa mortificatione corporis, ſimul etiàm ea cum corpore mortua, & ſic à patre rurſùm reſuſcitata ſit. Reliqua quæ importunitati tãtæ ille adijcit, longum eſſet receſere. Hæc omnia ex Nicephoro.

Vincen. Lirinenſis de Apollinariſtarũ hæreſi, notatu digni ſſima.

De his rurſùs Vincentius Lirinenſis, libro illo verè aureo, quem pro Catholicę fidei antiquitate & veritate aduersùs prophanas omnium hæreſeon nouationes edidit, ſcribit in hunc modum: Luce clariùs, inquit, aperta cauſa eſt, cur interdùm diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros, noua quædam dogmata prædicare patiatur: vt tentet vos, inquit, Dominus Deus veſter. Et profectò magna tentatio eſt, cùm ille quem tu prophetam, quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & adſertorem veritatis putes, quem ſumma veneratione & amore amplexus ſis, is ſubitò latenter noxios ſubinducat errores, quos nec citò depræhendere valeas, dum antiqui magiſterij duceris præiudicio, nec facilè damnare fas ducis, dum magiſtri veteris impediris affectu.

Deut 8. & 13

Hæreſes quarè Deus oriri patiatur.

Tētationis periculum ex doctrina Apollinaris

Iſtius porrò eccleſiaſticæ tentationis periculum, diſcimus exemplo Apollinaris,& ſimul ad obſeruandæ diligentiùs fidei cuſtodiam commonemur. Etenim ipſe auditoribus ſuis magnos æſtus & magnas generauit anguſtias: quippe cū eos hinc Eccleſiæ traheret authoritas, hinc magiſtri retraheret conſuetudo. Sic inter vtraque nutabundi & fluctuantes, quid potiùs ſibi eligendum foret, non expediunt Sed forſitan (diceres) eiuſmodi ille vir erat, qui dignus eſſet facilè contemni. Immò verò tantus ac talis, cui nimiùm ei

Apollinaris præſtantia.

tò in plurimis crederetur. Nam quid illo præſtantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quàm multas ille hæreſes multis voluminibus oppreſſerit, quot inimicos fidei cōfutauerit errores, indicio eſt opus illud triginta non minùs librorum nobiliſſimum ac maximum, quo inſanas Porphyrij calumnias magna probationum mole confudit. Longum eſt, vniuerſa ipſius opera commemorare, quibus profectò ſummis ædificatoribus Eccleſiæ par eſſe potuiſſet, niſi prophana illa hæreticæ curioſitatis libidine, nouum neſcio quid inueniſſet, quo & cunctos labores ſuos velut cuiuſdam lepræ admixtione fœdaret, & doctrina eius non tam ædificatio, quàm tentatio potiùs eccleſiaſtica doceretur.

Apollinaris ſecta.

Ille enim in vnitatem quidem Trinitatis quaſi conſentire ſe iactat,& hoc ipſum plena fidei ſanitate: ſed in Domini incarnatione aperta profeſſione blaſphemat. Dicit enim in ipſa Saluatoris noſtri carne aut animam humanam penitùs non fuiſſe, aut certè talem fuiſſe, cui mens & ratio non eſſet. Sed & ipſam Domini carnem non de ſanctæ virginis Mariæ carne ſuſceptam, ſed de cælo in virginem deſcendiſſe dicebat: eamque nutabundus ſemper & dubius, nō modò coæternam Deo verbo, ſed etiàm de verbi diuinitate factam prædicabat. Nolebat enim in Chriſto duas eſſe ſubſtantias, vnam diuinam, & alteram humanam: vnam ex patre, alteram ex matre: ſed ipſam verbi naturam ità putabat eſſe diſciſſam, quaſi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò verſum fuiſſet in carnem: vt cum veritas dicat ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtum, ille contrarius veritati, ex vna Chriſti diuinitate duas adſerebat factas eſſe ſubſtātias. Hactenùs Lirinēſis. De hoc vide rurſùs in Neſtorio, hæreſim Apollinaris hæreſi prorsùs contrariam aſſerente. Item in Dimæritis, Photino, & Timotheo Apollinaris diſcipulo.

APOSTOLICI, VEL *Apotactici.* 59.

Apoſtolici quare ſic dicti.

APoſtolici, vt inquit diuus Auguſtinus libro de hæreſibus, cap. 40. ſe hoc nomine arrogantiſſimè appellârunt, quòd in ſuam communionem non reciperent vtentes coniugibus & res proprias poſſidentes, quales habet catholica eccleſia & monachos & clericos. Vndè, authore diuo Thoma lib. 3. contra Gētes cap. 127. ideò iſti habentur hæretici, quòd ſe ab eccleſia ſeparantes, nullam ſpem ſalutis putarent eos habere, qui quibus ipſi carerent, vterentur. Hæc nempe hæreſis Apoſtolos (à quorum falſa imitatione Apoſtolici dici volunt) nec habuiſſe, nec recepiſſe pecuniam aſſerit, nec aliud in craſtinum ſeruaſſe: & quod peius eſt, docet nihil horum Apoſtolis licuiſſe. Quapropter, vt diximus, ſpem ſalutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Quo verò tempore illi primùm emerſerint, nuſquā adhuc legi, colligi tamen poteſt eos erupiſſe Seueri imperatoris & Victoris papæ temporibus, circa annum Domini 199.

Pſeudoapoſtoli quidā huius hæreſis authores

Huius hæreſis porrò refricatores extitiſſe quoſdā pſeudoapoſtolos aſſerit Alphonſus de Caſtro, qui tempore Adolfi Cæſaris Germani, & Cæleſtini huius nominis quinti Romanorum pontificis emerſerunt, circa annum Domini 1295.

Gerardus Sagarellus.

Quorum dux quidam nomine Gerardus Sagarellus Parmēſis patria fuit, qui huius erroris conuictus, viuus crēmatus publicè exuſtus eſt. Hunc velut diſcipulus magiſtrū ſequutus eſt Dulcinus Nouarienſis, qui

Dulcinus Nouarienſis.

cum vxore ſua Margareta eiuſdem criminis conſcia & damnata, ſuo authori ſimilem mortem perpeſſus eſt. De his illud dici poteſt, quod in diui Iohannis Reuelatione habetur: Tentâſti eos qui ſe

Apoc. 2.

dicunt

dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inuenisti eos mendaces Nam cùm ſe iactarent vitam agere Apoſtolicam, illud Euangelicum prætexebant, quod Chriſtus magiſter omnium, Apoſtolis dicebat: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Et iterùm: Nolite eſſe ſoliciti in craſtinũ. Et alia huiuſmodi quæ Dominum ſuis dixiſſe Apoſtolis referunt Euãgeliſtæ Cùm contrà Chriſtus illa prima ſententia nihil aliud intelligi voluerit, teſte Theophylacto, quàm poſſeſſione carentem ac mundo confixum, magnam oportere pauperum curam gerere: verbumque ipſius Chriſti de non portanda pecunia, inter admonitiones & conſilia eſſe computandum, & non inter præcepta. Certiſſimum namque eſt, Chriſtum & eius Apoſtolos pecuniam ſecum portâſſe, quemadmodùm Ioannis 4. & 13. capitibus liquidò oſtenditur. Quod verò aliquid in craſtinum ſeruauerint Apoſtoli, ex eo patet, quòd cùm apud eundem Ioannem Dominus ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiâſſet quinque millia hominum, ſuis poſteà dixerit Apoſtolis: Colligite quæ ſuperſunt fragmenta, nè pereant. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Vbi quidem aliquid reſeruatum manifeſtum eſt. Reliquas huius loci conuictiones vide apud Alphonſum de Caſtro, hæreſi ſecunda de Apoſtolis. Nam noſtri inſtituti non eſt errores conuincere, ſed eos ſolùm ad ſuam originem reuocare, quos tamẽ hoc pacto, teſte diuo Hieronymo, confutare eſt.

Matt. 10.

Matt. 6.

Ioan. 6.

Nullum prætereà Apoſtolici, cum Priſcilliano & Flagellantibus, admittunt iuramẽtum: adeò ſanè, vt etiàm periurium licere dicant, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam: Iura, periura, ſecretum prodere noli. Huius hæreſis meminit diuus Bernardus ſermone 65. & 66. in Cantica. Dicit idem Bernardus ibidèm, eos nullum admittere purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerunt, antequàm in æterna tabernacula recipi mereantur: Græcos hac in re & Armenos, Vualdẽſes quoquè & Lutheranos imitati, de quibus videatur locis ſuis.

Alia Apoſtolicorum dogmata.

Quo verò amictûs ſigno quondàm dignoſcebantur Apoſtolici, oſtendit Nicolaus Emericus libro quem de hæreticorũ inquiſitione edidit, in hæc verba: Induuntur, inquit, tunica alba longa, & deſuper mantello albo ad collum per modum pallij eleuato ſuper tunicam, funiculo adſtringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt: nudis pedibus incedunt: per mundum diſcurrunt, nulli obediunt: &c. Hos diuus Auguſtinus Encratitis ſimiles eſſe aſſerit: Et Epiphanius eos auulſionem dogmatum Tatiani & Catharorum, qui legem non ſuſcipiunt, appellat. Nam & Apotacticos ſeſe appellare volunt à renunciatione eorum quæ poſſidenrut: ſed alia neſcio quæ, propria hæretica docere perhibentur. Euariantur autẽ apud ipſos etiàm myſteria, & gloriantur de inopia. Scindunt ij fruſtrà ac lædunt ſanctam Dei eccleſiam per vltroneam ſuperſtitionem, elapſi à benignitate Dei. Neque enim lapſi alicuius ampliùs ſuſceptio apud ipſos fit. Abominantur etiàm nuptiàs velut Tatiani, Encratitæ, & Cathari. Et Cathari quidem receptis ſolùm ſcripturis vtuntur. Hi verò actibus Andreæ ac Thomæ appellatis, vt plurimùm nituntur, omninò alieni à Canone eccleſiæ Hæc Epiphanius.

Apoſtolici quo inſigni dignoſcantur.

De his rurſùs ſcribit Hoſius libro de fide & Symbolo, cap. 29 in hunc modum: Pridem, inquit, hæretici ſunt habiti, & Auguſtini ſeculo Donatiſtæ, & Bernardi æuo, qui ſe vocabant Apoſtolicos, qui vtrique noluerunt ibi eſſe eccleſiam Apoſtolicam, vbi non eſſet vita Apoſtolica: & ſacramentorum dignitatem, ex miniſtrorum virtute metiebantur. Quamobrem procùl abſit à mentibus priorum error hic, quin ij potiùs, cùm audiunt eos qui præſident, aliquorum criminum inſimulari, ac eos infamiæ nota adſperſos per hominum ora traduci, meminerint ſcriptũ eſſe: Qui citò credit, leuis eſt corde: ac Sem & Iaphet imitentur potiùs laudatos Noæ filios, qui illum tegere ſunt & cooperire conari, quàm impium illum Cham, cui meritò poſteà pater maledixit, qui verenda patris nudare auſus eſt.

Hoſij de Apoſtolicorũ hæreſi ſententia.

Eccl. 19.

Gen 9.

Tales, inquit Guilhelmus Lindanus in Dubitantio, dialogo 2. Apoſtolicos habet nunc

Lindanus de Apoſto-

G 3

ticis noſtri temporis.

nunc quoquè Morauia, qui omnia relinquentes, omnia alijs communia facientes, domumq́; liberos, & negocia ſua dimittentes, per agros vagantur. Sunt autē ij ſecta Antilutherani ſiue Sacramentarij, ad tertiam euangelicorum huiuſce tempeſtatis claſſem pertinentes.

AQVARII. 60.

Aquarij vndè dicti.

AQuarij, teſte diuo Auguſtino lib. de hæreſibus, capite quarto, ab effectu dicti ſunt, nimirùm quòd in Calicis conſecratione ſolam aquam offerendam cenſerent, non autem vinum: contra illud quod de cōſecratione dinſtinct. 2. cap. 1. habetur in hunc modum: Non debet in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunque permixtim offeratur. Quam autem illi pro ſe rationem haberent, non refert Auguſtinus. Verùm ex Eccleſiaſtico dogmate conſtat, illos ſobrietatem adeò dilexiſſe, vt eius conſeruandæ cauſa, etiàm pro calicis conſecratione vinum euitandum putârint.

Quis verò huius hæreſis author fuerit, & quo tempore cœperit, nemo eſt qui indicet. Contra hos ſcribit diuus Thomas tertia parte quæſt. 74. Tu qui locum tenes, illum perlegendo, planiùs videre poteris.

Aduersùs hunc errorem (inquit Alphonſus de Caſtro) tres Euangeliſtæ pugnant, Matthæus, Marcus & Lucas. Hi enim omnes modum referentes Dominicæ cœnæ, aiunt Chriſtum calicem porrexiſſe diſcipulis: & vt oſtenderent, quē illis in calice liquorem præbuerit, addiderunt verba Chriſti, dicentis: Non bibam amodò de hoc genimine vitis vſq; in diē illū, cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Ex quibus verbis, ſatis apertè oſtenditur, eum liquorem quem Chriſtus diſcipulis in calice potandum dedit, fuiſſe genimē vitis, nempe vinum.

Matt. 26.

Quòd ſi quis fortè pertinax cōtendat, de alio quopiam vitis fructu eſſe illa verba intelligenda, hoc plurimorum conciliorum definitionibus reijcitur, quæ aſſerunt, vinum in calice non minùs eſſe neceſſarium pro ſanguinis conſecratione, quàm panis pro eadem corporis conſecratione. Concilium nanq; Lateranenſe ſub Innocentio tertio celebratum, inter alia ſic definit: Vna verò eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur. Hæc Concilium. Ex quo patet, ſub ſpecie vini, ſanguinem latere, & non ſub ſpecie aquæ. Concilium Carthaginenſe tertium in ſuorum decretorum cap. 24. ſic quoquè habet: In ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aquæ mixtum.

Concilium Lateranēſe.

Concilium Carthaginēſe.

Hoc autem ità faciendum eſſe, atque ità eſſe factum ab ipſis Eccleſiæ primordijs, plurimis edocemur teſtimonijs. Hinc enim Cyprianus libr. 2 epiſto. 3. quæ eſt ad Cæcilium, hæc ait: Quandò autem in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei, in quē credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice Domini, vt commixtio illa non poſſit ab inuicèm ſeparari. Vndè eccleſiam, id eſt, plebem in eccleſia conſtitutam, firmiter & fideliter in eo quod credidit, perſeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto, quo minùs hæreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando calice Domini, offerri aqua ſola non poteſt, quemadmodùm nec vinum ſolum poteſt. Nam ſi vinum tantùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis. Si verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Quandò autem vtrunque miſcetur, & adunatione confuſa ſibi inuicèm copulatur, tūc ſacramentum ſpirituale & cæleſte perficitur. Hæc Alphonſus de Caſtro, ex diuo Cypriano.

Cyprianus.

AQVILA. 61.

AQuila Ponticus genere, ex Paganiſmo ad Chriſtianiſmum conuerſus, tandèm Ebionis ſectam amplexatus eſt, Adriani Imperatoris, & Sixti huius nominis primi Romanorum ſummi ponti-

ci.

tificis temporibus, circa annum Domini 132. De quo ſic ſcribit Epiphanius libro de Menſuris & ponderibus.

Aquilæ vita ex Epiphanio.

Cùm Aquila Hieroſolymitanæ vrbi extruendæ ab Aelio Adriano operis præfectus eſſet, ibidemq; degens videret diſcipulos diſcipulorum ipſorum Apoſtolorum, florentes fide & magna ſigna operantes ſanationum & aliorum miraculorum, mente compunctus, Chriſtianiſmõ credidit: quumq; petiſſet progreſſu temporis ſignaculum in Chriſto, idipſum aſſequutus eſt. Cùm autem à primo ſuo habitu non diſcederet, à credendo videlicet vanæ aſtrologiæ, quam exactè edoctus erat, ſed quotidiè poſitionem natiuitatis ſuæ ſpectaret, redargutusq; à doctoribus & increpatus ea gratia, ſe non corrigeret, ſed potiùs contentiosè ſe illis opponeret, & non conſiſtentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ſeipſo, expulſus eſt ab eccleſia velut inutilis ad ſalutē. Ex quo facto amarulentiam, velut ignominia affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus eſt, & abnegato Chriſtianiſmo, ipſiusque vita, proſelytus fit, & circunciditur Iudæus. Atque tunc laborioſo ſtudio tradidit ſeipſum ad diſcendum Hebræorum linguam, & ipſorum elementa. Vbi verò hanc ſummè didiciſſet, interpretatus eſt non rectà ratiocinatione vſus, ſed quò aliqua ex receptis libris peruerteret, irruens in Septuagintaduorum interpretationem, vt teſtimonia de Chriſto in ſcripturis prolata aliter ederet, propter confuſionem quam ſuſtinuit ob temerariam ſuam excuſationem. Poteramus porrò etiā adulteratas ab ipſo dictiones recenſere, quæ ex interpretatione ipſius ipſum redarguunt: verùm cùm hic de horum differentia longum eſſet meminiſſe, viſum eſt nobis hactenùs ea ſufficere. Hæc Epiphanius.

Aquila contumax & contentioſus.

De quibus ſic ſcribit Irenęus lib. quinto operis, cui titulum fecit, Confutatio & euerſio falsò nominatæ ſcientiæ: Deus, inquit, homo factus eſt. & ipſe Dominus ſaluauit nos, deditq; ſignum illud quod de virgine ſcriptum eſt, & non ſicut quidam eorū qui auſi ſunt aliter interpretari ſcripturas, dicunt, Eccè iuuencula in ventre concipiet & pariet filium, quemadmodū interpretatus eſt Theodotion Epheſius & Aquila Ponticus, ambo Iudæi proſelyti, ſicut Ebionitæ dixerunt Chriſtum de Ioſeph eſſe natum. Id quoq; ex eodem Irenæo recenſet Nicephorus, eccleſiaſticæ hiſt. lib. 4. cap. 14.

Philaſtrius item de hac hæreſi ſcribit in hæc verba: Sunt hæretici, qui ſicut & Iudæi ſeptuagintaduorum ſanctorum ſapientiſsimorumq; virorum interpretationem reſpuentes, Aquilæ cuiuſdam hominis vnius Pontici, qui poſt annos multos interpretatus eſt, editionē ſuſpiciunt. Qui cùm quædam prætermiſiſſe neceſſitate vrgente tunc temporis cogerentur, diſſonantia putātur dictaſſe: is verò velut & plus à quibuſdam, Iudæis maximè, intellexiſſe laudatur, cùm de patre & filio, non ſicut illi priores de lege dictauerint. Septuaginta enim duo dixerūt, Aduerſus Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius: Aquila autem, aduerſùs Dominum, & aduerſùm vnctū eius. Et iterùm: Eccè virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & nomen eius, Deus nobiſcum, Septuagintaduo dixerunt. Aquila autem dixit: Eccè iuuencula concipiet, & pariet filium, & nomen eius potens cum hominibus. Quæ quidem ſi pio ſenſu lectionis accepta fuerint, quo fortis & potēs nemo niſi CHRISTVS DEVS DEI ſit filius, rectè intelligit: ſi autem de eo dubitat, abijcienda & ſpernenda eſt talis editio. Vndè Iudæi non ſeptuagintaduorum interpretationes ſuſcipiunt, qui de patre & filio, & ſpiritu ſancto benè ſentientes, vnam eorum ſubſtantiam, diuinitatem, maieſtatemque enunciārunt: ſed illius Aquilæ, qui non ità rectè ſentit de filio Dei, ſed quaſi de propheta enunciauerit. Vndè interpretationes eius in medio librorum nunquàm ponuntur, ſed dextræ læuæque adſignantur: & vt contraria, & non plena veritatis ità leguntur à plurimis. Septuaginta verò duorum decreta atque conſulta, ea legens eccleſia Catholica ſemper habet, & detinet incunctanter: illius autem quaſi ſuperflua ità æſtimat eſſe & iudicat. Hactenùs Philaſtrius. Vndè & diuus Hieronymus ad Pammachium de optimo ge-

Philaſtrij teſtimoniū de Aquila & ſeptuagintaduobus interpretibus.

genere interpretãdi: Aquila, inquit, proſelytus & contentioſus interpres, proijcitur à nobis.

ARMACANVS. 62.

Richardus.

ARmacanus Hibernicus natione florebat anno Domini 1360. ſub Carolo quarto imperatore, & Innocentio ſexto ſummo Romanorum pontifice. Vir quidem eruditus, ſed ſuam eruditionem contra Franciſcanos potiſſimũ exercens, (vt author eſt Volaterranus 21. in ord. Franciſ.) docebat turpe eſſe Chriſtianis, ſua ſponte mendicos eſſe.

Armacani hæreſis.

Dicebat etiàm, minores ſacerdotes in abſentia epiſcopi, exercere poſſe munus epiſcopale, qualia ſunt, Conſecrationes altarium, olei vel Chriſmatis benedictio, ordinum collatio, & huiuſmodi.

Concilium Hiſpalenſe.

Hunc errorem Iohannes Vvicleff & Lutherus poſteà tutati ſunt, de quibus dicetur infrà. Aduersùs quem errorẽ, quinto capite (vt habet Alphonſus de Caſtro) decretorum ſecundi concilij Hiſpalenſis dicitur in hæc verba: Quinto iudicio ad agnitionem noſtri examinis, Agabrenſis diaconi relatu deductum eſt de quibuſdã ipſius eccleſiæ clericis, quorum dum vnus ad presbyteri, duo ad Leuitarum miniſterium ſacrarentur, Epiſcopus eorum, oculorum dolore detẽtus, presbyter quidam fertur manum ſuam ſuper hos tantùm poſuiſſe, & contra eccleſiaſtiacum ordinem, benedictionem eis dediſſe. Qui videlicet propter tantam pręſumptionis audaciam poterat accuſatus præſenti iudicio damnari, ſi adhuc in corpore poſitus non fuiſſet mortis vocatione præuentus: ſed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt, hi qui ſuperſunt, & ab eo nõ conſecrationis titulum, ſed ignominię elogium perceperunt, nè ſibi licentiam talis vſurpatio faciat, decreuimus vt à gradu ſacerdotalis vel leuitici Ordinis, quem peruersè adepti ſunt, depoſiti, æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati ſunt remouendi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti. Hęc concilium Hiſpalenſe.

ARABICI. 63.

ARabici ab Arabia, in qua exorta eſt hæc hæreſis, nuncupati ſunt, teſte Euſebio lib 6. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 26. Sed quoniam idem Euſebius nullum eorum authorem prodit, ideò diuus Auguſtinus lib. de hęreſibus cap. 83. ait nos eos poſſe nominare Arabicos, quo alioquì nomine à poſteris, qui de hæreſibus ſcripſerunt, ſemper nuncupati fuère.

Horum hæreſis cœpta eſt Seueri Imperatoris tẽporibus, ſub Zephyrino ſummo Romanorum pontifice, circiter annũ Domini 207.

Arabum hæreſis de animorum immortalitate

Dicebant autem, animam cum corpore mori, atq; in nouiſſimo vtrunque reſurgere, quemadmodùm dicitur diſtinct. 24. quæſt. 3. cap. Quidam. Qui tamen Origenis præſentis & eos alloquentis diſputatione (vt author eſt Euſebius) citò reſipuerunt. Nam cùm hæreticorum omnium doctrina ſit fragilis & inanis, à veritate celerrimè conteritur, & tanquàm fumus diſſipatur ac euaneſcit. Contra hos & alios quoſcunque, qui animas cum corpore mori aſſerunt, duos libros compoſuit D. Ioannes Chryſoſtomus. De quibus item in Leuitici cap. 13 dicit Iſidorus: In carne, inquit, viua lepram geſtat, qui de anima, quæ vita carnis eſt, aliquid falſum exiſtimat, ſicut Arabici, qui animam mori cum corpore putant.

Nicephorus de Arabicorum falſo dogmate.

De his ſic ſcribit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſt. lib. 5. cap. 23. Ea, inquit, tempeſtate (hoc eſt, Origenis & Berylli Boſtrenſis in Arabia epiſcopi) alij quoquè in Arabia extiterunt, qui adulterinis opinionibus eccleſiam turbârunt: animam hominis ipſam vnà cum corpore in præſentia mori atq; interire, & aliquandò tandèm in reſurrectione futura, vnà cum corpore ſuo reuicturam eſſe, ac decætero ad immortalitatem conſeruatum iri arbitrantes. Hæc cùm illi ſic per inaniloquentiam iactarent, conuentus epiſcoporum ſunt acti: in quibus cùm efficere nihil poſſent, Origenes eſt euocatus. Atque ille nulla interpoſita mora affuit. Et verbis hinc & indè factis, quæſtioneq; in medium propoſita, ita ibì vir ille diſſeruit, eaque ex

Arabici per Originem

ſcri-

euicti, & ad ſanam mentem reducti

ſcripturis in conſeſſu illo attulit argumẽta, vt aduerſarij deindè quod contra proferrent, non haberent. Itaque ſtatim ità ſunt conuerſi, vt ſeipſos erroris condemnarent, pœnaſq; à ſe ipſi exigerent. Hæc Nicephorus.

ARCHONTICI.

64.

ARchontici à principibus, quibus mundi creationem tribuunt, appellantur. Dicunt enim hanc mundi vniuerſitatem non à Deo, ſed ab Archangelis conditam eſſe, contra illud quod 23. diſtinct. dicitur, cap. Quis epiſcopus: Vnus Deus creator omnium quæ ſunt. Exorti ſunt autem Antonini Pij Imperatoris, & Pij huius nominis primi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annũ Domini 160.

Archōtico-rum hæreſis ex Ariſtotelica officina

Hic error (teſte Alphonſo de Caſtro) prodijſſe videtur ex officina Ariſtotelica, Nam quanuìs Ariſtoteles negauerit mundum creatum, dixit tamen omnia quæ in iſtis inferioribus fiunt, fieri ab intelligentijs: quoniam quæ à Deo immediatè fiunt, dicit Ariſtoteles fieri neceſſariò: quapropter aiebat contingentia ab intelligentijs fieri. Ex quo quidem errore hæretici videntur hauſiſſe mundum factum ab Angelis.

Author primus Archōticorum.

Huius hæreſis primum fuiſſe authorẽ aiũt Simonem Magum: quem ſunt ſubſecuti Menander eiuſdem Simonis diſcipulus, Saturnius à quo Saturniani, Nicolaitæ Carpocratiani, Cerinthus, & Archontici, de quibus hic à nobis ſermo in præſenti habetur.

Negabant quoq; Archontici cum eodem Simone Mago, Baſilide, Hymenæo, Phileto, Valentino, Apelle, Marcione, Marco, Cerdone, *Caianis, & alijs compluſculis, qui his poſteà in eadem hæreſi ſucceſſerunt, carnis reſurrectionem eſſe futuram. De quibus vide locis ſuis. Quam hæreſim licèt Auguſtinus lib. de hæreſibus, Archōticis impingat, Tertullianus tamen non eis tribuit.

Contrà Epiphanius hoc illis aſcribit: Carnis, inquit, reſurrectionem negant. Vetus Teſtamentum calumniantur. Vtũtur tamen & eodem veteri & nouo teſtamento vbi opùs habent ad ſuam confirmandam hæreſim, ſingula verba ad ſuam ipſorum ſententiam falsò trahentes.

Archōtici vbi degunt potiſſimum

Verùm, inquit, hæc hæreſis non in multis locis appàret, ſed ſolùm in Palæſtinorum prouincia. Tranſtulerunt & venenum ſuum iam alicubì in magnam Armeniam. Sed & in parua quoquè Armenia hoc zizanium iam conſeminatum eſt à viro quodam ab eadem Armenia ad Paleſtinorum terram profecto, temporibus Conſtantij circa obitum ipſius, cui Eutactus nomen fuit, quum Atactus potiùs appellandus eſſet ob incompoſitos mores. Qui ſanè ibì didicit hanc malam doctrinam, & deindè reuerſus ad propria, docuit. Tranſſumpſit verò hoc, ſicut dixi, in Palæſtina, velut ab aſpide venenum à Petro quodam ſene, indignè Petro appellato, qui habitabat in vicinia Eleutheropolis Hieruſalem, tribus ſignis vltra Cherbon, Cabarbaricha eam ciuitatem vocant. Hic ſenex primùm habuit indumentum admirandum, ſimulatione plenum. Foriſecùs enim reuerà pelle ouilla indutus erat, & intrinſecùs lupus rapax eſſe ignorabatur. Anachoreta enim eſſe videbatur, vt qui ab hominibus ſeceſſerat, in ſpelunca quadam deſidens. Qui multos profectò & ſuaſu & exemplo ad renũciationem congregauit. Et pater ſanè ob ſenectam ac habitum vocabatur, & bona ſua pauperibus diſtribuebat, & quotidiè eleemoſynas faciebat. In prima autem ætate in multis ſectis examinatus eſt. Verùm Aetij epiſcopi tempore accuſatus, ac tunc Gnoſticorum hæreſim exercere & ſequi conuictus, depoſitus eſt à presbyterio. Erat enim aliquandò cõſtitutus preſbyter loci: ſed poſtquàm de hæreſi conuictus fuit, ab Aetio perſequutionem paſſus eſt. Et digreſſus habitauit in Arabia in Cochaba, vbi Ebionæorum & Nazaræorum radices pullulárunt. Poſteà verò velut modeſtus factus, ad priorem ſpeluncam rurſùs redit, afferens ſecum hanc veneni iaculationem occultè, & apud omnes ignotus, donèc poſtremum ex verbis, quæ in aures quorundam inſuſurrauerat, talis conuictus à nobis excommunicatus eſt, & per noſtram tenuitatem confu-

Petrus Anachoreta.

tatus. Et conſedit in ſpelunca. Decætero contemptus ab omnibus, & à fraternitate deſtitutus, & à pleriſque qui vitæ ſuæ curam gerebant. Ad hunc itaq; ſenem perductus prædictus Eutactus, ab Aegypto profectus, & ſenis malæ doctrinæ particeps factus, hoc venenum velut magnam mercem acceptum, in patriam ſuam auexit. Erat enim, ſicut dixi, originis ex parua Armenia, ex locis prope Satelen. Reuerſus itaque ad ſuam patriam, multos eiuſdem paruæ Armeniæ polluit, corruptis quibuſdam diuitibus, & quodam Senatorij ordinis, & multis ſpectabilibus viris, per quos illuſtres homines multos illic perdidit. Verùm Dominus citiùs ipſum è vita ſuſtulit, quàm zizanium ſuum integrum ſeminauit. Attamen ij quoq; libros ſibijpſis confictos & apocryphos ſcripſerunt: alterum quidem quem Symphoniam paruam, alterum quem Symphoniam magnam vocauerunt. Sed & alios quoſdam libros apud ſe accumulârunt, quibus in congreſſibus ſuis ſuum errorem videntur confirmare, & in medium afferre. Quin & alienigenis appellatis vtuntur. Sunt enim libri apud eos ſic appellati. Accipiunt autem ſuæ hæreſis occaſiones ab aſcenſu Eſaiæ, inſuperque alijs quibuſdam apocryphis.

Symphonia parua & magna, librorũ nomina.

Libri alienigeni.

Summa Archonticorũ hæreſis.

In ſumma ex libro Symphonia dicto, octonarium quendam eſſe dicunt cælum, & ſeptenarium. Eſſe autẽ in ſingulis cælis principes, & hos quidem eſſe in ſeptem cælis, ità vt in vnoquoque cælo, vnus ſit princeps. Ordines autem eſſe vnicuique principi. Et matrem lucidam ſupernè in octauo eſſe: & multas quidem alias inducunt hæreſes, quas longum eſſet recenſere. Et aliqui ipſorum corpora petulantia polluta habent, alij verò ſimulatum ieiunium præ ſe ferũt. Decipiunt autem ſimpliciores homines habitu ſolitariè degentium, renunciationem quandam iactantes. Aiunt autem eſſe in vnoquoque cælo, velut dixi, principatum & poteſtatem, & angelica quædam miniſteria, quum vnuſquiſque princeps ſibijpſi miniſterium generauit ac fecit. Non autem eſſe carnis reſurrectionem, ſed ſolùm animæ. Execrantur ſacrum lauacrum, etiàm ſi ſint quidam ex ipſis præoccupati ac baptizati, Myſteriorum quoquè participationem ac bonitatem reprobant, velut quæ ſit aliena, & in nomẽ Sabaoth facta. Hunc enim volunt eſſe, ſecundùm quaſdam alias hæreſes, eum qui in ſeptimo cælo dominatur, & qui in alios imperium obtinet. Cibum autem principatuum ac poteſtatum eſſe dicunt animam, ſine ipſa verò non poſſe illas viuere, propterea quòd ex humore ſuperno ſit ipſa, & vires illis præbeat. Vbi verò hæc in cognitione fuerit, & baptiſma eccleſiæ fugerit, & nomen Sabaoth eius qui legem dedit: tunc per vnumquodque cælum aſcendere, & excuſationem apud ſingulas poteſtates facere, atque ſic eam ingredi ad ſuperiorem matrem, ac patrem vniuerſorum, vndè ſanè deſcendit in hunc mundum.

ARRABONARII. 65.

ARrabonarij, ſunt ex ſacramentariorum noſtræ ætatis familia: qui, authore Staphylo, volũt Cœnam Domini, cùm ea præbetur, dari tanquã arrabonem corporis, & quaſi inueſtituram donati prædij aut domûs alicuius. Ità Franciſcus Stancarus in Polonia docet, & in Tranſſyluania. Hæc Staphylus.

ARRIANI. 66.

ARriani (vt inquit Philaſtrius) ab Ario Alexandriæ ciuitatis presbytero, qui viguit ſub Alexandro eiuſdẽ vrbis Epiſcopo bonæ memoriæ, & Conſtantino Imperatore, atq; Syluestro Romanorum Pontifice, circa annum Domini 315. ſunt appellati. Dicebat autem ſceleſtus ille filium Dei Deo ſimilem nominetenus, & non conſubſtantialem. Cùm verò eum diceret Deo ſimilem, & non Dei ipſius patris diuinam crederet ſubſtantiã, hæreſim periculoſam incurrit. Nam & creatura ſimilis Deo dicitur, cùm dicat ſcriptura: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Nõ tamẽ eſt homo aut angelus de Deo propriè ac naturaliter, id eſt, de diuina illa ſubſtantia patris inenarrata & ſempiterna genitus, vt vnicus filius, qui genitus eſt propriè de

Homo vel Angelus quomodo dicitur factus ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei.

de patre ſempiternus: ſed homo & angelus, facti ſunt ex nihilo. Filius autem cum ſit verus, oportet de diuina illa ſubſtantia patris genitus cognoſcatur. Verus enim Deus alio modo eſſe non poteſt filius vnicus, niſi ſit de patris illa diuina ſubſtantia propriè genitus. Sempiterna ſimilitudo itaq; filij eſt ſecundùm opera: quia ſicut facit pater, & filius ſimiliter facit omnia, & ex Dei ipſius eſt qualitatis diuina ſubſtantia genitus: quia de ipſo natus eſt propriè ſempiternus, non autem factus ex nihilo, vt homo & angelus aut creatura aliqua eſt. Hæc Philaſtrius.

Ioan. 5.

Arrij vita ex Ioãnis Carionis chronico.

Hic ergo Arrius cùm Theologiæ profeſſor eſſet in ſchola Alexandriæ apud Aegyptios, eius hæreſi & errore mirabiliter eccleſiæ concordia diuulſa eſt. Cæterùm quibus ad hunc errorem confirmandum perſuaſionũ lenocinijs vſus ſit, vt adſtrueret Chriſtum non eſſe verè & naturaliter Deum, fuſiùs hæc infrà ex Nicephori & Tripartita Caſſiodori hiſtoria, quam paulò poſt hic attexam, audies. Ità autem placuit hic error orbi, vt doctiſſimi epiſcopi, & vniuerſa ferè Orientalis eccleſia, plurimi etiam in Occidente, eum amplexi ſint. Fuit nempè huius impietatis tam incredibilis ſucceſſus, vt omnes ferè Romani Imperij eccleſias hæc lues peruaſerit: magna nimirum facilitate ac plauſu id cunctis ſequentibus, quod Imperatoribus, quod epiſcopis ferè omnibus probari videbant. Scribit enim D. Hilarius lib. contra Conſtantium Auguſtum, 105 epiſcopos fuiſſe, qui Arrij perfidiam ſequebantur. Inter cæteros verò orthodoxos Patres, qui ſeſe huic errori infracta animi conſtantia opponebant, primus Alexander Alexandriæ epiſcopus fuit, & qui à Conſtãtino impetrauit, vt Nicenum concilium cogeretur, in quo damnata eſt hæreſis Arriana. Proindè proſcriptus & eiectus à regno eſt Arrius. At mortuo Conſtantino, presbyter quidam apud Conſtantium ſumma familiaritate, & cui omnia ſua conſilia crediderat, effecit ſuo ſuaſu apud Imperatorem, vt reuocatus Arrius, priſtino ſuo officio fungeretur. Sopitum vtcunque incendium anteà, iterum iam exardeſcere cœpit vehementiùs: adeò vt Cæſar Conſtantius etiam hunc errorem Arrij amplecteretur. Cæterùm ſtatuto tãdem die, à Conſtantio, quo Alexander & Arrius inter ſe publicè conferrent de ſcripturis, totam noctem in orationibus conſumpſit Alexander, in templo orans Deum, ne Arrianæ ſectæ contagium ſerperet latiùs. Quarè manè ſub conſtitutam diſputationis horam, cùm in auditorium pergeret Arrius, cœpit inter eundum ventris dolore laborare, & exonerandæ alui cauſa cloacam ingreſſus eſt, vbi præter omnium opinionem fataliter ilico perijt. Verùm extincto in hunc modum Arrio, non deſijt tamẽ peſtilens eius doctrinæ ſemen latius diffundi, vtpotè quod coniurati eius ſectæ cœperunt multò etiam vehementius propagare.

Error Arrij quàm latè diffuſus fuit

Centum & quinq; epiſcopi Arriani.

Alexander Alexandriæ epiſcopus, Arrianæ hæreſis maximus impugnator.

Arrij horrenda mors.

Athanaſij proſcripti fuga.

Tandèm & Alexandro mortuo, Athanaſius oppoſuit ſe Arrianis: ſed hic proſcriptus a Conſtantio, ex Aegypto ad vrbem vſq; Treuirim profugit. Et quanquã longiſſima hæc fuga erat, tamen coactus eſt exul clam deliteſcere in octauum vſq; annum apud Treuiros. Interea magna vi aucta hæc hæreſis, ſerpſit per totam Orientalem eccleſiam: Adeò etiàm, vt maxima pars Chriſtianorum, ad tempus Arrianorum ſectæ adhæreret: atq; ex hac hæreſi, aliæ plures ſectæ ſuppullulârunt ſensìm. Tandem verò vbi multorum conciliorũ decretis nomen Arrianorum extinctum eſſet, tamen ſubindè iterùm ſub aliorum nominibus eadem ſecta renouata eſt in eccleſia. Erant vna in vrbe variæ opiniones, & ſectæ diuerſæ perſequebantur ſe mutuò, adeò vt alij in aliorum templa irruentes, tumultuarentur, & cladem committerent. Miſerabilis omninò & calamitoſa tum erat facies eccleſiæ, quæ meritò offendiculi occaſionem non tantùm gentibus præbuit, quo minùs amplecterentur verbum, ſed alios etiàm offendit, vt à Chriſtianiſmo ad Gentium idololatriam deſciſcerent, inter quos & Iulianus Cæſar fuit. Hactenùs Ioannis Carionis Chronicon, lib. 3. Monarch. 4. Aetate 3.

Plures ſectæ ſuppullulantes ex Arriana hæreſi.

*

Lirinenſis de Arrianorum peruerſitate.

Cui hiſtoriæ ſuccinit & Vincentius Lirinenſis, in verè aureo illo opuſculo, quod pro fidei catholicæ antiquitate & veritate, aduersùs prophanas omnium hæreſeon nouationes ante mille annos edidit,

dit, in hæc verba: Quandò, inquit, Arrianorum venenum, non iam portiunculã quandam, ſed penè orbem totum contaminauerat, adeò vt propè cunctis Latini ſermonis epiſcopis partim vi, partim frau de deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quidnam potiſſimùm in tanta rerum confuſione ſequendum foret, tunc quiſquis verus Chriſti amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellæ perfidiæ præferendo, nulla contagij ipſius peſte maculatus eſt. Cuius quidem temporis periculo, ſatis ſuperque monſtratum eſt quantum inueharur calamitatis, nouelli dogmatis inductione. Tunc ſiquidem nõ ſolùm paruæ res, ſed etiam maximæ labefactatæ ſunt. Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitiæ, domus, verùm etiàm vrbes populi, prouinciæ, nationes, vniuerſum poſtremò Romanum Imperium funditùs concuſſum & emotum eſt. Nanque cum prophana ipſa Arrianorum nouitas, velut quædam Bellona aut Furia, capto priùs omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis ſubiugâſſet, nequaquam deinceps deſtitit vniuerſa miſcere atque vexare priuata ac publica, ſacra prophanaq; omnia, nullum boni & veri gerere diſcrimen: ſed quoſcunque collibuiſſet, tanquàm de loco ſuperiore percutere. Tunc temeratæ coniuges, depopulatæ viduæ, prophanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati clerici, verberati Leuitæ, acti in exilium ſacerdotes, oppleta ſanctis ergaſtula, carceres, metalla: quorum pars maxima interdictis vrbibus, protruſi atque extorres, inter deſerta, ſpeluncas, feras, ſaxa, nuditate, fame, ſiti affecti, attriti, & tabefacti ſunt.

Arriana perfidia, quantũ malorum inuexerit.

Atq; hæc omnia nunquid vllam aliam ob cauſam, niſi vtique, dum pro cæleſti dogmate, humanæ ſuperſtitiones introducuntur, dum benè fundata antiquitas, ſceleſta nouitate ſubruitur, dum ſuperiorum inſtituta violantur, dum reſcindunrur ſcita Patrum, dum conuelluntur definita Maiorum, dum ſeſe intra ſacratæ atque incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites, prophanæ ac nouellæ curioſitatis libido non continet? Sed nè quis forſitan nos hæc odio nouitatis & amore vetuſtatis fingere exiſtimet, beato ſaltem credat Ambroſio, qui in 2. ad Imperator. Gratianum lib. acerbitatem ſui temporis ipſe deplorans, ait: Sed iam ſatis, inquit, omnipotens Deus noſtro exitio, noſtroq; ſanguine, confeſſorum neces, exilia ſacerdotum, & nefas tantæ impietatis eluimus. Satis claruit, eos qui violauerunt fidem, tutos eſſe non poſſe. Item in tertio eiuſdem operis libro: Seruemus igitur, inquit, præcepta Maiorum, nec hæreditaria ſignacula auſi rudi temeritate violemus. Librum ſignatum illum propheticum, non ſeniores, non poteſtates, non angeli, non archangeli, aperire auſi ſunt: ſoli Chriſto explanandi eius prærogatiua ſeruata eſt. Librum ſacerdotalem quis noſtrûm reſignare audeat, ſignatum à confeſſoribus, & multorum iam martyrio conſecratum? Quem qui reſignare conati ſunt, poſteà tamen damnata fraude ſignârunt: qui violare non ſunt auſi, Confeſſores & Martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum poſſumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Hæc Vincentius Lirinenſis.

Propter nouitates, omnia mala q̃ perimus, oboriuntur.

Ambroſ. de calamitate ob Arrianorum hæreſim ſuis tẽporibus obortà.

Apo. 5. & 6.

De Arrio rurſus eiusq; affectatoribus, ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſto. lib. 8. cap 4. Cum res, inquit, omnes Conſtantino magno ex ſententia cederent, etiàm apud exteras nationes, finitimas ſimul & longinquiores, vel iure belli, vel fœderibus pactis pacatas, altiſſima annis pluribus pax & tranquillitas in orbe Romano floruit, & profeſſio fidei Chriſtianæ vbique terrarum eſt propagata. Multæ quoque feræ nationes, ſacra noſtra ſunt complexæ: & mirificum vitæ inſtitutum in eccleſijs & apud multitudinem ipſam, denique in montibus etiàm & ſolis locis reſplenduit: quòd nuper admodùm monachi pullulare cœpiſſent, & quòd Martyres adhuc & Cõfeſſores ſuperſtites eſſent, ſacerdoteſque inſupèr apoſtolicis donis & miraculis, vitæque ſimplicitate vigerent. Per quos cæleſtem prorsùs vitam in terris cernere erat, religione ipſa in dies ſemper & in rebus omnibus augmenta ſua capiente, & Conſtantino ſtudio omni in hoc incumbente, vt apud omnes ea vbique confirmata ſtabiliretur, & ad ampliorem magnitudinem excreſceret.

Nicep. Call. de Arrio eiusq; ſequacib. notanda hiſtoria.

Chriſtianiſmus vbique florentiſſimus temporibus Conſtantini.

ſceret: vtque, per ipſum, adiuuante DEO, Chriſtianiſmus in ſerena certaque tranquillitate & altiſſima pace conſiſteret. Atque, vt ſimpliciter dicam, ea tempeſtate res noſtræ lætiſſimæ, iucundiſſimæ, & florentiſſimæ fuêre: aduerſarij autem cōtra, in triſtitia, ſummiſſione, & mœrore ſummo vixêre.

Cap 5. Tranquillũ florētemq; rei eccleſiaſticæ ſtatum importunitate ſua hæreſes perturbant.

Religio itaque noſtra cùm in tanta eſſet gloria & flore, pacem & quietem tantam inteſtinum turbauit bellum. Nugæ nanque diſputationes contentioſæ, verā pietatem perfectamque diuini numinis cognitionem prætexentes, de quibus antea inquiſitum non fuerat, ea in quæſtionem deduxerunt, eaque re ingentes turbas in eccleſijs concitârunt. Siquidem generis noſtri peſtis, improbusque proſsùs & exitioſus hoſtis, nauim eccleſiaſticam tam placidè ſecundis ventis ferri, & ab vniuerſitatis huius Deo gubernari videns, ferre id nō potuit: & graue moleſtumq; ſibi eſſe putauit, niſi ſubmergendam eam curaret, quæ tam ſecurum citra prauorū dogmatū fluctus & procellas teneret curſum. Vt enim Græcæ ſuperſtitionis præſtigias proculcari, doloſosque laqueos eius in apertum protrahi, & manifeſto argui atque conuinci, & creaturam quidē (vt antehàc) ampliùs non coli, creatorem verò eius, ſicuti conuenit, laudibus vehi, & adorari animaduertit: apertum rursùm cōtra Deum mouere bellum poſthabuit, & dolo rē clandeſtinè admodùm & fraudulenter aggreſſus eſt. Repertis nanque quibuſdam, qui Chriſtianam quidem ꝓfiterentur fidem, arrogantia autem inanique vanæ gloriæ ambitione & dominādi cupiditate quaſi intemperijs quibuſdā agerentur, eis ipſis veluti inſtrumētis adinuentionis fraudisque ſuæ vtens, alio quodam modo rem in priorem reduxit errorem & ſeditionem, vt conditor ſcilicet rerum omnium Deus, creaturis ſuis exæquatus & connumeratus, creatura rursùs quemadmodùm anteà adoraretur, cultusq; diuinus adorationi illius ſimilis fieret.

Diabolus idololatriæ author & ꝓpagator.

Tumultûs eccleſiaſtici initium.

Verum vndè, quóve modo, & per quē, zizania hæc ſata ſint, re altiùs repetita, vt potero, exponam. Alexandriæ, quæ primaria & præcipua inter Aegypti, Thebaidis & Libyæ vrbes ciuitas eſt, ampliſſima ſanè & populoſiſſima, poſt Theonem Petrus, eximius veræ pietatis propugnator, eccleſiam Alexādrinam gubernauit. Qui certaminis ſacri curſu ſplendidè ſub impijs tyrannis peracto, Achillam breui habuit ſucceſſorem. Atque huic, eccleſiæ clauo dirigendo Alexander ſuffectus eſt, apoſtolicæ doctrinæ generoſus defenſor: qui in ea, quam diximus, tranquillitate & pace, diuinis inſtitutionibus quotidiè eccleſiam exhilarauit.

Alexandriæ epiſcopi.

Arrius quidam erat, in rationem quidem ille ſacri ordinis relatus, ſed qui iam indè ab initio ſtudium ſuum ſemper dogmate ſuo ſatis declarauerat. Melitio nāque res nouas molienti primùm adhæſit: atque eo relicto, ſe poſteà ad diuinū, quē diximus, Petrum cōtulit, à quo etiam diaconus eſt factus. Sed ab eodem rursùm eccleſia exactus, eò quòd Petrus Melitium ſectatoresque eius excommunicauit, & baptiſmum eius non recepit neque admiſit, propter nonnullas quidem cauſas, potiſſimum autem quòd ille perſecutionis periculo non perlato, cultum diuinū abiurârit, & dæmonibus ſacrificârit. Vbi verò Petrus accepta martyrij corona, vitæ curſum finijt, ab Achilla ſucceſſore eius Arrius veniam impetrauit: & rursùm diaconi miniſterio fungi permiſſus, poſteà in presbyterorum quoque ordinem eſt allectus. Apud Alexandrum quoque, proximum ab Achilla epiſcopum, honeſto loco fuit. Et quòd cauillationum dialecticarum non imperitus, atq; in eiuſmodi diſciplinis probè exercitatus eſſet, ſcripturarū interpretatio credita ei fuerat. Enimverò cùm non benè ferret, Alexandrum epiſcopi dignitatem obtinere, quod non ritè is quoque, neque ordine lectus eſſet, diſſidia aduersùs eum latenter & contentiones mouit. Cumq; non haberet quod in vita moribusque Alexandri carperet, neque per ſycophantiam facilè quicquā cōfingere poſſet, ea quidem in parte quietus fuit: quæ verò ille in eccleſia pro concione piè rectèque doceret, in eis repugnare illi inſtituit. Epiſcopus nanque, filium cum patre ὁμότιμον, hoc eſt, eiuſdem honoris, atque eiuſdem ſubſtantiæ, æqualemque per omnia eidem qui cum gen-

Arrius Meletij ſectator.

Arrius ab Achilla epiſcopo Alexandrino in eccleſiā, erroris gratia impetrata, receptus.

Contentio Alexandri epiſcopi, & Arrij presbyteri, de do-

it, eſſe, ex diuinarum ſcripturarum ſen-
tentia & traditione docuit. Arrius autē
inter presbyteros primas tenens, verboq;
veritatis proſsùs repugnans, creaturam
facturamque patris filium vocauit, in ab-
ſurdas opiniones prouolutus. Ex non exi-
ſtentibus ſiquidem genitum eſſe, & fuiſſe
aliquandò tempus, cùm non fuerit, mera
que ſententiæ & arbitrij libertate, vitij &
virtutis capacem eſſe, aliaque huiuſmodi
cenſuit, quæ opinari eum par erat, qui ſi-
bi de huius generis rebus diſſerendum at-
que inquirendum eſſe conſtituiſſet.

Arrij hæreſis.

Et quum exiſtimaret epiſcopum Liby
ci Sabellij dogma aſſerere, contendendi
& aduerſandi ſtudio, in errorem ex dia-
metro illi contrarium decidit. Sanè quidē
permultos ad nouas eius dogmatis res
pertraxit, & ex parui igniculi ſcintilla,
ingens eſt & alrum exortum incendium.
Ab Alexandria enim doctrina hæc pro
greſſa, Aegyptum, Libyam, & ſuperiorē
Thebaidem percurrit, mox etiam ad alias
prouincias & vrbes peruenit. Quæſtione
tali iam in controuerſiam vocata, Alexan
der eam diſſuadere eſt conatus. Sed iam
non pauci epiſcopi, & plurimi ex clero re-
ctè dicere Arrium affirmabant, ſententi-
amque eius complectentes comproba-
bant. Poſtquam autem inter ſe non con-
ſenſerunt, ſeu potiùs Arrius furijs corre-
ptus, propalàm impietatem ſuam docuit,
Alexander illum, & cum eo qui partes e-
ius ſequerentur, clericos omnes excom-
municauit, & ſacro ordine mouit. Sentie-
bant porrò cum eo in Alexandrina parœ
cia, Aithalas, Achillas, Carponas, Sarma-
tes, & alter Arrius, presbyteri: & Euzoius,
Macarius, Iulius, Menas, & Helladius, dia
coni, multam etiàm populi partem ſecū
trahētes. In quo alij idem ſibi de Deo ſen-
tiendum atque credendum eſſe quod e-
piſcopus arbitraretur, putabant: alij verò,
ſicuti multis euenire conſueuit, iſtos mi-
ſerabantur, veluti iniuria affectos, & indi
cta cauſa ab eccleſia proſcriptos &c.

Ea longè lateque progreſſa.

Alexander epiſcopus Arrium cū ſequacibus ſuis ab eccleſia proſcribit.

Sciaditur incertū ſtudia in contraria vulgo.

Et quia longum eſſet, reliqua Arrij &
eius aſſectatorum geſta hic percenſere, q
ea videre & legere deſiderat, nimirùm
quomodò ille à ſanctorum communiōe
fuerit reiectus cùm ab Alexandro, tum
ab Athanaſio Alexandriæ epiſcopis, & ab
Imperatore Cōſtātino in exilium miſſus,
& ab eodem tandèm in aulam reuocatus:
quomodo repentina & horrenda morte
obierit, quomodò eius profeſſio fidei in
Niceno concilio oblata, lacerata fuerit, &
eius ſequaciumq; libri publico Conſtan-
tini edicto combuſti, illique excommuni-
cati & proſcripti, & eorum eccleſiæ incen
ſæ: quot turbarū cauſa eorum impia do-
gmata in eccleſia exriterint, quomodò
ſuos cōuentus ſeparatìm ſemper egerint,
& infinitas alias diſſenſiones, impietates,
criminationes, inſidias, conuicia, crude-
litates, odia, animoſitates, tumultus, pro-
ditiones, doloſa conſilia in viros probos
machinati fuerint, & non ſolum contra
Nicena decreta figmenta, ſed fraudes et-
iam in ſuo ipſorum dogmate damnando
commenti fuerint, quomodo denique
Arrianiſmus tantoperè in Oriente fuit
propagatus: ſi quis, inquam, hæc videre
voluerit, legat Eccleſiaſticam hiſto. Nice-
phori, lib. 8 c., 5. 6. 7. 8. 24. Et Tripartit. Caſ-
ſiodori lib. 1 cap. 12. 13. 14. 15. 16.

ARMENI. 67.

ARmeni hæretici ſub Cōſtātini III.
filij Heraclij Imperio, & pontifica-
tu Theodori, ſummi Romanorū
antiſtitis, viguére, circa annū Dom. 640.

Hi Aſiam incolunt ea in parte, quæ eſt
inter Taurum & Caucaſum montes con-
ſtituta. Horum patria Armenia dicitur, à
Cappadocia vſque ad Caſpium mare pro
tenſa. Cùm autem illi catholicam fidem
fuiſſent primùm edocti, tempore Iuſtini
huius nominis II. Imperatoris, anno Chri
ſti 572. tandèm veram fidei regulam deſe-
rentes, in varios errores ſunt prolapſi. Pro
prium habent Primatem, quem Catholi-
cum appellitant, & cui velut ſummo pon
tifici per omnia obtemperant. Romanū
ſiquidem antiſtitem contemnunt, eum
dicentes non eſſe cæteris ſuperiorē. Quā
verò ob cauſam ab eccleſia deſecerint, cō
ijcere licet ex hiſtoricorum ſcriptis, nimi-
rùm propter decreta concilij Chalcedo-
nenſis ſub Leon. primo & Martiano Im-
peratore celebrati: quòd videlicet in eo i-
pſo concilio Eutyches Abbas Conſtanti-
nopolitanus & Dioſcorus Alexandrinus
epiſ.

Armenorū patria.

Primas Armeniorum.

Cauſa cur ab eccleſia defecerint Armeni.

epiſcopus, quorum opinionem Armeni ſequebantur, damnati fuiſſent. Nam qđ tempore Philaſtrij Brixienſis epiſcopi & B. Auguſtini, nondùm ab eccleſia ſeiuncti eſſent, ex eo conſtat, quòd neuter eorum, Armeniorum hæreſis mentionem faciat. Armeni itaque his hæreticis fauentes, decreta concilij Chalcedonenſis admittere contempſerunt,

Armenorũ hæreſes, ex Guidone Carmelita. 1. Inter alios itaq; Armenorum errores, is vnus eſt, quo aſſerunt Adamum & Euã nunquam carnali copula coniungendos, ſi in eo ſtatu, quo illos Deus condiderat, permanſiſſent, humanam ſpeciem aliter propagandam aſſerentes.

2. Ab omnibus etiàm ſacramentis virtutem conferendi gratiam tollunt.

3. Rebaptizant eos, qui iam ſemèl baptiſma ſuſceperunt in eccleſia Romana, in ea dicentes non eſſe verum baptiſma, ꝓpterea quòd apud Latinos non eſſe verã & catholicam eccleſiam affirment, ſed ſolùm penès ipſos: iuxta quod iam olim futurum prædixerat Chriſtus, venturos nẽpe quoſdã pſeudochriſtos & pſeudoprophetas, qui cùm dicerẽt, Eccè hic eſt Chriſtus, aut illic, non tamen illis credendum eſſet. Nam ſurgent, inquit, falſi prophetæ qui tam magna ſigna & prodigia ſunt daturi, vt etiam in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, vel electi. Quapropter ſi vobis dixerint, Eccè in deſerto eſt, nolite exire: eccè in penetralibus, nolite credere. Matt. 24.

4. Dicebant etiam Baptiſmum alicui cõferri non poſſe, niſi eidem conferatur & Euchariſtiæ ſacramentum.

5. Chriſma quoque, adeò neceſſariũ ad verum baptiſma perficiendum, vt niſi baptizandus ipſo chriſmate vngatur, nõ baptizatum cenſerent.

6. Aſſerebant rursùs, pueros non egére baptiſmo ad deletionem peccati originalis, vtpotè qui pueros negarent ante Baptiſmũ vllum peccatũ originale habere.

7. Item beatos eſſentiam Dei nõ videre, ſed claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione aſſerunt ſupremam conſtare beatitudinem.

8. Nullam etiàm animam ante diem iudicij extremi fore beatam, quòd nullam dicerẽt animam ante illum diem, Deum videre poſſe.

9. Fatentur Deum eſſe mendacem, propterea quòd cùm Deus dixiſſet Cain, futurum vt à nullo homine occideretur, ſeipſum tamen occiderit: qua ex re conuincunt, Deum protuliſſe falſum, cùm Cain fuerit ab homine occiſus.

10. Dicunt Spiritum ſanctum non à filio, ſed à patre ſolo procedere, hac opinione moti, quòd in Euangelio eiuſdem ſpiritꝰ ſancti proceſſus non à filio, (vt dicunt) ſed à ſolo patre inueniatur & legatur. Et qđ in Symbolo Niceno & Conſtantinopolitano ſolùm ponatur proceſſus à patre, & non à filio: ex quo fit vt negent ſpiritum ſanctum à filio procedere.

11. Dicunt rursus, ſacramentum Euchariſtiæ non poſſe confici in azymo pane, ſed præciſè in fermentato, à Romana eccleſia hinc (vt aſſerunt) diuiſi, quòd in pane azymo ea conficiat. Ex quo Latinos etiam omnes Azymitas appellant, eoſq; anathematizant, non permittentes Latinos ſacerdotes in eorum altaribus ſacrũ myſterium conficere, quemadmodum D. Anſelmus quadam epiſtola de fermentato & azymo teſtatur. Adeò quidem, vt ſi ipſis neſcijs aut inuitis Latinos celebrare contigerit, abluant altaria in quibus celebrãtint, quòd ea credant eſſe polluta, ex falſo (vt aſſerunt) ſacrificio per ſacerdotem Latinum in azymo confecto.

12. Item negant illi verum Chriſti corpꝰ realiter in ſacramento Euchariſtiæ ſub panis, & ſanguinem ſub vini ſpeciebus cõtineri.

13. Rursùs ſic vinum in calice apponũt, vt nullum penitus miſceant aquam, eam aſſerentes minimè miſcendam eſſe.

14. Aſſerunt etiam hunc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe quicquam, nec etiàm obeſſe.

15. Item inferni pœnam non eſſe perpetuam, dicentes Chriſtum cùm ad inferos deſcendit, omnes animas indè eduxiſſe.

16. Negant in nuptijs contrahendis aliquod eſſe ſacramentum, aſſeuerantes illam maris & fœminæ indiſſolubilem cõiunctionem non eſſe ſacramentum, neq; per illam, aliquam gratiam conferri coniunctis,

17. Et quamuis dicant originale peccatum nullum eſſe, fatentur tamen Baptiſmum eſſe neceſſarium ad vitam æternã conſequendam. Paruulos verò qui abſq; baptiſmo decedunt, negant vitam beatã poſſidere, ſed eos dicunt in paradiſum terreſtrem migrare, ſi filij ſint fidelium: ſi verò infidelium filij extiterint, illos dicunt deſcendere in infernum cum ſuis parentibus.

18. Docent rurſus, omnes homines ante paſſionem Chriſti fuiſſe damnatos ob primorum parentum peccatum atque trãſgreſſionem. Dicũt enim, eorundem priorum patrum peccatum adeò fuiſſe exitiale & noxium, vt toti poſteritati vſque ad Chriſti paſſionem nocuerit, eamque poſteritatem in infernum abduxerit, non quidem propter originale vitium, quod à primis parentibus contraxerunt naſcentes, (quia, vti iam diximus, nullum eſſe adſtruunt) ſed ob proprium primorum parentum peccatum omnes damnatos eſſe affirmant, etiàm ſi ipſi in ſe nullum habuerint peccatum.

19. Dicunt item, nullum fuiſſe futurum peccatum, ſi dæmones non fuiſſent, qui homines ad tentationem impellerent: ex quo inferebant, peccatum eſſe ſimpliciter à dæmone, & nullo pactò à libero arbitrio.

Matt. 16. 20. Dicunt etiàm, eſſe aliqua peccata ità prorſùs irremiſſibilia, vt à nullo ſacerdote remitti poſſint, contra illud quod Chriſtus dixit Petro: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. vbi qui totum dicit, nihil excludit.

21. Aſſerunt prætereà, nullum eſſe purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgentur à ſordibus, quas in corpore contraxerant, antequàm in æterna tabernacula recipi mereantur.

22. Docent quoque Chriſtum ſurrexiſſe à mortuis die ſabbati poſt paraſceuen hora ſexta, cùm tamen eum ſurrexiſſe tertia die omnes ſcripturæ teſtetur, iuxta quod ipſe Saluator promiſerat, Luc. 18. & Matthei 12.

23. Item omnes homines in ſextu virili reſurrecturos, nullumque poſt reſurrectionem futurum eſſe fœmineum ſexum.

24. Negant denique vllum ſacramentum gratiam conferre poſſe ſuſcipienti, quantumlibet ad illius ſuſceptionem animam ſuam præparet. Hi ſunt Armeniorum errores, quos Guido Carmelita præter cæteros recenſet libro quem de hæreſibus edidit.

De his porrò ſic ſcribit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 18 cap. 53. Iacobus, inquit, à quo nunc quoque Iacobitarum hæreſis denominata celebratur, Syrus genere, obſcurus prorſùs & nulla gloria, Armeniorum ſectæ dux fuit. Ea ſanè hæreſis multiplex eſt, & vt quiſpiam dicat, hæreſum omnium confluens ſentina. Nam illi cum Arrio aberrant in eo, quòd Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam, anima carentem, aſſumpſiſſe dicunt. Cũ Apollinari autem, corpus Domini mentem non habere, eidemque diuinam naturam ſufficere, mentiſque vim operatricẽ perficere dicunt. Atque hæreticis multis laudatis, deprauatas ipſorum opiniones ſibijpſis arrogant. Magiſter horum Eutyches, Dioſcorus Alexandriæ patriarcha, & Petrus Cnapheus, Seuerusq; Acephalus, epiſcopi Antiocheni, Euchanius inſuper Mãtacunes, fuère. Et quandoq; illi Deum verbum, incorruptibile, & increatum, & cæleſte, & à perpeſſione alienum, atque ſubtile, nobiſq; non conſubſtantiale corpus recepiſſe, atque ea quæ carnis ſunt, nobis in ſpeciem tantùm ſpectri more exhibuiſſe, exequutumque eſſe opinantur. Quandoquè autem carnem eius in naturam Deitatis conuerſam, eidemque conſubſtantialem factam eſſe dicunt. Multotiès verò etiàm Deum Verbum, humanũ ex virgine corpus aſſumpſiſſe negant: ſed ipſum immutabili modo mutatum, & carnem factum, tranſitum tantùm per virginem feciſſe, & cruci diuinitatem, quæ circunſcribi & definiri nequeat, vnigeniti affixam, eandemq; ſepulcro traditam aſſeuerant. Atque fidem etiàm natiuitati Chriſti ſecundùm carnem derogãtes, & eam in ſpeciem tantùm, phantaſmatis inſtar, factam eſſe dicentes, & non ſicut nos, per interualla particulariter, ſed ad quindecimum Ianuarij menſis diem, ieiunij tempus extendentes, annunciationem

Armeniorũ hæreſes ex Nicephoro Calliſto.

Armeniorũ falſe doctrinæ authores.

nem ſimul & natiuitatem & Baptiſmum Chriſti celebrant. Quin multa etiàm diuini Euangelij dicta, ſuam ipſi opinionem adſtruere conantes, tollunt atque inducunt, ac veluti Monophyſitarum & Theopaſchitarum, & Aphthartodocitarum, & Monothelitarum hęreſim hæreditate creuerint, Cnaphei Petri acceſſionem Terſancto hymno annexam, valdè complectuntur: eccleſiam catholicam iam indè ab initio hymnum eum ità decātâſſe, poſt pueri autem illius raptum vt is aliter caneretur, conſtitutum eſſe dicentes. Quem quidem raptum, tanquàm falſum ſcilicet omninò negant. Neque trium ſubſiſtētiarum Deitati, ſicutì diui patres docent, ſed vnigenito verbo Chriſto, carmen eiuſmodi concini dicunt.

De his vide locis ſuis.

Quid ſit Terſanctus hymnus, lege in Theopaſchitaris, Seuero & Petro Cnapheo.

Hoc ex Græcorū & Orientalis eccleſiæ ritu & ſententia dictum.

Idem ipſi re diuina facienda, non vtũtur pane azymo: & ad eam vinum aqua nō temperatum adhibent, vnam ea re in Chriſto naturam deſignantes: neq; ſicutì nos, calicem miſcent, per quam miſtionē, duarum naturarum vnionem declaramus. At erga Deum impij illi, Paſcha quoque Iudaico more celebrant, boues & oues iuxta ritum Iudaicum immolantes, & ſanguine agni ędium poſtes inungunt. Non illi corpus & ſanguinem Domini percipientes, ſed agnum Iudaicè ſacrificantes, atque igni torrentes, de eo participant.

Quid ſibi velit in incruento ſacrificio, vini & aquæ miſtio.

Crucem non priùs honore debito proſequuntur, quàm perindè atque hominē baptizauerint. Atque in media ipſa cruce clauum figunt, eumq; ſanguine victimæ vngunt. Hoc verò faciũt in Chriſti nomē, vnam ſanctæ Trinitatis perſonam crucifixam eſſe oſtendentes: nec interìm intelligentes, quòd eo modo ſimul etiàm Patris & Deitatis naturam, clauum videlicet figentes in cruce, in nomine ſanctæ Trinitatis baptizata, concrucifigunt, quæ vna eſt & eadem. Tres verò cruces connectentes, ſanctam Trinitatem cognominant, eo pacto forte inſinuantes, ſanctam Trinitatem crucifixam eſſe.

Crucis adoratio apud Armenos.

Imagines etiàm Patris & ſpiritûs ſancti effigiant, quod perquàm eſt abſurdū. Imagines enim corporum eorum ſunt, quæ videri & circunſcribi poſſunt: non eorum quæ inuiſibilia ſunt, & intelligentia compræhendi nequeunt. Imagines ſacras honorant illi quidem, ſed non oſculantur. Ac digito tantùm eas contingentes, huic poſtea oſculum figunt.

Imagines patris & ſpiritûs ſancti.

Communionem noſtram nihil eſſe dicunt. Et oblationem oleo ſubigunt & vngunt.

Dicuntur verò conſtitutiones habere multifarias diuinorum miniſteriorum, præter eccleſiæ traditionem & conſuetudinem. Atque vt Monophyſitas ſe eſſe ſatis oſtendant, digito vno a læua dextram verſùs, ſeipſos cruce conſignant.

Et crucem ſanctam magno Paraſceues die ſub terra abſcondunt, vſq; ad magnũ Dominicum diem. Tum verò cum lumine per plateas & angulos circumeuntes, hinc & indè eam quærunt, & inuentam proferunt.

Tempore autem procedente, alias etiā ἀδιαφορίας, hoc eſt, ritus & cæremonias, quæ pietate ſalua vel obſeruari vel omitti poſſunt, complexi ſunt, peculiaria ieiunia inſtituentes, & ſabbatis atque diebus Dominicis magnæ ſanctæ quadrageſimæ, lac, caſeum, & oua comedentes, & per panem azymum ſacrificium peragentes: atque id, quod Arziburi dicitur ieiunium, paulo ante eum diem, quo carnium eſus interdicitur, ſeruantes. Hactenùs Nicephorus. De his vide latiùs in Chazinzarijs, Staurolatris, Monophyſitis, Theopaſchitaris, Aphthartodocitis, Monothelitis, Petro Cnapheo, & Seuero.

Arziburi ieiuniū qd ſit, vide in Chazinzarijs.

ARNALDISTAE.

68.

Arnaldiſtæ ab Arnaldo Brixienſi quodam Italo natione dici vidētur, qui ſub Cunrado III. huius nominis Cæſare Germano, & Innocentio II. Romanorum ſummo Pōtifice, circa annum Domini. 1140. ad Lateranũ celebrata ſynodo, cum Petro Abailardo damnatus eſt.

Hic enim vnus è ſequacibus & cohærcticis ipſius Petri Abailardi Galli extitit, qui ſuo confiſus ingenio, omnium ſanctorum doctorum (vt author eſt Alphonſus de Caſtro, libro tertio aduerſũs hæreſes)

ſententias contemnere cœpit: & velut alter Iſmael manus ſuas contra omnes extulit. Ex quo iuſtum & æquum deindè fuit, vt omnium manus contra eum leuarentur. Quod animaduertens D. Bernardus Clarauallenſis abbas, (quod monaſterium in Burgundiorum prouincia ſitum eſt) cum vtriſque conflictaturus, Rhemenſem vrbem profectus eſt. Sed illi veriti nè ab eodem vincerētur, cum eo congredi abnuerunt, ſicque tandèm ſedem apoſtolicam appellantes, vrbe exceſſerunt. De quibus idem Bernardus epiſtola quadam ad eundem Innocentium, ſcribit in hæc verba: Procedit Golias iſte (nimirùm Petrus Abailardus) procero corpore, nobili illo ſuo bellico apparatu circummunitus. Ante ſe quoque eius armiger Arnaldus de Brixia, ſquama ſquamæ coniungitur. Siquidem ſibilauit apis quæ erat in Francia, api de Italia: & venerunt in vnū aduersùs Dominum & aduersùs Chriſtū eius. Hi magnis efferunt laudibus philoſophos, adinuentiones eorum & ſuas nouitates, catholicorum patrum doctrinæ præferunt & fidei. De eiſdem idem ad epiſcopum Conſtantienſ. Homo eſt, inquit, neque manducans neque bibens, ſed cum diabolo ſitiens ſanguinem animarum, execratus à Petro Apoſtolo, adhæſerat Petro Abailardo, cuius errores in eccleſia damnatos, defendere pertinaciter conabatur, inimicus crucis Chriſti, ſeminator diſcordiæ, fabricator ſchiſmatum. Et rursùs ad Guidonem legatum: Arnaldus de Brixia, cuius conuerſatio mel, & doctrina venenū: cui caput columbæ, cauda ſcorpionis eſt: quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere. *Epiſt. 190.*

Arnaldiſtæ ſingulis annis Romæ in Cœna Domini excommunicantur: & in cap. Excommunicamus, extrà de hæreticis. Itemque C. de hæreticis. l. Gazaros, perpetua damnantur infamia. *Arnaldiſtæ excommunicati.*

Arnaldiſtarum hæreſes.

1. Dicunt autem cum Armenis, Deum non videri per eſſentiam à beatis, ſed per claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione aſſerunt beatitudinem conſiſtere.

2. Rursùs, Deum non poſſe facere ea quę agit, niſi propter ordinem iuſtitiæ & ſapientiæ ſuæ, vel quòd agat ex neceſſitate naturæ.

3. Item Deum non eſſe authorem omnium bonorum.

4. In Deo eſſe quippiam compoſitum.

5. Aliquid eſſe, præter Deum, æternum.

6. Aliquid eſſe, quod nec creator, nec creatura ſit.

7. Angelos aliquid creare: & complures alios dicunt errores, de quibus vide in Petro Abailardo.

ARNOLDVS A VILla Noua. 69.

ARnoldus à Villa Noua, quæ ſita in agro Carellonenſ. & qui ibi inſignis medicus habebatur, varios multiplicesq; libros edidit, multis tamen erroribus ſcatentes & conſperſos, inter quos hi fuère præcipui:

Arnoldi hæreſes.

1. Natura humana à Deo verbo aſſum pta, eſt æqualis Deo in omnibus bonis ſuis: adeò vt tanta ſit humanitas Chriſti, quanta eſt eius diuinitas, & tantùndem poſſit & valeat.

2. Diabolus ingenioſè fecit vniuerſum populum Chriſtianum à veritate Domini Ieſu Chriſti deuiare: adeò quidem, vt eius fides nihil diſcrepet ab ea quæ dæmonum eſt, ſicque totus populus Chriſtianus ad infernum deducitur.

3. Omnes clauſtrum incolentes, ſunt extra charitatem, & ideò damnantur: falſificantque, quotquot ſunt, doctrinam Chriſti.

4. Omnes Theologi qui Philoſophiam immiſcuerunt ſuis operibus, non rectè hac in re fecerunt. Damnabat enim omnem prorsùs Philoſophiam.

5. Medicinæ opus gratius atque acceptius eſt Deo, quàm altaris ſacrificium: Et quiſquis poſt mortem Miſſas celebrare facit, charitatis opus non perficit.

6. In altaris ſacrificio ſacerdos offerens, nihil Deo offert, nec ſuam quidem volūtatem.

7. Eleemoſynarum largitione, magis Chriſti repræſentatur & exhibetur paſſio, quàm altaris ſacrificio.

8. In Decretis, canonibus, atq; conſtitu-

tio-

tionibus Papalibus, nulla ſubeſt ſcientia, ſed mera tantùm humana ſunt opera.

9. Deus nunquàm comminatus eſt peccantibus æternam damnationem, ſed ijs ſolùm qui ſunt alijs malo exemplo & offenſioni.

10. Anno ab incarnatione Domini milleſimo treceteſimo trigeſimoquinto, mũdi finis futurus eſt.

Hæ ſunt Arnoldi hæreſes, damnatæ quidem Trachonæ per duos doctiſſimos & inſignes viros, Fr. Ioannem Longæum ordinis Prædic. atque Dominum Gantfredum Crudilium, Trachonenſis eccleſiæ vicarium, ſede vacante.

ARTEMON.

70.

Artemon, qui & Artemas hæreticus (authore Euſebio libr 5 cap. 28. Eccleſiaſt. hiſt.) Marco Aurelio Antonino Heliogabalo imperium, & Vrbano primo Romanum Pontificatum administrante, viguit, circa annum Domini 221.

Artemonis impium dogma. Hic autem cum Ebione, Cerintho, Carpocrate, Theodoto & Montano, Chriſtũ fuiſſe Deum negabat, ſed eum ſolam naturam habuiſſe humanam, & ideò purũ hominem extitiſſe. De quo ſic ſcribit Nicephorus lib. 4 ca 20. hiſt. eccleſiaſt.

Hæreſibus, inquit, quas diximus (hoc eſt, Saturnini, Baſilidis, Valentini, Cerdonis, Marcionis, Marci, Tatiani, Seueri, & Encratitarum, hi nempe iam præceſſerant) diuinorum quos retulimus virorum (id eſt, Dionyſij Corinthiorum epiſcopi, Theophili Antiochiæ præſulis, Melitonis Sardenſ. epiſcopi, & Irenæi Lugdunenſ. Apollinaris, Caij, & Tertulliani, qui his temporibus aut paulò antè inſignes habebãtur) virtute & doctrina, prorsùs euulſis, zizaniorum ſator alias inſuper ſeminare non ceſſauit. Sed & priorum illarum multi adhuc reſtabant ſurculi, puræ agrorum Chriſti ſationi officientes. *Primi hæreſum authores.* Multæ enim derepente tum primùm initium ſumentes, producebantur. Omnes tamen à Simone & Saturnino, atq; ab abſurda & importuna ſcientia Cerinthi, ortum traxerunt. Artemon & Montanus tum primùm pullulabant, & tanquàm ſerpentes rubetæ interitum ſpirantes, venenatorũ reptilium more, per Phrygiam in Aſia prouolucbantur.

Artemon & Montanus hæretici in Phrygia. Hæreſis & deliramentum Artemonis. Artemon igitur, qui & Artemas dictꝰ eſt, ea, quæ nos, de Deo huius vniuerſitatis ſenſit, conditorem eum eſſe rerum omnium dicens, Dominum autem noſtrum Ieſum Chriſtum aſſeruit merum eſſe hominem, ex virgine natum, & virtute prophetis præſtantiorem. Atque eadem hæc Apoſtolos quoq; prædicâſſe aſſeuerauit, perperàm exponens atque deprauans diuinarum ſcripturarum ſenſum. Succeſſores autem eorum, diuinitatem tribuiſſe Chriſto, quum antea Deus non fuerit, dixit. Hæc Nicephorus.

Epiſtola quoque Alexandri pontificis Alexandrini, ad Alexandrum Conſtantinopolitanum epiſcopum miſſa, ſic de Artemone & eius cohæreticis habet in Tripart. Caſſiodori hiſtoria lib 1. ca. 14. Appetitus, inquit ille, potentiæ hominum peſſimorũ, auaritiæq; propoſitũ, veritati, quæ creditur eſſe præcipua, ſolet inſidiari, per varias ſcilicet occaſiones reſiſtentes eccleſiaſticæ pietati. Impulſi nanque maleuoli à diabolo in eis operante, ad propoſitam ſibi libidinem, & ab omni reuerentia reſilientes, cõculcant iudicij Dei timorem. De quibus mihi neceſſarium fuit patienti reuerentiæ veſtræ ſignificare, vt ab eiuſmodi caueatis, nè quis forrè præſumat eorum in parœcias veſtras accedere, vel per ſe, vel per alios. Valent enim Magi ad ſeducendũ figmentis vti, vel literis falſitate compoſitis, quę poſſint facere præſtigium ſimplicem fidem puramque reſpicientibus. Arrius igitur & Achillas coniuratione nupèr facta, Coluthi ſuperbiã, & multò deteriùs illo ſecuti ſunt: &c. Et rursùs: Multa dicturus, dilectiſſimi, tranſeo, oneroſum eſſe reputans, plurimis verbis vnanimes admonere doctores. Vos enim ipſi eſtis diuinitùs eruditi, non ignorantes quia doctrina quæ nupèr contra pietatem ſurrexit eccleſiaſticam, Hebionis eſt & Artemonis, & zelus Pauli Samoſateni de Antiochia, ſynodali omnium epiſcoporum iudicio ab eccleſia pulſi. Cui ſuccedens Lucianus, extra Synagogas manſit trium epiſcoporum, pluri- *Hebion. Artemon. Paulus Samoſatenus. Lucianus.*

mo tempore. Quorum impietatis fæcem ſorbentes iſti, nunc nobis de non exiſtentibus, illorum plantationes abſconſas pullulare fecerunt Arrius & Achillas, & cum eis conſilium malignantium. Hæc Tripartita hiſtoria ex Theodorito De hac hæreſi vide latiùs in Saturnino, Baſilide, Valentino, Cerdone, Marcione, & Paulo Samoſateno, & alijs pluribus huius factionis.

Arrius. Achillas.

ARTOTYRITAE.

71.

ARtotyritæ hæretici emerſerunt in Galatia, Commodi Imperatoris & Soteri Papæ temporibus, circa annum Domini 181 Hi nomine ex re ipſa eis impoſito. (nam teſte Auguſtino libro de hæreſibus ab oblatione nomen ſortiuntur) ſolum panem & caſeum Deo offerunt, non illud quod eccleſia catholica & apoſtolica celebrando ſolet offerre: hac ratione, vt aiunt, ducti, quòd à primis hominibus oblatio de fructibus terræ & ouium fœtura fuerit celebrata. Hos Pepuzianis adnectit Epiphanius: Quintiliani, inquit, qui & Pepuziani appellantur, Artotyritæque ac Priſcilliani, ijdem ſunt cum Phrygibus, & ex ipſis originem duxerunt. Artotyritas autem ipſos appellant, eò qđ in myſterijs ſuis apponunt panem & caſeum, & ſic myſteria ſua faciunt. Tota verò fraus hominum eſt in eo, quod defecerunt à recta fide, & conuerſi ſunt ad deſperationem, & ad differentias afflationum & actionum. Debacchãtur enim ſemper mentes, veritatis ancoram nõ cõtinentes, ſed ſeipſos vento permittentes. &c. Hæc Epiphanius. De his vide plura in Pepuzianis, Quintilianis, Priſcillianis & Cataphrygibus.

ASCLEPIADOTAEI.

72.

ASclepiadotæi ab Aſclepiadoto, eiuſdem nominis authore, dicti ſunt, Theodoti Byzantij coriarij diſcipulo, & eorum impietatis principe, qui dicebant Chriſtum purum hominem eſſe: & qui ob hanc non minùs impiam, quàm ſtultam aſſertionem, ab eccleſiæ commercio & ſocietate, ab Vrbano Romano epiſcopo depulſus eſt, multis priùs in ſuũ errorem abductis, tempore Heliogabali Imperatoris, & eiuſdem Vrbani huius nominis primi Romanorum Pontificis, circa annum Domini 221. De quo lege plura apud Euſebium lib. 5. cap. 29.

Aſclepiadoti hæreſis.

ASCODROGITAE.

73.

AScodrogitæ, authore Philaſtrio, quidam fuerunt hæretici, vel potius Phanatici & inſanientes homines, qui velut Artotyritæ, quorum paulò ſuprà meminimus, Galatiam regionem incolunt: emerſeruntq́, Commodi Imperatoris & Soteri Papæ temporibus, circa annum Domini 181. vtrem quidem illi, hoc eſt, pellem hircinam, vino refertam & opertam linteis in ſuam inducentes eccleſiam, quam deindè velut ſupplicationes acturi circumeunt, inſanis interim indulgentes potibus & vinolentijs, & Paganorum more cùm Orgia Libero patri celebrabant, debacchantes atque impuris & obcæcatis mentibus furẽtes: malè vtiquè & carnaliter accipientes quod Saluator ait, Vtres nouos ſumendos, & in eos nouum vinum mittẽdum, & nõ in veteres. Et cùm ſic ſuis cæcitatibus affectant inſeruire, modis omnibus alieni à Chriſtiana ſalute reperiuntur, cùm Apoſtolus omnẽ illã reijciat iuſtificationẽ Iudaicã, carnalemq́; vanitatem, Chriſti autẽ verã & planã cõfirmet ſcientiã, dicẽs: Vetera trãſierũt, & ecce noua omnia per Chriſtũ facta ſunt De lege enim & vmbra illud dicebat Chriſtus: hoc verò de ſuæ gratiæ plenitudine, & duorum hominum differentia, de quibus idem ait Apoſtolus: Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis, &c. Quod prierat per vmbram, & futurum per Domini præſentiã maius & melius, hoc nunciabat & docendo, & rebus reſtantibus confirmando. Hæc ex Philaſtrio. Aliqui hos Aſtitas appellant.

Aſcodrogitarũ orgia.

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Rom. 7. 2. Cor. 5.

Ephe. 4. Coloſſ. 3. Apoc. 21.

1. Cor. 15.

ASSVR.

ASSVRRITANI.

74.

ASSurritani, ſunt ſecta Donatiſtæ, qui ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum Pontifice circa annum Domini 358. in Aphrica eruperunt. Nam cùm Donatiſtarum ſecta tūc temporis, ſicut aliæ omnes quotquot vnquàm fuerunt, in multas variasq; diſſecta fuiſſet factiones & nomenclaturas, alij Aſſurrani, alij (idq́ue Romæ) Montenſes vocabantur: alij Circuncelliones, alij Parmenianiſtæ, alij Rogatiani, atque alijs item nominibus, iuxta huiuſce hæreſeos quemlibet affectatorem & adminiſtrum. Aſſurritani porrò tempore Auguſtini in Concilio Bagarenſi, damnati & ſedibus ſuis deturbati fuère. De quibus idem Auguſtinus ſub finem tertij libri contra epiſtolam Parmeniani, ſic ait: Eccè Aſſurritani, eccè Prætextatus, eccè nomina eorum inter damnatos Bagarenſi concilio regeſtis proconſularibus allegata: &c.

Aſſurritanorū hæreſes.

1. Dicebant autem ij cum Donato, minorem patre filium, & minorem filio Spiritum ſanctum.

2. Rebaptizabant item eos, qui ab eccleſia Catholica ad eos deficiebant. Aiebant enim (quó ſuam prętexerent hæreſim) extra eccleſiam baptiſmum conferri non poſſe: Cumq; ipſi eccleſiam penes ſe ſolos aſſererent eſſe, ab vniuerſali eccleſia defectionem facientes rebaptizabant, dicentes eos priùs non ſuſcepiſſe verum baptiſma.

3. Aſſerebant tertiò, intra eccleſiam bonos & malos non contineri, ſed ſolos bonos ad eam pertinere. De quibus hæreſibus lege plura in Donatiſtis, Circuncellionibus, Parmenianiſtis, Rogatianis, Ioanne Hus, Ioanne de Rocheſana, & Luthero.

ASTHARITAE, ET ASTHAROTHITAE.

75.

AStharitarum hæreſis, Iudæorū eſt, & non Chriſtianorum: qui (teſte Philaſtrio, & Bibliorum codice varijs in locis, potiſſimumq́; libr. 4. Regum, cap. 23.) Aſtharoth abominationem Sidoniorum, & Chamos abominationem Moabitarum, & Melchom abominationem filiorum Ammon, id eſt, idola virorum & mulierum venerabantur, eisq́ue diuerſa offerebant ſacrificia: quarum rerum cauſa, vrbis Hieroſolymorum, regni deniquè totius regum Iuda & Iſrael ſubuerſio & captiuitas contigit per Nabuchodonoſorem Babyloniorum regem, Deo ità permittente, quemadmodùm in Regum libris continetur. Nam quotquot Iſraëlitarum reges fuère, præter Dauidem beatum regem, & Ezechiam ſanctum, & Ioſiam, & Ieſum filium Naue, omnes alij populum Iſraëliticum idolis ſacrificare permiſerunt, ac ſæpiùs ipſimet ad id facinus eum prouocauerunt & iuſſu, & exemplo, impietatis ipſi fautores, qui euerſores eſſe debuiſſent. Eumq́; idolorum cultum potiſſimùm inſtituit poſt Salomonem, impius ille atque deteſtandus Hieroboam, tum deindè omnes reliqui règes Samariæ. Nam cùm ſibi timerent illi, nè relaberetur populus ad regnum Iuda, à quo iam ſub Roboam filio Salomonis defecerat, quod diuinitùs ordinatum erat, ſi ſubindè pro ſolenni more frequentaret Hieruſalem propter ſacrificia facienda, & audiendum verbum Dei iuxta præſcriptum legis, inſtituerunt proprium quendam cultum, doctrinam propriam, & ſacrificia contra verbum Dei: atque ità abuſi ſunt prætextu nominis diuini, ad priuatam potentiam regni ſui retinendam & conſeruandam.

Regū Iſrael idololatria, & eam ob rē eorum ſubuerſio.

3. Reg. 12.

Contra hunc cultum Dei ſubindè à Deo miſſi ſunt prophetæ, in ſalutem & conſeruationem plurimorum: interìm autem potentiſſimi quiq; ſuū falſum cultum Dei mordicùs retinuerunt. Proindè grauiter afflixit hos reges Deus bellis & ſeditionibus: adeò etiàm, vt tandèm & reges & populum abduci permiſerit Deus. Neq; enim apud vllum genus hominum, diù huius imperij dominium durauit Nā annos ducentos quadragintaquatuor hoc tantùm ſubſtitit. Breuiſſimum ſanè omnium hoc tempus fuit, præſertim cùm hic populus adeò magnificas promiſſiones haberet, etiàm de bonis externis: & interìm

Prophetæ miſſi à Deo, ad reuocandum Iſraelitas ab idolorum cultura, ſed ab eis contēpti.

Deuaſtatio regni Samariæ.

ziæ ſacta eſt anno poſt mundũ conditũ 3240.

Exemplum timoris dei.

rim tamen bellis & ſeditionibus nunquã caruit. Vſqueadeò peruerſum ſui cultum Deus inultũ non ſinit. Meritò ergò nobis hoc exemplum terrorem debet incutere, vt diſcamus timere Deum, Nam ſi peculiari ſuo populo & poſteris Abrahæ, quibus tam præclaræ promiſſiones contigerant, non pepercit Deus, ſed regnum eorum tã ſubitò euertit, & omninò eos abiecit: quis animo tam ſecurus eſt, qui credere poſſit impunè nos euaſuros, qui quod illi idololatria, nos horrendis blaſphemijs & hæreſibus in Deum committimus? Quin verò, mea opinione, ea pars Samariȩ, typum videtur præ ſe ferre Orientalis & Græcorum eccleſiæ: Quandoquidem vt Iſrael in Samariam abductus per Aſſyrios, nunquàm reuerſus eſt, niſi pauci admodùm, ita & Orientalis eccleſia per Saracenos & Turcam prorsùs eſt deleta. Et quemadmodũ poſteà tribui Iuda accidit, ità valdè metuo, nè & hæc pars occidẽtalis ſimile quiddam aliquandò experiatur. * Metuendum ſanè eſt, nè atrociùs etiàm nobiſcum acturus ſit Deus, ob magnitudinem flagitiorum noſtrorum. Cæterùm voluit tamen interim Deus benedicere Abrahæ ſemini præ omnibus gentibus. Quamobrem pius lector exemplum hoc expendere ſecum debet, & precari Deum, vt in miſericordia nos caſtiget, & non planè abijciat.

Samaria typus Orientalis eccleſiæ.

Aſtharitarũ & Aſtharothitarũ hæreſis.

Quantum verò ad Aſtharitas & Aſtharothitas attinet, à defuncto Moſe ad captiuitatem vſq; Babylonicam, hoc ſcelus plerique ipſorum (vti iam diximus) mordicùs retinuerunt. Nam Aſthar & Aſtharoth figuras colebant, quȩ nomina regum Syriorum fuerunt & Aegyptiorum: quorum cùm filij & filiæ à ſuis populis colerentur, eis poſteà templa dedicârunt, in quibus cùm mortem obiſſent, eos ſepulturæ mandabant, nomina deorum dearumq; perperàm ac falsò eis aſſcribentes: ſicque ſacrificia perindè atque dijs illis offerebant. Aſthar autem lingua Syriaca, beatum vel felicem ſignificat: Aſtharoth autem, idem ſonat quod opulentia, diuitiæ, vel grex. Quæ omnis impietas à gente Chananæorũ, Moiſis & eius ſucceſſoris Ieſu filij Naue temporibus, profecta eſt: ob quã cauſam iubet etiàm Dominus eidem ſeruo ſuo Moſi, vt eos tandèm eradicandos prorsùs delendosq; è terra curaret.

Aſthar & Aſtharoth nomina qd ſignificent.

Deut. 13. 29. 31.

Erat quondàm apud Iudæos & alia hȩreſis circa idolum Moloch & Rempham, de qua pleriſque in locis apud prophetas conqueritur Dominus: & quam eiſdem Iudæis impingit & improperat in Actis Apoſtolicis D. Stephanus protomartyr in hæc verba: Conuertit ſe autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum: Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch & ſidus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vt adoraretis eas. Propterea transferam vos trans Babylonem: hoc eſt, vltra Babylonios & Perſas & poſtrema loca terrarũ omnium. Interpretatur autem Moloch idem quod regnans, vel conſiliarius: Rempham vero ſidus ſignificat, quod Luciferum vel veſperum vocant, quod & Venus dicitur, tertius ſeptem planetarum: cuius cultui Sarraceni mancipati erant, & quos Iudæi imitabantur.

Molochitæ & Remphanitæ.

Acto. 7.

Amos 5.

Moloch & Rempham quid.

Erat quoquè apud eos & tertia hæreſis, Ara Thophet nominata, ſita quidem illa in valle filij Ennon, vbi Iudæi filios ſuos & filias dæmonijs immolabant ac deuouebant De quibus dicit Dominus per Prophetam Ezechielem: Eccè fili hominis, vide quid faciat populus Iſrael: Iſte filios & filias ſuas in valle Thophet immolat dæmonijs, quibus ego non mandaui hanc facere iniquitatem in populo Iſrael. Et Moſes in Cantico ſuo: Populus incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt nanque eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dæmonijs, & non Deo: dijs quos ignorabant. Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt partes eorum.

Thophetiſ[tæ]

Ezec. 16. 20.

Oſeæ 11.

Deut. 32.

De hac abominatione lege
plura 1. Para. 29. Pſa. 105.
Eſa 65. Oſeæ 11. & 13.
1. Cor. 10.

ASTE.

ASTERIVS SOPHISTA. 76.

ASterius Sophiſta genere Cappadox, Arrianæ hęreſis patronus, Conſtantini magni Imperatoris, & Marci Romani antiſtitis temporibus, eam quam ab Arrio magiſtro hæreſim diſcipulus didicerat, euulgare cœpit, circa annum Domini 339. De hoc ſic ſcribit Niceph. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 8. cap. 53. Sub idem tēpus (hoc eſt, ſub finem vitæ Conſtantini, & eo anno quo Euſebius & Theognis hæretici, noua fidei formula compoſita, Nicena Decreta retexuēr) epiſcopi Conſtantinopoli congregati, Marcello quoq; Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopo dignitatem, velutì qui noua inuexiſſet dogmata, abrogârunt. Aſterius nanq; quidam ex Cappadocia ſophiſta, qui oſtentationis & quæſtûs cauſa philoſopharetur & doceret, eo ſtudio poſthabito, Chriſtianam religionem ſe culturum profeſſus fuerat. Et libris aliquot compoſitis, Arrij opinionem adſtruere contendebat. Cum quo itidèm Chriſtum Dei virtutem eſſe ſcripſerat, vtì Moſes erucam & locuſtam, magnam virtutem Dei eſſe dixit. Aliaque hiſce ſimilia cauillans, Arrianis adhærebat: atque in ſynodis eorum aſſiſtens, plurimùm eos adiuuabat. Illud autem in conſilio habebat, vt præclaræ alicuius vrbis epiſcopatū conſequeretur. Verùm id quod conſtituerat, parùm ei ſucceſſit. Perſecutione enim non tolerata, dijs ſacrificauerat: eamque ob rem, ſacrorum adminiſtratio ei eſt denegata. Porrò quos compoſuerat libros, in Syria vulgauit. Aduersùs quos Marcellus ſcribens, ſiue ſciens, ſeu imprudens in errorem ex diametro illi contrarium eſt delapſus, & cum Paulo Samoſateno Chriſtum merum eſſe hominem dixit. Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Aeliæ coacti fuerant epiſcopi, Aſterio quidem ipſi nihil obiecerunt, quòd ſcilicet ſacris eccleſiaſtici miniſterij initiatus nō eſſet: Marcello autē epiſcopali dignitate prædito, quum plurima vitio verterunt, tum quòd perperàm ſcripſiſſet, dicam impegerunt, abolereque eum libros, qui nihil a Samoſateni ſcriptis differrent, iuſſerunt. Atq; ille facturum ſe id pollicitus, minimè tamen fecit. Sed de hoc Marcello fuſiùs loco ſuo dicetur. Idem habet Caſſiodorus ex Sozomeno, Tripart. hiſt. lib. 4. cap. 9.

Aſterius Cappadox, ex Sophiſta Chriſtianus factus, ſed Arrianus.

Aſteri9 martyrio repudiato, q dijs ſacrificâſſet in presbyterorum ordinem non recipitur.

ATHEI. 77.

AThei ſunt, qui nullum eſſe Deum credunt, cæci & excordes, quique Dei prouidētiam è rebus humanis tollunt, omnia vtiq; agi fato, animasque vnà cum corporibus interire arbitrantes. Ex eorum numero fuerunt olim præter reliquos Diagoras ſectatoresq; Diagoræ, Athei cognomento nuncupati, eo quod (vt inquit Theodoritus Cyrenſis epiſcopus libr. 6. de curatione Græcarum affectionum) penitùs Deum negarent eſſe. Eius porro aſſectatores fuére, Theodorus Cyrenæus, Euemerus Tegeates, Callimachus, Podicus, Cæus, Plinius, Lucianus, Lucretius, Doletus, & alij complures. Præter cæteros verò Epicurus Neoclis filius, in ea fuit ſententia, quæque ab eo ſecta ſocietasque deſcendit, Deum quidem eſſe dicentes, verùm eum in ſeipſum conuerſum eſſe, neque ipſum curare quicquam negocij, neque item ſibi velle ab alijs exhiberi.

Athei qui dicantur.

In qua opinione hoc noſtro ſeculo, impietate ſatanica, multi ex noſtris Euangelicis conquieſcunt. Deſideratam nempè (vt verbis Guilhelmi Lindani vtar, quibus in ſuo Dubitantio aduersùs hanc improbitatem vtitur) ambitioſiſſimè illam Dei optimi ſimilitudinem, cuius præpoſtera ſuperbiſſimaque cupiditate ex paradiſo cæleſtibusque ſedibus eſt eiectus, etiamnùm ambire non deſinit improbus ſuperbusque ille ſpiritus. Adeò quidem, vt hac tempeſtate apud eos ipſos Euangelicos rebus ſuis pro voto confectis, hoc eſt, Chriſto per eorum quoſdam cælis extracto ac in tartara miſſo, Deo optimo maximo abnegato, ſeſe Deum eſſe illis non modò perſuaſerit, ſed colendum etiàm, idque accuratiùs quàm Catholici Deum colimus, præſcripſerit. Vt enim Catholici priſca de conſuetudine Deum vnum & verum per diem adoramus nouiès: ità iſti ſatanici ſuum dæmonem Deum (ô cælū ô terra) *inuocant atque colunt. Facti

Diabolus Atheorum dux.

Dialogo 2.

Diabolus ab Euangelicis per diem inuocatur deciès. Sic apud Hoſiū.

*decies

qui.

quidem illi ex Chriſtianis non modò Antichriſtiani, Iudæi, Turcæ & Mahometani, ſed & diaboli cultores atq; adoratores. Immò, ſi verum mihi credere licet, veri athei atq; impij, qui nec Chriſtum, nec Deum, nec deniq; diabolum, nec cælum, nec infernum eſſe profitentur.

Athei ſeu Epicurei, quidam ex Euangelicis noſtri temporis.

Iſtius Atheiſmi abominandæq; impietatis quot habeat factiones diabolus, difficillimum fuerit affirmare. Teſtatur Hedio epiſtola ad Philippum Melanchthonem, ſatanam callidum huc multos agitare, vt dum ſumma inconſtantia iam hoc, iam illud credant, poſthac nihil prorsùs credant, & euadant in populum Aſotiorum.

Aſoti qui dicantur.

Dicuntur autem *ἄσωτοι* Græcè, qui Latinè decoctores, nequam homines, luxu, ganeæque ſtudio perditi, & qui bona ſua abligurierunt omnia.

Quibus gradibus Euangelici ad Atheiſmũ p[ro]labantur, poſtquam catholicam ſemel deſeruere eccleſiam.

Conqueritur porrò iſte de ſuis Euangelicis, quod & Catholici paſsim per Germanias Galliasque perdolenter in ipſis videmus, ex Catholicis fieri Lutheranos, ex Lutheranis Zuinglianos (quorum maxima eſt natio) ex Zuinglianis Suuenckfeldianos, tum mox Atheos ſiue Epicuræos. Eſſe certè Atheos plurimos, varij ſcriptores fide digniſſimi commemorant. Teſtatur Petrus Viretus libr. 2. de miniſterio verbi, eſſe quoſdam ludimagiſtros ex illo Epicuri grege porcos, qui in ſcholis ſoleant ſuis ſæpè ſcholaſticis occinere, illum verè beatum, qui, vt eſt apud Virgilium,

Metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.

Vide Acta Valentini Gentilis.

Iſtiuſmodi complures eſſe Geneuæ in eccleſia, quam dicunt, Italica, vnum illud ſatis ſuperq; arguit, quòd cùm iſti Caluiniſtæ de abolendo ſemel pontificatu Romano Purgatorio extinguendo, alijsq; catholicæ, Dei eccleſiæ dogmatibus delendis, inter ſe conſultarent, vnus præ cæteris eximiè ſui magiſtri mendaciorum patris afflatu raptus:

Quàm deploranda ſit Euangelicorum cæcitas, perſpicuè oſtenditur.

Dicamus animam, inquit, vnà cum corpore extingui, ſic Purgatoriũ cum Miſſa & Romano põtifice ſemel abolebimus. Eò enimuerò deploratiſſimæ cæcitatis iſti (heu miſeros Euangelicos) lapſi ſunt, in ſenſum reprobum, mentemque malè ſanam iuſto Dei iudicio traditi, vt ſuam non modò negligant ſalutem æternam, ſed alijs quoquè eodem erroris

Euãgelicorum odiũ q̃

deducendis omnem mouent lapidem, quacunq; tandèm id faciant ratione.

Ingens & obfirmatum.

Nihil enim penſi habẽt iſti Euangelici, quid doceant faciantue, modò ſuo deo ventri commodent, aut ſaltem ſuæ perfidiæ hoſtibus incommodent: aut veritatem, in quã oppugnandam coniurârunt, ſi non aboleant, ſaltem aliqua ex parte obſcurent. Odio enim veritatis, quam obfirmato abiurârunt animo, ebrij, eam quoq; ſuis in profeſſoribus infeſtiſſimè perſequuntur, atq; odio pluſquàm vatiniano, vereq; internecino ità execrantur, vt nulla ſuæ exiſtimationis, aut prudentiæ quoq; politicæ habita ratiõe, furioſorum more, quicquid in buccam venit, euomant.

Cic. 2. de Natura deorum. Idem 1. de legibus.

Verùm de hac re alibi, vbi ſpiritum hunc Euangelicorum demonſtrabimus verè ſeditioſum, quod de Luthero alijsq; ſuis aſſeclis infra ſuis locis dicetur apertiùs: vt filij ſuo patri homicidæ illi originali diabolo probentur ſimilimi. Hæc Lindanus.

Porrò cùm pleroſq; videre liceat, ſæpenumerò admirari ſolere, quomodo fieri poſſit, vt in tantam cæcitatem ruant quidam Chriſtiani, vt dubitatione teneãtur, an ſit Deus quiſpiam, qui videat, ſuſtẽtet, atq; gubernet omnia, quum vel authore ethnico, omnibus innatum ſit hominibus, & quaſi inſculptum, eſſe Deum aliquem: nullaq; gens in hominibus neque tam immanſueta, neq; tam ferrea ſit, quæ non, etiamſi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat: non abſurdum mihi hoc in loco viſum eſt, eas rationes, quæ ad hanc rem adduci poſſunt, attexere, quas Ioannes Vuigandus eo libro, quem his proximis diebus de Deo cõtra Arrianos nouos nupèr in Polonia exortos edidit, recenſet, quæ ſunt huiuſmodi:

Cauſæ, curà pleriſq; an Deus ſit, addubitetur.

Cauſæ, inquit, cur mentes humanæ interdùm dubitent, an ſit Deus, omnia videns, ſuſtentans, atq; gubernans, ſunt iſtæ:

1. Primò, ſpoliatio imaginis Dei in homine, & horribilis deprauatio, obſcuratio & malitia mentis humanæ, in qua debuiſſent notitiæ de Deo illuſtres naturaliter flagrare.

2. Secundò, quòd Deum non cernimus omnes corporalibus oculis in mũdo, perinde vt perſonam regis, aut principis, aut iudi-

iudicis alicuius coràm intuemur.

3. Tertiò, euentus mirabiles, quorum cauſas ſæpè ignoramus, & quos putamus longè alios eſſe debere, ſi Deus exiſteret, omnia cernens & curans: vt ſunt, felicitas impiorum, & ex aduerſo bonorum res infelices, quæ quidem ſæpè ſunt & grauiſſimæ & diuturnæ. Item longanimitas Dei, qui atrociſſimis peccatis pullutos, non extemplò pœnis ſeueris afficit.

4. Quartò, mortis imperium & tyrannis, graſſans pariter tum in bonos, tum in malos: cuius quidem rei cauſam ignorãt mentes humanæ, luce verbi diuini deſtitutæ.

5. Deniq; diaboli vis ac potentia, qui hominibus varias prægſtigias offundit, immò etiàm obcæcat, & indurat eos tanta vi, vt non modò ambigant, an ſit Deus, ſed etiã penitùs eius obliuiſcantur, & furiosè omnis generis ſcelera patrent.

Confirmandæ igitur ſunt mentes humanæ, firmis ac ſolidis rationibus & teſtimonijs, vt excuſſa omni materia dubirationum, certò ſtatuant, eſſe Deum omnia creantem & moderantem, eumq; vera fide inuocandum & celebrandum eſſe. Rationes itaq;, ex quibus homines præſtantia & ſagacitate mentis ſuæ, etiàm abſque verbo diuino aliquo modo decernũt eſſe Deum, ſunt hæ:

Omnia Dei opera in tota hac mundi machina, euidentiſſimè demonſtrant & conuincunt, eſſe Deum aliquem ſapientiſſimum & potentiſſimum, architectum & conſeruatorem perpetuum rerum omnium. Aliàs enim non poſſent iſta omnia, quæ ſunt in mundo, caſu exiſtere, aut perdurare. Sed iſta nonnihil euoluenda ſunt. Quòd igitur ſit Deus, gentes etiàm ſaniores ſenſerunt & fuerunt ipſis in conſpectu hæ rationes:

Rationes, ex quibus homines aliquo modo decernunt, eſſe Deum, mentis ſuæ præſtantia & ſagacitate, etiam abſque verbo diuino.

1. Primò, ipſa hominis admiranda & pulcherrima fabricatio, innumeris teſtimonijs Dei ornata, vt non immeritò homo ſit appellatus μικρόκοσμος. Lucet enim in homine diſcrimen honeſtorum & turpium, quod eſt regula omnium actionum neceſſariarũ in vita humana. Et nihil eſt tam minutum in homine, quin de Deo luculentiſſimum teſtimonium dicat: ac deteſtandus eſt ille ſtupor hominũ, quòd tot ac tantarum rerum præſtantiam non expendant. Sed vberior explicatio ex Phyſicis petenda eſt, vbi ſingula membra hominis exactiùs conſiderantur. Diſſerimus enim hac in parte tãtùm de Ethnica Dei cognitione.

2. Secundò, conſcientiæ ſenſus. Nam in tetris facinoribus, vt in parricidio, inceſtu, & ſimilibus atrocibus peccatis conſcientia in omnium hominum animis arcana quadam vi ſenſit, Deum eſſe inſpectorem & vltorem ſcelerum, etiãſi immunes ſint facinoroſi à pœnis magiſtratuum.

3. Tertiò, Pulchritudo, ordo, effectus, propagatio, conſeruatio, & duratio rerum omnium in mundo. Vide de hac re Ciceronis libr. 2. de natura deorum, ex Ariſtotele pulcherrimum locum.

4. Quartò, Diſtinctio & conſeruatio ſpecierum, quæ ſeſe in mundo multiplicant & propagant quotannis.

5. Quintò, ſocietates, regna & imperia hominum, quæ non temere coëunt, confirmantur, ſuſtentantur, mutantur.

6. Sextò, Pœnæ ſceleratorum admirandæ & graues, etiàm ceſſante à ſuo officio magiſtratu ciuili. Nam hæc regula vniuerſaliter vera eſt, Atrocia delicta comitantur atroces pœnæ diuinitùs: id quod non fieret, ſi non eſſet Deus executor ſuæ iuſtitiæ.

7. Septimò, Præmia rectè factorum. Nam etiàm diſciplina inter ethnicos habet ſua quædam præmia politica & mundana.

8. Octauò, Ordo cauſarum, qui in rerũ natura non procedit in infinitum. Sed neceſsè eſt tandem ad tale aliquod numen deuenire, quod gubernat omnia, in eoq; conſiſtere.

9. Nonò, Prodigia & ſigna, quæ res maximas portẽdunt, vt ſunt Eclipſes, Cometæ, Chaſmata, Traiectiones, Terræmotus & Hiatus, quibus totæ ciuitates abſorbentur, inſulæ ſubſidunt, & obruuntur vndis: locuſtarum agmina, partus monſtroſi & ſimilia.

Hæ rationes animos, non prorſùs mõſtroſos atq; à diabolo induratos, conuincunt, vt ſtatuere cogantur eſſe Deum. Sed & hoc ſciendum eſt, tantam eſſe peruerſitatem hominis, tantasq; in eo regnare ce-

nebras, vt vel non cogitentur iſta argumẽta, vel ſubindè mentes quaſi vndæ ventis agitatæ fluctuent, hæſitantes, an ſit reuera Deus, & an curet res humanas.

Eccleſiæ Dei fundamenta, quibus Deum eſſe luculenter conuincitur.

Sed vt multo luculentiùs & firmiùs Deum eſſe demonſtretur, ethnica argumẽta relinquentes, eccleſiæ Dei fundamẽta producamus, quæ ſunt huiuſmodi:

1. Verbum Dei expreſſe hunc articulũ tradens & confirmans, ſicut in cęteris partibus huius loci explicabitur.

2. Patefactiones & apparitiones Dei in veteri & nouo Teſtamento multiplices & valdè illuſtres.

3. Miſſio filij Dei in carnem, vt expiaret peccata generis humani. Item effuſio ſpiritus ſancti viſibilis.

4. Miracula illuſtria, inimitabilia vllis creaturis, vt quòd ſol ſtetit in cælo ſpatio vnius diei pugnante Ioſua. Item quòd idẽ ſol retractus eſt in cælis per decem gradus ęgrotante Ezechia. Quòd vndæ inſtar murorum vtrinq; ſteterunt in mari rubro, & in Iordane, tranſeuntibus Iſraëlitis. Quòd mortui ad vocem Chriſti & miniſtrorum ipſius, reſurrexerũt. Quòd viui homines, ſpectantibus alijs, recepti ſunt in cælum, & ſimilia. Hæc nequaquam poſſunt caſu accidere.

5. Peculiaris eccleſiæ vocatio, repudiato & abiecto non exiguo mundi impio cœtu. Propagatio & conſeruatio ipſius eccleſiæ, contra furores diaboli & mundi omnibus ſeculis.

6. Prophetiæ de rebus futuris, tum in eccleſia Dei, tum in politia: & euentus, qui præfinito à Deo tempore, ſiue breui, ſiue longo, præclarè reſpondent.

7. Experientia auxilij diuini in inuocatione. Item experientia fructuum qui ex Euangelij cognitione proueniunt, quales ſunt, remiſſio peccatorum, Conſolatio & pax conſcientiæ in ſummis mœroribus, Donatio ſpiritûs ſancti, Inchoatio nouæ obedientiæ, & ſimiles.

8. Glorificationes ſanctorum, vt Elias igneo curru viuus in cælum vehitur: Lazarus recumbit in ſinu Abrahæ: contrà diues lurco infernalibus flammis excruciatur: multi ſancti, Chriſto expirante in cruce, in monumentis reuiuiſcunt, & egreſſi, per dies quadraginta, donèc Chriſtus in cælum viſibiliter aſcendit, multis pijs apparent, cumq; ipſis familiariter de rebus diuinis colloquuntur.

9. Promiſſiones certæ de futuro iudicio, reſurrectione, & vita æterna, in qua impij, contemptores, & perſecutores verbi Dei, in infernum proiecti, æternas pœnas luent: pij verò, qui in Chriſtum crediderũt: æterno gaudio & honore, cum Deo patre, filio, & ſpiritu ſancto, & cum ſanctis angelis potientur.

10. Sacramenta, vt Baptiſmus, qui eſt lauacrum regenerationis: clauium adminiſtratio, quæ fit nomine, hoc eſt, mandato & efficacia Chriſti: corporis & ſanguinis Domini ſub pane & vino fruitio.

Hæc ſunt grauiſſima fundamenta, quę eccleſia Dei, præter illas rationes, quas ipſa ratio humana, aut collectio ſeu ratiocinatio ex operibus Dei ſuppeditat, nouit, & conſiderat. Hiſce igitur argumentis mentes noſtras confirmari decet, nẽ cæcitati, dubitationi, aut ſecuritati nimiæ ſponte indulgeamus. Hæc. Ioannes Vuigandus.

AVDAEANI.

78.

Audæani vnde dicti.

Audæani ab Audæo quodam Syro natione, dicti ſunt: Qui Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum pontificis temporibus florens circa annum Domini 380. Deum putabat humana membra habere, authore Theodorito eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro quarto, cap. decimo.

De hoc itaque ex eodem authore ſic habetur Tripartitæ hiſtoriæ lib. ſeptimo, cap. vndecimo: Inclytus igitur Imperator tanquàm Apoſtolicis dogmatibus cum omni cura vacabat. Intereà Syrus quidam & genere & lingua, Audæus nomine, illo tempore fuit dogmatum nouorum repertor. Qui primùm quidem malignos habere conceptus cœperat, tunc autem cognitus eſt. Priùs nanque ſtultè intelligens quod ſcriptum eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: humanam formam putauit habere diuinitatem, & corporis circumiacere partes coniecit, diuinæ ſcri-

Audæorum hæreſis.

Gen. 1.

pturæ.

pluræ ſenſum nequaquàm perſpiciens, quæ ſæpè diuinis operationibus humanorum membrorum nomina circumponit. Quandoquidem qui facilè ſubtiliora intelligere nequeunt, per hæc Dei prouidentiam magìs agnoſcunt. Adiecit autem huic impietati & alia his vicina. Ex veſania nanque Manetis adſperſus, neq; ignis, neque tenebrarum Deum aſſeruit creatorem. Sed hæc quidem, & quæcunque his ſimilia, celant Manetis veſaneæ participes, at iſte palàm prædicabat.

Audæorum prætextus, cur ſe ab eccleſia catholica præſciderint.

Aiunt autem hos ab Eccleſiaſtico ſeiunctos eſſe conuentu, quòd hic reperiantur quidam, qui vſuras execrandas exigant: nec deſint qui abſque legitimis nuptijs, mulieribus cohabitantes, indecentem agant vitam. Atque horum cauſa aiunt ſeorsùm ſe viuere, celantes hac occaſione ſuorum dogmatum blaſphemiam. Eſt autem hic prætextus arrogantiæ plenus, & phariſaicæ propago doctrinæ. Nam & illi animarum & corporum medicum accuſabant in templo, dicentes Apoſtolis: Vt quid cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? Et per Prophetam de talibus dicit Dominus: Qui dicunt, mundus ſum, noli me tangere, iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Sed horum ſtultitiam redarguere, præſentis tēporis non eſt: quapropter ad narrationē reliquorum procedamus. De his habetur C. de hæreticis & Manichæis, l. Arriani. de quibus etiàm vide ſuprà de Anthropomorphitis ſeu Vadianis.

Luc. 5.

Eſa. 45.

AVGVRES 79.

AVgures ſunt, qui auguria & diuinationes & ſtellarum curſus inquirunt, & euentus ex eis futurorum rimantur: contra illud quod in Deuteronomio Moſes ſcribit: Non inueniatur in te qui obſeruet auguria. Horum verò augurorum inuentio prima ex Aegyptijs profecta eſt. Idololatriæ ſiquidem Aegyptus mater eſt. Ad quæ ſi quis poſt ſuſceptum baptiſma recurrat, opprobrium Aegypti, diuino Hieronymo teſte, portabit, quemadmodùm habetur 26. diſtinct. quæſtio. 3. cap. Sed & illud. Nam quemadmodùm inquit Iacobus Paradinus libro quem de poteſtate dæmonum edidit: Diuinatio, quæ fit ex garritu auium, illicita eſt: vtpote quę fiat per dæmonum impulſionem, ſuaſionem & inſtinctum, quo animæ vanis impleantur opinionū illuſionibus, & credatur in huiuſmodi aliquid ineſſe diuini, & bruta honori ab hominibus & venerationi habeantur, indeque fides in Deum decreſcat & diminuatur, & multæ demùm hæreſes per inſenſatos quoſdam & fatuos progignantur.

Deut. 16.

Fuiſſe autem augurandi ſacerdotium quondàm penès Romanos ac reliquos gentiles & idololatras magnæ religionis, nè dicam ſuperſtitionis, conſtat. Nam hi velut interpretes internuncijque deorū, tantæ dignationis habiti ſunt, vt eum qui aruſpicinam fecerat, in ſenatum adſcribi, & inter patres legi, fas eſſe duceretur. Regibus quoquè, ſicut iura dare & ſapere, ità diuinare, regium munus erat. Itaque à primo ortu vrbis, ijdem reges & augures erant, qui futura prædicerent, & iura darent. Denique Romulus hoc ſacerdotio præditus, optimus augur fuiſſe traditur. Proditumque eſt, Romæ optimatum filios ſex, Hetruriæ populis, vt augurandi artem ediſcerent, ex decreto ſenatùs in diſciplinam tradi ſolitos, vt Romæ augurandi ſcientia & ars innoteſceret.

Augurum dignitas apud paganos.

Optimatum filij augurandi artem apud Gentiles ediſcebant.

Horum ergò proprium fuit, ex auibus vaticinia obſeruare, ſignaque rerum futurarum, & à dijs monita contemplari. Si opportunè euolâſſent, aut ſedes idoneas accepiſſent, obnunciare: de prodigijs, ſomnijs, augurijs, atque oraculis, portentiſque & extis reſponſa dare: Tum obſeruationes auſpiciorum, procurationes expiationeſque, vatum libros, portentorum explanationes, & monita deorum edicere, ſi quid ingruente fato caſurum foret, & quod ſaluis auſpicijs fieret: Quódue augurium lætum, quódue piaculare eſſet: quod minas cæleſtes ingruenteſque calamitates, aut fatale exitium afferret, præmonere & vaticinari. Hactenus de augurijs. Qui plura volet,

Augurum munus.

legat Alexandrum ab Alexandro, Genialium dierum lib. 5. cap. 19.

AVGVSTINIANI.
80.

AVguſtiniani non à diuo Auguſtino denominati ſunt, ſed à quodā hæretico Bohemo nomine Auguſtinus, ex famoſiſſima Sacramentariorum factione oriundo.

Hic præter alias, quas in Deum & eccleſiam protulit, blaſphemias, nugabatur cælum nondùm reſeratum, ſed hominibus occluſum fore vſq; ad extremam diē. Hæc ex Guilhelmo Lindano, dialogo 2. ſui Dubitantij.

AVXENTIVS MEdiolanenſis epiſcopus.
81.

AVxentius Mediolanenſis epiſcopus hæreſiarcha turbauit eccleſiā ſub Conſtantio Cæſare, & Iulio huius nominis primo Romano pontifice, circiter annum Domini 340.

Hic Eluidij hæretici magiſter fuit, dignum ſanè patella operculum. Nam qualis magiſter, talis & diſcipulus extitit. Quia verò Arrianum dogma anathemati ſubijcere renuit, ideò à ſanctis patribus in Concilio Ariminenſi hæreſeos condemnatus eſt. Contra hunc diuus Hilarius Pictauēſis epiſcopus elegantem librum conſcripſit. Idem fecerunt & ſancti Auguſtinus & Ambroſius, qui in eius locum ſubrogatus, tanta fide & doctrina enituit, vt eo docente, & ſcribente, & egregiorum morum exemplum præ ſe ferente, vniuerſa Italia ad rectam fidem tandèm conuerſa fuerit.

Diſſidium apertū inter orientalem & occidentalem eccleſiam ob Arrianam hæreſim.

De Auxentio ſic ſcribit Nicephorus, libr. 9. eccleſiaſt. hiſt. cap. 13. Sardinenſi, inquit, conuentu peracto, domum ſe quiſq; recepit. Ac deincèps Occidens ab Oriente per ſeceſſionem diuiſus eſt. Non amplius enim Occidentales cum Orientalibus, haud eadem ſecum ſentientibus, negocij ſibi quidquam & coniunctionis eſſe voluere. Et communionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricum & Thraciam, circa montem qui Suſacis dictus eſt. Vltra autem eum locum propter variantem fidem, minimè inter ſe inuicèm communicare voluērunt. Vt verò fieri ſolet, in eccleſijs calumniæ & diſſenſiones erant: & ingens turba & confuſio eccleſiam catholicam innaſit. Anteà ſiquidem, etiamſi diſſiderent, conſuetudine tamen inter ſe iungebantur, nec adeò eam rem grauem putabant, & conſuetudinem eiuſmodi, eundem de Chriſto ſenſum eſſe exiſtimabāt. Et vt paucis dicam, eccleſia occidentalis omnis patriæ inſiſtens religioni, contentionis expers, & à ſtudio de dogmatib. nugandi aliena fuit, ſincerè profeſſionē fidei Nicenam ſonans atq; profitens. Quanuìs etiàm tum Vrſicius Pannonius & Auxentius Mediolanenſis conati ſunt eccleſias diſtrahere, & ad Arrianam opinionem traducere. efficere tamen id nequiuēre, ſede Romana & alijs occidentalibus epiſcopis vigilantibus, & hæreſis eius ſurculos extirpantibus. Impotentibus autem animis illi pugnabant aduerſùs verbum Conſubſtantialis, filium non eſſe ex ſubſtantia patris contendentes.

Vrſicius & Auxentius conantur in opinionem Arrianā eccleſias occidentales traducere.

De ſancto verò Martino idem tradit Nicephorus, quod cum ipſe Mediolani monaſterium ſtatuiſſet, grauiſſimè ab eodem Auxentio inſectatus, multiſq; iniurijs affectū de ciuitate expulerit. Hæc ſunt eius verba: In Europa autem per Thraciam & Illyricum, etiam ſi homines monaſticam conſuetudinem ad id tempus ignorarent, non omninò tamen viris Chriſtianæ philoſophiæ peritis, regiones iſtæ caruēre. Floruit apud illos Martinus ille, qui Sabariam Pannoniæ patriam habens, quum generis, tum militiæ ſplendore adeò clarus fuit, vt honores etiàm ſit meritus, & ordines duxerit. Sed ille Cæſareanā diuinæ militiæ poſthabuit. In Illyrico primum philoſophatus, atque indè varijs perſecutionibus & inſidijs expertus, ſecedere eſt coactus. Multos nanque ex epiſcopis, qui Arrij contagionem conceperant, manifeſtò deprætenſos coarguit. Ac deindè Mediolani ſecum ipſe vixit. Vndè Auxentij, eius vrbis epiſcopi non rectè de Nicenis decretis ſentientis inſidias veritus, diſceſſit: & ſe in inſulam quan-

Lib. 9. cap. 16.

D. Martinus Pannonius.

quãdam, quę vernaculo nomine Gallinaria dicebatur, abdidit. In hac alimento radicum herbarum vixit. Inſula autem ipſa exigua admodùm eſt, & ædificijs carens, Tyrrhenum reſpiciens mare: At que indè abductus, adminiſtrationem eccleſiæ Turonenſis ſuſcepit. Hæc Niceph.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER SECVNDVS.

DE LITERA B.

BAALITAE. 1.

BAalitæ, à Belo Phœnicũ rege dicti, olim apud Iudæos hæretici, vel potiùs Idololatræ fuerũt, qui cum eiuſdem Beli Tyriorum regis (vt author eſt Philaſtrius) viri militaris rei peritiſſimi nomen intercidi, ac ex hominum memoria aboleri nollẽt, propterea quòd illis, eo viuente, non pauca beneficia præſtitiſſet, potiſſimumque quòd Cyprios Phœnicum littus piratica quadam infeſtantes, magna cum illorum clade ſubegiſſet, poſt eius mortem, ipſius idolum effigiantes, & Baal nuncupantes, diuinis honoribus ſunt illud proſequuti, quemadmodum Regum libro tertio continetur. Vbi quidem quomodò Achab Iſraelitarum rex & Iezabel eius vxor, quotoquoque die illi idolo ſacra faciebant, habetur. Ob quam rem zelo ductus diuino beatus Helias Propheta, à Domino miſſus, his qui nomine Iudaiſmi legem profitebantur, impietati autem paganæ 1. Reg. 18. perniciosè ſeruiebãt, ità locutus eſt: Quouſque tandèm vtrinq; claudicatis? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Fauentes nihilominùs lucorum ſacerdotibus Rex atque Regina, diuerſis pœnis & cruciatibus perierunt. Populus autem nòn recedens ab idolorum cultura, ducentorum quinquaginta quatuor annorum ſpatio, crebris captiuitatibus agitatus, tandèm perijt. Hæc porrò ex Gentium ſuperſtitione, cũ quibus commercium familiare habebant Iudæi, profecta eſſe, nemo eſt qui hinc dubitare poſſit: quemadmodùm etiàm videre licebit ex his, quæ Alexander ab Alexandro Genialium dierum libro 5. recenſet in hæc verba:

Quid variæ gentes de dijs ſenſerint & quàm impia & deteſtãda ſacra apud exteras gentes fuerint, quod quidẽ faciet ad multarũ rerum hoc in opere contentarũ, cognitionem, & potiſſimũ cùm de Iudæorum agetur hæreſi ſeu idololatria, vt eius origo facilè hoc pacto dignoſci poſſit.

Quàm impia, inquit, & falſa inter gentes olim de dijs opinio fuerit, quamque multiformes deorum vanitates, & quam infandis ſacris priſci deos coluerint, dictu referre difficile eſt. Siquidẽ primi mortales, nulla doctrinæ ſchola, ratione aut lege, ſed ſuo quiſque ingenio, & prout impetus animi tulit, deos geniosque adoptãdo, numina coluerunt. Primos enim qui antiquiſſimi fuerunt, haſtas coluiſſe cœpiſſe, ac ligna delibrata corticibus, pro dijs veneratos accepimus. Indè à Romanis religio fluxit, vt ſingulis deorum ſimulacris haſtas darent: tametſi antiquiſſimos Romanorum, centum ſeptuaginta annos ſine deorum imaginibus vixiſſe, nonnulli teſtati ſunt.

Indi quicquid colere cœperunt, præcipuè maximas arbores, deos putauerunt, illasq; pro numinibus venerati ſunt, quas ferro violâſſe capitale fuit. Ex quibus nõnulli draconem quinque iugerum, velut Liberi patris ſimulacrum, coluerunt.

Perſæ & Maſſagetæ, cælum & Iouem: Solem verò Deum maximum dixerunt, equosque illi ſacrauerũt: quibus interdictum erat, nè quem præter ſolem colerẽt. Quicquid verò quernis arboribus naſcebatur, è cælo miſſum putabant. Iidem Soli, Lunæ, Telluri & Igni, Aquæ ac Veneris, ſacrum facere inſtituerunt: quos omnes,

deos: igem verò, præcipuum duxerunt. Quę etiàm Magorũ opinio fuit,(cui Thales adſtipulatur) cur ignem tam religioſè coluerunt, vt cremare corpora ducerent nefas, nè contagio cadaueris, deorum maximum violarent.

Druidæ. De his videatur Cæſar 6. bel. Gal. 8.

Sunt qui arbitrantur, viſco, quod in querna arbore naſcebatur, nullum præſentius numen æſtimari. Hi fuerunt Druidæ, quorum vana ſuperſtitio inter mortales præcipua fuiſſe traditur. Alij mari por rectum colleni velut præſentem deum coluerunt, quòd eo occluſa vallis, æſtu Oceani non inundaret.

Aegyptij.

Mitto Aegyptiorum ſuperſtitionem, & falſarum opinionum ineptias, qui Apim pręcipuo honore venerati, ſolùm reſponſa dare, & proſperos euentus, aut futuras calamitates præmonſtrare fabulati ſunt: modò Iſim & Oſiridem, modò Serapim, & quod dicere piget, Crocodilos, à quibus hominem deuorari, tanquàm à Deo expetitum, magni muneris habebatur loco: modò Ichneumones, Ibes, & fœda animalia, aliaque ludibria religionũ, velut deorum numina colentes. Quinetiam Aegyptij, Solis ſimulacrum diplomatibus conſignatis adorant, quem Horum nuncupant, illudq; precibus & votis frequentant aſſiduè.

Arabes. Aethiopes.

Arabes, Iouem & Bacchum: Aethiopes ex dijs vnum mortalem, alterũ immortalem putant: nonnulli Pœnam & Beneficium.

Aſſyrij. Perſæ.

Aſſyrij & Perſæ, vnum bonorum largitorem, alterum malorum.

Numidæ.

Numidę Ammonem in deſertis arenis magnis honoribus frequentant.

Celtiberi.

Celtiberi cuipiam Deo, cuius etiã nomen ignorant, plena luna nocturnum ſacrum facere, & ante cuiuſque fores ſaltibus indecoris pernoctare didicerunt. Reliquas exteras & barbaras nationes mitto.

Quòd ſi illarum ſacrificia & ritus externos eruere conamur, quàm impios cultus & quam infanda ſacra, apud tot efferas nationes vario gentium ritu inueniemus?

Scythotauri. Laodicæi. Arcades.

Scythotauri primùm pro hoſtijs Dianæ, aduenas immolabant: Laodicæi, Palladi virginem: Arcades, Ioui Lycæo pueros. Plerique iuxta Boryſthenem, vecordi animo homines victimas dare, & in ſacrificijs deorum, humanis oſſibus adolere ſolebant.

Cæſar de Galliis id refatur 6. bel. Gal 9. Humanæ hoſtiæ.

Blemmyæ, Cimbri, Galli, Druidæ, & Germani, ſtatis diebus, humanis litant hoſtijs, & cruore captiuorum adolent aras: tunc propitiari Deum maximè arbitrati, quum per cruciatum homines excarnifi. carēt, ex pœnis hominum diuinationem & auguria captantes.

Fuit quoque apud Phœnices & Carthaginenſes nimiùm diù ſeruatum, vt infantes principali honore inſignes, ſorte ductos, in regio ornatu Saturno immolarēt hoſtias: & quem ſors morti deſtinàrat, morti ſubtrahere non licebat: quarè multorum ciuium largis fletibus deplorata funera fuére: à quibus ſacris cùm deſiuiſſent, poſtea victi ab Agathocle, deos proptereà ſubiratos arbitrantes, vt numen placarent, ducentos nobilium filios mactàrunt ad aras. Adeò cæca mortalitas ſub nomine religionis ad infandas cædes agebatur præceps. Id quod à Rhodijs & Cretenſibus factitatum comperimus, vt hominem epulis grauatum, ac pueros impuberes feſtis diebus Saturno mactarent.

Chius. Salamis. Homines diſcerpti. Puellæ atq; pueri ad necem flagellati.

In Chio & Salamine mos multa ſecula viguit, vt Diomedi & Dionyſio homines diſcerptos iugularent. Eiuſdemq; Dionyſij templum in Arcadia fuit, in quo puellæ ad aram flagellabantur ad necem: ſicut Spartæ in ara Mercurij & Orthię Dianæ, pueri. Quin etiàm alij ingenti ſimulacro viminibus intexto, & viuis hominib⁹ oppleto, ac igne ſucceſſo, hominibusque fœdum in modum exanimatis, maximũ holocauſtum dijs offerre putauerũt. Dies me deficeret, ſi Lacedæmoniorum, Galatarum, Maſſagetarum, Cimbriorum, Gallorum, Luſitanorum, Thracum, Germanorum, Senonum, Perſarum, Græcorum, Leucadiorum, Albanorum deniquè ſpurcos atque nefandos ritus in ſacrificijs dijs ſuis litandis recenſere pergerem: quos ſi quis fuſiùs nóſſe deſiderat, eundem Alexandrum ab Alexandro legat vltimi libri capite vltimo.

Hoc poſtremò addam ex eodem Alexandro, tantam fuiſſe(apud Græcos præcipuè)

cipuè) quondàm animorum inſipientiã, tamque præcipitem libidinem imperiti vulgi, vt omnes ferè mortales in templis coire, & nefandis libidinibus immiſceri, ac pudendis genitalibus ſacrũm facere, (quòd procicationis ſeminatium forẽt) nefas non putarent: ità vt Britannis longo tempore mos inoleuerit, coniuges & nurus nudas, & ſucco herbarum delibutas, ad templa ducere, & ità ſupplicare, ac captiuorum ſanguine dijs litare. Et Corinthi ſupra mille proſtitutas in templo Veneris aſſiduè degere, & in flammata libidine, quæſtui meretricio operã dare & velut ſacrorũ miniſtras deæ famulari.

Coitus in ſacris.

Piget (inquit rursùs idem Alexander) referre Romanos tunc rerum dominos, quibus fœdera, leges, & ſacra exteris dare nationibus imperium fuit: quanto in errore, & quàm tetra caligine verſatus fuit victor ille gentium populus, & totius dominator orbis, omni ſuperſtitioni obnoxius, Iunones & Genios quotidiè ſibi adſciſcendo, & noua numina adoptando: qui etiàm extraordinaria ſacra ex fatalibus libris facere coacti, Græcum & Græcã, totidemque Gallos, in foro boario ad placandas deorum iras, ſub terras viuos defodere veriti non fuerunt. Licuitque diù, in ſacris hominem interimere, & dijs immolare: adeò vt Saturnum & Latialem Iouem humana placarent hoſtia: cuius ſimulacrum, dum ſacrificant, humano ſanguine proluebant, donèc Cneo Cornelio Lentulo, & Publio Licinio Craſſo conſulibus, ſenatuſconſulto cautum fuit, nè nouam inducere religionem, néve hominẽ immolare, aut humano ſanguine litare liceret. Ac præter notiſſimos deos, homini vix initiato, & nondum in lucem edito, turbas deorum tanquàm pediſſequos & pædagogos, & tot vanitates præfecêre: Proſam, Poſtuertam, Egeriam, Fluoniã, Lucinam, Pilumnum, Picumnum, Eduſam, Potinam, Maiam, quæ Fatua dicta eſt, quos ſibi deos finxit antiquitas: etiàm Stabilinum, & Statanum, ac Fabulinum: aliosque Magnos, alios Geniales, alios Indigetes, nonnullos Patrios deos venerati. Adeò ignara ſuperſtitio, hominum mentes deprauat, & nonnunquàm ſapientem animos transuerſos agit. Hucuſque Alexander ab Alexandro.

Homines vi ui defoßi.

Homines im molare apud Romanos quandò vetitum.

Hæc verò hoc in loco præter inſtitutũ adijcere volui, quò pius lector facilè perpendat, vndè gens Iudæa, ſuæ hæreſis vel idololatriæ potiùs, originem traxerit, nimirùm ab ijs, de quibus Dominus illis in hunc modum præceperat: Non ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, quoniam Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui, nè quandò iraſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentâſti in loco tentationis. Tũ deindè, vt noſcitet, quantum debeamus Chriſto Domino, regi & doctori noſtro, quem verum Deum veneramur & ſcim⁹, quo præmonſtrante, exploſa ferarum gẽtium doctrina eſt: rituque immani & barbaro exibilato, veram religionem edocti, humanitatem & verum Deum colimus, euictisque erroribus & infandis ineptijs, quas priſci coluère, quid quenque deceat, & quibus ſacris, quaque mente Deum colere oporteat. Si quis verò meram huius hæreſis & idololatriæ originis deſcriptionem nôſſe volet, legat libri Sapientiæ Salomonis caput 13. & 14.

Deut. 6.

Num. 21.

BACVLARES

2.

BAculares ſunt ſecta Anabaptiſtæ, ad tertiam claſſem noſtræ tempeſtatis Euangelicorum pertinentes, alio nomine Stebleri appellati, quod (teſte Lindano) gladium, telum, aut arma præter baculum portare nefas habeant. Sunt & alij quidam huius ſectæ Clancularij nuncupati, à latendi ſtudio. Quidam Occulti occultorum. Quidam Manifeſtarij, à varia ſuæ perfidiæ profeſſione dicti. His adde qui ſe Scripturarios vocant, à diuinæ ſcillcet ſcripturæ profeſſione: ſicuti per Vuaterlandiã ſeſe Paulinos dictitant, à diui Pauli ſtudio. Fuerunt & * Olarij, ſic à Friſijs appellati, quod ſuos coniuratos non, niſi menſa bellè inſtructa, inuiſerent, atque ità fratrũ quos dicunt, bona abligurirent, quos inſtituti ſcopus, experiẽtia notus, facilè diſſipauit. Sed hi magìs inter delìros ſunt deputandi. Quarè illos omittentes in ſuo delirio, ad alios noſtra proficiſcatur oratio.

Stebleri.

Clãcularij.

Occulti.

Mãifeſtarij.

Scripturarij.

** Ollarij.*

BAGNOLENSES, *ſeu Baiolenſes.* 3.

BAgnolenſes ſiue Baiolenſes, & Concordenſes, vel Cozorenſes hæretici, exorti ſunt Conſtantini VI. Imperatoris, & Leonis III. Papæ temporibus, circa annum Domini 796. Hi (teſte Antonino IIII. parte ſummæ, titulo 11 ca. 7.) multis in erroribus adſtipulantur Albanenſibus, licèt in paucis ab eis diſſentiant. Hi ſiquidem velut illi, duo conſtituunt principia, vnum bonum, alterum verò malū. Sed inter reliquos, quos Guido Carmelita illis impingit, errores, vnus eſt præcipuus, quo aſſerunt omnibus Chriſtianis eſſe interdictum iuramentum: adeò quidem vt nuſquàm eis iurare liceat.

Hunc porrò errorem hoc ſeculo noſtri reintegrârunt Pſeudoapoſtoli, quemadmodùm ſuis locis videre eſt. Reliqua vide ſuprà in Albanenſibus atque Albigenſibus.

Iuramenti præceptum. Quantùm verò ad iuramentum attinet, hic referre non pigebit, quod in explicatione ſecundi præcepti docet doctus ille & pius Hoſius, Varmienſis Epiſcopus in hæc verba: Primo loco (inquit) corde, ſecundo prohibemur ore tranſgredi præceptum de diligendo Deo. Sic igitur dicit Dominus: Non aſſumes nomen Domini
Exod. 20. Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Deus eum, qui aſſumpſerit nomē Domini DEI ſui fruſtrà. Qui diligit & colit aliquem, non meminit illius niſi reuerenter, & cū quadam etiàm honoris præfatione. Cùm itaque præ cunctis alijs diligere nos & colere DEVM oporteat, committere nō debemus, quin & ipſi ſumma cum reuerentia nomen eius vſurpemus: neque id in alios, quàm tantam decet Maieſtatem, vſus conferamus. Quarè prohibetur hic omne iuſiurandum, quod non vel Dei gloria, vel fratrum vſus neceſſariò poſtulet. Peccat igitur contra præce-
Iurare quatenùs liceat. ptum hoc quiſquis voluntarie iurat. Nam ſi quis iuret exigente magiſtratu, ſibique iuramentum deferente, modò id faciat in veritate & iudicio & iuſtitia, non peccat. Nam quod prohibuit Deus, nè iuretur, illud Auguſtinus libro de Mendacio, cap. 15 prohibuiſſe vult intelligi, nè quiſquam ſicut bonum appetat iuſiurādum, & aſſiduitate iurandi, ad periurium per conſuetudinem delabatur. Quamobrem non eſt appetenda ſicut bona, iuratio, nec tamen fugienda tanquàm mala, cùm eſt neceſſaria. Cùm igitur non in bonis, ſed in neceſſarijs iuratio ſit habenda, refrenet ſe quiſque, quantùm poteſt, vt ea non vtatur, niſi cùm neceſſitas poſtulauerit: vt ſi quandò videt difficiles homines ad credendū, quod eis expedit credere, niſi quod dicitur, iurando firmetur. Quotiès autem vel ad Dei gloriam, vel ad proximi vtilitatem in veritate, iudicio, & iuſtitia iuſiurandum præſtatur, non modò contra præceptum hoc nihil fieri, verùm illud magìs impleri credendum eſt, *Deut. 6.*
quod in Deuteronomio ſcribitur: DEVM tuū timebis, & illi ſoli ſeruies, ac ꝑ nomē illius iurabis. Hæc Hoſius. Vbì quidem docet contra Baiolenſes ac ſimiles hæreticos, iuramentum non ſemper eſſe illicitum.

BALAAMITAE. 4.

BAlaamitæ hæretici à Balaam ariolo & pſeudopropheta ſunt appellati: qui, vt eſt in Apocalypſi diui Iohannis, docebant terrenos principes fornicari *Apoc. 2.*
& edere de idolorum ſacrificijs, hoc eſt, qui peccatum luxuriæ & gulæ, nullum eſſe in Deum crimen aſſeuerarent. Eoque *Balaamitarū hereſis.* tandèm apud Gentiles & Iudæos ventum eſt veſaniæ, vt nomine Balaam, ſibi idolū conſtituerint & coluerint, vt author eſt Philaſtrius libro de hæreſibus. Locus autē Apocalypſeos diui Ioannis ſic habet: Et angelo Pergami eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet romphæām vtraque parte acutam: Scio vbì habitas, vbì ſedes eſt ſatanæ: & tenes nomen meum, & non negâſti ſidem meam. Sed habeo aduersùs te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere & fornicari. *Num. 24.*
Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Huius porrò Balaam conſilium (inquit gloſa in librum Numerorum ca. 24) effectu completum eſt. Videns enim Iudæos ad luxuriam promptos, conſuluit Balac,

Balac, vt pulchras mulieres adduceret, & poneret coram filijs Iſrael, quatum pulchritudine capti, ruerent in amplexus earum, & ſeducti comederent de ſacrificijs Beelphegor. Vnde Albertus hunc locum interpretans, dicit tempore diui Ioannis quoſdam in Eccleſia Pergami extitiſſe, qui fornicari & edere de ſacrificijs idolorum docerent, nullum id eſſe ſcelus aſſerentes.

2. Per. 2. Huius hæreſis videtur meminiſſe diuus Petrus Apoſtolus Epiſtola ſecunda, ca. 2. cùm inquit: Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter nata in captionẽ & in perniciem, ea quæ ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ ſuæ, voluptatem exiſtimantes, diei delicias, coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcũ, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes rectã viam, errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ. Nam ſubiugale mutum animal, in hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipientiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxuriæ eos qui paululùm effugiunt, qui in errore conuerſantur, libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mũdi per cognitionem Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſùs implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribꝰ. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſùm conuerti ab eo, quod illis traditũ eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuũ vomitum: & Sus lota in volutabro luti. Hæc diuus Petrus.

Balaamitarum germana deſcriptio.

Num. 22.

Pro 25.

Iudas Apoſtolus. Cui ſententiæ accedit & beatus Iudas in ſua Canonica, ità inquiens: Væ illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes, ſine timore ſemet ipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia. Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Hi ſunt murmuratores, querulosi, ſecũdum deſideria ſua ambulantes & os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes perſonas quæſtùs cauſa. Hæc ille. Vbi quidem Apoſtolus eleganti collatione confert non Balaamitas ſolùm, ſed omnium ferè ſeculorum ſeductores his ſceleſtiſſimis & perditiſſimis viris, Cain, Balaam, & Core. Quot quot enim ab orbe condito impoſtores extitêre, qui docendi authoritatem ſibi vendicârunt, reiectis doctoribus veritatis, in viam Cain primò ingreſſi ſunt, à quo fratricidiũ & inuidiam didicerunt. Nam quemadmodùm Cain fratri Abeli vitam puram inuidit, & ob hoc eundem occidit: ità hi blaſphemi, latrones, & furciferi, viros purioris vitæ & religionis Chriſtianæ ſtudioſiſſimos, inuidia perſequuntur, mores Cain ſui præceptoris imitati. Secũdò in errore Balaam, mercede effuſi ſunt: Hoc eſt, illaqueati, decepti, & occæcati vitio ſui præceptoris Balaam, meruerunt ſua auaritia, donis & quæſtu in aliud ſceleris genus incidere: adeò quidem, vt in omne facinus prolapſi, iam quod malum & crimen grande eſt, pro virtute ducant, non minùs quàm Balaam, qui donis & auaritia corruptus ab Ammonitis & Moabitis, vt populo cui Deus benedixerat malediceret prouocatus eſt. Vbi profectò q. nihil ſibi temperant, ſed ad omne ſcelus parati, in omne facinus prolabuntur, effuſi dicuntur. Et quemadmodùm Core factioſus & ambitioſus, ſacerdotium vſurpare & præripere Aaroni voluit, ingẽtem concitans factionem aduersùs Moſen & eundem Aaronem, ſtatimque cum ſuorum curatorum exercitu, à terra dehiſcente viuus abſorptus eſt, & ad inferos deſcendit: ità & veritatis oppugnatores, qui ſua impietate aduersùs ſanctos magiſtratus conſilia ineunt & parant, ab vnitate ſanctæ eccleſiæ reſiliunt, & maie- Num. 16. & 26.

ſtatem regiam ambiunt, mores Core induerunt & ſequuntur. Sed qui maximè Balaamitæ dicantur, ex hiſtoria magis patefcet, quæ Numerorum libro, cap. 22. 23. 24 & 25. habetur. Et quam elegantiori planiorique ſtylo proſequitur Flauius Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum libro quarto, in hunc modum, poſt multa alia iam præfata:

Vos, inquit, ô Madianitæ, ſi aliquam victoriam aduersùs Hebræos iſtos, quibus me maledicere inſiſtitis, ad breue tempus lucrari deſideratis, eam quidem impetrabitis, ſi quæ moneo feceritis: Filiarum veſtrarum ſpecioſas, præcipuè virgines, quibus ſubdi & deludi caſtitas poſſit, inſpicientium propter pulchritudinis honeſtatem, circa eorum exercitum proximè deſtinate: & ſupplicantibus eorum iuuenibus, vt earũ amplexibus miſceantur, præcipite, quatenùs dum eos concupiſcentia viderint obligatos, deſerant: rogantibusque manere eas, non primitùs annuant, quàm eos patrias leges relinquere iubeãt, ſimul & honorem Dei qui eas poſuit eis, & Madianitarum atque Moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur Deus. Madianitæ verò dũ miſiſſent filias ſuas, ſicut ille monuerat, Hebræorum iuuenes decepti ſunt pulchritudine puellarum: & ad earum colloquia venientes, rogabant quatenùs earum pulchritudine fruerentur, nec conſuetudinis proximitate recederent. At illæ libenter hæc verba audientes, conſenſerunt eis, obligantes eos amore ſuo. Quibus dum concupiſcentia creuiſſet, eos illæ cœpère deſerere. Dumque illos anguſtia de mulierum diſceſſione crudeliter inuaſiſſet, vberrimis fletibus exorabant, nè eos illę deſererent, ſed futuras vxores & dominas omnium ſubſtantiarum ſuarum manere poſcebant. Hæc autem cum iuriſiurandi religione firmabant, Deumque mediatorem in promiſſione faciebant, flentes & vndique ſemetipſos miſericordia dignos mulieribus oſtendentes. Illæ verò dum eos ſeruitute iam captos eſſe cognoſcerent, & omni vinculo fidei conſuetudinis obligatos, eis talia cœperunt dicere: Nobis quidem ô fortiſſimi iuuenes, domus paternæ ſunt, & bonorũ magna poſſeſſio, parentumque & domeſticorum fauor atque dilectio, nihilque horum egentes, venimus ad veſtrum alloquium: nec quæſtum ſpecioſi corporis requirentes, veſtram nobilitatem adiuimus: ſed viros bonos & iuſtos exiſtimantes, honorare vos xeniis, quibus indigeatis, aduenimus. Nunc verò quandò dicitis, erga nos habere dilectionem, & noſtro contriſtari diſceſſu, neque nos veſtras preces abijcimus, ſed tantummodò fidem volumus fauoris veſtri percipere: per quam nos credere dignißimum iudicamus, vt veſtram conuerſationem diligentes, vxores eſſe poſſumus. Formidamus etenim, nè, dum fueritis ſatietate noſtræ cõſuetudinis adimpleti, deincèps contumelijs affectas, ad parentes nos proprios remittatis.

Rogantibus itaque illis, & vt vellent, fidem daturos ſe pollicentibus, & ob amorem in nullo contradicentibus, dixerunt illæ: Quoniam hæc quidem vobis placẽt, moribus autem & vita vtimini omnibus aliena, ita vt etiàm cibos proprios habeatis, & pocula cum nullis communia: necesse erit volentibus vobis habitare nobiſcum, etiàm & deos colere noſtros: nec erit indicium aliud circa nos veſtri fauoris, niſi eoſdem deos, quos nos, adoretis: nullusque culpabit vos, ſi terræ ad quam veniſtis [illegible] colatis & numina: vtique dum dij noſtri ſint communes omnibus, veſter verò in nullo ſit talis. Dicebant que eis, vt aut quæ eſſent omnium, ea facerent: aut aliam quærerent terram, in qua poſſent legibus proprijs conuerſari. Illi autem amore earum deuincti, optima illas dicere iudicantes, & ſemetipſos tradentes voluptatibus earum, patria iura tranſgreſſi ſunt: deoſque plurimos iam putantes, & immolare eis lege prouinciæ proponentes, cibis etiàm extraneis congaudebant: & omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias inſurgebant, ità vt iam per omnem exercitum iuuenes agerent contra legem, & ſeditio, priore multo peior incideret, cùm omninò ſolennitates iam propriæ deperirent. Nam dum ſemèl iuuenes mores attigiſſent extraneos, eos vberiùs appetebant. Sed & ſi qui priorum virorum propter virtutes patrum nobiles erant, cum eis vitio ſubia-

Marginal notes:

Conſilium Balaam aduerſus Iſraelitas, ex quo Balaamitæ hæretici appellantur.

Madianitarum mulierum ſuaſu & corruptela, Iſraelitæ in idololatriam, Deo vero contempto, prolabuntur.

Duces Iſrae litici exercitùs in crimine primi. Num. 25. 1. Cor. 10.

cebant. Hactenùs Ioſephus. Ob quod crimen, vt habetur Numer. 25. occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. Quapropter ſic diuus Paulus ſuos hortabatur Corinthios: Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupiêrunt. Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodùm ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria millia. Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus periêrunt. Neque murmurauerітis, ſicut quidam eorũ murmurauerunt, & periêrunt ab exterminatore. Hæc autem omnia, in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos, fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat nè cadat. Tentatio vos non appræhendat, niſi humana. Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Hæc diuus Paulus.

Num. 26.

Exod. 32.

Num. 14.

BALATIVS. 5.

Balatij in virgines & monachos ſæuitis.

BAlatius, vt author eſt diuus Athanaſius in vita ſancti Antonij eremitæ, & quemadmodùm in prima parte Vitaſpatrum recenſetur, fuit dux Aegypti, Arrianæ perfidiæ ſtudioſiſſimus fautor, Conſtantij Imperatoris & Iulij ſummi Romanorum pontificis temporibus circa annum Domini 352. adeoq; Dei eccleſiam perſequebatur, vt animo veſano virgines & monachos nudos verberibus afficeret in publico. Qua re commotus diuus Antonius, ad eum literas ſcripſiſſe fertur in hanc ſententiam: Video, inquit, ô Balati, iram diuinam breui ſuper te venientem: quamobrem deſine quæſo ità Chriſtianos, vt facis, perſequi, nè te Diuina vindicta occupet, quę ſanè proximum iam tibi minatur interitum. Quam epiſtolam cùm infelix ille legiſſet, ſtatìm eam riſu excepit, atque in illam expuens, in humum proiecit, & eos qui eam detulerant, iniurijs afficiens, talia Antonio ſuo nomine deferri eis præcepit: Quoniam cura tibi tantoporè monachorum eſt, ô Antoni, neceſſè eſt vt vel tandèm ad te meæ ſeueritatis atque vigoris tranſiliat diſciplina. Sed minas intendentem confeſtim oppręſſit ſupplicium, & quinque diebus trãſactis, os eius effrene vltio diuina compeſcuit. Nam cum Neſterio Alexandriæ pręfecto vrbem egreſſus, quum equis manſuetiſſimis ambo veherentur, & equi mutuò colluderent, mitior quo Neſterius portabatur, morſu repentino Balatium decuſſit in terram, eiusque femora dentibus lacerauit & corroſit. Sicque in vrbem relatus, poſt tertium diem è viuis ſublatus eſt, iuxta D. Antonij vaticinium: magnũ profectò hæreticam prauitatem ſpirantibus præbẽs exemplum ſuæ perfidiæ & temeritatis, diuinæq; vltionis patentiſſimũ miraculum.

Mors miſeranda Balatij.

BALTHASAR PACImontanus. 6.

BAlthaſar Pacimontanus fuit inter primos author horrendæ illius Anabaptiſtarum ſectæ, quæ anno Domini 1534. in principio Ianuarij vireſcere & creſcere cœpit in Vueſtphalia, Caroli quinti Germani Cæſaris, & Pauli 3. papæ temporibus.

Hic omittebat baptiſmum in paruulis, & eos non, niſi credentes, docebat baptizandos. De quo ſic ſcribit Hoſius libro, quem de traditionibus humanis edidit: Poſt Martinum Lutherum, Carolſtadiũ, Zuinglium & Oecolampadium, exortus eſt Balthaſarus, cui fuit ingens cum Zuinglio certamem. Primus hic ætate noſtra veterem Donatiſtarum errorem retulit, ac non prodeſſe paruulis baptiſmum docuit atque ideò rebaptizandos cenſuit. Et rursùs de expreſſo Dei verbo: Exortꝰ hoc infelici ſeculo noſtro Martinus Lutherus violenter in ſcripturas irrupit, ac ſubmotis omnibus, quod ipſe vellet, quodque ſuis dogmatibus commodum eſſet, hoc ſentire ſcripturam contendit. Deniquè ſic rem geſſit, quaſi ſcripturæ ſacræ non diſpenſator, verùm dominus eſſe poſtularet. Obſequium ab omnibus requiſiuit in eo, quem ipſe protuliſſet, ſcripturæ ſenſu amplectendo. Natus eſt poſteà Carolſtadius, & ex eo Zuinglius, Oecolampadius,

Balthaſari impium dogma.

M. Lutheri pernicies.

Carolſtadius, Zuinglius, Oecolampadius,

Caluinus, filij M. Lutheri.

dius, Caluinus. Et ſicut Lutherus catholicos omnes & orthodoxos, ſic ipſe Caluinus viciſsim vnà cum illis Lutherum etiàm ipſum ſubmouit, & non hoc ſentire ſcripturam quod Lutherus diceret, ſed quod ipſe doceret, magnis clamoribus contendit.

Balthaſar Pacimontanus.

Erupit alicundè non ità multò pòſt Balthaſar Pacimontanus. Is non à Luthero magìs, quàm à Zuinglio in certis ſcripturarum locis interpretandis diſſenſit, ac quod ipſe, non quod illi vellent, hoc ſentire ſcripturam contendit.

Eius hæreſes.

1. Docebat ergò impius iſte in partibus Germaniæ ſuperioris, paruulis non prodeſſe baptiſma, proptereà quòd ratione ac diſcretione carerent: ideoque non priùs baptizandos quàm diſcretionis annos attigiſſent. & qui antehàc baptizati fuiſſent, tûc rebaptizandos eſſe: quod in multis feciſſe perhibetur, multosque in ſuum impium errorem traduxiſſe, adeò quidē, vt huius factionis homines, Anabaptiſtæ, hoc eſt, rebaptizatores vocentur, quemadmodùm priùs dictum eſt in Anabaptiſtarum titulo.

2. Docebat rursùs cum Lutheranis, legitimum ſacrificium & ſacerdotium abrogandum.

3. Cum Zuinglianis in Euchariſtiæ ſacramento, realem Chriſti præſentiam negabat, præter alia multa & blaſphema & ſeditioſa.

4. Publicum item verbi miniſteriū prohibebat.

5. Deum humanam ex Maria naturam non ſuſcepiſſe contendebat, Chiliaſtarū errorem renouans.

6. Dominationem ſpernebat, nec legitimæ poteſtati ſubiectos homines eſſe volebat. Ex quo effectum, vt quocūque huius impoſtoris ſecta peruenerit, turbas & ſeditiones ingentes excitârit. Reliqua vide in Anabaptiſtis, & Donatiſtis.

BARBAS ANTIOchenus epiſcopus Arrianus.

7.

BArbas epiſcopus Antiochenus, fuit ſecta Arrianus, tempore Theodoſij Iunioris Auguſti filij Archadij, & Cæleſtini primi ſummi Romanorum pontificis, circa annum Domini 427.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 14. cap. 13. Eo tempore, inquit, defunctus etiàm eſt Dorotheus, Arrianæ religionis Conſtantinopoli præfectus, quum ad centeſimum & vigeſimū vitæ annum perueniſſet. Quē quòd ſtrenuè ſectam ſuam tueretur, Arriani ex Antiochia Conſtantinopolim tranſtulerant. Cuius ſucceſſor fuit Barbas, ſub quo Arriana religio duos eximios habuit viros, presbyteros ambos: alteri Georgio, alteri Timotheo nomen erat. Georgius Græcorum magìs diſciplinis pollebat, Timotheus diuinis literis plùs delectabatur. Et ille in Ariſtotele & Platone ſemper verſabatur, hic Origenem ſpirans in ore habebat, & ſacras literas publicè docens, in Hebræorum quoquè lingua deſudabat. Timotheus promptus paratusq́, fuit de ſacris literis reſpondere: & facilè quæ in diuinis oraculis obſcura inuenirentur, ſoluere & explicare potuit, atque in locis omnibus Origene maximè teſte vſus eſt. Quapropter vtrunque admirari mihi in mentem venit, quomodò ſcilicet vt Arrij dogma ſequerētur, animum induxerint, cùm alter Platonem, alter Origenem prorsùs ſpiraret: quum & Plato ſecundam & tertiam cauſam, vt ipſe nominare ſolet, initium eſſentiæ cepiſſe non dicat: & Origenes vbiq; in ſcriptis ſuis, verbis diſertis coæternum patri filium eſſe profiteatur. Nihilominùs tamen in eorum Eccleſia permanſerunt, niſi quòd Arrianorum religionem ſenſim & clàm corrigendo, in melius traduxerunt. Multas nanque Arrij blaſphemias in libris ſuis repudiârunt. Hæc Nicephorus. Idem habet Caſſiodorus Tripartitæ hiſtoriæ lib. 11. cap. 6. ex Socratis eccleſiaſt. hiſtor. lib. 7. cap. 6.

Dorotheus epiſcopus Arrianus centum viginti annorum.

Georgius & Timotheus Arriani presbyteri docti, quorum alter Platónicus, alter Origenicus erat.

Vndè Iuſtinus martyr aliquam notionem ſanctiſſimæ trinitatis Platonem habuiſſe opinatus eſt.

BARBARA SIGISmundi Imperatoris vxor.

8.

Barbara Imperatrix, hæreſes.

BArbara, Sigiſmūdi Imperatoris Germani coniunx (q anno Domini milleſimo quadringenteſimo vndecimo in Imperium ſuffectus eſt, pontificiam di-

dignitatem agente Ioanne huius nominis vigeſimotertio) ſtultas appellabat virgines, quæ pro Chriſti nomine paſſæ fuiſſent, propterea quòd voluptatis gaudia non guſtâſſent.

Dicebat etiàm animas cum corporibus interire, nec futuram aliam vitam eſſe poſt hanc quam viuimus: licèt matrimonio coniuncta fuiſſet principi inter reliquos qui cum præceſſerant, ſapientia, eruditione, & probitate clariſſimo: ſub quo Conſtantienſe concilium coactum & celebratum eſt. Quò cùm ille veniſſet ſub natalem diem Domini, functus diaconi officio, in Miſſæ ſacro Euangelium cecinit, Exijt edictum à Cæſare Auguſto.

Conſtantienſe conciliũ quando coactum.

BARDESANISTAE 9.

BArdeſanes Syrus genere, ex Meſopotamia ortus, patria Edeſſenus, vir eruditiſſimus, temporibus Marci Antonini Veri Imperatoris, & Pij huius nominis primi Romanorum antiſtitis floruit, circa annum Domini 163. A quo Bardeſaniſtæ ſeu Bardeſanitæ ſunt appellati eius hæreſis aſſectatores.

Bardeſanis hæreſes, atque vitæ inſtitutio, ex Euſebio, Auguſtino, & Nicephoro.

Hic, teſte Auguſtino, libro de hæreſibus cap. 35. in doctrina Chriſti priùs extitiſſe perhibetur inſignis, ſed poſteà in Valentini hæretici errores lapſus eſt, hoc rurſùs addens de ſuo, vt diceret humana omnià fato adſcribenda eſſe. Attamen Euſebius Cæſarienſis hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 4. cap. vltimo, de hoc Bardeſane loquens, aliter quã Auguſtinus de illo ſentit. Dicit enim illum primò in ſchola Valentini nutritum fuiſſe, poſteà verò cùm ſui magiſtri errores notâſſet, ad veram fidei regulam rediјſſe, quanuìs non omnes illius errores reliquiſſe adſerat. Dicit quoquè illum contra Marcionem & alios complures hæreticos ſcripſiſſe, & ad Antoninum Imperatorem, dialogum de fato edidiſſe, in quo idem Euſebius nullum illi errorem impingit, ſed è contrario eũ dialogum potentiſſimum appellat. Quòd verò ità ſenſerit, vt idem Euſebius illi aſſcribit, nimirùm quòd ex Valentini (cuius diſcipulus fuit) errore per contagionem nonnihil ægritudinis contraxerit, id docet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 4. cap. 11. in hæc verba:

Nicephorus de eodem Bardeſane.

Ea ipſa tempeſtate, inquit, quũ Phrygum aliorumque etiàm hæreſes in Meſopotamia exũdarent, Bardeſanes Syrus, cũ linguarum aliarum, tum Syri ſermonis peritiſſimus, prætereà verò hæreticis refellendis exercitatiſſimus, aduerſùs Marcionem & alios quoſdam, quinque variantium inter ſe dogmatum authores, ſtrenuè cum illis congreſſus, dialogos & inſuper alia plurima ſcripta, ſermone ſuo vernaculo edidit: quę quòd fortiter fidei verbum propugnarent, plures eius auditores in Græcam tranſtulere linguam. In ijs liber eſt, quem ad Antoninum de fato conſcripſit, ſatis in eo patrem verbi exprimens. Sed & alia opuſcula, cum occaſione ex perſequutione accepta, edidiſſe ferunt. Atque hic quidem Valentini primùm ſectator fuit: quem cùm improbaſſet, fabuloſasque eius doctrinas & opiniones ſatìs refelliſſet, ipſe quidẽ ſibi ad perfectionem & finem rectæ fidei perueniſſe eſt viſus: non omninò tamen veteris opinionis ſuæ, quæ in habitum abierat ſordes abſterſit. Hæc Nicephorus.

Epiphanius tamen Epiſcopus libro octoginta hæreſum, hæreſi quinquageſima ſexta, de hoc Bardeſane differens, aliter quàm Euſebius, Auguſtinus, & Nicephorus, de illo ſentit. Sic enim ait: Poſt hos deinceps ſequitur Bardeſanes quidam, à quo hæreſis Bardeſaniſtarum orta eſt, qui ex Meſopotamia ſecundùm genus & ciuitate Edeſſenorum erat. Hic primùm quidem optimus vir fuit, & libros non paucos ſcripſit quum eſſet ſanæ mentis. Nam ex ſancta Dei eccleſia prodierat, duarum linguarum Græcæ & Syriacæ peritiſſimus. Fuitque primùm Augaro Edeſſenorum principi viro ſanctiſſimo valdè familiaris, & ſimul eius adiutor, & ipſius eruditionis particeps. Poſt cuius obitum durauit vſque ad tempora Antonini Cæſaris, non Pij illius, ſed Veri nuncupati. Multa verò in Abidan aſtronomum contra fatum collegit. Sed & alia eius ſcripta ſecundùm piam fidem circunferuntur. Apollonio autem Antonini amico, ſuadenti vt ſe Chriſtianum eſſe negaret, contradicebat. Hic autem fermè in confeſſionis loco conſtitutus erat, pro pieta-

Epiphanij Epiſcopi de Bardeſane.

te defenſionem viriliter ſuſcipiēs, dicenſque ſe mortem non formidare, vtpotè quam neceſſè eſſet ei aliquandò ſubire, etiàm ſi regi non contradiceret: Adeò quidem, vt hic vir per omnia magnoperè ornatus erat, donèc in errorem ſuæ ſectæ prolapſus eſt: factus inſtar pulcherrimæ nauis, cui onus incomparabile immiſſum eſt, tandemque à portu ſoluta, in littus portui proximum impingit & confringitur, ſicque vniuerſum perdit mercimonium, quo onuſta erat, & iis qui ea vehebantur, mortem inducit. Corrumpitur enim eandèm hic vir doctiſſimus per Valentinianos, & ex ipſorum improbitate venenum haurit & zizania. Multa autem & ipſe alia principia emiſſionesque ac productiones enarrauit, & abnegata mortuorum reſurrectione, ſuam hæreſim diſſeminauit & docuit. Hactenùs Epiphanius.

Dicebat itaque, omnium hominum conuerſationes fato imputandas eſſe, & non libero hominis arbitrio, nempe quòd illud aſſereret ſubiici ſideribus. De hac hæreſi vide plura in Priſcilliano, Manichæo, & Valentino.

BARLAAMVS ET *Acindynus.* 10.

ADuerſùs Barlaamum & Acindynum, nouum generale concilium coactum fuit & celebratum, in præſentia illius beati & celeberrimi Imperatoris Domini Michaelis Andronici, cognomento Palæologi, Imperatoris Græcorum, & Ioannis eius filii, ſub Henrico ſeptimo Cæſare Germano, & Ioanne 22. huius nominis ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1313.

Barlaami & Acindyni hæreſes. Cenſebant enim iſti, modò nullum diſcrimen eſſe in diuina natura, ſubſtantia, & effectu, ſed idem eſſe nec diuerſum: modò differentiam eſſe profitebantur, ſubſtantiam tamen increatam. Eius autem eſſentiales actiones & naturales ſentiebāt eſſe diuerſas, non tamen increatas, ſed creatas.

Prætereà, id quod in Taborio monte effulſit diuinum illud lumen, phaſma, id eſt, ſpectrum duntaxàt & creaturam, quæ ortum habet & interitum: Verùm non diuinæ naturæ naturalem ſplendorem, & (vt ità dicam) deitatem & lumē quod eſt, quodque inacceſſum dicitur.

Itaque aduerſùs iſtos qui iſta dicerent, collectum eſt hoc ſanctū concilium, quod refellendo eos deſipere ac mētiri in quouis genere orationis demōſtrauit, ac magis impios eſſe, quàm cæteros hæreticos, ideoque ab eccleſia eiiciendos cenſuerunt. Concilii ad decretā contra Barlaamum. Contra quos in hunc modum decretum eſt: Accepimus quòd Deus in ſe operantem declaret diuinæ naturæ effectum, nihil autem ex tribus effectus eſt. Accepimus, quòd nullum poteſtatem aut effectum habeat, neque eſt: nec quicquam eſt eius adiectio vel diminutio: ſed quod habet, alienum eſt penitùs ab eo quod habetur.

BARTHOLOMAEVS *Ianoueſius.* 11.

BArtholomæus Ianoueſius ex inſula Minorica oriundus, tempore Caroli quarti Cæſaris Germanici, & Vrbani Papæ V. circa annum Domini 1363. libellum quendam edidit, in quo has de Chriſto hæreſes protulit.

1. Præfixit primùm, quo tempore Antichriſtus erat aduenturus, diem præfini ens quo eius diſcipuli erant per vniuerſum orbem apparituri, nimirùm die Pentecoſtes anni Domini milleſimi trecenteſimi ſexageſimi, contra illud: Non eſt veſtrum nóſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Bartholomæi Ianoueſii hæreſes. Act. 1.

2. Item omnes Chriſtianos habentes vſum liberi arbitrii, per Antichriſtum peruertendos eſſe dicebat: adeò quidem, vt in ipſius Antichriſti perſtarent immobiliter erroribus: intantùm, vt nulla ratione deincèps conuerti poſſent ad fidē Chriſti: & characterem, quem in eorum vel fronte vel manu eſſet Antichriſtus impreſſurus, tantam vim & efficaciam in eorum animis habiturum, vt in eius perdurarent erroribus: ſicque tandèm certiſſimè damnandos eſſe, & igne miſſo de cælo corporaliter morituros.

3. Aſſerebat tertiò, non ſolùm Chriſtianos.

ſtrorum infantulos ſed & Iudæorum quoquè,& Saracenorum,& omnium poſtremò quorumcunque infidelium, tam paruulos quam adultos,qui per Antichriſtum eſſent ſubuertendi,poſt ipſius interitum omnes eſſes conuertendos ad fidẽ Chriſti, ſed non ità futurum de adultis Chriſtianorum ab eodem Antichriſto ſeducendis:ſicq; tandèm totam Dei eccleſiam conſtituendam, ex Iudæis & cæteris infidelibus ad Deum conuertendis.Libellus verò Bartholomæi, ex quo hæ hæreſes deſumptæ ſunt, eo ipſo pœnitente, & errores publicè abiurante,igni poſtremò traditus eſt, & in cineres cum authoris memoria redactus.

BASILIDIANI.

12.

BAſilidiani à Baſilide Alexandrino, intemperantiæ magiſtro, dicti ſunt. Emerſit autem ille ſub imperio Adriani prænomine Aelij Cæſaris, & Alexandri Papæ huius nominis primi,circiter annum Domini 124.

Baſilidis hæreſes.

1. Hic inter reliquas eius blaſphemias,cũ Iudæis Chriſtum paſſum ac crucifixum fuiſſe abnegauit, ſed Simonem Cyrenæum, qui angariatus, eius crucem ſuſtulit, vt author eſt Euſebius Cæſareenſis lib quarto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, capite octauo,& diuus Auguſtinus libro de hæreſibus.

2. Auertebat quoq; homines à martyrio, aſſerens perſecutionis tempore Chriſtum negare,crimen non eſſe:Ideoq; non paruam fore dementiã hac de cauſa mortem ſubire, cùm citra crimen poſſit Chriſtus negari.

3. Cum Saducæis,Simone Mago,Hymenæo, & Phileto carnis reſurrectionem futuram eſſe negauit.

4. Docuit rursùm, virginitatem non eſſe apud Deum maioris meriti,quàm coniugium,ſed pares eſſe nuptias virginitati.

Hieronymus.

De qua re diuus Hieronymus libro ſecundo aduersùs Iouinianum, circa finem ſcribit in hunc modum : Quadringenti ferè anni ſunt,quòd Chriſti prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam illius conſciderunt. Vniuerſus penè error de Chaldæo & Syro & Græco ſermone proceſſerat.Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorũ complexuum, poſt tot annos ità in Iouinianum quaſi in Euphorbum transformatus eſt, vt Latina quoq; lingua haberet hæreſim ſuam. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis conſtat,hãc hæreſim à Baſilide initium ſumpſiſſe. Epiphanius tamen libro primo contra hæreſes tomo ſecundo,de Baſilide differens,omneſq; illius errores enarrans, non dicit illum æquâſſe nuptias virginitati,ſed promiſcuum coitum & liberum,aliaſque nefandas libidinis ſpecies docuiſſe,quemadmodùm eius magiſter Saturnius legitur feciſſe. Ex quo colligitur, D. Hieronymũ ideò dixiſſe Baſilidem trãsformatum fuiſſe in Iouinianum, quanuis ille nihil de virginitate dixerit.

Epiphanius.

Fuit hic vir acutiſſimo ingenio, adeò quidem, vt vigintitria volumina à ſe confecta poſt ſe reliquerit : de quo 1. quæſt. 1. ſic habetur: Marcion & Baſilides non habent Euangelium, quia non habent ſpiritum ſanctum. Contra hunc Agaippa Caſtorius librum conſcripſit, ipſius Baſilidis confutationem validiſſimam complectentem, vbi quidem verſutia & calliditas viri ad decipiendum perquàm apta detegitur. Dicit quoquè gloſa ſuper præfatione Euangelij Lucæ, hunc Baſilidem & Apellem, ſub nomine Thomæ & Matthiæ & aliorum Apoſtolorum, multa falſa ſcripſiſſe. Quapropter venerabilis Beda aſſerit,Lucam Euangeliſtam ea de cauſa potiſſimùm,ſuum edidiſſe euangelium, nè eſſet, inquit, pſeudoeuangeliſtis facultas prædicandi, qui ſub nomine Chriſti Apoſtolorumque eius, conati ſunt ſectas perfidiæ inducere. Vndè diuus Ignatius ad Tralleis ſcribens: Fugite, inquit, Baſilidem, & totam collectionem indignitatis ipſius. Et ſanctus Auguſtinus libro de hæreſibus: Baſilides, inquit, in hoc diſtat à Simonianis, quòd trecentos ſexagintaquinque cælos eſſe dicebat, mundumque iſtum vel hominem non à Deo factum, sed ab ipſis trecentis ſexagintaquinque cælis. Et Hieronymus in librum Amos : Baſilides omnipotentem Deum portentoſo nomine ap-

Baſilidis ingenium acutiſſimum.

Beda.

Ignatius.

Auguſtinus.

Hieronymus.

pellat, eumque dicit in Solis circulo contineri. Idem aduersùs Luciferianos: Baſilides ſummum Deum, Abraxas cum trecentis ſexagintaquinq; editionibus commentatus eſt. Rurſus: Abraxas eſt deus fictitius Baſilidis, ex numeri ſupputatione.

Tertullian. Hic item cum Marcione (authore Tertulliano libro 5 in Marcionem) epiſtolas ad Timotheum & ad Titum reijciebat, nulla ad hoc alia cauſa adductus, cur Apoſtolicas non putaret, niſi quòd (vt diuus ait Hieronymus in eam quæ eſt ad Titum) non erubeſcant hæretici ſua authoritate falſa ſemper ſimulare. Vndè ait Philaſtrius libro quem de hæreſibus conſcripſit: Baſilides, qui & Hæreſiarches dicitur à multis, de lege & prophetis & Apoſtolis proponendo & loquendo, ſentiendo autem aliter quàm decebat, iura violabat Chriſtianæ veritatis. Qui cùm in Aegyptum veniſſet, docebat de innato & ſolo Deo natum fuiſſe intellectum, de intellectu verbum, de verbo ſenſum, de ſenſu autem & virtute ſapientiam, de virtute autem & ſapientia, principatus & poteſtates & angelos factos diuerſos. Ipſi enim angeli fecerunt, inquit, cælum primum: poſt hos alij angeli ſecundum creàrunt cælũ, & ità alij ex alijs prolati fecerunt tertium cælum, ſicq; tandèm ſecundùm ordinem & alij trecentos ſexagintaquinque condiderunt cælos: imponens vtriquè & virtutibus illis nomina angelica. Ex quo ſuis magijs & impoſturis ille multos imperitos decepit. Hominem autem ab angelis factum aſſerit. Dominum quoquè verum omnipotentem, audet angelum dicere, & genus Iudæorum in hæreditatem accepiſſe, eoſque eduxiſſe de terra Aegypti. Hic ergò populus ea de re audacior factus & elatus eſt, inquit, aduersùs cæteros angelos: & volens alios ſibi ſubijcere, contrarias gentes habuit, quas commouerunt virtutes inimicæ eius. Ideò & contra Iudæos diuerſæ gentes, inquit, ſurrexerunt. Chriſtũ autem dicit quaſi per vmbram putatiuè paſſum fuiſſe: Simonem verò Cyrenæum pro eo ad paſſionem veniſſe affirmat: ipſe enim, (inquit) portauit eius crucem. Hic etiam male viuere permittit, datq; licentiam vitijs ſecularibus inhærere. Prohibet etiàm homines pati martyrium pro nomine Chriſti, ità dicens: Ignoras quid deſideras: non enim paſſus eſt Chriſtus, neq; crucifixus eſt. Quomodò itaq; potes (inquit) confiteri hunc crucifixum, cùm non ſit crucifixus, & ignoras quòd paſſus ſit? Hæc Philaſtrius.

Philaſtrius.

Baſilidis error.

De hoc etiàm ſic habet Nicephorus ecclefiaſticæ hiſtoriæ libr. 4 cap. 2. Iam, inquit, verbum ſalutis per omnẽ peragrabat terram, orbemque ipſum, quoàd eius fieri potuit, occupabat. Et fidei doctrina altiùs in piorum hominum cordibus radicibus actis, firmum habebat fundamentum, ex apoſtolica videlicet doctrina & vita, & quæ indè profluxerunt miraculis: tum autem ex Apoſtolorum ſucceſſorum ſermonibus & libris, qui propter veritatem eorum inexpugnabilem, refelli non potuêre: inſuper verò ex generoſorum etiàm martyrum certaminibus & luctis. Perſecutiones enim lætiorem quoq; & florentiorem reddidère eccleſiam. Communis autem pietatis & religionis noſtræ aduerſarius & hoſtis, quietus eſſe non potuit. Quum enim cerneret, per omnes paſsim regiones, Eccleſias luminarium inſtàr, claré atq; ſplendidè, per eam quæ eſt in Seruatorem & Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM fidem, relucentes, admodùm florere atq; vigere, ſaluti hominum inimiciſſimus, quum iamdudùm omnes expertus artes, exteriùs perſequutionibus funditùs eas eſſet extirpare conatus, vbi cœptum ſuum, fortiter repulſus & martyrum ſanguine propè ſuffocatus, fruſtrà eſſe vidit, alia rem via tentandam eſſe exiſtimans, dolum talem excogitauit, vt viri ſeductores & impoſtores, Chriſtianũ ſibi vſurpantes nomen, ſimul & quos cepiſſent fideles, in foueam perditionis impellerent: & qui technas illorum ignorarent, eis ſani & ſalutaris verbi diſcendi ſtudium & deſiderium corrumperent & deprauarent.

Nicephorus.

Quibus rebus in orbe propagata ſit euangelica doctrina.

Diabolus quum tyrannorum crudelium perſequutione Euangeliũ opprimere non poſſet, fraude & verſutia hæreticorum euertere id eſt aggreſſus.

Primùm igitur contra eos excitauit Simonem, deindè Menandrum, Cerinthũ, & Nicolaum, de quibus vide locis ſuis. Paruo deindè interuallo, monſtra alia exhibuit. A Menandro nanq; ambiguæ bicipitiſque contagionis viperina vis exorta, duarum hæreſium progenuit duces, Saturninum & Baſilidem. Quorum hùc Alexan-

Primi in eccleſia hæretici, craſſi ac potius Epicurei, & impoſtores manifeſti.

andria, illum Antiochia produxit: & alter in Aegypto, alter aũt in Syria exoſas Deo aperuere ſcholas. Irenæus Saturninũ eadem, quæ Menandrum, ementium eſſe dicit: Baſilidẽ aũt portentoſas confinxiſſe fabulas, & arcanarum ineffabiliumq́; rerũ præ ſe ferentem ſcientiam, latentem carũ ſenſum & inuentionem in infinitum extendiſſe. Et quum eo tempore quamplurimi eccleſiaſtici viri obuiàm illis, à recta ratione petitis argumentis, cunctos, apoſtolica obtinerent decreta: fuêre quoq; inter eos, qui in libris ſuis contra inſidias talium hæreſum præſeruatiua præcepta reliquerint. In quibus & Caſtor Agrippa, repræhenſionem Baſilidis importunitatis edidit: præſtigiasq; eius & arcana proferens, in Euangelium viginti & quatuor libros eum compoſuiſſe ait: Barcabamq; & Barcoph prophetas, qui in rerum natura nunquàm fuerint, ad barbarorum hominum terrorem ſibi conſtituiſſe, Pythagoricum ſilentium induxiſſe, & res nullo in diſcrimine ponere docuiſſe: perindè atq; tempore exigente, abſq; exceptione omni præciſè fidem abiurare, & guſtare quæ idolis ſint mactata, liceret. Atq; equidẽ de Baſilide Irenæus itidèm agens, pudendũ errorem eius pulchrè in apertum produxit. Nam cum Tertulliano aſſerit, eum inter cætera eius deliramenta, Chriſtum nõ à Deo qui creauit omnia, ſed ad Abraxas in phantaſmate, non in ſubſtantia carnis, miſſum, nec à Iudæis cruci affixum, ſed Simonem eius vicem paſſum, & proindè crucifixum, & propterea non adorandum eſſe blaterauiſſe. Hæc Nicephorus.

Caſtor Agrippa aduerſus Baſilidẽ ſcripſit.

Tertulliani de Baſilide ſententia.

Huius impoſtoris damnandam hæreſim reintegrarunt nonnulli noſtræ huius tempeſtatis Euangelici, vt pulchrè docet pius ille Lindanus libro cui Dubitantius titulus eſt, dialogo ſecundo, in hæc verba: Baſilides, inquit docuit, Chriſtum humanam naturam ex virgine non aſſumpſiſſe: ſic hodiè Melchior Hoffman ait formula eccleſiæ Auguſtanæ, anno Domini 1556. Sic & Menno, colloquio Vuiſmarienſi, contra Micronium idem defendit. Rurſus Chriſtum ſecundùm animam habere ſubſtantiam æteram. Sic Seruetus in dialogis, & Poſtellus in Claue abſconditorũ. Hæc Lindanus.

Baſilidiani noſtri ſeculi

BASSVS. 13.

Baſſus, Cerinthi, Ebionis, & Valentini hæreticorum diſcipulus & ſucceſſor, paulo poſt Apoſtolorum tempora erupit, nequitiæ magicæ peritiſſimus, Imperante Antonino Pio, & Higino ſummũ agente pontificium, circa annum Domini 150.

Hic (authore Philaſtrio) in vigintiquatuor literis, & ſeptem aſtris rerum omnium perfectionem, vitam deniq; & generationem omnium hominum conſiſtere aſſerebat, non in Chriſti maieſtate & potentia, propterea, quòd Chriſtus dixiſſet ſe eſſe Alpha & O mega, id eſt, principium & finem, eius ſententiam perperàm intelligens: Ideoq; non in ipſius Chriſti maieſtate aut præſentia corporali veram hominum ſalutem ſperandam eſſe. De hoc vide plura in Valentino & Secundo.

Baſſi hæreſis

BATEMBVRGICI. 14.

Batemburgici errones, authore Lindano in ſuo Dubitantio, dialogo 2. inter Anabaptiſtas à quodam Ioanne Batemburgo, errone, quondam gregario milite dicuntur appellari, qui ex profeſſo magis ſunt ſeditioſi. Cuius rei nupèr admodùm manifeſtum dedit indicium, libello in vulgus ſparſo, cui titulum fecit, Noua practica gerendi belli, quo ſuos ad inteſtinum armat bellum. Sed hos, tanquã veros parricidæ illius ſpiritûs diſcipulos, alij execrantur, ſuæq; negant eſſe eccleſiæ: quòd ſuos iſti ad ſacrilegia, templorumq; hortentur prædationes. Sunt autem iſti ſectã Antilutherani, ad tertiam Euangelicorum noſtri ſeculi claſſem pertinentes.

Batemburgici ſeditioſi.

BAYRAS. 15.

Bayras hæreticus de ſecta Iacobitarũ fuit, à quodam Iacobo Syro genere, obſcuro prorsùs & nulla gloria viro, ſic nuncupatorum: qui Iacobus Eutychetis, Dioſcori, & Cnaphæi, atq; Petri Seueri dogmate recepto, id magnoperè apud Syros propagare ſtuduit, ſub Heraclio Impera-

peratore, & Honorio huius nominis primo, ſummo Romanorum antiſtite, circa annum Domini 624.

Bayras Mahometicę perfidiæ adiutor.

Hic porrò Bayras, ſatanæ ductu, cum pleriſq; alijs hæreticis Mahometi (qui in Arabia apud Agarenos & Saracenos prophetam ſeſe venditabat & regem pariter) adhæſit, ſuæ perfidiæ propagandæ fautor & doctor egregius atq; peruigil. Nã cùm eſſet Mahometes literarum rudis & expers & penè idiota, Bayras illum in diuerſis erroribus, quibus imbutus erat, inſtruxit. De quo ſic ſcribit frater Ricoldus ordinis Prædicatorum, eo commentariolo quod contra ſectam Mahometicam edidit, cap. 13. Videns (inquit) diabolus fidem Chriſti in Orientalibus regionibus maximè præualere, idololatriam verò prorsùs deficere, iamiam Coſdroe Perſarum atq; Medorum rege idololatra ſuperato per Chriſtianiſſimum Heraclium Imperatorem, & per eundem cruce Chriſti exaltata, & magis atq; magis deincèps exaltanda, cùm ipſe diabolus non poſſet ampliùs deorum multitudinem defendere, nec omninò Moſis legem & Chriſti Euangeliũ excludere, quod iam per vniuerſum mundum promulgatum erat, figmento legis cuiuſpiam, quaſi mediæ inter nouum ac verus teſtamentum, mundum ſeducere excogitauit. Quod vt executioni demandaret, hominem quendam diabolicum, nomine Mahometem, religione idololatram, fortuna pauperem, mente ſuperbũ, & maleficijs inſignem ſibi delegit. Qui cùm talis exiſteret, in tantam demùm ꝓrupit ſuperbiam & arrogantiam, vt & rex Arabum fieri excogitauerit. Sed cùm illi (quod is & genere & fama admodùm vilis eſſet) in id muneris & dignitatis aſſumere dedignarentur ac recuſarent, ſe prophetam eſſe cõfinxit. Cumque comitiali morbo laboraret, nè quis illum ea infirmitate detentum eſſe arbitraretur aut crederet, continuè cadens, ſe cum angelo colloqui mentiebatur. Sic enim illum corripiens aggrediebatur diabolus. Fingebat item cùm ſic in humum decideret, ſe reſponſa quædam audire & accipere in modum campanæ ſuis auribus circunſonantis. Et quia (vt iam dixi) idiota erat illiteratus, quoſdam ſibi ſocios adnexuit diabolus, ſuæ perfidiæ & factioni congruentiſſimos nimirum hæreticos, cùm Iudæos tum Chriſtianos, qui illi adhæſerunt. Inter quos fuerunt Sergius quidam apoſtata, & Bayras Iacobitarum hæreſis affecta-tor, qui cum eo ad mortem vſque perdurauit, tanta ſanè veſania, vt eo mortuo, fe-ratur Mahometes nihil poſtea feciſſe. Ex Iudæis autem dicuntur illi adhæſiſſe Phinees quidam nomine, & Abdias cognomento Salon, poſteà verè Audala dictus & *Solem: & qui deindè ambo Sarraceni facti ſunt. Neſtoriani etiam quidam ei ſunt ſociati, vtpotè qui cum Sarracenis maximè conuenirent in hoc, vt dicerent Deum non eſſe natum de beata Virgine, ſed hominem Ieſum Chriſtum. Hæc ex Ricoldo. De hac ſecta vide plura in Mahomete.

Ricoldus de Mahometis origine.

Mahometes ſe prophetã eſſe commiſcitur.

Sergius & Bayras Mahometis fautores.

* Salem.

BEDRICVS.

16.

Bedricus patria Stanicenſ. & natione Morauus, bellis aſſiduus, Orebitarum hæreticorum author fuit tempore Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Martini V. maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 1418.

Hic (authore Aenea Syluio de origine Bohemorum, cap. 47.) ſpreta religione Chriſtiana, calcatoq; pontificio iure, vxorem publicè duxit, qua tandèm emortua, alteram ex Polonia ſuperduxit, ex qua filios ſuæ nequitiæ ſectatores ſuſtulit. Malè autem ſentiebant illi cum patre eiuſq; ſectatoribus de incarnatione Chriſti, lacerantes eccleſiam, & catholicam fidem fraudulenter corrumpentes. Aduersùs quam hæreſim Martinus quintus pontifex maximus, nominatìm crucem decreuit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectæ homines quotiès ſacerdotes noſtros intercepêre, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos demiſêre, con parui momenti exiſtimantes, vel defectis viribus abire permiſerunt. Hęc Syluius. De hac hæreſi vide plura in Orebitis.

Bedrici & aſſectatorũ eius hæreſes.

BEGARDI ET BEguinæ. 17.

Begardi qui. Begardi, qui & fratricelli, ſeu fratres de paupere vita, vel Biſochi, ſunt quidam hæretici, Germaniam inferiorem incolentes, profeſſione monachi, cœnobia quidem habentes, & tria vota, vt alij monaſticam profeſſi, emittentes: cæteſùm varios diuerſoſque contra orthodoxam fidem errores ſequentes. Beguinæ quę. Beguinæ verò ſunt mulierculæ, quæ cùm honeſtè & religioſè in ſua ſocietate & muliebri contubernio degant, nullum tamen expreſſum votum emittunt, nec huius ſeculi facultatibus renunciant, ſed cùm illis gratũ eſt & huiuſmodi viuendi ratio diſplicet, liberam illinc recedendi libertatem habent, & in vniuerſum ſeſe abdicare ſocietate interìm hæretica prauitate infectæ. Hoc genus hæreticorum emerſit tempore Ludouici Bauari Cæſaris Germani, & Ioannis huius nominis vigeſimiſecundi Romanorum pontificis, circiter annum Domini 1314.

Begardorũ vitæ inſtitutio. Hi demiſſa ac prominenti cuculla incedebant, lauta conuiuia quæſitabant, mulierum conſortium non reſpuebant nec aſpernabantur, in eccleſia humi ſedebant, vultu verſo ad parietem: oculos denique ad cælum non eleuabant. Hæreſes, quas hi maligni homines, procurante latore malorum operum, aſſerebant, ſunt iſtæ:

Begardorũ & Beguinarũ hæreſes. 1. Dicebant primùm, hominem poſſe in præſenti vita finalem conſequi beatitudinem iuxta omnem gradum perfectionis, quem habiturus eſt in cæleſti patria: adeò quidem, vt hic reddatur impeccabilis, & tanta cumulatus gratia, vt ampliùs in ea proficere non valeat.

2. Item omnem intellectualem naturam, in ſeipſa naturaliter eſſe beatam, & non Dei gratia, contra illud D. Pauli: Gratia Dei vita æterna. (Rom. 6.) Et iterum: Iuſtificati gratis per gratiam Dei. (Rom. 3.) Si ergò gratis iuſtificamur, multò magis & gratis beatificamur. Et rursùs: Non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis. (Rom. 9.) Ex quo conſequitur, quamlibet intellectualem creaturam in ſeipſa naturaliter beatam non eſſe: indeq; adeò animam inuigere lumine gloriæ ipſam attollente ad videndum Deum, & eo beatè fruendum.

3. Docebant quoq; mulierem deoſculari, cùm ad hoc natura non impellat nec inclinet hominem, eſſe peccatum mortale: carnalem autem coitum, vrente carnis libidine ac impellente natura, nõ eſſe peccatum, maximè cùm titillatur exercens.

4. Dicebant quarto, hominem in ſtatu perfectionis & ſpiritu libertatis conſtitutum, nulli humanæ obedientiæ ſubiectũ eſſe oportere. Ex quo conſequeretur (authore Franciſco de Sarabellis) aliquos eſſe Acephalos, hoc eſt, ſine capite contra illud 93. diſtinct. Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, q nullius ſub epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur. Tales enim, Acephalos priſca conſuetudo nuncupauit.

5. Docent rursùs, hominem non obligari ad ieiunia eccleſiaſtica, nec orare Deum illum ampliùs oportere, qui ad perfectionis ſtatum peruenerit.

6. Item eſſe hominis imperfecti, in operibus virtutum ſeſe exercere, adſtruentes animam à ſe virtutes hoc pacto reijcere: quapropter hominem cùm ſupremum perfectionis ſtatum attigerit, nulla bona opera facere debere.

7. Dixerunt etiàm, poſſe hominem tantam virtutis perfectionem in hac miſera vita conſequi, vt omninò ad peccandum reddatur impotens, vt ſuprà attigimus.

8. Præterea in corporis Chriſti eleuatione, nullum debere aſſurgere, neq; vllam quidem reuerentiam eidem exhibere docebant. Contra hos hæreticos eorumque errores, lege Alpharum lib. 2. de planctu eccleſiæ.

BELLIANI. 18.

Belliani ſunt ſemilutherani, ex ſecũda claſſe noſtri ſeculi Euangelicorum, quos (teſte Guilhelmo Lindano eccleſiæ Ruræmundenſis epiſcopo, ſui Dubitantij dialogo ſecundo) à Bellio Montfortio dicit Beza originem ducere: ſed eorum errorem nõ attingit, niſi fortè quòd hæreticos ſcripſerit ille, contra Caluini doctrinam, occidendos non eſſe. Bellij error.

BELITAE. 19.

Bel lingua Aſſyriaca idem quod ſol.

BElitæ à Belo rege Aſſyriorum & patre Nini, à ſole ità dicti, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur, ſunt appellati. Qui Belus cùm Orientem potenti regimine multo tempore detinuiſſet, tandemque vita functus eſſet, ei templum erexerunt Babylonij, diuinisq; eum honoribus ſunt proſequuti. Ex cuius cultu Belitæ ſeu Baalitæ ſunt nuncupati, qui aut ex tam impia progenie emerſerunt, aut eorum abominationem ſunt imitati. De qua re Iudæorum populus, talium impietatem ſequendo, multis in locis diuinæ ſcripturæ accuſatur, nimirùm quòd illi regi & eius filijs ac filiabus omniq; eorum cognationi ſacra facerent: ex quo etiàm tandem effectum, vt diuerſis captiuitatibus attriti, perierint ad internecionem vſq;. De his vide ſuprà in Baalitis.

BERENGARIVS. 20.

BErengarius natione Gallus, archidiaconus eccleſiæ D. Mauritij Andegauenſis, vir quidem (Guidone archiepiſcopo Auerſano teſte) literis humanioribus & ſacris parùm eruditus, ſed dialecticis quibuſdam captiunculis prorsùs deditus fuit, quibus fallacem huius ſeculi gloriam captare modis omnibus ambiebat. Qua de cauſa effectum tandem eſt, vt in hanc inſaniam prorumperet, vt verum corpus & ſanguinem Chriſti non eſſe in pane & vino poſt conſecrationem iuxta inſtitutum Chriſti docuerit. Qua occaſione motus Leo, hoc nomine nonus, ſummus eccleſiæ Romanæ pontifex, vir ſanè omnium hiſtoricorum teſtimonio vitæ ſanctitate clarus, Vercellis concilium coegit, quò Berengarium accitum minimeque (vt Lanfrancus ait) venire volentem, cum ſuis aſſectatoribus, niſi ocyſſimè reſipiſcerent, perpetuo damnauit anathemate. Leo tamen, pauco pòſt interiecto tempore, vita defungitur, atque Berengarius in ſua obſtinatione perſiſtens, venenum ſuæ hæreſis per totos diffudit Gallias. Quapropter Victor huius nominis ſecundus, qui Leoni nono ſucceſſit, concilium Turonis per Hildebrandum eccleſiæ Romanæ tunc temporis Cardinalem, ac illius vice concilio præſidentem, celebrauit: in quo Berengarius per quoſdam eruditiſſimos viros, & potiſſimùm per Lanfrancum Cantuarienſem archiepiſcopum conuictus, ſed minimè emendatus eſt. Nam inde exiens, ad vomitum velut canis redijt. Quam ob cauſam Nicolaus ſecundus huius nominis, qui Victori in eccleſiæ adminiſtratione ſucceſſit, Romæ concilium centum & tredecim epiſcoporum coëgit, cui adfuit & Berengarius, in quo aut reſipiſcens, aut ſe reſipiſcere timore pœnæ ſimulans, ſuæ hæreſis palinodiam cecinit, qualis in Decretorum volumine recitatur, de conſecratione diſtinct. 2. cap. Ego Berengarius.

Berengarij error.

Leo Papa.

Victor Papa.

Nicolaus Papa.

Hic tamen (vt teſtatur Hoſius, & contra Romantium de Roſa ſcribens Ioannes Gerſon) aliquantò pòſt quàm bìs aut etiàm ter errorem ſuum recantâſſet & abiurâſſet, cùm graui morbo oppreſſus, ex hac vita migraturus eſſet, non mediocrem dolorem præ ſe tulit moriens, quòd ità multos in tam fœdum errorem hunc adduxiſſet, ac ſuſpirando dixiſſe fertur: Deus meus, hodiè mihi apparebis ad meam ſaluationem, vt ſpero, propter pœnitentiam meam: aut ad duram meam damnationem, ſicut timeo, propter eos quos peruerſa doctrina decepi, quos nequiui reducere ad veram viam tui Sacramenti.

Berengarij pœnitentia.

Floruit autem ille temporibus Henrici tert j huius nominis Cæſaris Germani, & Leonis noni, Victoris ſecundi, Stephani noni, Benedicti decimi, & Nicolai ſecundi, ſummorum Romanæ eccleſiæ pontificum: à quibus Concilia, Vercellenſe, Turonenſe & Lateranenſe, celebrata ſunt, ad reuocandum quæ de ſacramento Euchariſtiæ impiè idem Berengarius docuerat, circa annum Domini 1048. in quibus (vtì iam diximus) eius error damnatus eſt. Sed interim relicta huius impietatis ſeminaria, multum negotij fecerunt poſteris quoque. Impia nanque hæc hæreſis apud Heluetios hoc noſtro tempore per Zuinglium & Oeco-

Quo tēpore viuebat Berengarius.

Zuinglius, Oecolampa

dius, Calui-nus, Carol-ſtadius, Be-rengarij er-rorem hoc noſtro tem-pore reno-uârunt.

colampadium & Caluinum renouata eſt, ſuis ſcriptis & doctrina primùm omnium aſſerentes, in participatione cœnæ Dominicæ non diſtribui verum corpus & ſanguinem Chriſti. Tametſi anno 1524 idem hoc odioſum argumẽtum inſanus homo Andreas Carolſtadius iam anteà propoſuerat.

De his ſic ſcribit Guilhelmus Lindanus in ſuo Dubitantio, dialogo 2. Berengarius verò, inquit, Sacramentariorum omniũ pater, ante annos quingentos, etſi varijs fuerit concilijs damnatus, atque ſuo quoque ipſius iudicio erroris manifeſtiſſimi conuictus, & ad ſuum dogma ſuo iugulãdum ſtylo rei veritate coactus: tamen nũc in Carolſtadio, Zuinglio, Caluino, adeóque Melanchthone illo Germanorum cothurno, immò totius ſcenæ huius Dauo, planè reuiuiſcit.

Berengaria-niſmus.

BERYLLVS BO-*ſtrenſis epiſcopus.*

21.

BEryllus Boſtrenæ vrbis in Arabia epiſcopus, florebat ætate Antonini Baſſiani Caracallæ Cæſaris, & pontificatu Caliſti Romani antiſtitis, circa annum Domini 214.

Hic (teſte Euſebio lib. 6 cap. 21. & 33 & diuo Hieroymo in Catalogo) cùm aliquanto tempore Boſtrenam ſatis religioſè & piè rexiſſet eccleſiam, in hæreſim ad extremùm lapſus eſt. Dicebat enim (authore Antonino prima parte ſpecul. hiſtor. tit. 7.) Chriſtum quoad diuinitatem, ante Mariam non fuiſſe, nec propriam diuinitatis habuiſſe ſubſtantiam, ſed eam quæ patris eſt, deitatem in eo tantùm habitâſſe. Quem eius errorem ità reprehendit Origenes, vt eum tandèm ad meliorem mentem reuocauerit, & eius impium dogma ità ab eccleſia depulerit, vt emendârit, & id non perdiderit erroris authorẽ. De quo ſic tradit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro quinto, cap. vigeſimoſecundo.

Berylli hęreſis.

Beryllus, inquit, quem paulò antè Boſtrenſem in Arabia diximus fuiſſe epiſcopum, nouas quaſdam & ab eccleſiaſtico canone alienas protulit opiniones. Aſſeruit nanque, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non priùs propriam eſſentiæ ſubſiſtentiam habuiſſe, quàm ad nos venerit: neque propriam obtinuiſſe diuinitatem, ſolam autem paternam ſubſiſtentiam & Deitatem in eo apud nos verſante extitiſſe. De nouo hoc & maligno dogmate, multi cum homine eccleſiarũ antiſtites per diſputationes congreſſi, auertere ab eo tã impiam ſententiam ſunt conati. Verùm ille quam ſemèl conceperat, pertinaciter retinuit, opinionem. Poſteaquàm autem à multis excitatus, ad eum clariſſimus peruenit Origenes, primùm ſermone cum eo collato, quænam haberet, quæve doceret dogmata, ab eo quæſiuit. Vt verò rem omnem ſatis cognouit, firmis atque irrefragabilibus argumentis eum non rectè ſentire conuicit: & vix tandem demõſtrationibus certis perſuaſum, ſenſim & humaniter cum eo agens, ad ſynceram veritatis reduxit doctrinam, priſtinumq́; ei ſanæ ſententiæ reſtituit habitum. Monumenta ſynodi epiſcoporum propter Beryllum coactæ, longo tempore ſunt aſſeruata, quæ ipſius atque Origenis quæſtiones ſimul & ſolutiones ordine cõtinent. Hæc de Berylli reſipiſcentia ex Nicephoro.

Nicephorus de erroneo Berylli Boſtrenſis epiſcopi dogmate circa ſubſiſtentiã & diuinitatem Chriſti.

Per Origenẽ ad verã doctrinam reductus.

BEZANITAE.

22.

BEzanitæ ſiue Bezani, à Theodoro Beza, natione Burgundo, legumq́; licẽtiato ſunt nominati, primas certè inter noua aliquot Caluiniſtarum, quæ hac noſtra tempeſtate emerſerunt, genera ſaciei ferentes. Sũt autem ſecta Antilutherani, ad tertiam videlicet Euangelicorum noſtræ ætatis claſſem pertinentes. Exorti ſunt autẽ Caroli V. Imperatoris Germani, & Iulij huius nominis III. ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 550.

Hic (authore Lindano Dubitantij ſui dial. 2.) cùm ob flagitia ac mores illicitos & ſupplicio dignos concubitus, adeoque adulteria & infandas libidines: ſuis item (inquit Heshuſius, quẽ etiàm depingens, Epicureum dicit & blaſphemum ſcurrã)

Bezæ vita ex Lindano.

ſatanicis epigrammatis, Martialis & Catulli ſpurcitias ſuperantibus, in proſtibulo decantatis, magis ſuppliciorum metu, quam religionis amore, aufugiſſet ex Gallia, Lauſanna etiam pulſus, ſe Chriſti martyrem iactitabat. Certè beneficia illa opima, quibus Pariſijs ad 700. ampliùs coronatos annuos impinguatus luxuriabatur, ac in vitam varijs libidinũ cloacis diffluebat diſſolutiſſimam, ſeſe Simoniace vendidiſſe, tantùm non diſertè profitetur, præfatione in ſuam confeſſionem.

Tantã ſummam ſceleratæ pecuniæ aurique ſacri ſuppu tat Beza, ꝑter fratris beneficia poſt mortẽ ſibi adiecta.

1. Hic vir religioſus cùm Caluino linguam vendidiſſet, aduerſarijs cõgreſſus vbi eius myſteria non poſſet defendere, in eam prorupit blaſphemiam, vt Deum neget omnipotentem. Diſertè enim ſcribit, teſte Heshuſio in ſua defenſione contra Caluinum, Deum non poſſe efficere, vt corpus aliquod, manente ſubſtantia, ſit abſque loco vel in pluribus locis. illud enim Angeli axioma, apud Deũ nihil eſt impoſſibile, non ſine exceptione accipiendum eſſe, quod factum fieri nequeat infectum, vt bis tria non ſint ſex. O argutos philoſophos, qui Dei Opt. Max. maieſtatẽ atque amplitudinem, ad ſuas phyſicæ vix præ inſano poetarum & bonarum literarum ſtudio deguſtatæ regulas non erubeſcunt reuocare.

Bezę errores & blaſphemiæ.

Luc. 1.

2. Negat & pro reprobis eſſe orandum.

3. Nulla peccata eſſe reprobis venialia, nulla electis mortalia aſſerit, Comment. in 1. Ioannis cap. 1.

4. Negat omnipotentem Deum eſſe, niſi ad omne facinus improbis ſe impulſorem & actorem præbuerit, neque tantùm ab impijs ſcelera fieri permiſerit.

5. Hic, teſte Claudio Sancteſio, nihil aliud, quàm Dei nomen, honoremq; ac piũ ipſius matris Mariæ ac Sanctorum qui in cælis habitant, cultum, eiuſque tabernaculum, hoc eſt, ſanctam matrem eccleſiam, ſuis ſcriptis blaſphemat.

6. Optimorum quoq; temporum ſynodis, quæ de orbe Chriſtiano conuenerunt ſatanam ſemper præfuiſſe, non Spiritum ſanctum, affirmat, in præfatione noui teſtamenti Græci & Latini.

7. Per optimos ac ſanctiſſimos patres, vitæ integritate ac miraculorum virtute inſignes, eundem ſatanam fundamenta ieciſſe inuocationis ſanctorum & aliorũ dogmatum, quæ perpetuò credidit eccleſia, ſcribit.

8. Caluinum in ipſius vitæ deſcriptione non tantùm ipſis Apoſtolis adæquat, ſed in Cœnæ intelligentia præfert, eumq; Apoſtolicis viris omnibus qui vnquàm vixerunt, & in ſcripturarum cognitione atque interpretatione, & Chriſtianæ religionis veritate tantùm anteponit, vt vnicum illum nuſquàm lapſum, alios autem vt vmbras volitâſſe & oberrâſſe definiat.

9. An verò (inquit Lindanus) huic nouo Theodoro nouam quoque diabolus debeat Atheorum coloniam, ex hoc ſatis liquet, quòd cùm Ludimagiſter eſſet, in ſcholis ſæpè ſoleret ſuis ſcholaſticis occinere illum verò beatum, qui, vti eſt apud Vergilium.

Beza Atheus

Metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari.

Quo ſanè nomine quàm malè apud ſuos ille audierit, teſtantur eius commilitones Pariſienſes & Aurelianenſes, quibus iſtius profeſſionis haud obſcura non infrequẽs edebat paradigmata. Hoc eius cantillant epigrammata, hoc loquuntur facinora, quum & beneficia Eccleſiaſtica, quibus impinguatus, incraſſatus, dilatatus, derelicto Deo factore ſuo, publicè venderet, & alienas vxores permoleret tã familiariter, vt publicus matronarum haberetur maritus. Vndè nouo illi Theodoro, cui meritò Atheos fuit cognomen, in colloquio Piſſiaco, Chriſtum tam longè à ſancta Euchariſtia abijcienti, quantum à cœlo abeſt terra, veteres quidam collegæ exprobrabant: An mirum, aiebant, eum à ſacra exturbare Chriſtum Euchariſtia, qui Deum non credit eſſe in cælo? Hactenùs Lindanus. Sed quò tandem deuentum eſt mali per Gallias ex eo colloquio, & qualiter Beza & ſui comminiſtri in eo ſe geſſerint, operæpretium fuerit audire ex Claudij Sanctesij iam adducti reſponſione ad ipſius Bezæ apologiam, editam contra examen doctrinæ Caluinianæ & Bezanæ de Cœna Domini: quem graphicè in hunc modum depingit ſuis coloribus.

Vide Gabrielem Fabricium ꝓ fratre Balduino, & Apologiam Ioãnis Veteris contra Bezę calumnias.

Hic,

De geſtis Bezæ & ſuorũ cõminiſtrorum in colloquio Piſſiaco anno Domini 1562. ex Claudio Sanctesio.

Hic, inquit glorioſus miniſter ſatanæ nunc ſuas efflat glorias & triumphos canit. Negat ſe aut Martyrem aut alios miniſtros vndecim conductos veniſſe Piſſiacum, ſed alios ait ab eccleſijs miſſos, alios Reginæ Galliarum & Nauarrici regis rogatu. Teſtes pollicetur ſe producturũ plures & magis idoneos, quam velimus, & hiſtoriam veris ac firmis teſtimonijs comprobatam, quibus certiſſima fiat fides, q̃ vita eorum, & quam fraterna coniunctio fuerit: quàm omnia inter eos dicta, facta, ſcripta fuerint ſumma animorum concordia in illa contra eccleſiam Gallicanã & fidem catholicam Piſſiaca expeditione ab imperatore veſano ſuſcepta, cùm interea, vt annectit per amplificationẽ poeticam, epiſcoporum & theologorum diſcordijs & tumultibus, valles & montes vicini perſonarent, theologos ſubijcit, in iſto concilio, nullo loco habitos fuiſſe, ſed à Galliæ epiſcopis, quum maxima ex parte eſſent rerum ſacrarum prorſus imperiti, tanquàm canes famelicos, & menſarũ epiſcopalium aſſeclas, ad oſſam vorandã & ad latrandum conductos, quorum ore & conſcientia ad aliquod tempus vterentur illi. Quæ ſi negauerimus, minatur homo modeſtiſſimus inuitum ſe prolaturũ Galliæ & totius eccleſiæ dedecora.

Bezæ impudens calumnia in theologos Pariſienſes & Galliæ epiſcopos.

Contra quam tam impudentem calũniam eam ob rem ſic deindè exclamat idem Claudius Sanctesius: Quouſquè tandèm, inquit, abutéris patientia sereniſſimæ Reginæ noſtræ, ó crudelis beſtia? Poſt tot heroicas & benignas tecum de componenda religione collocutiones, tot preces adhibitas ad tuos leniendos ac mitigandos, poſt tot patienter auditas omnium nationum Chriſtianarum maledictiones propter veſtrum aduentum, poſt condonata vobis impunè tot ſacrilegia, publicæ pecuniæ & ciuitatum direptiones & ruinas, & omnia læſæ Maieſtatis diuinæ atque humanæ genera, & incredibilia facinora, hanc illi gratiam refertis, vt modò ab illa vos euocatos in Galliam Piſſiacũ, modò eius rogatu & hortatu facta à vobis eſſe omnia, & eiuſdẽ literis, ſigillis ac teſtimonijs niti palàm & odioſè efferatis, & etiam vbi nihil opùs eſt, impudenter gloriemini. Abſit à bonis & pijs ſubditis, vt patienter audiant, ea macula contaminari ſuos Reges, tametſi teſtes omni exceptione maiores te producturum ſcribas.

Accerrima exclamatio Claudij Sanctesij in impudentem maledicentiam Bezæ.

Redeat tibi in mentem, Beza, quorum ſumptibus tu & Petrus Martyr atque alij iter feceritis, quorum lecticis, equis velocibus & gradarijs, alijsque vehiculis ſitis vſi: quorum hoſpitio ſitis excepti, quorum in cubiculis intra regiam concionabamini, & Marotopſaltæ diù noctuque audiebamini, quorum comitatu deducebamini in regiam, & reducebamini domum, cùm vobis præirent anteambulones aurati, torquati, holoſericati, & armati, magna verò à tergo ſequeretur ſtipatorum turba: quorum inſupèr menſa fruebamini: quorum ſalutationibus tam crebris frequentabamini, ne quis veſtris menſis, lectis, & cubiculis vllus deeſſet apparatus: & noli in sereniſſimam Reginam noſtrã culpam tuorum reijcere. Hi ſunt dij tui, o beſtia, qui euocárunt te & eduxerunt de Aegypto tua & de domo ſeruitutis, in terram lacte & melle diffluentem, quam depopulatus es & deuaſtâſti. Si bipes aut quadrupes pauperiem fecerit, ſi beſtia damnum dederit, tenetur de damno: qui beſtiam non dicam immiſerit, ſed qui non arctiùs, nè effugeret, infrenârit, & non impedierit cùm poſſet: quiſquis te beſtiam cornupetam etiàm multis argumentis ſuperè cognitam, in Galliam Piſſiacum acceſſiuit, videat ſi ſuarum ſit virium reſarcire damnum, quod regno & Chriſtianæ religioni intuliſti, de quo coram Deo & hominibus tenetur.

A quibus Beza cum ſuis cõminiſtris è Geneua in Galliam Piſſiacum adducti fuerint.

Exod. 32.

A minori ad maius argumẽtum.

Quanti, te incedente magnificentiùs quam principes, eruperunt gemitus, lachrymæ, ac ſuſpiria nobiliſſimorũ hominũ, dolentium Gallici ſtatûs tam ſubitam atq; inopinatam mutationem, cùm te ac tuos intuerentur in ædibus Chriſtianiſſimorũ regum, viuis liberis & vxore, ipſorũ memorijs inſultare, & in aula regnare maiore ſatellitio, quam vos & veſtri ſimiles à mille annis per omnes Chriſtianiſſimos reges noſtros, in malam crucẽ & incendium temporarium & æternum fuiſſetis adacti? O tempora, ô mores: conclamabũt noſtri poſteri. O incredibilem in tãta Chriſtianiſſimi ac florentiſſimi regni deuotione ac mole, rerum viciſſitudinẽ:

Gemitus, lachrymæ ac ſuſpiria quorundam nobilium virorum, ꝓpter ſubitã rerũ mutationẽ in ingreſſu Geneuenſium miniſtrorum in Galliam anno 1561.

Hæ

Pſal. 92.

Hę quidem mirabiles elationes maris ex-
terruerunt nos, ô beſtia, & te mirum in
modum extulerunt: ſed mirabilis in altiſ-
ſimis Dominus, qui non ad nihilum rede-
git nos. Tu autem quem ità ſtipatum in-
gredi, oracula fundere, de iure diuino at-
que humano reſpondere, leges præſcribe-
re, exercitus ducere, regibus conditiones
pacis & belli ferre vidimus, quaſi ſimilis
eſſes altiſſimo, vſque ad infernum deſcē-
des, & erit memoria tua in maledictione,
execrabilis Beza ac putida mundi veſſa.

Eſa. 14.

Beza creditores, quos Franciæ regno exactus & exulans fefellerat, Geneua reuerſus primū denuò pollicitationibus, & tā dèm minis terret & fallit.

Recordare inſupèr, creditoribus, quos
per fugam repentinam debitis tuis frau-
dâras, cùm tibi gratularentur frequentiùs
quàm cuperes, reditum in Galliam, te re-
ſpondiſſe, vt tantiſpèr in te haberent pa-
tientiam, & omnia redditurum, cùm te-
cepiſſes aduocationum tuarum, per quas
hæreticæ cauſæ patrocinabaris in Gallia,
ſalarium honorârium, nè videreris non
conductus fuiſſe. Inficiari nō potes, quin
id reſponſi aut aliud ſimile dederis mer-
catori de Lōgemelio oppidulo, cum quo
quàm bona fide egeris, dignum eſt vt ſci-
atur, in argumentum reformatæ conuer-
ſionis tuæ ad Caluiniſmum. Prioratum
non procùl ab illo oppidulo, nullo iure
poſſidebas, ſed nondùm liquebat. Abitu-
rus, mercatori locâſti ea conditione, vt p
anticipationem vnius anni reditum in
numerato daret, quo te indigere pluri-
mùm ſimulabas. Eodem tempore alteri
eundem Prioratum vendidiſti præſenti
pecunia, quo excidit per Senatuſconſul-
tum, quoniam eo potiebaris iniuſtè. Ità
duos circumueniſti, & eadem opera de-
prædatus es. Conſtat mercatorem tibi ad-
modum fuiſſe importunum, cùm te re-
uerſum in Galliam quotidiè appellaret
de debito & de dolo, & intereà ſurdo nar-
raret fabulam: cui per tuos ſatellites es cō-
minatus verbera & cædem pro pecunia, ſi
pergeret moleſtus eſſe, ac niſi expectaret,
quoad ſtipendium tibi eſſet numeratum,
aut de ſpolijs eccleſiarū fieres ditior. Sed
ne nunc quidem ei ſatisfeciſti homo cau-
teriatæ conſcientiæ ſeu potiùs profligatę.
Scilicèt vt gratis ſeminares in aula regia
Euangelium, magnam vim pecuniæ ex
Geneua deportâſti, aut parentem tuum
Caluinum ad ducentos coronatos, quos
ſolos in omnibus bonis ſcribis habuiſſe cū
obijt, expilâſti, ne teruncium quidem ab
Eccleſijs acciperes, vt ſine ſumptu alterius
propagares Euangelium, & nè quis glori-
am tuam euacuaret, ſi te conductum ab
aliquo diceret.

Prioratus de Longemelio per Bezam præſenti pecunia venundatus.

1. Cor. 9.

Theologos purgat à Bezana calumnia.

Blatera, quantùm libet, aduerſùm ino-
piam noſtram: nullas eccleſias neque no-
ſtras neque veſtras diripuimus, neque ca-
lices, neque ſacra ornamenta con uaſaui-
mus, vt oſſa nos oppleremus. Tu tuas ad
inopiam redegiſti, & noſtras latrocinijs,
ſacrilegijs, venditionibus & ruinis miſerè
afflixiſti. Et fortaſsè indè tibi non eſt am-
plior res domi quàm nobis: quoniam alij
ſunt, quàm pauperes, qui tua furta & ſa-
crilegia abliguriunt & prodigunt.

In Portiano oppido Cauponaria mulier Bezam inſalutato hoſpite & non numerata pecunia pro impenſis abeuntem, Latinè Publica via compellat, vt debitum ſoluat.

In bellicis Franciæ tumultibus Porti-
anum oppidum pertranſibas, cùm veni-
enti tuo exercitui de Germania exires ob-
uiam, & ibidèm aliquot dies ſubſtitiſti ad
inſigne hominis ſyluestris, concionesque
habuiſti de toto presbyterio per Campa-
niam iugulando. Diſcedebas indè inſalu-
tato hoſpite, vt militarem Apoſtolum de-
cet, cùm mulier cauponaria publica via
poſt te cucurrit, clamitans Latinè, vt tuo
honori parceret, & ſatellites tuos lateret:
Redde quod debes domine: nec niſi ma-
gna importunitate pro magnis impenſis
pauxillum nummorum à te potuit corra-
dere. Adhuc illa viuit, & tuî meminit pa-
rum admodùm honorificè. An præ ege-
ſtate cogereris ità paſsìm de alieno viue-
re, non ſum ſolicitus, an plenis loculis con-
ſueuiſſes omnes debitis fraudare.

Miniſtri Geneuēſes lautè & opiperè apud Piſſiacū à multis Iezabelibus excepti cū interim ſacri doctores ſatis miſerè viuere cogerentur.

Si ſordidè Piſſiaci cogebamur viuere,
& victum emendicare, dū ſanam doctri-
nam tuebamur, Galliæ ſunt dedecora, nō
noſtra, interim dum miniſtri Baal epula-
rentur de menſis multarum Iezabelium:
quibus præteritis, in ſereniſſimam Regi-
nam noſtram, veſtrum aduentum reijcis,
quæ palàm teſtabatur ſe inuitam perfer-
re omnia. Proindè ſi his ineptijs deſcribē-
dis tibi placet hiſtoriam conficere, noſtrū
erit, Regem noſtrum qui Epiſcopos facit,
quos non poteſt vnà reddere theologos,
& Galliarum noſtros pleroſque digniſſi-
mos antiſtites ac liberaliſſimos à tuis ca-
lumnijs repurgare. Quicquid verò pecca-
tum ſit, & peccetur à Regina & epiſcopis,
ſilen-

Exod 22.
Act. 23.

ſilentio præterire nos decet, quum ſcri-
pium ſit, Principi populi tui non maledi-
ces Si ad offam ita eramus intenti, vt ar-
cana (ſicuti exiſtimas) quæ in illo collo-
quio exercebantur, non intellexerimus,
crede Deum tandèm clariùs quàm voles
indicaturum, & aliquandò iudicaturum.
Sorbonici ſi priuatam vitam delegerint,
offatores nuncupantur: ſi veſcuntur cum
magnis viris, à vobis menſarum aſſeclæ,
& à noſtris Rabbini, qui primos accubitus

Mat. 11.

ambiant, appellantur. Cui itaque aſſimi-
labo generationem iſtam? Similis eſt pue-
ris ſedentibus in foro, qui clamantes coæ-
qualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non
ſaltáſtis: lamentauimus, & non planxiſtis.

Miniſtri Caluiniſtæ verè ac propriè offatores.

Veſtrum eſt, ô Beza, magnatum men-
ſas, quantùm poteſtis, affectare, vt faciatis
vnum proſelytum, quoniam apud vos re-
motis epulis miniſtrum decet Apoſtolũ,
ſeu potiùs nugigerulum Mimum agere &
exhortari, vt audiant.

Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrent,
& quid Marotopſalmi inter actus fabulæ
perſonent. Veriſſimè vos offatores eſtis,
qui ad menſam & ad offam de veſtræ cœ-
næ offula dies noctesque allatratis. Tibi
verò, ô infernalis triceps beſtia, multa of-
fa opùs eſt ad os illud reſarciendum, quod
ex Lutheranis, Zuinglianis, & Caluiniſtis
componis, & tamen vnicum eſſe defen-
dis, vt omnia regna deuores, & tecum ad
inferos abripias.

Quem locũ theologi tenebant in conuentu Piſſiaceno.

Porrò in conuentu Piſſiaceno (nè quid
calumnieris) nos eum locum tenebamus,
qui theologos deceret, & ſanctorum Epi-
ſcoporum ſacris in negocijs conſiliarios,
in eorumque ſuffragijs & iudicijs poſt il-
los à tergo ſedebamus. Vos primo in eum
cœtum aduentu, ſpecimen dediſtis arro-
gantiæ veſtræ, cùm intra ſeptum in quo

Miniſtrorũ arrogantia.

Rex cũ principibus & epiſcopis ſedebat,
voluiſtis irrumpere, & aliquem locum vo-
bis vendicare: ſed iuſſi eſtis extrà conſiſte-

Apoc. 22.
Num. 5.

re, ac ſtantes, rei ſi quid haberetis, dicere:
quoniam ſcriptum eſt, Forìs canes, & nè
leproſi ingrediantur caſtra. Proculdubiò
vos longè magnificentiùs popellis theo-

Nota hæc omnia diligenter ô Chriſtiane lector, & perpende pauliſper curriculum aulicorum ratiationem & ineptiam.

logis incedebatis, cùm ex oppidulo ſancti
Germani rhedis procerum ſericatis vehe-
remini Piſſiacum, & magna pompa mili-
tum deduceremini in monaſterium duo-
decim miniſtri militares Apoſtolici ordi-
ne procedentes, ità vt vnuſquiſque habe-
ret ſibi aliquem collateronem ex nobili-
bus, quos prouinciarum quæ regi parent,
deputatos vocabant, Ab his ſinguli mini-
ſtri cùm exibãt monaſterium, quaſi labo-
ribus fracti excipiebantur, & frequenter
brachio ſub axillam inſerto, cui quaſi de-
licatæ virgines aut fœminæ grauidæ in-
cumberent, in hoſpitium ad angelicum
inſigne, angeli ſatanæ reducebantur. Ibi
compotatis œnophoris argẽteis & cæte-
ris reficiebantur, & inuiſebantur à ſuis
magna frequentia quaſi ad gratulandum
de victoria. Poſteà verò conſcenſis rhedis
reuolabant per medias ſyluas in regium

Spectaculũ non incelebre.

oppidulum, & toto itinere Maropſalmis
ſeſe oblectabant Pulchrum erat viſu, octo
aut nouem monachos apoſtatas validos,
de ordine mendicantium fæces, quibus
in monaſterio cibarius panis non ſuppe-
tebat ad ſatietatem, ſuccollari & fulciri
quaſi reginas à nobilitate Gallicana pro
reformationis procemio, & Bezæ id offi-
cij præſtari, quo erga ſuam Candidam cõ-
ſueuerat defungi.

Probat literis à Beza ſcriptis, nullam concordiam inter ſuos comminiſtros in Piſſiaceno colloquio fuiſſe, niſi in vna veritatis oppugnatione.

Teſtes plures & magis idoneos pollice-
ris innocentiis vitæ veſtræ, & in dictis ac
factis ſummæ inter vos concordiæ in illa
veſtra contra eccleſiam Gallicanam con-
ſpiratione. Ego verò non alios teſtes quã
ſcripta tua, literas tuas ac tuorum produ-
cam, quibus oſtendam, ne quidem in re-
bus minimis pacem inter vos coaluiſſe,
niſi in vna veritatis oppugnatiõe. Quàm
malè inter te ac Petrum Martyrem con-
uenerit, ex productis manifeſtum eſt. Alij
verò inter ſe ne quidem leuiſsima de re
potuerunt conſentire. Taſinus Metenſi-
um archiminiſter ad comminiſtros ſuos
ad conuentum Piſsiacenum conuocatos,
Gallicè ſcripſerat varijs de negocijs, & cõ-
ſilium petebat, an paruuli baptizati à fœ-
minis, miniſtrorum manu iterùm tingi
deberent. Ei Beza in hæc verba reſpõdet:
Quod de baptiſmo, ab eo qui legitimè vo-
catus non eſt, adminiſtrato propoſuiſti,
in noſtro conuentu ſumma diligentia cõ-
quiſitum fuit. Maior pars in eam ſenten-
tiam conceſsit, vt Baptiſmus nullus eſſe
exiſtimetur. Sed quoniam nonnulli, iiq́ue
acerrimi iudicij viri, ſeſe dubitare teſtati

ſunt,& contraria ſententia rationibus ac magnorum virorum authoritate non ćaret, quæſtionem ad Geneuenſem Tigurinamq́ue eccleſiam referendam iudicauimus. Hæc bona fide ex ipſis literis Bezæ Taſiniq́ue manu ſcriptis & ſubſignatis,& apud Catalaunos in Campania a quodã Metenſi ciue interceptis & aſſeruatis, ex Gallico in Latinum ſermonem D. Peguilio Epiſcopus Metenſis conuerit, ſuoque libello de Sanctificatione puerorum in vtero, inſeruit, & earum literarum exemplar mihi aliquandò exhibuit, in quo Bezæ manum recognoui cum ſubſcriptione Folionis miniſtri, quaſi hic ſcribæ officium inter illos tum exerceret. Indè appáret, ne quidem de veſtri miniſterij functionibus potuiſſe inter vos ſtabiliri ibì concordiam.

Querimonia vnius è miniſtris Caluinianis de Bezæ arrogantia & ſuperba ambitione.

Quid verò dicam de literis exaratis manu alterius ex miniſtris illis, qui de imaginibus poſteà diſſeruërunt, quas Lutetiæ apud typographum in cuiuſdam Germani arcula anno pòſt intercepit regionis Mobertinæ quæſtor, qui publico edicto peruestigabatur domos & executiebat. Ex his præclara adminiſtrantur innocentis vitæ tuæ, ô beſtia, & cum alijs obſeruatæ fraternitatis & conſenſionis teſtimonia. In vnis conqueritur Galliarum patriarchatum te ambire vnius viri ac mulieris gratia & authoritate, vt tibi alij ſubijcerentur miniſtri, & ad nutum parérẽt, ſed ſe per potentiorem ambitioni tuæ remedium inueniſſe. In alteris violentam de tua libidine exaggerat ſuſpicionem,& non illepidam narrat hiſtoriam. Alternis vicibus etiàm in regia coram veſtris dominis & dominabus habebatis conciones. Incidit fortè dies tua,& ad te audiendum venerat maturiùs ille te melior comminiſter, ac te offendit in humiliori ſellula familiariùs colloquentem cum nobili fœmina, a qua miſſi ſunt viri nobiles, vt illũ tuum conſortem diſtinerent varijs ſermonibus, nè tuis aures adhiberet. Poſteà rogatum miſiſti, vt eo die tuo loco ſuggeſtum conſcenderet. Cùm verò ille reſponderet ſe imparatum eſſe,& tu inſtares, meditatas aliquas in manicis ſemper conciones ab illo circũferri, diutiùs ſe facturum accuſauit: ſed coactus tandèm fuit obſequi

Hiſtoria de Bezæ caſtitate non illepida.

qui eius rogatu, cum qua fabulabaris tam amicè. Eam certè non nominat. Ablegatis omnibus ad concionem, ſcribit te in eo cubiculo ſolum cum ſola per quatuor horas & ampliùs remanſiſſe. Quærit ab amico Germano, quid auguretur te illic egiſſe tandiû: & profectò parùm caſtè de te ſuſpicatur.

Si hoc ità eſſe negaueris, coges me (vt tuis verbis vtar) Galliæ & pontificatûs tui lõgè indigniora ꝓferre dedecora, (quod inuitus faciam) & actis publicis tuorumque literis ac teſtimonijs ità confirmari ſenties, vt te tuæ hiſtoriæ & tam innocenter actæ vitæ tuæ pœniteat. Experieris nos nõ adeò attẽtos fuiſſe ad offam, quin inter os & offam introitum tuum & exitum ſobriè obſeruauerimus, & arcana tua penitiùs quàm velles, intellexerimus. Struthiocamele, grandis beſtia, quæ abſconſo capite, intereà dum decoqueres ferrum, aurum, & argentum ſacrum Eccleſiarum, exiſtimas reliquas tui corporis partes latuiſſe, nec quid ageres, cognitum fuiſſe? Quod dictum fuit à vobis in tenebris, dicetur in lumine: & quod in aure audiuiſtis, prædicabitur ſuper tecta. Deindè ſub finem libri idem ait Sanctesius:

Mat. 10. Luc. 12.

Paucis ad tuos iocos & conuicia, quibus Apologiam tuam exornas, Theodore Beza, reſpondere me decet, nè veritati cõtra mendacium, & rectæ hominum exiſtimationi contra falſas detractiones deſuiſſe videar. Ex omni antiquitate conſueuerũt hæretici aliquẽ ex ſummis viris Eccleſiaſticis ſibi deligere, quem omnibꝰ calumnijs appetant, & nefarijs criminibus onerent.& ſi poſſint, adobruant & opprimant, vt boni viri habeantur qui vitia oderint,& ne quidem illa in ampliſſimis viris ferant. Hanc ſpeciem pietatis & probitatis perbellè ſimulàrunt Nouatiani cõtra Cornelium ſummum Romanum põtificem, Arriani cõtra Athanaſium in Oriente, contra Ambroſium in Italia,& in Gallia contra Hilarium, Donatiſtæ contra Cæcilianum, Neſtoriani contra Flauianum & Cyrillum Alexandrinum, & deincèps per ætates ità ſe geſſiſſe hæreticos, in hiſtorijs comperietur. Noſtro tempore Lutherus ſummum Eccleſiæ ca-

Reſpõſio ad iocos & conuicia Bezæ, quibꝰ quoſque illuſtriſſimos homines inceſſit hæreticorũ omniũ more.

Nouatiani.

Arriani.

Donatiſtæ.

Neſtoriani.

Lutherus.

tho.

tholicæ pontificem Romanum Germanis tanquàm Antichriſtum per ſua male dicta odioſum & execrandum fecit. Caluiniſtæ tragœdiam ſuam exorſi ſunt in Gallia ab infeſtatione & perſecutione illuſtriſſimi principis & Cardinalis Lotharingi, & in Flandria ab illuſtriſſimi Cardinalis Granuellani per fictas occaſiones eiectione, quibus ſtantibus, machinationes ſuas proſpiciebant vix progredi poſſe: Nemo vnquàm de grauioribus criminibus neque ſæpiùs accuſatus fuit, quã Athanaſius. Quotiès memoria repeto falſas Arrianorum delationes aduerſùs ipſum apud Conſtantinum & Conſtantiũ, de proditiõe Imperij, de ſeditionibus motis, de veneficijs tentatis, cædibus illatis, ſtupris & adulterijs commiſſis, & ſacrilegijs perpetratis: quotiès varia inſidiarum genera, quibus moliti ſunt illum è medio tollere: quotiès alia in alios præcellentes viros eccleſiaſticos intentatas ab hæreticis comminationes lego & conſidero, ac mentem refero ad libros & ſermones, qui de illuſtriſſimo Cardinali à Caluiniſtis in Francia ſparſi ſunt, ſcripti, & habiti, ſentio & experior nos in hæreticorum tempora incidiſſe. Certè à decennio, ex quo Caluiniſtæ è latebris prodiérũt in lucem, & aperta vi res ſuas agere cœperunt per Gallias, nullam ferè paginam ſcriptorum ſuorum dignam lectione putârunt, ſine aliqua inſigni in Cardinalem calumnia & contumelia, neque vllum flagitij aut maleficij genus omiſerunt: ſed hæreticorum os ex abundantia cordis loquitur, & quod in ſe agnoſcunt, alijs ſolent temerè & falsò impingere &c. Et paulò infrà: Si tam mihi liceret vera effati, quàm permittitur Caluiniſtis mentiri: enarrarem ea, ad quorum auditionem ſtuperet mundus: ſed veritas aliquandò erumpet, & dabitur, id quod res eſt, eloqui. Et paucis interiectis, ad Bezam rurſùs ſermonem inceptum conuertens.

Caluiniſtæ.

Athanaſius quantas infeſtationes ab Arrianis perpeſſus ſit.

Cardinalis Lotharingi quãtis calumnijs appetitus à Caluiniſtis & Bezanitis.

Tu (inquit) primi ſerpentis artibus infandum illum Poltrotium ad cædem innocentiſſimi atque inuictiſſimi Guiſiani ducis, non ſolùm à toto orbe Chriſtiano, ſed ab inſulis quæ procùl ſunt, deplo-ratam, impuliſti. Nam cùm exceptus ac victus humanitate & liberalitate principis, à tãto ſcelere deterreretur, & tibi Aureliam reuerſus dixiſſet, ſibi horrori & conſcientiæ eſſe, tam indignum facinus aggredi, eum es adhortatus ad audendum eadem ferè oratione, qua diabolus primos parentes ad ſe necandos ac iugulandós incitauit: Nequaquàm morte moriemini, ſed eritis ſicut dij: vt tu ibi ſerpentem egiſti, ità Poltrotius tuus hominem. Cùm enim equis diſtraheretur, te atque alios authores & impulſores execrabatur & accuſabat, & ſe hominem aliquandò natum fuiſſe deteſtabatur, qui tantum nefas admiſiſſet in vita. Hoc ab infinita multitudine hominum qui ſpectabant, auditum, & in acta publica relatum, nulla obliuione deleri poterit.

Poltrotius, qui equis Lutetiæ diſcerptus fuit, ad cędem inuictiſſimi illius Guiſiani ducis à Beza proditorie inſtigatus & impulſus.

Gen. 3.

Huius mánes tibi dies ac noctes obuerſantur ob oculos, & infernalis conſilij tui pœnas de te exigunt. Sanguis Guiſiani ducis, Gallicanæ nobilitatis, ſacerdotum Domini, quem effudiſti in liuore tuo, clamat de terra contra te. Te parricidarum, te ſacrilegiorum, te patriæ hoſtium & proditorum furiæ non ſinunt neque die neque noctù quieſcere. Te Gallia, te omnes nationes Chriſtianæ, te reges, te principes, te leges omnes & iura depoſcunt ad ſupplicium, & tibi vacat ridere homo ipſo Caino impudentioris confidentiæ & magìs proſtitutæ conſcientiæ? Vagus & profugus es ab omni terra Chriſtiana, neque Geneua audes pedẽ efferre, immò etiàm vix domo, nè omnis qui te inuenerit, occidat te. Sed Deus ſicut Cain in vita te aliquandiù fortaſsè reſeruabit, vt diutiùs pœnas luas, & ad omnem ventum trepides, quaſi mors momentis omnibus tibi immineat. Ridere te ais, ſed Sardonicè fatearis oportet, vt tuo riſui ſemper ſit proximus luctus, etiamſi omnem hominem exueris, & in ſatanam totus transformeris. Hęc doctus ille verax & pius Claudius Sanctesius. Tu qui locós tenes, vide reliqua luctuoſa ibidèm contenta.

Sanguis Guiſiani ducis ad Deũ clamat de terra cõtra Bezæ crudele & inauditum facinus.

Beza Caino ſimilis.

Gen. 4.

Supereſt, vt q̃ Beza à cæde dòmini Guiſiani Geneuam profugiens, poſteà egerit,

Ioannes Voteius in apologia cõtra Be

zam, de his quæ ille à ſe de Ducis Guiſiani Geneuam ſe recipiens, egerit.

ex Ioanne Vetere eadem de re in eundē ſcribente, audiamus: Cùm, inquit, huius ſcelerati hominis armariq́ue concionatoris, & deformis reformatoris ſuaſu & cohortatione, vir ſanguinarius Poltrotius, illuſtriſſimum illum ducem Guiſium in Aureliæ obſidione, tormenti globulo perfidioſè interemiſſet, hac cæde cunctis ſeculis lamentabili perpetrata, Beza huius cruentę mortis dux & particeps, Geneuā, Sicariorum omnium atque latronum refugium, ſe recepit: non ſolùm Poltrotij & ſimilium parricidarum encomia ſuis ſcriptis gloriās celebraturus, ſed & cū ſuis collegis ad tres orbis terrarum peſtes & quiſquilias (ſic enim loquitur) exterminandas, nimirùm Pontificiam eccleſiam, Nobilitatem, & Iuris diſciplinam coniuraturus. Quòd videlicet Papiſticum eſſe ſentiat, & à pura religione penitùs alienum, vt quidam in republica dignitatum gradus, perſonarumq́ue ordines ac diſciplina ponantur, cùm Deus cunctos homines, rege vno dempto (hunc enim ad aliquod tempus excipiendum putat) poteſtare pari & iure optimo eſſe voluerit.

Beza triā exterminare cupit, Romanam eccleſiam, Nobilitatem, & iuris diſciplinam: q tria duobus annis anteà in frequēti miniſtrorū Caluiniani ſectę cōuētu Cabillonēſi coacto, ab eis decreta atque conſtituta fuerant.

Vbì quidem perſpicuè videre licet, ſi Bezæ & ſuis collegis, Principes & nobiliſſimos quoſque ſic liceat vita priuare, multò magis ſolio mouere, & ad ſuæ fratrias æqualitatem reuocare. Id quod ſi noſtri homines, qui modò aliquo ingenio iudicioq́ue pollent, perſpicerent, & id quod iſti tenebriones & ſeditioſi faciunt, & ſenſim gradarimq́ue tentant, ſedulò ac diligenter apud ſe meditarentur atque animo conciperent, fieri nequaquam poſſet, quin vehementer mirarentur iſtius factionis impudentiam, vt quibus laqueos tendunt, eorum opem implorare non vereantur: eam porrò temporum caligi nem, vt quibus clam inſidiæ ſtruuntur, ex ijs nonnulli ſeſe ad partium iſtarum aduerſarum arcem muniendam, & tuta nobilitatis ſuæ minuenda, petrahi patiantur.

Nobilium caligo & incogitantia.

Veruntamen ij qui rerum publicarum calamitates altiùs cogitatione reperunt, & antiquitatis memoriam recordantur vltimam, ſæpè aliàs contigiſſe profectò intelligunt, vt vigente aliqua ſeditione, ciuium animi, tanquàm ſi offuſa illorum oculis ſempiterna nox eſſet, ità ruerent in tenebras atque turbarentur, vt cæci ac imprudentes exitium ſibi arceſſerent.

Seditio publica occæcat mortalium lumina.

Quotiès enim Romæ Tribuni cauſam populi, Conſules & Conſulares authoritatē Senatûs, vtrique ordinem ſuum acerrimè oppugnârunt? Vtrique partem ſibi aduerſam conſilio & armis adiuuerunt? Vtrique ferrum in propria viſcera conuerterunt? Quotiès noſtris priſcisq́ue ſeculis epiſcopi ab eccleſia ad eccleſiæ hoſtes defecerunt? Quot ægri, æſtu febriq́ue laborantes, aut furoris ſtimulis inſtigati, manus ſibi violentas intulerunt? Ac nè omnia q̄ congeri poſſent, accuratè conſectemur, Saluſtium in Catilinaria coniuratione, ſimiliter de incredibili quorundam Romanorum cęcitate, his verbis conquerentem audiamus: Ea, inquit, tempeſtate mihi imperium populi Romani multò maximè viſum eſt miſerabile, cui cùm ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis parerent, domi ocium atque diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent: fuére tamen ciues, qui ſeque remq́ue publicam obſtinatis animis perditum irent, &c. Sed nè ſpe omni excidamus, aut non abſimile fari cuiuſdam, quod euitare non queam, eſſe arbitremur, vt hodiè nonnulli ad interitum voluntarium his transfugis ducibus rapiantur, eundem Saluſtium commutatis ſuorum ciuium mentibus exultantem ſtatim audiamus, & nos eadem ratione cōſolemur: Intereà plebs (inquit) coniuratione patefacta, quæ primò cupida nouarum rerum bello nimis fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrati Ciceronem ad cælum tollere: veluti ex ſeruitute erepta gaudium atque lætitiam agitabat: &c.

Exemplum à Romanis.

Epiſcoporū cæcitas ſeditionis tempore.

Ab ægris ſimilitudo.

Saluſtius de coniuratiōe Catilinaria.

Romanorū mens ſana ſeditione ſedata.

Quamobrem aliquandò futurum cōfidimus, vt qui ſiue impudentia, ſiue priuatis odijs ad Caluini, Bezæ, & huiuſcemodi à Chriſtiana fide defectorum ſigna transfugerunt, cùm ſe ad exitium præcipites ruiſſe cognouerint, & ex terra caligine cæcisq́ue nubibus lucem diſpicere cœperint, tandèm expergiſcantur, & (id qđ iamiam pluribus vſu veniſſe ſcimus) illorū Caluinolatriam, regnorum perturbatricem, & nobiliorū dignitatis atque po-

Concluſio à quorūdam reſipiſcētia poſt multorum malorum perpeſſionem ex Caluinolatria regnorum omniū perturbatrice.

tentia-

tentiæ abrogatricem deteſtentur. Quod vt cæteris, quos oſtentatio pietatis, quam initio iſti ementiti erant, in fraudem impulit, feliciter contingat, & illi ipſi ex iſto errore in viam redeant, Chriſtum humani generis clementiſſimum parentem, & reis reſipiſcentibus maximè beneuolum quæſo atque obteſtor. Hæc Ioannes Vetus. Qui de Beza plura volet, legat titulum de Caluiniſtis. Legat etiàm ad vnguem reſponſionem Claudij de Sanctes ad eiuſdem Bezæ Apologiam ſuprà citatam. Legat & librum, quem Tilmanus Heshuſius Lutheranus contra eundem Bezam & eius magiſtrum Caluinum compoſuit.

BIBLISTAE.

23.

Bibliſtæ, ad ſecundam noſtri temporis Confeſſioniſtarum ſectam pertinent, in qua ſunt (vt in eorum titulo reperire licet) molles illi philoſophi & Vuittenbergenſes Theologi.

Bibliſtarum errores. 1. Hi porrò authore Staphylo, aſſeuerant nihil recipiendum legendumq́; aut proponendum populo in eccleſia, vel in ſcholis iuuentuti, præter ſolum ac nudum Bibliorum textum: interpretatione autē opus non eſſe, quòd omnes ſumus (inquiunt) diuinitùs à Deo edocti. Ità ſcribit Melanchthon ad Georgium Spalatinum in præfatione in Canones Apoſtolorum. 2. Nullas item diſcendas eſſe philoſophię artes, cùm Paulus (inquiunt) inanem philoſophiam ſectari vetet: & quòd etiàm è diuerſo ſcriptum ſit à Moiſe, vt homines veſcantur in ſudore vultûs ſui pane ſuo.

Vuittenbergēſium ſcholaſticorum ſtoliditas. Quamobrem cùm Lutherus eſſet in ſua Patmo, perſuaſerunt Carolſtadius & Philippus Melanchthon Vuitenbergenſibus ſcholaſticis, vt combuſtis humaniorum literarum libris, ſibi quiſq; conueniens aliquod aſſumeret mechanicum opificium. Fecerunt pleriq; quod erat ſuaſum: Carolſtadius in proxima quadā villa Vuitenbergenſis agri, agricola factus eſt ruſticus. Philippus verò in piſtrino pinſendi artem meditabatur.

Hoc tantorum theologorum decretū fusè lateque dimanauit in pleraſque vrbes Germaniæ. Et vt reliquos taceam, ſcimus Vratiſlauiæ & Suidniciæ in Sileſia biennium ludos literarios occluſos fuiſſe, & planè extinctos, nec quicquam ab iſtorum ſectariorum diſcipulis lectum, præter textum ſacræ ſcripturæ. Extant hodie eius rei teſtes ſuperſtites, qui dicere queant teſtimonium. Nec obſcurè idem aduerti poteſt ex duobus illis Lutheri libris editis anno 1522 ad Conſules & vrbes Germaniæ de ſcholis inſtaurandis. Hæc Staphylus.

BISSACRAMENTALES.

24.

Biſſacramentales, ad rigidorum noſtri ſeculi Confeſſioniſtarum ſectam pertinent.

Hi, eodem Staphylo authore, duo tantùm admittunt ſacramenta, vndè nomen ſortiuntur. Ità docent Caluinus & Flacciani.

BISOCHI. 25.

Biſochi ſunt ij, quos ſuprà Begardos nuncupauimus, & qui infrà Fratricelli ſeu Fratres de paupere vita, appellantur. De quibus in Extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, Sancta Romana, &c. dicitur in hunc modum: Nonnulli, inquit, profanæ multitudinis viri ſunt, qui vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, Biſochi, ſiue Begardi, vel alijs nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ, necnon in Inſula Sicilienſi, qui contra Canones habitum nouæ religionis ſumpſerunt. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios Patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quamplurimi, ſicut fide dignâ relatione percepimus, à veritate catholicæ fidei deuiantes, eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac alios errores ſtudent multipliciter ſeminare, &c. De quorum erroribus, vide plura in Fratricellis & Begardis. Hi viguerūt vt ſuprà dictum eſt in Begardis, anno Domini 1314. Biſochorum error.

BLASTVS. 26.

Blaſtus & Florinus ambo hæretici, hæreſim ſuam inſtituerunt tempore Commodi Imperatoris & Eleutherij

Nicopolitani ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 182. Aduerſùs quos (vt teſtatur Euſebius Cæſareenſis libro quinto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap 20) ſcripſit beatus Irenæus: ad Blaſtum quidem, de ſchiſmate librum vnum: ad Florinum verò, de Monarchia, & quòd Deus non ſit author malorum, librum alium.

Blaſti & Floriniani errores. 1. Dicebant nempè illi, malum eſſe à Deo, & Deum facere mala.

2. Aſſerebant etiàm (authore Tertulliano, libro de hæreſibus) quartadecima luna Dominicum paſcha inuiolabiliter & neceſſariò celebrandum eſſe, quacunque die veniſſet: quòd eo die ex lege veteri paſcha celebraretur à Iudaico populo.

Nicephorus. De his ſic tradit Nicephorus ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 4. cap. 20 Primis, inquit, hæreſibus, diuinorum virorum virtute & doctrina protsùs euulſis, zizaniorum ſator alias inſupèr ſeminare non ceſſauit. Sed & priorum illarum multi adhuc reſtabant ſùrculi, puræ agrorum Chriſti ſationi officientes: multæ etiàm derepentè tum primùm initium ſumentes producebantur Nam quidam Romæ vigebant, vt Florinus & Blaſtus, qui & ipſi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quòd in petitione presbyterij repulſam tulerat: Blaſtus autem, non ob diſſimilem quoq; cauſam. Quilibet verò eorum, officina ſeorſùm contra veram pietatem inſtituta, permultos ex eccleſia in errorem ſuum pertraxit. Ad Florinum autem & Blaſtum, qui Romæ ſchiſmatis & diſſidij duces fuère, Irenæus cohortationes ſcripſit, vt nuncio vanis atq; inanibus ſermonibus & concertationibus remiſſo, Apoſtolicis inhærerēt traditionibus. Hæc Niceph.

Blaſtus & Florinus Romæ vigebāt.

BOHEMI.

27.

Bohemi ſunt populi (teſte Aenea Syluio, quem Pium Papam nominam⁹, in ſua Europæ Coſmographia) Saxonibus ad meridiem iuncti, apud quos multa ætate noſtra (inquit) memoratu digna emerſerunt: multa prælia geſta ſunt: multus ibì ſanguis effuſus: deletæ funditùs ciuitates: ſpreta & conculcata religio. In ea enim exorta eſt Huſſitarum hæreſis: Adamitarum pullulauit inſania: debacchati ſunt Thaboritarum & Orphanorum exercitus: duo fulmina belli Riſca & Procopius prouinciam ex arbitrio ſuo diripuère: Ioannes ac Hieronymus populum decepère, in Conſtantienſi magna Synodo demùm combuſti: Iacobellus, Conradus, Racazana & Petrus Anglicus, Euangelij corruptores, tanquàm magiſtri veritatis habiti. Quorum omnium virus peſtiferum quatuor reges Vuenceſlaus, Sigiſmundus, Albertus, & Vladiſlaus, qui apud eos veneno extinctus creditus eſt, extirpare non potuère. Poſtremò Georgius Rex creatus, qui Huſſitarum labe infectus putatur, magnus vir alioqui & rebus bellicis clarus. Sed omnia hæc in hiſtoria quā de Bohemis his diebus edidimus, conſcripta ſunt. Hæc ille In qua ſanè hiſtoria, ca. 35. teſtatur, Bohemos pomnia ſequi Vualdenſium errores, & per Ioannem Hus diuerſis erroribus corruptos fuiſſe. Adeò quidem, vt ij Teutones per circuitum habitantes, alios quidem Philiſtæos, alios Idumęos, alios verò Moabitas appellarent, cùm illi ſuam Bohemiam, terram promiſſionis nuncuparent. Nam cùm gymnaſiū publicum, quod Carolus quartus Cæſar Germanus Bohemicarum rerum inprimis ſtudioſus, Pragæ anno Domini 1370. inſtituerat, Lipſiam Miſnæ ciuitatem, dierum trium itinere ab eadem Praga diſtantem, tranſlatum fuiſſet, eoq; & magiſtri & diſcipuli Teutonici generis iureiurando adacti, vna die ſupra duo millia confluxiſſent, ibidemq; vniuerſale ſtudiū erexiſſent, Bohemis ſuæ ſcholæ regimen liberè patuit, quorum dux tunc temporis habitus eſt Ioannes Hus. Qui vbì ſatis fidei comparatum ſibi exiſtimauit, venenū quod iampridèm occultè conceperat, palàm euomuit. Per quem decepti Bohemi, in ſua adhuc dum damnatione perſtant, ſuntq, hac occaſione à Romanæ Eccleſiæ obedientia hacuſq; diuulſi.

Huſſitæ. Adamitæ. Thaboritæ. Orphani. Riſca. Procopius. Iacobellus. Conradus. Racazana. & Petrus Anglicus apud Bohemos euangelij corruptores.

1. Dicunt autem illi, eſſe neceſſariò ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicet & vini, communicandum: adeò quidem, vt qui ſub vna ſpecie tantùm communicat, etiamſi laicus ſit, peccet, quòd (vt aiunt) cōtra præceptum Chriſti agat qui aliter facit, qui vtuquè

Bohemorū hæreſes.

tiquè præcepit ſub vtraq; ſpecie communicare, cùm apud Ioannem ait: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Ioan. 6.

Mat. 26.

2. Volunt etiàm omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, eò quòd Chriſtus dixerit, Bibite ex hoc omnes.

3. Hi rurſùs captiuantes intellectus ſuos in obſequium ſui doctoris Ioannis Hus, hunc inter alios tutantur errorem, vt dicant, Sanctos non eſſe ab hominibus honorandos, neque oportere illos orare: vt vel ſic ſatanæ ſuaſu homines hîc viuentes, ſanctorum qui in cælis ſunt, defraudent auxilijs.

Hoſius. Bohemorũ diſsidium à Romana eccleſia inexcuſabile.

De his ſic ſcribit Hoſius libro primo de hæreſibus noſtri temporis. Anni plùs minùs centum quadraginta interceſſerunt, cùm vicinam Poloniæ Bohemiam lepra Vualdenſis infecit: ex quo factum, vt bona pars illius ab orbe reliquo Chriſtiano ſeſe præciderit. Et rurſùs in Peroratione libri de Traditionibus humanis: Bohemorum, inquit, diſſidium à Romana eccleſia, nulla poteſt excuſatione defendi, quin ſit impium, & Chriſti omnibus legibus contrarium: quia contra charitatem, in qua omnes leges ſumuntur, perſtat. Nam hoc quod vnicè allegant, ſeſe timore Dei & conſcientiæ defeciſſe, nè inter malos ſacerdotes & pontifices viuerent, hoc eos maximè omnium accuſat. Alioquin cur non Moiſes quoquè reliquit duræ ceruicis populum? Cur non Eliſæus & prophetæ, Reges Iſrael idololatras? Hactenùs Hoſius. De his vide fuſiùs in Petro Dreſenſi, Iacobello, Luthero, Græcis, Euſtachio, Vigilantio, Vualdenſibus, Ioanne Vuicleph, Huſſitis, & Oecolampadio.

BOGOMILES.

28.

Bogomiles hæretici, ſic ab Euthymio ſecunda parte ſuæ Panopliæ titul. 23. deſcribuntur: Sub Imperatore Conſtantinopolitano Alexio, inquit, & Friderico primo Cæſare Germano atq; Alexandro tertio huius nominis ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1179. ſecta vna emerſit Bogomiles nominata, hoc eſt, lingua Sarazina, gens miſericordiam inclamans.

Hi contra eccleſias blaſphemabant, dicentes in eis habitare dæmones: & quòd in templo Salomonis ſedem tenuerat magnus ſatan ab euerſione Hieroſolymitanæ vrbis ad ſua ipſorum tempora vſque, quodq; occupauerat magnam eccleſiam Conſtantinopolitanam, quæ ſancta Sophia dicitur.

Bogomiliũ impietas.

Nefandi iſti vocabant etiàm Miſſam dæmonum ſacrificium.

BONOSIACI.

29.

Bonoſiaci, teſte Philaſtrio, à Bonoſio quodam epiſcopo exorti traduntur, tempore Conſtantij Imperatoris, & Liberij Papæ, circa annum Domini 158.

Alij tamen non Bonoſiacos, ſed Monoſiacos, B litera verſa in M, legunt, ſeu Monoſolitas à Monoſo quodam hæreſis eorum authore, quemadmodùm Aſtexanus lib 4. tit. 5. aſſerit.

Hi Chriſtum, Dei filiùm adoptiuum, non autem naturalem & proprium, dicebant. Quod Ioannis quartodecimo reprobatur, cùm Philippo eum roganti, vt patrem ſuum illis oſtenderet, reſpondit: Philippe, qui videt me, videt & patrem. Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Et extrà de celebratione Miſſæ, cap. In quadam: Quidam dixerunt, ſed errauerunt, Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed adoptiuum, vt miſeri Arriani. Gloſa, Bonoſiani. Et de conſecratione, diſt. 2. cap. Hi verò hæretici: Bonoſiani non credebant Chriſtum eſſe filium Dei naturalem. Item in eodem capite: Iſti ſpiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe quendam paruum hominem montanum credunt. Et diſtinct. 1. quæſt. 1. ſub finem dicitur: Gregorius vocat Bonoſi ordinationem, damnationem. Huius porrò hæreſis doctrinam ſequuntur Circuncelliones quarè vide plura in eorum titulo.

Bonoſiacorũ hæreſis.

Ioan. 14.

BONONATVS.

30.

Bononatus in Catalonica regione, Villafranca de Penades, primicerius & hæreſiarcha fuit quàm plurium Begardorum, Ludouici imperatoris Germani, & Ioannis 22. papæ temporibus, circa annum Domini 1314. Quos cùm priùs abiurare recuſaret, indeq; adeò traditus fuiſſet, vt impœnitens, ſeculari curiæ, & ab ea condemnatus ad ignem, cùm iam, igne applicato ex vno latere aſſatus fuiſſet, timore pœnæ & mortis impendentis ſe finxit pœnitere. Sed tandem relapſus in eandem hæreſim, vt impœnitens, ignibus ad poſtremum fuit viuus conſumptus. Et exindè per dominum Ferrarium de Apulia Barginonenſem epiſcopum, & fratrē Guilhelmum de Coſta, fidei inquiſitorē, eorum conuentus damnatus, & domus in qua hæc fiebant in Villa Franca, ſolo adæquata. De ea verò, quam ſequebantur, hæreſi vide in Begardis.

Bononatus vt impœnitens ignibus combuſtus.

BORBORIANI.

31.

Borboriani ſeu Borboritæ, propter nimiam illam, quam in ſuis myſterijs exercere dicebantur turpitudinem, quaſi cœnoſi appellantur. Ab Auguſtino tamen Gnoſtici, ab alijs verò Caſtadogi nuncupantur. Exorti ſunt autem Adriani Imperatoris, & Xiſti ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 129.

Borboriani quaſi cœno ſi appellati.

Hi, authore Philaſtrio, implicati vitijs ſeculi, & malis concupiſcentijs ſeruientes, non ſperant iudicium futurum, ſed potiùs carnalem ſeculi concupiſcentiam laudant & approbant. Illi ergò in cœnum euntes, & indè obliti eodemq; cœno facies & membra ſua deformantes, ea ipſa re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonſtant: cùm illa vorago culparum & vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, & non ex legis diuinæ promiſſione deſcenderit. Tanta nēpe eſt cacodæmonis aſtutia in decipiendis hominibus, vt indè iſtis ſuggeſſerit nullum eſſe futurum iudicium, vt vel hac occaſione eos tantò faciliùs in quodlibet vitiū pertraheret, quantò minùs pœnam propter illud infligendam, ſibi ob oculos proponerent, & crederent. Hunc etiàm errorem Diuus Auguſtinus impingit Florianis, Manichæis, & Frochianitis, quos ille vocat. Qui tamen Prodianitæ à Pilaſtrio nuncupantur.

Borborianorum hæreſis.

Diaboli aſtutia.

Dicuntur etiàm Borboritæ, Deum bonum & Deum malum in ſuis habere dogmatibus. Reliquos eorum errores vide in Gnoſticis & Manichæis.

BOQVINII.

32.

Boquinij ſunt ex famoſiſſima Sacramentariorum factione Antilutherani appellatorum, ad tertiam vtiquè euangelicorum noſtri temporis claſſem pertinentes.

De his Guilhelmus Lindanus ſecundo dialogo ſui Dubitantij ſcribit in hunc modum: Inter Caluiniſtas, inquit, Heshuſius recitat eſſe, qui doceant Chriſtum non eſſe pro omnibus aut omnium peccatis crucifixum & mortuum, ſed tantùm pro fidelibus & pijs. Huius erroris inſimulat Boquinum, Pincierum, & Clebitium, Defenſione contra Caluinum. Volunt enim Corpus Chriſti in cœna tantùm ab ijs manducari, pro quibus aiunt mortuum. Itaq; & malos & impios ab vtroq; Chriſti excludunt beneficio.

Boquiniorū hæreſis.

BRACHITAE.

33.

Brachitæ ex numeroſa Manichæorū colluuie progreſſi ſunt, quæ duce Manete Taciti Imperatoris & Eutychiani papæ temporibus exorta eſt, circa annum Domini 280. Multi nanque hæretici ſub hac hæreſi militârunt, quamuis alij alijs nominibus ſunt appellati.

Brachitæ ergò conuenientes in vnum cum Gnoſticis aduersùs Dominum, & aduersùs fidem quæ eſt in eum, & quam ille per Apoſtolos & prophetas nos docuit, dicebant animam hominis eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. Reliquos eorum

Brachitarū error.

eorum errores vide in Manichæis & Gnoſticis. De quibus omnibus fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

BRENTIVS. 34.

Brentius vir non minima eloquentia & ingenio prœditus, ſed ſecta Semilutheranus, ex eorum videlicet numero, qui Lutheri placitis ſua quædam noua, Euangelij prętextu, aſſuunt, fuit: ad ſecundam vtique Euangelicorum noſtri temporis claſſem ſpectans. Hic emerſit Caroli quinti Imperatoris Germani, & Pauli 3. ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1540.

Ioannis Brentij errores.

1 Hic inter reliquos ſuos errores, licèt concedat, per baptiſmum peccatum originale dimitti, negat tamen per eundem Baptiſmum omne peccatum deleri: proptereà quòd à Baptiſmo ſuſcepto adhuc remaneat in homine carnis concupiſcentia, ſiue carnis rebellio: quæ (vt ille & huius hæreſis authores docent) verè peccatum eſt, quanquàm nō imputatur à Deo. Quòd autem ipſa concupiſcentia ſit verè peccatum, inde probare contēdunt, quòd illa ſit (vt aiunt) contra illud Dei præceptum, Non concupiſces.

2. Dicit etiàm, Euangelium legem non eſſe iuxta propriam & veram legis rationem. Doctores enim miſſi ad Concilium Tridentinum à Duce Vuirtenbergenſi, quorum præcipuus erat Brentius, in confeſſione ſuæ fidei, quam illic ſcriptam obtulerunt, in titulo de Euangelio hæc ſcripſerunt: Euangelium non eſt aliud, quàm bona & læta annunciatio de filio Dei Domino noſtro Ieſu Chriſto, quòd ipſe ſolus ſit expiator peccatorum noſtrorum, & redemptor, & ſaluator noſter.

De hoc ſic ſcribit Hoſius ſtatìm in principio libri primi, quem edidit de noſtri temporis hæreſibus: Priuſquàm, inquit, excutiamus argumenta Brentij, viſum eſt de varijs huius temporis ſectis nonnulla præfari, quod à præſenti noſtro inſtituto minimè fuerit alienum. Etenim Sataniſmus hic, quem in hac præfatione noſtra recenſebimus, non aliundè ſumpſiſſe videtur originem, quàm ex his quatuor capitibus, quæ in libello ſuo Brentius aſſerit. Nam dum vnuſquiſque ſibi de doctrina religionis iudicium arrogat, dum arbitratu ſuo ſcripturas interpretatur, dum nihil in eis difficile, nihil obſcurum eſſe perſuaſum habet, dum præter eas nihil recipi, traditiones autem patrum prorsùs reijci debere cenſet, dum Eccleſiam neque videri, neque cognoſci poſſe credit, ità vt cuique cœtui liberum ſit nomen eccleſiæ vendicare, quis non videt, ex his doctrinæ Brentianæ capitibus, cuius primus author fuit Martinus Lutherus, natum eſſe Sataniſmum, qui nunc regnat in multis partibus Germaniç, qui pedetentìm etiàm in Poloniæ regnum, & adiunctas illi terras irrepere conatur?

Brentiſnę doctrinę 4 ſunt capita.

Brentij doctrinæ author Lutherus.

Et rursùs in eundem, libro 2. de legitimis Iudicibus rerum eccleſiaſticarum: Si dederimus, inquit, tibi Brenti quod vis, nempe nullo modo licitum eſſe in cauſa æterna ſalutis, alienæ ſententiæ ità inhærere, vt eam ſine noſtro ipſorum iudicio amplectamur, quæſo te, quid ex eo conſequetur aliud, quàm quod apud vos in Germania videmus eſſe conſequutum? Vbi dum de totius orbis Chriſtiani iudicio ſuum quiſque iudicium interponere, quin & hoc illi anteponere veritus non eſt, tot fides extitiſſe videmus, tot iudicia, quot ſunt voluntates hominum. Vide autem, nè ſit hoc extremæ cuiuſdam arrogantiæ, vel dementiæ potiùs, ſi quis de prælatorum decretis & ſtatutis quæ præſertim in Synodis œcumenicis facta ſunt, rectè necne facta ſint, ſibi iudicandi poteſtatem vſurpet: certè ad Sataniſmum propagandum, qui per voſtram longè lateq; ſparſus eſt in Germania, nihil fieri poſſit accommodatius.

Brentij impudentia.

Item libro 4. de Traditionibus: Monet, inquit, item Brentius: Cùm à ſcriptore quopiam traditio tanquam Apoſtolica proponitur, eam non ideò agnoſcendam eſſe, quòd ſcriptor ille, quantalibet ſit ſanctitate aut eruditione, affirmat: ſed quia doctrina prophetica & apoſtolica, quæ ſacris literis continetur, diuinitùs nobis cōmendata & confirmata eſt: quamobrem expendendum eſt, num ea traditio conueniat cum ijs ſacris literis, quæ ſunt cæleſtibus teſtimonijs ad nos propagatę. Nam

Brentij ſententia de iudicandis Apoſtolorum traditionibus.

BONONATVS.

30.

BOnonatus in Catalonica regione, Villafranca de Penades, primicerius & hæreſiarcha fuit quàm plurium Begardorum, Ludouici imperatoris Germani, & Ioannis 22. papæ temporibus, circa annum Domini 1314. Quos cùm priùs abiurare recuſaret, indeq; adeò traditus fuiſſet, vt impœnitens, ſeculari curiæ, & ab ea condemnatus ad ignem, cùm iam, igne applicato ex vno latere aſſatus fuiſſet, timore pœnæ & mortis impendentis ſe finxit pœnitere. Sed tandem relapſus in eandem hæreſim, vt impœnitens, ignibus ad poſtremum fuit viuus conſumptus. Et exindè per dominum Ferrarium de Apulia Barginonenſem epiſcopum, & fratrē Guilhelmum de Coſta, fidei inquiſitorē, eorum conuentus damnatus, & domus in qua hæc fiebant in Villa Franca, ſolo adæquata De ea verò, quam ſequebantur, hæreſi vide in Begardis.

Bononatus vt impœnitens ignibus combuſtus.

BORBORIANI.

31.

Borboriani quaſi cœno ſi appellati.

BOrboriani ſeu Borboritæ, propter nimiam illam, quam in ſuis myſterijs exercere dicebantur turpitudinem, quaſi cœnoſi appellantur. Ab Auguſtino tamen Gnoſtici, ab alijs verò Caſtadogi nuncupantur. Exorti ſunt autem Adriani Imperatoris, & Xiſti ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 129.

Borboriano rum hæreſis.

Hi, authore Philaſtrio, implicati vitijs ſeculi, & malis concupiſcentijs ſeruientes, non ſperant iudicium futurum, ſed potiùs carnalem ſeculi concupiſcentiam laudant & approbant Illi ergò in cœnum euntes, & indè obliti, eodemq; cœno facies & membra ſua deformantes, ea ipſa reunctis velut culpandam Dei creaturam demonſtant: cùm illa vorago culparum & vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, & non ex legis diuinæ promiſſione deſcenderit. Tanta nēpe eſt cacodæmonis aſtutia in decipiendis hominibus, vt indè iſtis ſuggeſſerit nullum eſſe futurum iudicium, vt vel hac occaſione eos tantò faciliùs in quodlibet vitiū pertraheret, quantò minùs pœnam propter illud infligendam, ſibi ob oculos proponerent, & crederent. Hunc etiàm errorem Diuus Auguſtinus impingit Florianis, Manichæis, & Frochianitis, quos ille vocat. Qui tamen Prodianitæ à Pilaſtrio nuncupantur.

Diaboli aſtutia.

Dicunrur etiàm Borboritæ, Deum bonum & Deum malum in ſuis habere dogmatibus. Reliquos eorum errores vide in Gnoſticis & Manichæis.

BOQVINII.

32.

BOquinij ſunt ex famoſiſſima Sacramentariorum factione Antilutherani appellatorum, ad tertiam vtiquè euangelicorum noſtri temporis claſſem pertinentes.

De his Guilhelmus Lindanus ſecundo dialogo ſui Dubitantij ſcribit in hunc modum: Inter Caluiniſtas, inquit, Heshuſius recitat eſſe, qui doceant Chriſtum non eſſe pro omnibus aut omnium peccatis crucifixum & mortuum, ſed tantùm pro fidelibus & pijs. Huius erroris inſimulat Boquinum, Pincierum, & Clebitium, Defenſione contra Caluinum. Volunt enim Corpus Christi in cœna tantùm ab ijs manducari, pro quibus aiunt mortuum. Itaq; & malos & impios ab vtroq; Chriſti excludunt beneficio.

Boquiniorū hæreſis.

BRACHITAE.

33.

BRachitæ ex numeroſa Manichæorū colluuie progreſſi ſunt, quæ duce Manete Taciti Imperatoris & Eutychiani papæ temporibus exorta eſt, circa annum Domini 280. Multi nanque hæretici ſub hac hæreſi militârunt, quamuis alij alijs nominibus ſunt appellati.

Brachitæ ergò conuenientes in vnum cum Gnoſticis aduerſùs Dominum, & aduerſùs fidem quæ eſt in eum, & quam ille per Apoſtolos & prophetas nos docuit, dicebant animam hominis eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. Reliquos eorum

Brachitarū error.

eorum errores vide in Manichæis & Gnoſticis. De quibus omnibus fit mentio C. de hæreticis & Manichæis.

BRENTIVS. 34.

Brentius vir non minima eloquentia & ingenio prædıtus, ſed ſecta Semilutheranus, ex eorum videlicet numero, qui Lutheri placitis ſua quædam noua, Euangelij prętextu, aſſuunt, fuit: ad ſecundam vtique Euangelicorum noſtri temporis claſſem ſpectans. Hic emerſit Caroli quinti Imperatoris Germani, & Pauli 3. ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1540.

Ioannis Brentij errores.

1 Hic inter reliquos ſuos errores, licèt concedat, per baptiſmum peccatum originale dimitti, negat tamen per eundem Baptiſmum omne peccatum deleri: proptereà quòd à Baptiſmo ſuſcepto adhuc remaneat in homine carnis concupiſcentia, ſiue carnis rebellio: quæ (vt ille & huius hæreſis authores docent) verè peccatum eſt, quanquàm nō imputatur à Deo. Quòd autem ipſa concupiſcentia ſit verè peccatum, inde probare contēdunt, quòd illa ſit (vt aiunt) contra illud Dei præceptum, Non concupiſces.

2. Dicit etiàm, Euangelium legem non eſſe iuxta propriam & veram legis rationem. Doctores enim miſſi ad Concilium Tridentinum à Duce Vuirtenbergenſi, quorum præcipuus erat Brentius, in confeſſione ſuæ fidei, quam illic ſcriptam obtulerunt, in titulo de Euangelio hæc ſcripſerunt: Euangelium non eſt aliud, quàm bona & læta annunciatio de filio Dei Domino noſto Ieſu Chriſto, quòd ipſe ſolus ſit expiator peccatorum noſtrorum, & redemptor, & ſaluator noſter.

De hoc ſic ſcribit Hoſius ſtatìm in principio libri primi, quem edidit de noſtri temporis hæreſibus: Priuſquàm, inquit, excutiamus argumenta Brentij, viſum eſt de varijs huius temporis ſectis nonnulla præfari, quod à præſenti noſtro inſtituto minime fuerit alienum. Etenim Sataniſmus hic, quem in hac præfatione noſtra recenſebimus, non aliundè ſumpſiſſe videtur originem, quàm ex his quatuor capitibus, quæ in libello ſuo Brentius aſſerit. Nam dum vnuſquiſque ſibi de doctrina religionis iudicium arrogat, dum arbitratu ſuo ſcripturas interpretatur, dum nihil in eis difficile, nihil obſcurum eſſe perſuaſum habet, dum præter eas nihil recipi, traditiones autem patrum prorsùs reijci debere cenſet, dum Eccleſiam neque videri, neque cognoſci poſſe credit, ità vt cuique cœtui liberum ſit nomen eccleſiæ vendicare, quis non videt, ex his doctrinæ Brentianæ capitibus, cuius primus author fuit Martinus Lutherus, natum eſſe Sataniſmum, qui nunc regnat in multis partibus Germaniç, qui pedetentìm etiàm in Poloniæ regnum, & adiunctas illi terras irrepere conatur?

Brentianę doctrinę ſummi capita.

Brentij doctrinæ author Lutherus.

Et rursùs in eundem, libro 2. de legitimis Iudicibus rerum eccleſiaſticarum: Si dederimus, inquit, tibi Brenti quod vis, nempe nullo modo licitum eſſe in cauſa æternæ ſalutis, alienæ ſententiæ ità inhærere, vt eam ſine noſtro ipſorum iudicio amplectamur, quæſo te, quid ex eo conſequetur aliud, quàm quod apud vos in Germania videmus eſſe conſequutum? Vbi dum de totius orbis Chriſtiani iudicio ſuum quiſque iudicium interponere, quin & hoc illi anteponere veritus non eſt, tot fides extitiſſe videmus, tot iudicia, quot ſunt voluntates hominum. Vide autem, nè ſit hoc extremæ cuiuſdam arrogantiæ, vel dementiæ potiùs, ſi quis de prælatorum decretis & ſtatutis quæ præſertim in Synodis œcumenicis facta ſunt, rectè necne facta ſint, ſibi iudicandi poteſtatem vſurpet: certè ad Sataniſmum propagandum, qui per veſtram longè lateq; ſparſus eſt in Germania, nihil fieri poſſit accommodatius.

Brentij impudentia.

Item libro 4. de Traditionibus: Monet, inquit, item Brentius: Cùm à ſcriptore quopiam traditio tanquam Apoſtolica proponitur, eam non ideò agnoſcendam eſſe, quòd ſcriptor ille, quantalibet ſit ſanctitate aut eruditione, affirmat: ſed quia doctrina prophetica & apoſtolica, quæ ſacris literis continetur, diuinitùs nobis cōmendata & confirmata eſt: quamobrem expendendum eſt, num ea traditio conueniat cum ijs ſacris literis, quæ ſunt cæleſtibus teſtimonijs ad nos propagatę. Nam

Brentij ſententia de iudicandis Apoſtolorum traditionibus.

ſi eum hæc ſcriptura pugnauerit, dubitari amplius non poteſt nec debet, quin ſcriptor ille aut alios fallere voluerit, aut ab alijs falſus fuerit, & pro veritate mendacium acceperit. Fieri enim non poteſt, quod Apoſtoli ſpiritu ſancto præditi, tradiderint verbis pugnantia cum ijs, quæ mandauerunt ſcriptis.

Reſponſio.

Hoc quin verum ſit, non dubitamus, quòd nihil tale verbis tradiderunt Apoſtoli, quod cum ijs, quæ ſcriptis tradiderunt, pugnaret. Sed quid ſi pugnare videbitur hæretico traditio cum ſcriptura, quã Eccleſia tota pulchrè conuenire cum ea cenſet? Hæc ille ibidem.

Formã verborum baptiſmi mutare ſinit Brentius.

Rurſùs libro primo de hæreſibus noſtri temporis, idem Hoſius inquit. Sacramentum quod ſolùm de neceſſitate ſalutis eſt, liberum eſſe vult ipſe Brentius. Nam cùm diſertis verbis hanc nobis formam Chriſtus præſcripſerit, vt baptizaremus in nomine patris & filij & ſpiritûs ſancti, negat is baptiſmi virtutem ad certa verba Chriſtum alligare voluiſſe, quòd non inſtituerit magiam, quæ ad certam verborum formam aut certos ritus alligata ſit. Itaque nihil in eo piaculi fore putat, ſi mutetur ſonus, dummodò remaneat ſententia verborum Chriſti. Hæc iſte, quem numinis inſtàr colit Vergerius, cuius ſcripta dictaque pro diuinis oraculis haberi vult. Vides autem ex hoc, quàm fœcundi monſtroſo ſuo partu ſint hæretici. Vix enim eorum quenquam reperies, qui vel nouam hæreſim protulerit, vel veterem aliquam olìm damnatam inſtaurauerit, qui non multis erroribus, portentis & monſtris comitantibus ſtipatus incedat. Hactenùs Hoſius, in cuius voluminibus plura legere poteris, quæ contra hunc illè edidit.

Brentiani qui dicti.

A Brentio autem Brentiani ſeu Lutheroſiandriani dicti ſunt ij, qui teſte Lindano in Dubitantio dialog. 2. Lutherum Oſiandro conciliare ſtudent. Is enim epiſtola ad ducem Vuirtembergenſem anno 1552. docet cum Luthero contra Oſiandrum, hominem hac in vita imputatiuè haberi iuſtum: & poſt hanc vitam cum Oſiandro contra Lutherum affirmat, hominem oportere eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri. Hunc ſectantur Theologi Tubingenſes, teſte Staphylo in defenſione Hæc Lindanus. De hoc item vide infrà in Ioanne Brentio.

BVCERVS.

35.

MArtinus Bucerus patria Argentinenſis, & monachus apoſtata ex Ordine fratrum Prædicatorum, quos Dominicanos appellamus, ex Sacramentariorum factione extitit hoc noſtro infelici tempore Caroli quinti Imperatoris Germani, & Clementis ſeptimi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1530. qui quoniam (vt teſtatur Lindanus) poſtea in Lutheri ſectam iurârit, licèt nec huic perſtiterit fidus, facile ab alijs fuit gloriæ ſtudio ſuperatus. Tanta autem fuiſſe in Euangelio inconſtantia, quo tantoperè ſeſe efferunt Euangelici ſui ſimiles, inconſtantia illum ſcribit

Buceri inconſtantia.

Reuerendus dominus Stephanus Vuintonienſis Anglus, vt hominem appellet plagoſum, quod inſigniores ſectas ſectatus, vndiquè vapulauerit. Nam initiò vbì Lutheri doctrinam reieciſſet, ſeſe ad iurati hoſtis Zuinglij caſtra proripuit: vndè & in Marpurgenſi diſputatione contra Lutherum pro illis dimicabat, ſicut & Auguſtæ ſubſcribere noluit confeſſioni principum Proteſtantium Lutheranorum, ſed Argentinenſi. Mox mutata velificatione, vbi Zuinglius inter arma paricidalia à ſe concitata corruiſſet trucidatus, iterùm Luthero ſeſe coniungere ſtuduit, à quo pridèm falſi etſi publicè notatus fuerat, nunquàm tamen ſe purgauit legitimè. Deindè cum Vuicelio iam ad eccleſiam Catholicam reuerſo nouam contra Lutherum meditabatur pacis & concordiæ formulam.

Etſi autem tam eſſet varius, nunquàm tamen ſibi, dum eſſet Sacramentarius, placuiſſe ſcribit. Eſt, pro Significat: & Corpus, pro Signo corporis: hoc eſt, nunquàm ſibi probatum aut Zuinglij aut Oecolampadij inuentum, ſed ſui ingenij, quo erat ſanè non omnium infeliciſſimo.

Vt

Vt autem ſuis in erroribus erat inconſtans, ità illius ſententiæ inuentorem videtur Michael Dilletus feciſſe, quòd qui fidem tantùm habet hiſtoricam, in Cœna nihil quàm ſignum corporis accipiat. Albertus ſcribit, Bucerum ſic eſſe verba Domini interpretatum. Hoc eſt proteſtatio & memoriale beneficiorum DEI. Sanè vt in Chriſtianiſmo fuit inconſtantiſſimus, ità in paterno Iudaiſmo conſtantiſſimus. Præter vſuras enim defenſas, licitas poſt CHRISTI aduentum ſub mortem narrant oculati teſtes reuocâſſe in dubium.

Buceri errores.

1. Licèt autem contendat cum Brentio & reliquis huius factionis, vt iam ſuprà diximus, originale peccatum per baptiſmum dimitti, negat tamen per illum omne peccatum deleri: quòd (vt ait) baptiſmo ſuſcepto maneat adhuc carnis concupiſcentia vel rebellio, quæ (vt huius hæreſis authores docent) verè peccatum eſt, quanquàm non imputatur à Deo.

Baptiſmus.

2. Aſſerit nullum eſſe peccatum mortale, niſi incredulitatē. Cuius hęreſis primus author & inuentor fuit Martinus Lutherus, quem hac in parte ſecuti ſunt Philippus Melanchthon, Ioannes Caluinus, & quotquot Lutherano nomine cenſentur.

Peccatum.

3. Sacerdotum cælibatum repræhendit cum eodem Luthero, aſſerens ſacerdotes non debere eſſe cælibes.

Sacerdotiū.

4. Docet, quamlibèt impurè & ſceleratè homines viuant, debere tamen firmiter credere ſe per Chriſtum eſſe Deo gratos. Hæc Bucerus, licet libro de Concordantia certitudinis gratiæ, de Catholicis conqueratur, quòd falsò illi tribuant hanc doctrinam. Nè quis tamen de nobis eum iurè expoſtulare arbitretur, eius verba hic adſcribam: Ait autem ille in Commentarijs ſuper Epiſtolam ad Romanos cap. 2. in hæc verba: Cùm noſtra opera omnia incerta ſint, imminò ex ſe nihil ſint, nulla eorum habenda eſt ratio. Ex quibus verbis conſtat, hunc hæreticum cum reliquis eiuſdem factionis ideò aſſerere, iuſtificationem hominis nullo modo pendere ex operibus noſtris, vt ſuam iuſtificationem ſibi certam facere poſſint.

Gratia.

Moritur autem annò 1551. 27. die Februarij Cantabrigiæ apud Anglos, velut voluntarius exul metu Cæſaris: cuius oſſa deindè (teſte ad Canonem appendice) defoſſa ſunt & exuſta in Anglia. Anno, inquit, à partu virgineo 1557. die 21. Februarij. iam per vniuerſam Angliā reintegrata religione, animaduerſum eſt in oſſa Fagij & Buceri, quòd indignè viderentur hominibus pijs, quæ in ſacrato loco ſepulta quieſcerent. De hoc vide plura in Caluiniſtis.

Buceri mors.

BVDDAS.

36.

BVddas qui & Terebynthus, Manetis hæretici fuit præceptor, temporibus Aureliani Imperatoris, & Felicis huius nominis primi papæ, circa annum Domini 273.

De hoc ſic ſcribit Suidas: Manes, inquit, qui & Scythianus dictus eſt, Brachmanus fuit genere, & præceptorem habuit Buddam, anteà Terebynthum nominatum. Budas in Græcis diſciplinis Empedoclis hæreſim eſt ſequutus, qui duo principia inter ſe contraria eſſe dixit, Contentionem & amicitiam. In Perſide Budas è virgine ſe genitum, & in montibus educatum, mentitus eſt. Quatuorq; compoſuit libros, quibus nomina indidit Myſteriorum, Euangelij, Theſauri, Capitulorum. A dæmone autem tortus interijt. Eius libros cum reliqua hæreditate Vrbicus, qui ſe Manetem poſteà nominauit, ab ea fœmina conſequutus eſt, & pro ſuis venditauit, quæ fœmina Buddam fouerat, & Vrbicum ſeptem annos natum ære & libra emit, libertateque deindè donatum hæredem inſtituerat. Hæc Suidas.

Buddas Manetis præceptor.

BVGAVRIVS DE *Monte Falcone.*

37.

BVgaurius cognomine de Monte Falcone, author fuit eorum qui in religione Catalonienſi auſi ſunt dogmatizare, nullum opus eſſe bonum, niſi ex

Bugaurij hæreſis.

puro ac ſyncero amore fiat, quacunq; ex cauſa fiat, etiàm ſpe mercedis æternæ. Fuit autem iſte error tandèm condemnatus publicè ac ſolenniter per Sancium Tarraconenſem archiepiſcopum.

BVLGARI.

38.

Bvlgari ſunt, qui alio nomine Myſij appellãtur, inter Iſtrum & Aemum montem habitacula ſortiti. Qui cùm Chriſtiani primùm facti sũt, multis annis ſub obedientia Romani pontificis degẽrunt, excellentiſſimi Chriſtianorum propugnatores contra Turcam effecti. In ea porrò gente Nicolaus Papa tantùm profecit, vt pulſo Photino hæretico, qui in his regionibus multos credulos & omni vento doctrinæ circunlatos ſuis technis & imposturis fefellerat, Rex maiori natũ ex filijs regno tradito, habitum ſuſciperet monachalem. Nicolai papæ virtus in propulſando Photino hæretico. Sed cùm ij ob locorum confinia cum Imperatoribus Orientis communicâſſent, cœperunt tandẽ in ritus Græcorum degenerare, in quibus hucuſq; permanent, quemadmodùm ſcribit Blondus hiſtoriographus Romanus, antiquitatis ſcrutator. De eorum hæreſi vide in Græcis.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM, LIBER TERTIVS.

DE LITERA C.

CACANGELICI.

1.

Cacangelici ſunt ij, quos Apoſtolus Paulus vocat Pſeudoapoſtolos & operarios ſubdolos, in hunc modum ſuis Corinthijs ſcribens: Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt o- 2.Cor.11.
perarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum: ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ: quorum finis erit ſecundùm opera ipſorum. Et alibi: Videte canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Chriſtus etiàm apud Lucã eós appellat operarios iniquitatis. Idem habet & primus liber Machabæorum in hęc verba: Iudas Machabæus perſecutus eſt iniquos, qui legem abiurauerant, & qui conturbabant populum ſuum, adeò vt omnes operarij iniquitatis

Philip.3. Luc.13. 1.Mach.3.

conturbati ſint præ timore eius. De quib. item tradit ità D. Paulus, ad Timotheum ſcribens: Hoc autem (inquit) ſcito, quòd in nouiſſimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſcelesti, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquàm ad ſciẽtiam veritatis peruenientes. Quemadmodùm autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moiſi, ità & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidem. Sed vltrà (inquit) non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut illorum fuit. Propterea eundem Timotheum conteſtabatur idem Paulus per aduẽtum & regnum Dei & Ieſu Chriſti, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, vt prædicaret verbum: inſtaret opportunè & importunè: argueret, obſecraret, increparet in omni patientia & doctrina: Nimiùm quòd futurum eſſet tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinerent ho-

2.Tim.3. Exo.7.& 11. 2.Tim.4.

homines,(vt ſunt noſtra ſecula)ſed ad ſua deſideria coaceruarent ſibi magiſtros qui prurirent auribus auditorum:& à veritate quidem auditum aueiterent, ad fabulas autem conuerterentur.

Hoſius de prurítu auri um iſtius ſeculi Cacangelicorum.

De quibus Cacangelicis magiſtris que erroris, ſeſe in angelos lucis transformantibus, in hunc modum ſcribit Hoſius libro quem de hominis iuſtificatione edidit:Fuitne,inquit, tēpus vllum,quo maior eſſet magiſtrorū aeetuus, auribus hominum ſeruientium,quàm ſit iſtud,in quod incidit ætas hæc noſtra? Niſi fortè non titillat hoc aures noſtras,nō eſt auditu mortalibus vel maximè gratum & iucundū, quum dicitur: Nulla noſtra,ſed ſola Chriſti iuſtitia nos iuſtos, ſola Chriſti iuſtitia nos ſaluos eſſe·quicquid ſit de noſtris operibus,vnumquenque certum eſſe debere, quòd gratis propter Chriſtum peccata ſibi remiſſa ſint,quodque Deo acceptus,& vitæ ſit hæres æternæ. Ac videtur hic eſſe temporum horum ſtatus, haud facilè vt quiſquam ſtatuere poſſit, in magiſtris ne linguarum,an in diſcipulis aurium ſit pruritus ardentior. neque enim in his audiendi, quàm in illis placentia loquendi, maius eſt ſtudium. Adeò ſe vltrò ingerūt auribus etiàm auſcultare nolentium, vt vel indè facilè quiſquam perſpiciat, quòd ex eorum numero ſint, de quibus propheta

Hiere. 23.

ſcribit: Non mittebam prophetas, & ipſi currebant:nec loquebar ad eos,& ipſi prophetabant. Et planè impletum eſt quod ab eodem propheta ſcriptum eſt: Stupor

Hiere 5.

& mirabilia facta ſunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium,ſacerdotes applaudebant manibus ſuis,& populus meus dilexit talia.

Lutheri doctrina homines fieri deteriores.

Quem verò fructum attulerit hæc eorum doctrina,quam iſti parùm ſani, ſanā haberi volunt,quamq; ſub ſpecioſo verbi Dei titulo rudi populo venditant, rerum exitus ipſe declarat. Non eunt hoc inficiàs ipſi ſeruientes auribus magiſtri, ſuos vitam agere improbam & contaminatiſſimam, nihiloque meliores nunc eſſe quàm ante receptum nouum hoc doctrinæ genus fuerunt:quin etiàm maiore audacia ſequi mundum & eius cupiditates, omniaque ſibi permittere Qui bonam vitæ ſuæ partem inter eos traduxit,qui mā-lunt Euangelici quàm Chriſtiani vocari, vir amœno cumprimis ingenio,neq; mediocri iudicio,dicendique ſuauitate quadam admirabili prædıtus Eraſmus Roterodamus: Circunſpice mihi,inquit, ſodalitatem iſtam Euangelicam, quot habet adulteros,quot temulentos, quot aleatores,quot decoctores, quot alijs vitijs infames. Ac nonnullis interiectis: Dices, inquit,nihil tam felix vnquàm fuit in rebus humanis,quin malorum admixtu vitiaretur. Ad bonos verte oculos. Fieri poteſt vt mea ſit hæc infelicitas Mihi adhuc neminem contigit nôſſe,qui non videatur ſeipſo factus deterior. Et iterùm paulò pòſt: Euangelica pietas à minimis initijs paulatim creuit in maius ac melius, ac optimus quiſque ſe illi iungebat. Hanc doctrinam non ferè niſi leuiſſimus quiſque amplectitur. Et ad fratres inferioris Germaniæ ſcribens, de quodam ſacerdote narrat, qui cùm virgis cæſus & ex vrbe eiectus eſſet, & in carcere & extra portam,cùm à carnifice dimitteretur, publicè teſtatus eſt, ſe,poſtea quàm illi ſe ſectæ addixerat, in omne flagitiorum genus proruiſſe. Et in alio quodam libro, adeò per hoc quod ipſi vocant Euangelium,non corrigi ſcribit homines, vt potiùs videantur deteriores fieri,nec vt peccare deſinant,ſed vt peccent impunitiùs. Ac verè quidē ille. Quis enim non peccet impunitiùs,cùm ab iſtis hominum ſceleribus blandientibus,& ſeruientibus auribus magiſtris, non notitis, in immenſum exaggerari vim peccati originalis,audiuerit,adeò vt etiam renati ex aqua & ſpiritu ſancto, non poſſimus non peccare:quum cuius impulſu fit vt peccemus, ab iſtis edoctus, fortiorem eſſe credit vnum dæmonem, quàm omnes homines? Quaſi non contrà fortior ſit vnus Deus,quo adiuuante peccatum effugere poſſumus,quàm omnes dæmones Quem tamen & ipſum, quæ Cacangelicorum iſto rum inſignis eſt & horrenda blaſpemia, peccati faciūt authorem: vt ab eo nos ad peccatum agi blaſphement. Quis nō peccet impunitiùs, cùm nulla ſua, ſed ſola Chriſti iuſtitia,ſe ſaluum fore perſuaſum habuerit? Quis non peccet impunitiùs, ſi nullum eſſe meritum bonorum operum arbitretur,etiàm eorum, in quibus à Deo crea-

Eraſmus in epiſtola contra pſeudoeuāgelicos.

Hyperaſpiſtæ ſecundo.

Cacangelicorum horrenda blaſphemia.

cicati ſumus? Quæ Deus ipſe operatus eſt in nobis: quæ non aliundè precium, non aliundè meritum habent, quàm ex precioſo Chriſti ſanguine, quo reſperſa sũt: quemadmodũm a viro quodã docto præclarè ſcriptum eſt: Quòd iuſtitia meritorum Chriſti fulget in virtutibus ſanctorum, ſicut ſol in gemmis, quæ magis rutilant in præſentia ſolis, in abſentia autem obtenebrantur. Quis non peccet impunitiùs, cùm omnem iuſtitiam & ſanctitatẽ noſtram, merum eſſe peccatum & rem dãnatam crediderit? Atque adeò nihil valere bona opera ad diuinam gratiam demerendam, vt quo quiſque ſui pior eſt, eo citiùs illi Deus gratiam impartiatur? Hactenùs Hoſius de Cacangelicis noſtri temporis.

Albertus Magn. diſt. 20. in 3. lib. ſententiarum.

CAINANI SEV CAIANI. 2.

Cainanorũ hæreſis.

CAinani ſiue Caiani ſeu Caini, authore D. Auguſtino li. de hæreſibus cap. 18 & Philaſtrio, ſunt ità appellati, quòd Cain Fratricidam primogenitum patris noſtri ac beati Adæ protoplaſti, colant & venerentur, eum dicentes fuiſſe virtutis fortiſſimæ: & ex altera quidem virtute, nempe diaboli, Cain factum: ex altera autem, id eſt, Dei, Abel beatiſſimum natum, & virtutem maiorem, quæ erat in ipſo Cain, ità inualuiſſe, vt ſuum interficeret fratrem. Hos Tertullianus libello ſuo de hæreſibus Chaldæos appellat. Adorant ſimiliter Iudam proditorem, eum arbitrantes aliquid diuinum eſſe, adeò quidem, vt eius deteſtandum ſcelus, ingens beneficium reputent, eum aſſerentes præſciſſe quantum eſſet generi humano Chriſti paſſio profutura, ideoq́; illum Iudæis ad occidendum tradidiſſe. Perhibentur quoquè & Sodomitas colere. Item Chore, Dathan, & Abiron, proptereà quòd cũ ſchiſma in primo Dei populo feciſſent, terra dehiſcente, perierint.

Adeò quidem, vt quantumlibèt aliqui fuerint aliquandò ſceleſti aut flagitioſi, nunquàm illis defuerint à quibus laudarentur, & eorum ſcelus commendaretur.

Blaſphemant deniquè ij legem & Deũ legis authorem, carniſque reſurrectionẽ negant. Omnes deniquè Marcionis errores illi attribuunt Irenæus & Auguſtinus: ex quo facilè creditu eſt, Caianos hæreticoſa Marcione ortum habuiſſe, indeque adeò ſub Antonino Pio Imperatore, & Pio primo papa, Eccleſiæ Dei inſultaſſe, circa annum Domini 159.

CALICVLARII. 3.

CAliculari ſunt, qui hac noſtra tempeſtate calicis communionem ceu neceſſariam vrgẽt: de quibus ſic ſcribit Lindanus in ſuo Dubitantio, dialogo ſecundo: Vt finem, inquit, faciam, errores in concilijs generalibus pridèm damnatos & iam Euangelij prętextu per impios iſtos reuocatos demõſtrandi, notum eſt, communionis ſub vtraque ſpecie neceſſitatem à Petro Dreſdenſi inuectam, fuiſſe in Concilio Conſtantienſi à patribus damnatam: ſed nunc ſeditioſiſſimè Lutheri ſpiritu ab orco reuocatam. De his vide plura in Lutheranis.

Petrus Dreſdenſis cõmunionis ſub vtraque ſpecie inuentor.

CALVINISTAE. 4.

CAluiniſtæ, à Ioanne Caluino noſtri ſeculi ſummo hæreſiarcha, Picardo natione, patria Nouidunenſi dicti ſunt, & qui nunc famoſiſſimè apud Gallias celebrantur. Hunc à patria ſua ob vitæ improbitatem exulaſſe ſcribit Antonius Demochares, de Miſſæ ſacrificio capite ſecundo. Eundem nouerunt (inquit Ioannes Vacquerius libro de tentationibus) inter diſſolutos ſuæ vrbis viros diſſolutiſſimum, inter inconſtantes & fœdifragos inconſtantiſſimum. Emerſit autem Caroli V. Imperatoris Germani, & Pauli III. huius nominis ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1534.

Caluinus ob vitæ improbitatem exulare coactus.

Hic igitur (vt inquit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2.) Gallicani ingenij faſtu, vanæque eloquentiæ cothurno, ac doctrinæ ſuæ opinione tumidus, primùm Baſileę deliteſcens, tum Argentorati exulans, ac profugorum ibidèm factus concionator, poſt Geneuenſis eccleſiæ arre-

pta contra Dei legem, pulſo Viecomite & epiſcopo, gubernatione; non modò Sabaudiam, ſed totam adeò Galliam ſuis infecit, euertit, perdidit blaſphemijs propter nouum ſuæ Cœnæ figmentum, quo Christum, licet abſentem, imaginatur ſua tantùm vi & efficacia præſentem per metonymiam. In quo neque ſuo cum patre Farello aut Oecolampadio, neque ſuo cum auo Zuinglio conuenit, quorum vtrunq; repræhendit, quòd Cœnam Domini non rectè tractârint. Vnde & in culpa eſſe ait, quod magna animorum offenſione Tigurini accipiunt tanquàm in ſuum Apoſtolum vehementer iniurium. Sed ijs tandèm palinodia eſt reconciliatus.

Caluinus ſuos magiſtros Zuinglium & Oecolampadium de imperitia repræhendit.

Eius autem errores ſunt hi, quos ex plurimis annotârunt non ſolùm Heshuſius & Ioachimus Vueſtphalus, qui cõtra eum de Euchariſtia ſcripſerũt, ſed Staphylus quoquè, Lindanus, Hoſius, & Claudius de Sainctes cum alijs compluribus. Primùm itaque idem Heshuſius libro de Euchariſtia, hos annotauit.

Caluini errores. Baptiſmus.

1. Dicit ergò inprimìs illum animo & factis declarâſſe cum Manichæis, Baptiſmũ pueris nõ eſſe neceſſarium. Narrat enim, noluiſſe Caluinum puerum imbecillem, ac in templum delatum baptizare, ſed vt poſtridiè reportaretur, mandâſſe, qui interea eſt mortuus.

Trinitas.

2 Rursùs quòd teſtimonia ex Geneſi pro ſacroſancta Trinitate & CHRISTI diuinitate à Catholicis adducta, velut Rabbinorum patronum agens, extenuat.

3. Cæterùm quid ſenſerit de Trinitate ipſa, in Synodo Lauſannẽſi declarauit, vbi, teſte Petro Carolo, qui eidem ſynodo interſuit diſputator, profitebatur ſe Symbolo Athanaſij nec credere, nec diſcredere, donèc ad ſcripturarũ gnomonẽ (ſic enim Arrianizans græciſſabat) illud examinâſſet. Immò illum verſum, Alia eſt perſona patris, alia filij, reijciebat, eò quod Græcè eſt Hypoſtaſis, quæ perſonam (inquiebat) non ſignificat.

Chriſtus.

4. Certè Chriſtum Deum eſſe, ex ſubſtantia patris ante ſecula genitum, nunquàm extorqueri potuit vt Caluinus confiteretur: ſed quatenùs Deus eſt Chriſtus, à ſeipſo eſſe affirmabat. Quod an non uerà Chriſtum patris eſſe filium neget, ipſe viderit.

5. Inter alias porrò blaſphemias, Caluinus vt hominem cum Manichæis facit brutum, quia nõ liberi arbitrij: ita Deum quoquè docet impiorum ſcelera non tantùm permittere, ſed operari etiam efficaciter.

Caluino bruteſcunt homines ſtoicè.

6. Rursùs Adæ peccatum occulto Dei decreto fuiſſe ordinatum aſſerit. Immò diabolum Dei mandato eſſe mendacem. Itaque Deum eſſè nõ tantùm malorum, ſed peccati quoquè authorem. Hæc Caluini verbis blaſphema recitat Heshuſius in erroribus Caluini, ſub finem ſuæ confeſſionis de ſancta Euchariſtia. Vbi inter cæteros priſcorum hæreticornm renouatos errores, obſeruandum eſt, Caluinum docere Deum peccati authorem. Quod libro contra Libertinos, ſui oblitus, affirmat à Simone Mago ſumpſiſſe originem.

Deũ peccati authorẽ facit Caluinus, cum Simone Mago.

Hos item Caluini errores enumerat paulò apertiùs & breuiùs Fridericus Staphylus in Apologia de Lutheranorum inter ſe concordia, in hæc verba: Manichæi & Marcionitæ Caluiniani ſunt, qui hæc iſta quæ ſequuntur, in Deum & in omnes creaturas blaſphema ſpargunt, authore Ioanne Caluino. Quorum hæc dogmata nupèr in lucem edita ſunt:

Vide quot Caluini execrandæ blaſphemiæ.

1. Quòd Deus potiſſimè creârit genus humanum ad perpetuam damnationem & interitum.
2. Quòd Deus Adam creârit non modò vt interiret, ſed etiàm quòd illum ab æterno ad exitium prædeſtinârit, ideoq; illum neceſſariò peccare oportuerit.
3. Quòd peccata quæ homines faciunt, nõ modò Deus permittat fieri, ſed etiàm fiant Deo volente & impellente.
4. Quòd omnia peccata quæ fiunt ab hominibus, ſint omnino opera Dei ſimpliciter.
5. Quòd nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium fiat ab homine, quod Deus non efficiat in homine.
6. Quòd & lex Dei & voluntas Dei, ſæpè ſint inter ſe contraria
7. Quòd diabolus, iubente & volente Deo, mentiatur in cordibus humanis.
8. Quòd DEVS non ſolùm cauſa ſit

omnis mali, ſed etiàm quòd hominibus vt mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpiret: adeoque vt nō homines peccent, ſed Deus ſit efficiens & volens peccatum. Vide librum Ioannis Caluini de Prædeſtinatione, & defenſionem Theodori Bezæ pro eodem Caluino. Hæc Staphylus.

Sed hos & complures alios errores, ex ipſius Caluini verbis comprobandos duximus ad fidelium lectorum cautionem, nè quis dicat iā citatos authores eas blaſphemias confinxiſſe, & eidem Caluino voluiſſe impingere.

Præcipui & inſigniores Caluini errores.

1. Hic inprimis non ſolùm negat, Miſſam eſſe à Chriſto inſtitutam, ſed eā quoquè non eſſe ſacrificium. Immò, quod multò peius & magis blaſphemū eſt, negat Miſſam opus bonum eſſe, quod ſanè ſuus præceptor Lutherus antè dixerat, vt videre eſt in eius erroribus. In illa porrò Caluini inſtitutione Chriſtianæ religionis cap. 13. 18. 49. cùm dixit ſcholaſticos Theologos docere Miſſam eſſe ſacrificiū, infert quæ ſequuntur: Valeant, inquit, ipſi cum ſpinoſis ſuis argutijs, quæ licèt vtcunquè cauillando defendi queant, ideò tamen repudiandæ ſunt bonis omnibus, quòd nihil quàm Cœnæ claritati multas tenebras inducunt. Illis ergò valere iuſſis, congredi me hic lectores intelligant cum ea opinione, qua Romanus Antichriſtus (Papam hoc nomine appellant Caluinus & Lutherus, & oēs huius tempeſtatis hæretici) ac eius prophetæ totū orbē imbuerunt: nempe, Miſſam eſſe opus, quo ſacerdos ꝗ Chriſtū offert, & alij qui in oblatione participant, Deum promerentur. Neq; id communi tantùm vulgi opinione receptum eſt, ſed ipſa quoquè actio ſic eſt inſtituta, vt genus ſit placationis, quod pro viuorum & mortuorum expiatione Deo ſatisfaciat. Hæc Caluinus.

Contra Miſſam.

2. Dicit rurſùs eo libello, quem edidit contra decreta promulgata à Concilio Tridentino in ſexta ſeſſione cap. 16. & Canone 31. Nullum opus humanum quantumlibèt bonum, eſſe vitæ æternæ meritorium, neque ad vitam æternam conſequēdam neceſſarium. Fatetur quidem ille cū ſuo præceptore Luthero, Melanchthone, & Ioanne Spangēbergo, noſtris operibus ineſſe aliquod meritum, cui reſpondent præmia corporalia & ſpiritualia, ſed non vita æterna. Immò aſſerit, quemlibet iuſtum in omni bono opere peccare. Quæ duæ aſſertiones contra ſe inuicèm apertiſſimè pugnant. Fieri enim non poteſt, vt quis apud Deum mereatur præmium aliquod ſpirituale per peccatum, cùm ſcriptura ſacra apertè teſtetur, odio ſimul eſſe Deo impium & impietatem eius. Sed Caluinus optimè hanc ſententiarum pugnam intelligens, vt illas conciliaret, dixit opera noſtra quanuis ſint ex ſe peccata, hoc tamen nomine fore Deo accepta, quòd ille paterna indulgentia ignoſcit & condonat quicquid in illo eſt vitioſum. Sed quàm ille aberret, lege huius dogmatis confutationē apud Alphonſum à Caſtro aduerſùs hæreſes lib. 11.

Contra merita & opera bona.

Sap. 14.

Caluini vafricies.

3. Aſſerit item Caluinus cum Luthero, nullum eſſe peccatum mortale, niſi incredulitatem. Peccatum.

4. Ruisùs nullum fore diſcrimen inter peccatum mortale & veniale: nec vllum quidem veniale appellari debere, ſed omne peccatum eſſe morale. Quam hæreſim docet ille in ſuo opere de inſtitutione religionis Chriſtianæ.

5. In eo quoquè opere cap. 4. ſectione 13. monachos calumnians, quòd ſe dicant vouere conſilia Euangelica, docet cum omnibus Lutheranis, nullum prorſùs eſſe diſcrimen inter præceptum & conſilium Euangelicum, neque aliquod eſſe in euāgelio conſilium: ſed omnia quæ nobis à Chriſto commendata ſunt, eſſe pręcepta. Eius verba ſunt huiuſmodi: Agè, calumniam eſſe dicunt, quod anteà tradidi: monachos non eſſe contentos præſcripta à Deo regula. Atquì, etiàm ſi taceam, ipſi plùs ſatis ſe accuſant. Apertè enim docent ſe plùs oneris ſuſcipere, quàm ſuis Chriſtus impoſuerit: quoniam ſcilicet Euangelica conſilia de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando, &c. ſe ſeruaturos promittunt, quibus nō ſunt communiter adſtricti Chriſtiani. In eo, quam nobis antiquitatem oſtendēt? Hoc nulli vnquam veterum venit in mentem. Omnes vna voce clamant, nullam penitùs voculam à Chriſto emiſſam, cui non ſit neceſſariò obtemperandum. Et hæc ipſa

Contra præceptum & conſilium.

pſa nominatim, quæ iſti boni interpretes Chriſtum duntaxàt conſuluiſſe nugantur, iuſſa eſſe nulla dubitatione docent. Hæc Caluinus. In quibus tot inſerit & accumulat mendacia, vt vix vnam veritatē reperias.

Contra cōtinentiam & cælibatū ſacerdotum.

6. Quamuìs autem bonum eſſe fateatur, vt à Deo adiutorium petamus ad continendum, dicit tamen hanc diuini auxilij inuocationem non eſſe ſufficiens remedium pro continentia ſeruanda & tunc ideò neceſſarium dicit eſſe coniugium. Nā in eodem ſuo opere de Inſtitutione Chriſtianæ religionis cap.4. ſectione 18. monachos ob votum caſtitatis redarguens, ità ait: Virginitatem Deo perpetuam promittunt, quaſi cum Deo antè pepigerint, vt ſe à coniugij neceſſitate liberarent. Nō eſt quod cauſentur, ſe non niſi gratia Dei fretos votum hoc nuncupare. Nam cùm ipſe non omnibus dari pronunciet, fiduciam ſpecialis doni capere, noſtrum non eſt. Qui habent, eo vtantur: ſi quandò ſe à carne ſua inquietari ſentiunt, confugiant ad eius opem, cuius ſola virtute poſſunt reſiſtere. Si nō proficiunt, nec remedium quod ipſis offertur, contemnant. Certa enim Dei voce citantur ad coniugium, qui bus continendi facultas denegatur. Hæc Caluinus.

Docet præcepto vniuerſali omnes homines obligari ad nuptias cōtrahendas.

7. Docet quoquè hoc tempore gratiæ ſtare adhuc præceptum vniuerſale, quod omnes obligat ad nuptias contrahendas. Nam in eodem ſuo opere de Inſtitutiōe Chriſtianæ religionis cap.3. vbì agit de lege, interpretans præceptum illud, Non mœchaberis, ſectione 73. hęc ait: Hac lege conditus eſt homo, vt ſolitariam vitam non agat, ſed adiuncto ſibi ſubſidio vtatur: deindè ex peccati maledictione in hanc neceſſitatem magìs addictus eſt. Itē in eodem capite, ſectione 66. poſteaquàm dixit, melius eſſe nubere quàm cum ſcorto coire, contra ſacerdotes & monachos qui caſtitatem perpetuam Deo promittunt, hæc ait: Noſtri verò ſacrifici, monachi & moniales, omiſſa huiuſmodi conſideratione, cælibatui ſe pares eſſe confidunt. Quo enim oraculo edocti ſunt, conſtaturū ſibi tota vita caſtitatem, in cuius finem eam vouerint? Audiunt de vniuerſali hominum conditione Dei vocem: Non eſt bonum homini eſſe ſoli. Intelligunt, atque vtinàm non ſentirent peccatum in nobis manens, non carere acerrimis aculeis. Illam generalem vocationem qua fiducia audent excutere in totam vitam, cùm donum continentiæ ſæpiùs in certum tempus, prout oportunitas requirit, concedatur? Hæc Caluinus.

Cōtra omnia vota, tā priuata, tū monaſtica.

8. Itaque cum Lampetianis, Pſeudoapoſtolis, Vuicleffis, Luthero, & his ſimilibus, omnia vota damnat, ea nihil prodeſſe aſſerens: quòd (vt ait) neceſſitatem & coactionem quandam videntur hominibus inferre, cùm nihil ſit ex neceſſitate faciendum, ſed liberè, propter quod dicit propheta: Voluntariè ſacrificabo tibi. Nam is in eodem ſuo opere de Inſtitutione Chriſtianæ religionis cap.4. vbì de votis diſſerit, obijciens contra ſuam ſententiam hæc verba Pauli, Adoleſcentiores viduas deuita: cū enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: Et eiſdem verbis reſpondens, ea quæ ſequuntur, ſubinfert: Ego verò illis minimè nego, viduas quæ ſeſe ſuaſque eccleſiæ operas addicebant, perpetui cælibatûs legem ſuſcepiſſe: non quia in eo religionem aliquam ſtatuerent, vt poſteà fieri cœptum eſt: ſed quoniam niſi ſui iuris & iugo maritali ſolutæ, functionem illam ſuſtinere non poſſent. Quòd ſi data fide, ad nouas nuptias reſpectarent, quid hoc erat aliud, quàm Dei vocationem excutere? Non igitur mirum, quod talibus deſiderijs laſciuire in Chriſtum eas dicit: Poſteà verò amplificandi cauſa ſubiungit, adeò ipſas, quod Eccleſiæ pollicitæ ſunt, non præſtare, vt primam quoquè fidem in baptiſmo datam, violent ac irritam faciant, in qua hoc compræhenditur, vt vocationi quiſque ſuæ reſpondeat. Et aliquibus interpoſitis, ſubdit: Sed primùm nego, alia ratione profeſſas eſſe cælibatum, niſi quia coniugium cum ea quam ſubibant functione, minimè conueniret: ac omninò ſe ad cælibatum adſtrinxiſſe, niſì quatenùs ferret vocationis ſuæ neceſſitas. Deindè ità obligatas non concedo fuiſſe, quin illis tunc quoquè ſatius eſſet nubere, quàm vel carnis aculeis ſolicitari, vel in aliquam prolabi obſcœ-

Pſal. 53.

1 Tim. 5.

nitatem. Hæc Caluinus.

Docet nihil Deo voueri poſſe, niſi quod ab eo præceptum ſit.

9. Docet prætereà nihil poſſe Deo voueri, niſi quod ab eo præceptum eſt: nimirùm quòd hoc ſolum (inquit) habet apertum teſtimonium, quòd Deo gratum ſit & acceptum. Hic enim & ſui aſſeclæ nullam cõſtituunt (vt ſuprà retulimus) inter præceptum & conſilium differentiam: indeq́ue adeò nihil Deo placere aſſerunt, niſi quod ab illo præceptum. Ex quo colligunt homines, Deo voueri non poſſe niſi quod ille præcepit. Sic enim ait in dicta inſtitutione cap. 4. ſectione 2. vbi de monachatu & votis diſſerit: Porrò, inq̃t, ſi nolumus errare iudicãdo quæ vota ſint legitima, & quæ præpoſtera, tria expendere conuenit: nempe quis ſit is cui votum nuncupatur, qui ſumus nos qui vouemus, quo animo deniquè voueamus. Primùm eò ſpectat, vt cogitemus nobis cum Deo eſſe negocium, quẽ adeò delectat noſtra obedientia, vt ἐθελοθρησκίας omnes, quamlibèt in oculis hominum ſpecioſæ ſint ac ſplendidæ, maledictas eſſe pronunciet. Si voluntarij omnes cultus quos ſine mandato excogitamus, DEO ſunt abominabiles, ſequitur nullum ei acceptum eſſe poſſe, niſi qui eius verbo approbetur. Ergò, nè tantũ licentiæ nobis ſumamus, vt audeamus DEO vouere quod nullum teſtimonium habeat qualiter ab ipſo æſtimetur. Hæc Caluinus.

Docet ſola fide iuſtificari hominem.

10. Docet quoque varijs in locis eiuſdem inſtitutionis Chriſtianæ cum Luthero, Bucero, Melanchthone & Iohanne Spangẽbergo, omnem hominem iuſtum, ſcire ſe eſſe in gratia, eſſeq́ue certum ſuæ iuſtificationis: eô quòd fides, per quam iuſtificatur homo, cuilibet poſſit eſſe certa, iuxta illud Auguſtini lib. 3. de Trinitate ca. 2. Nihil eſt, inquit, homini certius ſua fide Quanuis ergò (aiunt omnes iſti) aliquis peccata multa committat, multaq́ue flagitia & ſcelera, nullum illorum tamen imputatur credenti, id eſt, iuxta eorum interpretionem, fiduciam habẽti in Chriſtũ, quòd per miſericordiam Dei & Chriſti merita, remiſſa ſint ſibi peccata. Et q̃a fides hæc eſt nota cuilibet illam habenti, indè deducunt argumetum, quòd qualiacunque ſint opera hominis, ſi tamen firma fixaq́ue ſit fides, ſemper erit certus de ſua ſalute.

Contra extremæ vnctionis ſacramentum.

11. Extremæ deniquè vnctionis ſacramentum prorsùs reijcit cum Vualdenſibus, Vuicleffis, Luthero, & omnibus qui eidem Luthero nomina dederunt, illam inficians inter ſacramenta numerandam eſſe, nec ad hanc noſtram ætatem, ſed tantùm ad tempus Apoſtolorum pertinere, eamq́ue ſolam fuiſſe gratiam curationũ. Dicit enim in inſtitutione Chriſtiana ca. 19. in hunc modum: Etiamſi obtinuerint huic ætati conuenire, quod de vnctione ab Iacobo præcipitur (a quo longiſſimè abſunt) non ſic tamen adhuc multum promouerunt in approbanda ſua vnctione, qua hactenùs nos illeuerunt. Iacobus omnes homines vult inungi: iſti non infirmos, ſed ſemimortua cadauera ſua pinguedine inficiunt, quum iamiam anima in primoribus labris laborat, vel vt ipſi loquuntur, in extremis. Si præſentem habent medicinam in ſuo ſacramento, qua vel morborum acerbitatem leniant, vel ſaltem aliquod animæ ſolatium adferant, crudeles ſunt qui nunquàm in tempore medentur. Iacobus vult infirmum vngi à ſenioribus eccleſiæ: iſti vnctorem non admittunt, niſi ſacrificulum. Hæc Caluinus.

Hi ſunt inſigniores eius errores: qui alios volet, legat Franciſcum Horantium Hiſpanum in ſuis locis Catholicis ſuper præcipuorum Inſtitutionis Caluini capitum confutatione. Legat & Reſponſionẽ Claudij & Sainctes Pariſienſis Theologi ad Apologiam Theodri Bezæ editam cõtra Examẽ doctrinæ Caluinianę & Bezanæ de Cœna Domini.

Noui ſacramẽtarij cur Caluiniſtæ nũc per Germaniam & Galliam appellantur.

Cæterùm (inquit Lindanus vbi ſuprà) Caluiniſtæ nunc paſſim noui vocitantur Sacramentarij, q̃ (vti ait confeſſio Mansfeldenſis) noua quadam ſtropha, ſacramẽti veritatem eludere conantur. Verbis enim præſentiã corporis & ſanguinis Chriſti confirmant, ſed re ipſa negant. Veterũ enim ſacramẽtariorũ, id eſt, Zuinglij atq; Oecolampadij dogma reijciunt, qui ocioſum atq; vacuum externumq; ſignum dicebant eſſe ſacramentum altaris: ſed iſti nunc cum Lutheranis ſimulant ſe cõſentire.

Caluiniſtæ ſimulantſe cum Lutheranis cóſentire, cùm toto cælo diſſentiant.

[illegible] enim (ait Confeſſio Máſ. [illegible] verum corpus & verus ſan. [illegible] in Cœna verè & ſubſtantiali. [illegible] men figuratè & ſpirituali. [illegible] cialiter: ità vt corpus Chriſti [illegible] cat in cælo. Dicunt enim cor pu[illegible] poſſe eſſe ſimul pluribus in locis.

Caluini vita ex Ioannis Veteris, & Claudij Sanctesij ſcriptis conciliata.

Sed Caluini vitiæ inſtitutionem paulò al[illegible]us repetamus, quæſo, non ſolùm ex his, quæ de eo Ioannes Vetus in prima ſua religionis & Regis Francorum defenſione aduersùs exitioſas eiuſdem Caluini & Bezæ & Ottomani coniuratorum factiones recenſet: ſed & ex Reſponſione quoquè docti illius & pij Claudij Sanctesij Pariſienſis theologi ad Apologiã Theodori Bezæ, nuper editam contra Examẽ doctrinæ Caluinianæ & Bezanæ de Cœna Domini, de ipſius Caluini vitæ inſtitutione colligere potuimus. Ait ergò Ioannes Vetus: Vbi primum Caluinus ſuam illam impudentiæ ac impietatis ſcholam aperuiſſet, & ad eiuſdem ſceleris ſocietatem nonnullos, quos fore vtiles ſibi ac idoneos arbitrabatur, verborũ blanditijs magnificisq; pollicitationibus pellexiſſet, tunc homo vafer & aſtutus, qui nobilitandi ſui nominis & propagandæ factionis ardore incendebatur, laqueos complures ſtruxit, quibus incauti, ſemidocti, & ſibi minùs cauentes, facilè irretiti caperẽtur. Audiuerat Lutherum ſuperioribus annis in Germania contra Pontificis & Epiſcoporum deprauatos mores acerbiùs debacchatum, idque non modò impunè, ſed etiàm cum quadam gloria & eorum approbatione, qui faſtidio veteris diſciplinæ ac nouæ ſtudio tenebantur. Videbat etiàm tunc eam eſſe plebis magna ex parte propter ſacerdotum vitia offenſionem: eam multorum in veritate oppugnãda, & reipub. ſtatu peruertendo fore contentionem, vt non difficile futurum cogitaret tandèm aſſequi quod inſtituebat, aut ſaltem obſiſtere, nè reſpublica Chriſtiana tã libera ac quieta pace frueretur. Itaque vrbe Geneua occupata, ſummaque ſacerdotij poteſtate à ſuis impetrata, memor conſiliorum, quibus ſeditioſi in Athenienſium & Romanorum imperijs ciues viguerant, continuò exclamare, profiteri, denunciare cœpit veram pietatem hactenùs ignoratam, ſibi verò patefactam. Se vnũ eſſe qui plus quàm maiores, & quot quot mille & quingentis annis vixerint, ſciat, videat, intelligat. Sicque patres noſtros, idolorum cultores, deluſos, occæcatosque fuiſſe: ſe verò verum Chriſti cultum quodam diuino ſpiritu cognouiſſe: Noſtros epiſcopos, impoſtores, cacodæmonas, antichriſtos, & ſceleratorum duces hactenùs extitiſſe: ſuos verò Chriſti nuncios, apoſtolos, & doctores fore: Seſe aſylum in proximis Galliæ finibus conſtituiſſe ac muniuiſſe, ad quod exules, dãnati, aborigenes, & omnium ordinum gẽtiumque perditi ac deplorati greges ſuis finibus ablegati confugiant, & in quo tanquam in tutiſſimo portu placidè conquieſcant, ſignificat. Hæc Ioannes Vetus.

Ioannes Vetus.

Caluini arrogantia ſimul & impoſtura.

Claudius Sanctesius in ſua reſponſione cõtra Bezæ apologiam.

Sed quo pacto Geneuam occupârit, & inter Lutheranos & Zuinglianos idem Caluinus & Beza progreſſum fecerint, & ſe geſſerint, ex Claudij de Sainctes libro his proximis diebus contra eoſdem edito, dicendum: quô quiſque intelligat, quibus initijs hi tanti prophetæ Geneuenſes in lucem prodierint. Caluinus (inquit ille) à Farello primùm inſtitutus lector in theologia Geneuæ, & poſteà inter miniſtros cooptatus, animum ſuſtulit, & Oligarchiam conſiſtorij ſui, cui præeſſet, moliri cœpit, tanquam morum rigidiſſimus cẽſor: neque probabat quicquid ante ſe iam videbat ſtabilitum. Erat autem garrulus admodùm & importunus, & rabulis ac nouis cauſidicis, cum quibus in Gallia educatus fuerat, quàm ſimilimus. Indè lites & contentiones ortæ in Geneuenſi republica, quæ ſpectabant ad ſeditionem, vti accidit, quocunque loco admiſſi fuerunt Caluiniani miniſtri. Habito ergò magiſtratuum & primariorum hominũ in illa ciuitate conuentu, iuſſus eſt Caluinus è veſtigio cum paucis alijs vrbe cedere & exulare. Id quidem quorundam improborum factione & conſpiratione factum aſſerens, qui lucem euãgelicam ferre nequirent, nec rectam normã ſuſtinere. Ità enim ſolẽt huius factionis homines ſuorũ maleficiorũ etiã depræhẽſi, inuidiã & culpam in alios deriuare. Attamẽ ex his quæ poſteà euenerunt, authore Caluino, facilè conijcitur quid veriſſimum ſit.

Caluinus Geneua ex‑ actus Argen‑ tinã ſe con‑ ferr.

Digreſſus ille Geneua, Argentinam ſe contulit, ibique plurimùm & doctore & amico Martino Bucero vtebatur, qui tum Zuinglianam opinionem & factionem eiurârat, & ad Lutherum tranſierat, priſti namque ſuam doctrinam aut retractabat aut retractare ſe ſimulabat. Certè Caluinus tantùm ſe dedidit Bucero, vt ſuam doctrinam magna ex parte de libris illius ad verbum tranſtulerit. Tum ergò Caluinus ſentiebat vt Bucerus cum Luthero: alioqui aut Bucerus fallebat, aut Caluinus Bucerum circumueniebat. Tum Argentorati Gallicanam (vt vocabant) eccleſiam erexit, & in ea docuit ac miniſterium exercuit. Farellus exul cum alijs intereà non quieſcebat, ſed ſe vlciſci per fautores ſuos de inimicis, nouoſque motus excitare Geneuæ conabatur. Oppreſſis nonnullis per calumnias caluiniſtarum (qui tum Farelliſtæ nominabantur) teſtimonijs inſtructas factus ſuperior, veritus nè impar aduerſarijs doctrina & eloquentia iterùm ſuccumberet, hinc Viretum ab Heluetijs, hinc Caluinum à Germanis iterùm acciri omnibus modis procurauit, vt funiculus triplex difficiliùs rumperetur, & tãquàm ex tripode falſa oracula edita, omnes in admirationem raperent, & à contradictione deterrerent.

Martini Bu ceri in ſua doctrina & fide incon‑ ſtantia.

Caluini va‑ frities & ſi‑ mulatus a‑ nimus.

Caluinus ingentis ſcilicèt animi vir, ſed vafri, & iam ad timorem atque humilitatem ſimulati, grauiter ferebat ſibi inflictam exilij pœnam, & (vt aiunt) iurârat ſe nunquàm ad miniſterium obeundum in ingratam ciuitatem rediturum. Acquieuit nihilominùs Farelli & Buceri hortatibus, ſed non niſi præſcriptis conditionibus de creando inprimìs conſiſtorio, cuius opera reſtituendæ diſciplinæ Chriſtianæ prætextu inſidiaretur quibus vellet, & inuidiam tyrannidis ſuæ declinaret, aut armaret. Ante reditum tamen, ad Ratisbonæ Comitia cum Bucero profectus eſt, quæ Carolus quintus Imperator indixerat: in quibus de religione componenda deliberatum fuit, & à delectis Catholicis theologis articuli propoſiti, q. bus à Proteſtantiũ doctoribus, inter quos Melanchthon & Bucerus & in eorum ſubſellijs Caluinus, reſponſum fuit, ac communi aſſenſu hæc à Proteſtantibus (inter quos tum aderat Caluinus) [illegible] de Cœna Domini confeſſio [illegible] a Catholicis reddita eſt: in q[illegible] gma ad verbum reijcitur h[illegible] ſtus inquit, Accipite, man[illegible] corpus meum. Et deindè, H[illegible] s meus. Ideò fatemur in Cœna Do[illegible] ve rè & realiter corpus & ſanguinem Chriſti adeſſe, & cum pane & vino e[illegible] iberi ſumentibus. Sic & Paulus inquit, Panis quem frangimus, nõnne participatio corporis Domini eſt? Improbamus igitur eos qui non confitentur veram præſentiam corporis & ſanguinis Domini. Et tenemus quod docet Euangelium & quod confitentur ſancti patres, & ſicut Hilarius inquit: Domini profeſſione & fide noſtra verè caro eſt & verè ſanguis: & hæc accepta & hauſta, faciunt vt & Chriſtus in nobis, & nos in Chriſto ſimus. Adeſt igitur Chriſtus, & eſt efficax in ſumentibus. Huius colloquij acta imprimi Latinè curauit Bucerus, & Caluinus Gallicè, poſtquàm Geneuam paulò pòſt reuerſus. Non dubium igitur quin Caluinus cum Auguſtanis ſenſerit in illis Comitijs, aut ſe ibi impoſtorem eſſe oſtenderit, ſi aliter, quam alij, quibuſcum ſubſcribebat, id quod loquebatur, intellexerit.

Mat. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.
1. Cor 11.
1. Cor. 10.

Caluinus Geneuæ, à qua ex‑ulauerat, reſti‑ tutus, exor‑ ditur ponti‑ ficatum ſta‑ bilire.

Geneuæ reſtitutus, à Conſiſtorio & eorum ſanguine per quos pulſus fuerat, & quorum potentiam reformidabat, exorſus eſt pontificatum, eo pacto videlicet, quo Beza poſteà, oppreſſo & obtruncato Iacobo Spifamio æmulo ſuo, ſtuduit ſtabilire. Atque vt huic vana crimina proditionis, illiciti matrimonij & ſtupri Beza intendit, cùm longè grauiùs ipſo in iſtis deliquerit: ità Caluinus in aduerſarios ſuos de iiſdem criminibus immiſit accuſatores, aut oblatos cupidiùs fouit & audiuit. Inſuper Geneuenſis reipublicæ formam, conſiſtorij inſtituti miniſterio, magna ex parte aggreſſus eſt immutare, & quamplurima à Farello atque alijs anteà de religione conſtituta decreta tollere, ſuamque ſubſtituere, (quod dicebat reformare) nè alius quàm ipſe haberetur eccleſiæ Geneuenſis inſtaurator & fundator. Huius conatibus cùm multi ciues & plerique miniſtri reluctarentur, ipſe improbatum ſuarum in eos machinatio‑

num nõ priùs finem fecit, quàm aliorum ignominioſo ſupplicio oculos ſuos pauiſſet, & alijs variè afflictis & fugatis, ſolus gallus in alieno regnaret ſterquilinio. Qui nunc Caluiniſtæ, tum Farelliſtæ dicebantur, ſed receptatori ſuo Farello gloriam inuentæ ſectæ Caluinus inuidit, & hanc gratiam retulit, vt primas partes ſtatim illi præriperet, & cathedra atque eccleſia Geneuenſi deturbaret, nomenq; eius ſuo ſuppoſito extingueret, quanuìs perbellè intereà finxerit ſe ſanctiſſimè cum illo ſemper fraternitatem coluiſſe, & vt grandiorem, ſed alio eiectum, plurimi feciſſe. Ac nè eandem vicem à Theodoro Beza reciperet, diligenter ſibi prouidit callidus homo, quòd ſuum ingenium nôſſet. Nã neque quandò ipſum adiuit, neque poſteà quandiù vixit, in eandem & æqualem miniſterij ſui ſocietatem iſtic illum admiſit: quandiù benè habuit, quàm potuit lõgiùs à ſe repulit. Non obſcurum de tali ſuo reditu ab exilio indicium facit præfatione in Pſalmos, ſed ſolicita ſua peruerſitate nefarias ſuas actiones pietatis ſpecie excuſat, immò tantùm exornat, vt cum Dauide comparandum ſe prædicet: quem vt continuis bellis fatigârunt Philiſtini & alij exteri hoſtes, & interior perfidorum hominum malitia & improbitas grauiùs vulnerauit: ità Caluinus tacitè innuit, ſe regem à Deo conſtitutum ſuper Sion Geneuenſem, ſuper montem ſanctum eius, vix momentum vnum vel ab externis vel ab inteſtinis pugnis quietum habuiſſe. ſed tandèm non ſine ſuis magnis ſudoribus viciſſe. Hæc Claudius Sanctesius. Vide reliqua ibidèm quæ ſequuntur.

Caluinus Farello ſuo apud Geneuam receptatori gloriam iuuentæ ſectæ inuidet.

Deindè vt ſic latiùs (inquit Iohannes Vetus vbì ſuprà) iacta factionis ſuæ fundamenta promoueret, verborum illecebris, quibus erat inſigniter inſtructus ad perſuadendum, ſe totum ad impugnandam veterem pietatis regulam comparat: ab ea populum modis omnibus alienare, & ab Eccleſiæ gremio auellere: contrà, ſuam ſanctimoniam & integritatem oſtentare, doctrinam prædicare, ſua poſtremò ſomnia introducere, ſua commenta probabili & plauſibili fuco exornare, & quàm longiſſimè in omnes Chriſtiani orbis regiones diſſeminare conatur. Quid poſteà? Dicam breuiter, quid aſtuti & calui impoſtoris iſtius ſcripta effecerint, vel potiùs quàm multos veneno infecerint. Vereor enim nè ſi permulta de hiſce rebus dicam, pudeat me de leuitate noſtræ gentis confiteri, apud quam plus interdùm vnius Caluini opinio, quàm Maiorum probitas, quàm omnium doctorum conſenſus, quam Eccleſiæ authoritas, q̃ Chriſti mandata, quàm tot ſeculis totque populis probata viuendi recta conſuetudo, valuiſſe videatur.

Caluinus ſuper Geneuẽſem eccleſiã conſtitutus, oẽm pietatis regulam peruertit.

Gallorum leuitas notatur.

Ergò prodigioſis omninò opinionibus imperitos primùm adoleſcentes in publicis iuriſprudentiæ ſcholis vagantes, & ciuilium diſciplinarum difficultate retardatos imbuit, ad contemptionem ſacerdotum dira obtrectatione impellit, & aduersùs omnem rationem veritatemque vna impudentia armat, quiduis dicendi & ſcribendi libertatem licentiamq; concedit: Maiorum leges ipſe labefactat, & ad errorem ſuum corroborandum prolatis citatisque, ſed detortè & deprauatè, ſacris literis abutitur. Enimuerò cùm multi à more quem acceperant, & ab inſtitutis Maiorum in quæ iurauerant, recedere nec ſine perfidia poſſe, nec ſine impietate ſe velle debere exiſtimarent, contra id nõ modò integrum eſſe ſcribit, ſed honeſtũ, ſed pium, ſed ſalutare confirmat. Ex quo accidit, vt ſi qua pecus ſcabioſa & in cœnobijs, & in iudicijs, & in vrbibus ſecerni à grege, nec ſanari, ſed in ſua lue ſordeſcere, cunctisque obſeruantiæ ac honeſtatis legibus ſolui vellet, continuò in Caluini academiam, vel potiùs in Epicuri hortos vbì turpiter volutaretur, & intemperanter voluptuaretur, libentiſſimè deficeret.

Iuriſprudentiæ ſtudentes, à Caluino primùm decepti.

Honeſtum & piũ docet Caluinus, ab inſtitutione maiorũ recedere.

Eam porrò rationem magiſter Theodorus Beza iniuit, vt quoniam Lutetiæ, vbi lippis & tonſoribus & laniſtis & ganeonibus erat inprimis cognitus, ſummeq; egregijs ſcortationum & ludorum palmis nobilitatus, Candidam, quam perditè deperibat, ſinè probro periculoque abduceret, & creditorum, quibus ære obſtrictus tenebatur, fidem diutiùs fallere non poterat, exilio, & fuga ſeſe omni vinculo nexuque exolueret, ac in perfugium libidinis atq; petulantiæ vindicaret. Eccè Caluinus aduenæ iſtius præſentia recreatus,

Theodori Bezæ eadẽ cum Caluino ſuo collega improbitas.

magìs atque magìs falſa ſcientiæ opinione intumeſcit, doctiſſimos quoſque ſuarum eſſe partium aſſeuerans. Cur tandèm? Nempè vt faciliùs hominum ſimplicitati illudat, & virorum magnorum fulgore, vulgi aciem perſtringat, & impudentiam ſuam adulteratis hiſce figmentis quaſi pigmentis fucatam, illuſtriorem reddat.

Caluini & Bezæ in ſcelere arctiſſima ſocietas.

Ergò iſti duo ſuſceptæ coniurationis principes, arctiſſima ſcelerum ſocietate inter ſe coniuncti, maiores animos colligunt, plura moliri, ſperare ampliora, & iã ſibi honores dominatumque polliceri audent. Qui cùm ex antiquis Romanorum & Athenienſium hiſtorijs didiciſſent, qui nouis rebus ſtuderent, eos in multitudinis ſenſum atq; amicitiam ea maximè ratione poſſe irrepere, ſi magnas ſpes, magnas vtilitates oſtentarent ijs, quorum opera ac gratia florere cuperent: protinùs nefas ſibi videri aiunt, quòd noſtri Epiſcopi tot annuos prouentus ex eccleſiaſticis prædijs capiant, quodq; ad turpiſſimos vſus illis abutantur. Porrò quæruntur nullum eſſe locum charitati aut pietati, exteros hoſpitio carere, inopes alimentis egere, afflictos ſolatio deſtitui. Aliam Apoſtolorum conditionem fuiſſe clamitant, qui quidem tenuiter & parcè viuerent, & opes ſi quas haberent, pauperibus liberaliter erogarent, ægros viſerent, ſupplicibus auxilium conſiliumq; non denegarent.

Caluini & Bezæ fictitię quærimoniæ.

Quorsùm verò hæc duorum concionatorum tam pia, tamque charitatis & propenſi amoris plena oratio? Beza epiſcopos ſacerdotijs locupletari reprræhendit, qui ex eiſdem longè vberrimum quæſtum fecerit: Qui pauperum pecunias in epulis, ludo, iocis, ſcortationibus, tam multas prodegerit: Qui ſacerdotia, quæ ſatis ampla & opima habebat, pluribus emptoribus eadem certo precio addixerit: Quæ, ſi non dicam nouus Chriſtianus, ſed antiquus iuriſconſultus eſſe voluiſſet, extra commercium & licitationẽ eſſe cognouiſſet. Quorsùm igitur tanta commutatio? Vt quoniam Beza pleroſque ſacerdotiorum cenſibus adipiſcendis inhiaturos confideret, hac illos ſpe ad veteres colonos de ſua ſede ac poſſeſſione deturbandos accenderet. Vt qui fortè Caluinicam ſectam per ſe non amplecterentur, ſpe, quam illa oſtenderet, nihilominùs capti, ab antiqua religionis & regis obſeruatione auocarentur. Aſtutum profectò & ingenioſum inuentum, pro quo videlicet quamplurimos acriter, tanquàm pro lege agraria, videmus hoc tempore decertantes. Quàm enim vellent tenues ac libidinoſi nebulones, qui partim inertia, partim malè gerendo negocio in vetere ære alieno vacillant, qui iampridèm premuntur, qui nunquam emergẽt, quàm, inquam, vellent ſpecioſo aliquo nomine ad ſpem prædæ & rapinarum inuitari, quàm aliorum fortunis ditеſcere, quas conſcelerata ac nefaria mente tandiù concupiêrunt?

Quanta Caluini & Bezæ in decipiendis hominibus aſtutia.

Tantum valuit hæc opinio, vt etiàm in mentes noſtrorum hominum penetrârit, vt multitudo in eam ſpem prædæ etiam nùm adducatur, vt potentiores eandem aucupentur. Quin etiàm de ordine ſacerdotum nonnulli reperiantur, qui quum eccleſiaſtica prædia obtineri aliquandò vice hæreditariorum, & cum vxore ſimul haberi, ac liberis relinqui poſſe opinentur, coniuratorum factiones etiàm propagari non moleſtè ferant. His principijs ſerpſit paulatim hoc in republica malum, quod in dies quærimur vehementiùs ingraueſcere: & ità in omnes reipublicæ partes quadam velutì contagione dimanauit, vt iam nullo remedio corpus ſanari queat, niſi ab eo membra grauiùs affecta diuellantur. Hinc illa coniuratorum iactatio, hinc minæ, hinc arrogantia, hinc inſidiæ, quæ optimi cuiuſq; ciuis vitæ ſtruuntur. Hinc ſpecies armorum cauſæq; (vt ipſi aiunt) ſuſcipiendorum honeſtiſſimæ prodiêrunt. Hinc illa argumenta laudandæ ſuæ doctrinæ, & pietatis pro qua contendimus, eleuandæ promunt: quòd tam breui tempore tam multos ſectatores, & opinionum ſuarum vindices pertraxerint, qui ſemèl perſuaſi, nullis poſteà rationibus de ſententia deijci ac dimoueri potuerunt. Hactenus doctus ille Ioannes Verus.

Nobiles quamplurimi, necnon & Sacerdotes & Monachi, ſpe lucri & prouentûs augendi, ac libertatis illegitimæ, à Chriſtiana veritate in Caluinianã ſectam defecerunt.

Vndè bellorum ciuiliũ cauſæ hoc tempore emerſerunt.

Nè quid verò deniquè Caluiniſtæ relinquerent intentatum, (inquit Lindanus)

Miraculis conantur

Caluiniſtæ ſuam fictitiam doctrinam ſtabilire.

nus) ad ſuas fabulas orbi pro Chriſti Euangelio venditandas, non defuiſſe ex eis adeò temerarios, qui vel miraculo fictitio fictitiam ſuam doctrinam conati ſunt confirmare, notius eſt quàm vt inficiari queant. Aiunt nempè Caluinum voluiſſe mortuum reuocare in vitam, ad ſuæ doctrinæ confirmationem. Fide quippe digni quidam narrant, ſeſe ex Burgundis & noſtratibus ſtudioſis illinc reuerſis audiſſe, certiſſimum eſſe, Caluinum pro concione publica quendam ſtipendiolo, vt ſeſe mortuum ſimularet, conductum, voluiſſe quaſi in vitam reuocare. Qui vbi ſeſe feretro imponi fuiſſet paſſus, in templũ perlatus, diuina vltione verè repertus eſt mortuus: fruſtrà Caluino inclamante, Surge Surge, in Chriſti nomine tibi dico, ſurge. Hac de mariti iniuria vxorem fuiſſe grauiter apud Magiſtratum Geneuenſem conqueſtam, collectaq; informatione rem fuiſſe veram depræhenſam, ſed in gratiam ſui Euangeliſtæ ſuppreſſam.

De Caluini miraculo.

Caluinum probare vult Seruetus homicidam ex actis publicis.

Certè Caluino homicidij crimen obiecit Seruetus, quod eùm Symmyſtæ Geneuenſes ceu probrum ſuo Apoſtolo indignum eluſiſſent, ille ſuo in reſponſo ad articulos à Geneuenſibus ſibi obiectos conſtanter affirmat: Homicidam (inquit) dixi Caluinum verè, & Simonis Magi ſectatorem. Negá te eſſe homicidam, & actis publicis probabo. Ad hanc criminationem Caluinus ſua in refutatione ne gry quidem. An aliud homicidij genus, quàm quod iam dictum eſt de eo quem in vitam reuocare volebat, Caluino Seruetus obiecerit, hic non ità permagni refert. Sanè actis publicis ſeſe probaturum offert Seruetus Geſtorum illie conſcius, quod probatum Caluinus noluit. Certè quàm ſit animo ſanguinario, vnum illud demonſtrat, quod Heshuſius affirmat ſua defenſione, ſe à Claud. V. fideq; digniſſimis audiſſe, qui viderit Caluinum publico iudicio de rebus criminalibus aſſidentem, atq; ſua ſententia condemnantem reum ſupplicio capirali. O patrem Euangelicum Caluinum.

Caluinus ſanguinarius iudex.

Verùm vtut ſeſe habeat illud celebratum toto orbe Caluini miraculum, hoc tibi pro vero affirmo, haud ità pridèm in Polonia non longè à Cracouia pago Biethzaze, quiddam fuiſſe tentatum ſimile, vti doctiſſimus vir D. Franciſcus Turrianus lib. 1. dogmat. charact. verbi Dei, recenſet. Concionator enim ſui euangelij gratia confirmandi, quendam Matthæum certo conduxit ſtipendio, qui ſeſe mortuum ſimularet, atque ad clamitantis vocem ceu mortuus reſurgeret. Illum feretro incluſum ad templum deduxit vxor, artificij nefarij conſcia: funus fletu & eiulatu proſequitur. Ille vbi ſatis de ſuo nouo euangelio tonâſſet, Surge, inquit, Matthæe in nomine CHRISTI, cuius Euangelium prædico. Cùm Matthæus non ſurgeret, ille inclamat altiùs, vt ſomnum fortè excuteret. Vbi nec ità exurgeret Matthæus, itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuerà depræhenditur mortuus, qui ſeſe tanto ſuo periculo mortuum, atque à mortuis in vitam reuocatum ſimulare voluerat. Mox vxor, quæ lamenta & lachrymas nuper finxerat, nunc verè lachrymis, vocibus, ac tantùm non pugnis in concionatorem illum, non paſtorem, ſed impoſtorem inuecta, ſuo malo iſti nouo fidem habuit Euangelio.

Cuiuſdam concionatoris Caluiniſtæ impoſtura, prætextu edendi miraculi.

Quantùm verò ad Caluini iſtius fabulæ & inuentoris & exactoris mortem attinet, Herodis morbo, hoc eſt, pediculari eroſus miſerrimè periſſe aſſeritur. Hæc Lindanus ſui Dubitantij dialogo tertio. Qui de eius vita, nænijs, impoſturis, & in ſacramentum Euchariſtiæ, ſtataſque Eccleſiæ Catholicæ cæremonias, & ſanctas traditiones plura volet, legat præter reliquos recentiores, qui in eum ſcripſerunt authores, Hoſium & Claudium Sancteſium.

Caluini mors.

CAMPATES.

5.

Campates, ſunt ſecta Donatiſtæ, qui Romæ Montenſes quondàm nuncupabantur. Sed à diuo Hieronymo in epiſtola contra Luciferianos ſic appellantur.

1. Hi porrò Circuncellionibus & Donatiſtis in dogmate adſtipulantur. Dicũt enim in Eccleſia bonos & malos non contineri, ſed tantùm bonos eam complecti.

Campatarum hæreſes.

2. Aſſerunt item, omnes qui mortem vltronei ſubeunt & patiuntur, eſſe martyres dicendos, ſiue huiuſmodi mortem ab alijs inflictam ſuſtineant, ſiue illam ſibipſis conciuerint & inflixerint.

3. Dicunt etiàm penès ſe ſolos eccleſiã eſſe. Quo fit, vt ad illos ab eccleſia deficiẽtes, rebaptizent, eos dicentes priùs nõ ſuſcepiſſe verum baptiſma, propterea quòd eſſent extra eccleſiam Catholicam cùm id ſuſciperent.

CAMPANISTAE.

6.

Campaniſtæ ſunt ex tertia Euangelicorum claſſe noſtri temporis, quæ eſt Antilutheranorum, eorum videlicet qui Lutheri occaſione ab eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectãtur Luthero contraria.

Campaniſtarum impia dogmata. Vocat autem eos confeſſio Mansfeldenſis (authore Lindano) à Ioanne Campano, qui aliam adfert verborum Cœnæ Domini expoſitionem, quàm Carolſtadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, Suuencfeldiani, aut Caluiniſtæ. Verùm eius commẽtum, ob intolerabilem opinor blaſphemiam, non recitat.

Inter alias eius abominationes ac ridiculos ſuæ vocationis ad propheticum officium enthuſiaſmos, peruerſiſſimam de filio Dei & ſpiritu ſancto, quem perſonam negat diſtinctam, pertinaciſſimè tenet atque tuetur ſententiam. Is enim annos plurimos reſipiſcentiæ ſpe in Cliuia detinetur fruſtrà captiuus, eùm perſæpè ſuis delirijs illuſus, prophetârit ſeſe certos poſt dies carcere liberatum iri: quod niſi fieret, ſanctè pollicebatur, ſuarum opinionum deteſtationem atque palinodiam. Hæc Lindanus, ſui Dubitantij dialogo ſecundo.

Hoſius de Campaniſtis & Seruetis. De hoc etiàm Hoſius libro primo de hæreſibus noſtri temporis ſcribit in hunc modum: Cæterùm, inquit, exorti ſunt demùm è ſchola Lutheri Iohannes Campanus, & ex Hiſpanijs Michael Seruetus, qui libros aliquot de Trinitatis erroribus plenos erroribus & blaſphemijs, ediderunt. In ijs nunc tandèm veteres Arrij & Macedonij errores in lucem reuocare, fidemq; quam in Niceno & Conſtantinopolitano primo concilijs, patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solum enim Deum patrem, & neminem alium adorari & inuocari debere contendunt: quòd ille ſolus videt corda noſtra, quod nulla creatura facere poteſt: Et eſt præceptum, inquit, veteris legis, vt qui quẽnquã alium adorauerit præter Deum ſolum, occidatur. Ad quem Deum, alium interceſſorem, procuratorem & mediatorem habemus nullum, præter vnum Dominum Ieſum Chriſtum. Quid autem aliud his verbis, quàm adoratio inuocatioque Dei filij, & Dei Spiritûs ſancti, prohiberi videtur?

Ecce quò ventum eſt ad extremum. Abrogato ſacerdotio, euerſo ſacrificio, ſacramentis omnibus modò non conculcatis, eò tandèm res perducta eſt, vt nec infernus, nec cælum eſſe credatur, & Chriſtus à multis Deus eſſe negetur. Quis vnquã futurum exiſtimâſſet, vt ex tam paruis initijs ad has tam horrendas blaſphemias, quas paucis perſtrinximus, ad extremum perueniretur? Hactenùs Hoſius. De hoc vide in Seruetianis. *Ex Lutheri initijs, quàm horrenda impietas prodierit.*

CAMPENSES.

7.

Campenſes à Campe, quod flexum ſignificat, nomen ſortiuntur. Vndè etiàm Ptolemæus, niſi fallor, Campas Ciliciæ partem facit eam, quæ inflexo littore Iſſici ſinûs, deflectit ad Syriam.

Hi porrò hæretici cum Tarſenſibus (teſte D. Hieronymo ad Damaſum epiſtola quæ incipit, Quoniam vetuſto, &c.) copulati, & cum Arrianis concurrentes, nihil aliud ambiunt, quàm vt authoritate noſtræ communionis, tres hypoſtaſes cum antiquo ſenſu prædicent. *Campenſium dogma.*

CAROLSTADIVS.

8.

Andreas Carolſtadius, vir inſanus, natione Germanus, primùm Archidiaconus Vuittenbergenſis, ſed poſteà ex ſacerdote laicus factus, primusque qui ex clero apud Germanos vxorem duxit,

duxit, ſecta Lutheranus, & qui anno Domini 1524. ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemente ſeptimo Romanorum ſummo pontifice Baſileæ cum Iohanne Oecolampadio & Vdalricho Zuinglio primus omniũ ſcriptis libellis damnatum Berengarij errorem renouauit, in participatione Cœnæ Dominicæ non diſtribui verum corpus & ſanguinẽ Chriſti aſſerens. Sed hoc latiùs videre licebit ex his, quæ doctus & pius ille Hoſius de eo vna cum Luthero ſcribit, libro primo quẽ de hęreſibus noſtri temporis edidit, in hęc verba:

Sectarum huius temporis author Lutherus.

Nè verò putes, temerè nos Martinum Lutherum arguere diuiſionis & diſperſionis in eccleſia Dei factæ, audi in quot ille ſectas quàm diſſectas nobiliſſimum Chriſti corpus diſſecuerit. Nam ſimul ac licere ſibi voluit (inflatus ſenſu carnis ſuæ) à communi ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ certis in dogmatibus diſcedere, vide quæſo, quot & quantarum is diſceſſionũ ac ſeparationum author alijs deinceps fuerit. Erat quaſi frater illius iuratus Andreas Carolſtadius, quem arctiſſima neceſſitudine ſibi deuinctum habebat. Is nõ totos duos annos in eadem cum eo ſententia permanſit. Nam dum abſens à Vuittenberga fuiſſet Lutherus, præter voluntatem illius, Miſſam abrogauit, habitum religioſum abiecit, ſacroſanctam Euchariſtiam prophanis manibus attrectari fecit, concitandæq́; plebis fuit author, vt quaſi portis effuſè patentibus, infeſta ſigna templis & aris inferret, & ex illis imagines eijceret.

Carolſtadij impia acta.

Quanuìs autem Vuittenbergam reuerſus Lutherus, rem ipſam non improbaret, quoniam tamen alio quàm ſeipſo authore factum eſſet, quaſi minùs rectè neq; ordine factum, grauiſſimè repræhendit. Adeò ferre non potuit vel ſtatui vel mutari quicq̃ ab vllo mortalium, ſiue in doctrina, ſiue in ritibus, niſi priùs id per ipſum ità fieri debere ſancitum fuiſſet. Tãta fuit in homine gloriæ cupiditas, vt quod ad illius amorem attinet, rectè dicere potuerit: Riualem poſſum non ego ferre Iouem.

Lutherus gloriæ cupidiſsimus.

Scripſit is duos libros contra cæleſtes prophetas, in quorum altero monet, vt prædicatoribus qui imagines per plebem eijci iubent, aqua & igni interdicatur, aut tale in eos exemplum edatur, vt abſtinere deincèps neceſsè habeant, quòd ab imaginum demolitione venitur ad cædem Boni Domini, inquit, non hic eſt diaboli ſcopus, vt oppugnentur imagines, ſed vult ſibi foramẽ fieri, per quod ſanguinem profundat, & cædes faciat in orbe terrarum. Spiritus iconomachorum non eſt bonus: ſpirat enim cædes & ſeditiones, etiam ſi celet & diſſimulet ad tempus, quandiù nõ videt opportunitatem.

Iconomachorum ſpiritus quid ſpiret, ex ſententia Lutheri.

Itaq; acerbæ inter eum & Carolſtadium inimicitiæ exarſerunt, & ſic eſt alter in alterum debacchatus, vt vterque ſit alteri factus pluſquàm hæreticus. Inimicitiarum & contentionum hæc quoq; non minima cauſa fuit, quòd vterque ſibi gloriam hanc vendicabat, quòd primus ipſe veritatem euangelicam in lucem extuliſſet. Et conſtat primum fuiſſe Carolſtadium, qui ſacerdos cùm eſſet, vxorem duxit, & ea fecit quæ paulò antè commemorauimus: quo nomine laudem aſſertæ veritatis euangelicæ ſibi deberi putabat. Sed cum anteferri ſibi Lutherum videret, qui & ingenio & doctrina & eloquentia longè præſtabat, viſum eſt illi, quò ſuum quoquè nomen celebre ad poſteros tranſmitteret, nouum doctrinæ genus proferre: quod cùm Lutherus nondùm attigiſſet, nullam inuentæ huius gloriæ partem arrogare ſibi poſſet. Cui doctrinæ proferendæ conſtat occaſionem Lutheri ſcripta dediſſe, qui (ſicut Caluinus etiàm fatetur in defenſione ſecunda contra Ioachimum Vueſtphalum) tranſſubſtantiationem oppugnans, claſſicum canere viſus eſt, ad ſacramentariorum hæreſim excitandam. Docuit enim Lutherus etiàm poſt conſecrationem, panis & vini ſubſtantiam in Euchariſtiæ ſacramento remanere. Quod ſic à nonnullis acceptum eſt, quaſi quem ſcripturæ produnt incarnatum, eum ipſe Chriſtum doceret impanatum, quem etiàm extra ſumptionem in Euchariſtia nefas eſſet adorari. Quaſi verò non verbo Chriſti, ſed ſumptione noſtra, Chriſti corpus in Euchariſtia conficeretur: vt niſi ori noſtro foret admotum, tanta vis eſſe verborum CHRISTI non poſſet, vt illud CHRISTI

Inimicitiarum inter Lutherum & Carolſtadium cauſæ.

Primus apud Germanos ſacerdos q duxit vxorem Carolſtadius.

Lutheri ſcripta, ſectæ Sacramentariorum occaſionem dederunt.

Q cor-

corpus efficerent. Quid autem hoc eſt a. liud, quàm ſcripturæ verba peruertere, & loco illius quod à Chriſto dictum eſt, Hoc eſt corpus meum, dicere, Hoc erit quandò ſumetur? Hactenùs progreſſus erat Lutherus.

Carolſtadius primus qui hac noſtra ætate negauit Chriſti corpus & ſanguinē in Eucharistia adeſſe.

Hue tamen impietatis nondùm pro- ruperat, vt auderet negare, præſens in Eucharistia Chriſti corpus & ſanguinem adeſſe. Primus hoc ætate noſtra negare auſus fuit Andreas Carolſtadius, cui Philippus Melanchthon hoc tribuit elogium in epiſtola ad Fridericum Micorium, hac ipſa de re ſcribens in hunc modum: Carolſtadius, inquit, primùm excitauit hũc tumultum, homo ferus, ſine ingenio, ſine doctrina, ſine ſenſu communi, quem nullum vnquàm humanitatis officium aut intelligere, aut facere animaduertimus: tantum abeſt vt in eo manifeſtatio aliqua ſpiritùs ſancti animaduerſa ſit. De quo & illud alibì ſcribit: Quòd ſicut Lutherus Papæ, ſic ille viciſsim odio Lutheri, non aliqua pietatis opinione, controuerſiam hanc de Cœna Domini mouerit. Ac addit præclaram ſententiam, cui vtinàm ex animo faueret: Meo certè iudicio, inquit, magna eſt temeritas, dogmata facere, nõ conſulta eccleſia veteri. Et tamen hic talis, qualis à Philippo deſcribitur, ità multos reperit, qui nefarium hoc dogma ſuũ approbarent, vt plures iam Sacramentarios quàm Lutheranos, videre liceat: & inter eos non paucos excellenti quadam dicendi ſuauitate præditos, qui Carolſtadiũ quàm Lutherum, ducem ſequi maluerũt. Hucuſq; Hoſius.

Præclara Melãchthonis ſententia.

Guilhelmi Lindani de Luthero & Carolſtadio teſtimoniũ.

De his item ſic ſcribit Lindanus in ſuo Dubitantio dialogo 1. Porrò vt hoc negocium, inquit, verè, quod dixit Lutherus, agnoſcas non propter Deum inchoatum, vide mihi quàm varij mox emerſerũt dogmatiſtæ. Quod enim ſua ſibi aduersùm illam veram Chriſti Eccleſiam hactenùs vnam ſumpſerat audacia Lutherus, idem & aduersùs Lutherum ſui etiàm ſibi ſumebant diſcipuli. Tanta enim erant authoritate, vt ſeſe apud ſuos æquo iure, quo ille, facerent hæreſiarchas. Vt enim Lutherus præludium captiuitatis Babylonicæ in lucem edidiſſet, quæ mundo palàm fecit, quo ſpiritu afflatus hanc exorſus eſt tragœdiam, (cùm illie minatur, ſe multò tetriora contra monachos ſcripturum, ſi ea diſplicere ſenſerit: Præcurram, inquit, vt dum de vna mea aliqua hæreſi triumphant, ego interim nouam moliar) mox ceu ex equo Troiano, ſed patris ſui Lutheri vtero non tam aperto, quàm viperarum in morem perrupto, in orbem prorupêre viperæ pluſimæ verè euangelicæ. Quæ etſi ad tempus quo adoleſceret, ſeſe Luthero conſentire in ſpeciem ſimularent, tamen annis mox conſequutis q̃ ex diametro cum Luthero pugnarent, declarârunt: vt in Carolſtadio, Munzero ſiue Monetario, alijſque liquebat. Carolſtadius enim, euocato Luthero Vuormatiã à Cæſare Carolo ad comitia, imagines & Miſſam aggreſſus eſt oppugnare, templis que eijcere. Cuius tamen furorem Lutherus, poſteà reuerſus, vehementer improbauit.

An. Domini 1520. Captiuitas Babylonica in orbem proiecta.

Luthero nato, mox exoriuntur variæ euangelicorum ſectæ.

Carolſtadij & aliquot euãgelicorũ rebellio cõtra Lutherũ anno 1522.

Quod quanam acciderit Dei prouidentia, operæprecium arbitror, vt paulùlùm contemplemur. Cùm in comitijs Vuormatiæ à Cæſare admonitus Lutherus reſipiſcere nollet, ſed vti in itinere teſtudinis pullu plebeculam, monachalis monſtri prodigio confluentem, raſus & cucullatus oblectaret, ſuique artificij ſpecimen ſæpiuſculè popellis oſtentaret: ità ſuos pertinaciter illic defenſabat errores, iam non modò Romæ, ſed per omnes propè Academias damnatos. Remiſſus itaque poſt dies decem, pro fide publica à Carolo quinto conceſſa, in Saxoniam vt principibus Catholicis inuidiam conflaret, populumque in ſeditionem concitaret, finxit ſe captum atque in exilium miſſum, fidemque publicam à principibus catholicis nefariè violatam. Itaque in oppidulum Duringiæ ſui propugnatoris Saxoniæ ducis Alſtadt, vbi Monetarius poſteà ſeditionem concitauit, ad menſes ſex reconditus latet. Intereà emerſit, vtì diximus, Andreas Carolſtadius: qui præter renouatum à ſe Berengarij de ſacra Euchariſtia errorem, etiàm Miſſam & imagines templis exturbare cœpit: ac deindè varia ſectarum agmina ex illis Lutheri concionibus atque libellis proſiliêrunt. Illas igitur Lutherus, quas modò dixi, iſtius tam funeſtæ atque occidentis, exitialis tra-

Exilium vltroneũ fingit Lutherus, ad inuidiã Cæſari & catholicis Imperij principibus conflandam.

Exordia diſſidiorũ nũc paſſim graſſantium.

tragœdiæ habuit cauſas. Hæc fuerunt diſſidiorum iſtorum ita paſsim graſſantium exordia: animi tumor, arrogantia, ambitio, atq; vt veterorum hæreticorum (quos ſuis opinionibus ab orco in lucem reuocauit) tandem quoquè radicem agnoſcas, auaritia. Hactenùs Lindanus. De hoc vide plura in Lutheranis, Iudæis, Mahometanis, Sacramentarijs, vbi de eo mentio fit ſæpiſſimè.

CARPOCRATIANI. 9.

Carpocratiani ſeu Carpocratitæ, à Carpocrate quodam hæretico dicti ſunt. Emerſit autẽ Carpocrates tempore Adriani Imperatoris, & * Xiſti ſummi Romanorum antiſtitis, circa annum Domini 129.

* Sixti

Carpocratis impia dogmata.

1. Hic (teſte Euſebio lib. 4. cap. 7.) docebat Chriſtum non ex Maria virgine, ſed ex ſemine Ioſeph purum hominem natum: virum quidem bonum & ſanctum fuiſſe affirmans, & cuius anima poſt crucifixum corpus in cælum ſit recepta, caro verò in terra dimiſſa. Nam animi ſalutem ſolùm, carnis autem non fieri opinabatur, vt author eſt Philaſtrius cum Tertulliano.

2. Dicebat item mundum eſſe creatum non à Deo, ſed ab Angelis, aſſerens vnum quidem principiũ eſſe, de quo principio, id eſt, de Deo, prolationes factæ ſint angelorum atq; virtutum, quæ nimirùm virtutes creaturam iſtam viſibilem, vbi nos conſiſtamus, effecerint.

3. Carnis quoq; reſurrectionem eſſe futuram negabat.

4. Totum denique vetus teſtamentum reijciebat: de qua re dicit gloſſa Leuitici 13. in hunc modum: In corpore lepram gerit, qui Eccleſiæ detrahit, ſicut Carpocratiani, qui negant reſurrectionem carnis.

Marcellina.

Sectæ ipſius fuiſſe traditur ſocia, immò inuentrix & exhibitrix ſecundùm Auguſtinum quædam Marcellina: quæ colebat imagines Ieſu, Pauli, Homeri, & Pythagoræ, eas adorans, & ijs incenſum offerens.

De Carpocrate verò ſic ſcribit Nicephorus libro quarto eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ca. 2. Carpocratem, inquit, æqualem fuiſſe tradit Irenæus Baſilidi, & eorum qui Gnoſtici appellantur, authorem & ducem fa-cit: quem nõ puduit propalàm artem magicam exercere, quam pater eius Simon clàm & ſubdolè profeſſus fuerat. Gloriam is aucupabatur, & ſeſe efferebat artibus curioſis, per eos quos ipſe conficiebat amores, per ſomniorum viſiones, & per aſſeſſores dæmones. Docebat quoq; omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum ſacrorum ſuorum peruenire vellent: neq; fieri poſſe, vt quiſpiam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, niſi infandis fœditatibus omnibus ſatisfeciſſet. Hæc Nicephorus.

Libro aduerſus hæreſes 1. cap. 24.

Carpocrates impurus, impudens, & voluptuarius.

CATAPHRYGAE SEV *Cataphrygij*. 10.

Cataphrygis hæreticis Phrygiæ prouincia nomen dedit, quòd ex ea eorum authores Montanus & Apelles, & ipſius Montani propheriſſæ Priſca & Maximilla originem duxerint. Floruerũt autem temporibus Commodi imperatoris, & Soteri Papæ temporibus, circa annũ Domini 181.

Hæreſis Cataphrygas, id eſt, Phrygum, vel ſecundũ Phryges.

1. Hi, teſte Philaſtrio, aſſerunt ſancti ſpiritûs plenitudinem non per Apoſtolos Chriſto dante fuiſſe conceſſam, ſed per ſuos illos pſeudoprophetas impartitam.

2. Non vtuntur in forma baptizandi ijſdem verbis, quibus Catholica vtitur eccleſia, & quæ Chriſtus Apoſtolos ſuos docuit, nec in nomine Trinitatis baptizant, quemadmodùm nec Paulianiſtæ, vt habetur diſtinct. 1. q. 1. ca. Paulianiſtæ. Quò fit, vt in Niceno concilio præceptum fuerit, vt cùm ex ijs aliqui ad eccleſiam catholicam redirent, rebaptizarentur, quòd veram baptiſmi formam non tenerent, atq; ideò nec verum baptiſma. Quali verò forma vterentur, nuſquàm legi, neq; apud Philaſtrium, neq; apud Auguſtinum aut Guidonem Carmelitam, qui omnes de hac re loquuntur.

Cataphrygũ hæreſes.

3. Baptizabant etiàm eos qui mortefuncti eſſent.

4. Secundas nuptias loco fornicationis habent.

5. Sacramenta prohibentur funeſta habere.

6. Publicè myſteria celebrant.

Pepuza vicus Montani.

7. Pepuzam vicum in medio Galatiæ & Cappadociæ ſitum, ex quo Montanus, Maximilla & Priſca ortum habuerunt, Ieruſalem appellant. Vbi & ab ijs myſteriũ Cynicorum & infantis execranda celebratur impietas. Dicuntur enim infantis anniculi ſanguinem, quem de toto eius corpore minutis compunctionum vulneribus extorquent, farinæ miſcere, indeque panem conficere, quo paſcha ſuum celebrant, ſuiſq; ità vbiquè mittere impijs ſatellitibus. Qui puer, teſte Auguſtino, ſi indè mortem obeat, penès eos pro martyre: ſed ſi ſuperuixerit, pro magno ſacerdote habetur.

8. Dicunt etiàm mulierem poſſe ſacris ordinibus initiari, quod D. Thomas reprobat in epiſt. ad Titum, cap. 1.

Contra hos ſcripſit Apollinaris Hierapolites, & Melciades Papa, Rhodon quoquè Aſianus, & Apollonius eccleſiaſticus ſcriptor, quemadmodùm Euſebius Caſareenſis lib 7. cap 19. teſtatur.

Hæreſis Mõtani Cataphrygas.

De his autem ſic tradit Nicephorus lib. 4. eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ cap. 22. Montanus, inquit, vico quodam cui nomen eſt Ardaba, ortus, hæreſim quæ dicitur Cataphrygas, inuenit: & ambitione honoris atque dignitatis percitus, & arrogantia cupiditateq; primatûs tranſuersùm actus (ô abſurdam & importunam blaſphemiam) Paracletum ſe & diuinum ſpiritum nominauit. Mulierculas duas, coniuges ſuas, Priſcillam & Maximillam, prophetiſſas ſuas vocauit, earumque ſcripta propheticos libros eſſe dixit. Maligno autem ſpiritu plenus, ſicuti & duæ illæ mulieres, noua quædam & inſolentia dicere cœpit, inſania apertè & dæmonum intemperijs actus. Cæterùm vt adulterinus ille ſpiritus fidem ſibi pararet, quædam per illas, coniecturis ductus, prædicebat & diuinabat, ſeducens pleroſque, & à recta via auertens, promiſsionumque tumenti magnitudine inflans, beatoſque eos pronuncians, qui de ſe quamuis abſurdè, magnificè tamen ſentirent. Non admodùm tamen multi ex Phrygibus fuêre, qui ab eo erant ſeducti. Vniuerſalem porrò & quæ ſub cælo eſt eccleſiam omnem, omni pudore abiecto, impudentiſſimus ille dæmon calumnijs proſcinderè non ceſſauit.

Priſcilla & Maximilla prophetiſſę Montani.

Montani hęreſis excommunicata.

Ea hæreſi paſsim vulgata, qui in Aſia fuêre fideles, ſæpè multis in locis regionis eius conuentus egère, recèns exortam peregrinamque inquirentes doctrinam: & tandèm ſectam eam, vt impiam & execrandam damnatam, è Catholica eccleſia eiecerunt, atque à communione pepulerunt. Idem Montanus nouorum quoquè ieiuniorum, præter eccleſiæ conſuetudinem, author fuit: & de ſoluendis dirimendiſq; coniugijs legem tulit. De diuina autem Trinitate, & mundi creatione, eadem nobiſcum docuit. Nonnulli tamen ex ſectatoribus eius poſteà, tres diuinitatis ſubſtantias vnum eſſe ſunt opinati, eundem eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum dicentes. Vnde etiam Sabellium ex Libya, principia hæreſis ſuæ ſumpſiſſe ferunt.

Mõtani noua ieiunia.

Cõiugiorũ ſolutio.

Sabellij Libyci hęreſis ortus.

Porrò qui Montani diſciplinam ſecuti ſunt, Montaniſtæ ab eo dicuntur. Vocatur quoquè Cata Phrygas, ſeu ſecundùm Phryges hæreſis, ab ipſa gente ſcilicet. Appellantur etiàm Pepuziani, à vico quodam, quem ille Hieruſalem vocare ſolitus erat. Priſcillæ verò & Maximillæ prophetiam, fide & veneratione ſacroſancto præferunt euangelio. De quibus ſanè eorum myſterijs nonnulli non pauca vulgârunt, quæ illi non agnoſcunt, ſycophanticè ea aduersùs ſe excogitata eſſe affirmantes. Hæc Nicephorus. De hac hæreſi vide plura in Montano, Priſca & Maximilla: lege etiàm Euſebium Cæſareenſem lib. 5. cap. 15. & cap. 18.

Mõtaniſtæ. Cataphrygæ. Pepuziani.

CATHARI.

II.

CAthari, Nouatiani ſunt, à Nouato Romanæ eccleſię presbytero ortum ducentes, & qui Galieni Imperatoris & Stephani I. Papæ temporibus, circa annum Domini 256. emerſerunt.

Cathari cur ſic appellati.

Cathari autem appellari voluerunt, id eſt, ſanctuli & puri, propter munditiam, quam ſuperbiſſimè & arrogantiſſime iactabant, vtpotè qui ſeſe dicerent ſine peccato eſſe, contra illud Ioannis; Si dixeri-

1. Ioann. 1. ... xerimus quòd peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus,& veritas in nobis nõ eſt. Ideoque, teſte Lindano & Bullingero, omittebant illud orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, eò quòd nulla peccatorum venia opùs haberent.

Cathari orationem Dominicã mutilant.

Hi aliorũ quoquè orationes pro ſe nõ eſſe neceſſarias aiebant.

Eorum dogmata.

Infantes abſque peccato eſſe, ideoque non egere baptiſmo.

Docuerat autem eos Nouatus, poſt baptiſmum acceptum, relapſos in peccatũ, redire ad ſalutem non poſſe. Quo impio errore multos ille ad deſperationem adegit,& eccleſiarum concordiam diſſipauit contra illud Ezechielis: Quacunque hora peccator ingemuerit &c.

Ezech. 18.

Cum Aërianis notiſſimis eccleſiæ hoſtibus, oblationes fieri pro defunctis negant.

Viduas,ſi nupſerint, tanquàm adulteras damnant & execrantur.

Qui cùm ſe cæteris mundiores prædicent, mundanos tamen ſe potiùs quàm mundos vocarent, ſi ſe intimè agnoſcerẽt & perpenderẽt. De quibus diuus Thomas tractatu contra impugnatores religionũ cap. 6 ſic ait: Hic error Vigilantij, qui conſilium de paupertate euangelica auſus eſt omninò deſtruere, per ſucceſſiones errantium vſque ad hodierna tempora peruenit, qui & in hæreticis quibuſdam, qui Cathari nominantur, permanſit. De his vide plura in Nouatianis.

Vigilantij error in hodiernum vſque diem perdurans.

CATHARIALII, SIue *Cathariſtæ*.

12.

CAtharialij ſeu Cathariſtæ non ſunt ij, quos Nouatianos infrà appellabimus, ſed alij Nouatianis poſteriores, qui ad Manichæorum familiam pertinent & quos Diuus Auguſtinus non Catharos, ſed Cathariſtas appellat. Nam idem Auguſtinus lib. de Hæreſibus ca 46. de Manichæis differens, illos ait in tres ſectas diſſectos. Quidam enim Manichæi nuncupantur, nomen authoris retinentes: alij Macarij: alij verò Cathariſtæ, hoc eſt, mundatores ſiue purificatores ꝓpter horrendas quaſdam & execrandas purificationes, quas faciebant. Emerſerunt autem hi ſub Aureliano Imperatore, & Felice huius nominis primo ſummo Romanorum antiſtite, circa annum Domini 279.

Manichæi ſecta in tres partes diſſecta.

1. Dicebant autem iſti, non licere veſci carnibus: alimenta omnia eſſe immunda adſtruentes, propter mali principij commixtionem: eamq; ꝓptereà, quibuſdam execrandis (vti iam diximus) purgationibus adhibitis, purificabant: Adcò quidem vt farinæ, qua panis pro Euchariſtia conficiendus erat, humanum ſemen commiſcerent, dicentes ſemine admixto farinã purificari: atque ità (vt dicebant) per ſeminis commixtionem ea purificata, ſacramentum execrandum conficiebant.

Cathariſtarum hęreſes deteſtandæ.

2. Dicebant nanque nullo pacto ex pane aqua & igne confecto, poſſe cõfici corpus Chriſti, eo quòd panem, creaturam diaboli eſſe confiterentur. Ideoque Diuus Auguſtinus propter has ciborum execrandas purificationes, eos non Catharos, quod Latinè ſonat mundos, ſed potiùs Cathariſtas, hoc eſt, purificatores, appellat. Quo nomine multi allucinati ſunt, cùm nihil inter Manichęos & Catharos conueniat.

3. Aſſerebant item omne iuramentum ità eſſe Chriſtianis interdictum, vt eis nũquàm iurare liceat, quantumuis ad id iudicum iuſſu & coactione adacti.

4. Omnia denique Eccleſiæ ſacramenta negabant.

5. Cumque vuis veſcerentur, vinum tamen nõ bibebant, id eſſe dicentes fel principum tenebrarum, vt author eſt Philaſtrius.

6. Adeoque ab ouorum eſu abhorrebant, vt cùm ea frangerentur, expirarent.

CAELESTIANI.

13.

CAeleſtiani à Cæleſtio quodam (vt ex Gennadij catalogo illuſtrium virorum colligere licet) monacho dicti ſunt. Cuius autem is gentis aut patriæ fuerit, hic ille non explicat, nec notum eſt. Ex eius tamen de ſcriptione conſtat, illum fuiſſe Pelagio coæuum atque cõtem-

poraneum, ſub Archadio Imperatore & Innocentio huius nominis primo Romanorum pontifice, circa annum Domini 405. Quo alioqui tempore à concilio Mileuitanum in Africa celebratum eſt, & hæreſis Pelagiana & ipſius Cæleſtij ab eodē (præſide eo ipſo Innocentio) condemnata. De quo Cæleſtio Diuus Auguſtinus, li. de Perfectione iuſtitiæ ad Eutropium & Paulum epiſcopos ſcribens, eum aſſerit idem ſentire quod Pelagius, vtpotè quem magiſtrum diſcipulus ſit ſequutus. Et rursùs de fide catholica idem inquit: Cùm Cæleſtius atque Pelagius in Epheſina ſynodo ſint damnati, quomodò poterūt illa capitula recipi, quorum damnantur authores?

Cæleſtij errores. Porrò Cæleſtius (ab alijs Cæleſtinus, ſed corruptè, appellatur) rationibus ſophiſticis nitebatur probare, nullum hominem peccare, ſi vellet: omnes eſſe iuſtos, ſi vellent: hominem denique ad perfectum ſtatum poſſe peruenire, ſi vellet. Tantumq; cum ſuo magiſtro Pelagio libero abitrio tribuebat, vt diceret abſque gratia Chriſti, hominem omnia præcepta Dei implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi poſſe. Cuius Diuus Auguſtinus libro de perfectione iuſtitiæ, ſexdecim refellit argumenta. Beatus item Hieronymus epiſtola ad Alypium & Auguſtinum, eidem Auguſtino gratulatur, quòd eius operâ hæreſis Cæleſtiana oppreſſa ſit. Vndè in Oſeæ prophetæ cap. 5 dicit gloſa in hunc

Hæreticorū peruerſitas. modum: Hæretici ſæpè ſophiſmatibus & arte diabolica opprimunt Eccleſiam: qui non munditiam veræ fidei, ſed ſordes ſequuntur mendacij: adeò vt ipſi traditi diabolo & angelis eius, videantur ſibi calumniam pati, & in ſe iamiam factam eſſe diuini iudicij virturem.

Hunc autē Cæleſtium Gennadius tradit, antequàm Pelagij dogma incurreret, immò cùm adhuc adoleſcens eſſet, ad parentes ſuos de monaſterio tres epiſtolas ſcripſiſſe. Ex quo liquidò conſtat, eum fuiſſe monachum. De quo Vincentius Lirinenſis libello illo verè aureo, quem pro Catholicæ fidei antiquitate & veritate,

Vincētij Lirinenſis de Pelagio, Cæleſtio, &c. aduersùs prophanas omnium hæreſeon nouationes edidit, ſcribit in hæc verba: Quis, inquit, vnquàm ante prophanum illum Pelagium, tantam virtutem liberi præſumpſit arbitrij, vt ad hoc in bonis rebus per actus ſingulos adiuuandum, neceſſariam DEI gratiam non putaret? Quis ante prodigioſum diſcipulum eius Cæleſtium, reatu præuaricationis Adæ, omne genus humanum negauit adſtrictum? Quis ante ſacrilegum Arrium, Trinitatis vnitatem diſcindere: quis ante ſceleratum Sabellium, vnitatis Trinitatem confundere auſus eſt? Quis ante crudeliſſimū Nouatianum, crudelem DEVM dixit, eò quòd mallet mortem morientis, quàm vt reuertatur & viuat? Quis ante magum Simonem, Apoſtolica diſtrictione percuſſum, à quo vetus ille turpitudinum gurges vſque in nouiſſimum Priſcillianū continua & occulta ſucceſſione manauit, authorem malorum, id eſt, ſcelerum, impietatum, flagitiorumque noſtrorum, auſus eſt dicere creatorem Deum? &c. Hactenùs Lirinenſis. Vide reliqua in Pelagio.

rio, Sabellio, Nouato Simone mago, & Priſcillano, odiranda ſententia.

CERDONIANI.

14.

Cerdoniani à Cerdone quodam mago & hæretico nuncupati ſunt, qui tēpore Antonini Pij cæſaris, & * Hygini Romanorum pontificis viguit, circiter annum Domini 144.

* Higini.

1. Hi, authore diuo Hilario, lib. 6. de Trinitate, & Irenæo lib. 1. cap. 28. aduersùs hæreſes, duos deos, vnum iuſtum, & alterum iniuſtum ſtatuūt, à quibus bona & mala prouenire omnia confitentur & aſſerunt.

Cerdonianorum hæreſes.

2. Diuus item Auguſtinus lib. de hæreſibus, cap. 21. refert, Cerdonem ità docuiſſe, vt dixerit Chriſtum neque natum ex fœmina, neque habuiſſe carnem, neque verè mortuum, neque quicquam paſſum ſed ſimulâſſe paſſionem.

3. Dicebat etiàm cū ſuo diſcipulo Marcione, legem veterem malam eſſe, & à malo principio procedere: quod & poſteà docuit Manichæus, qui eum in hac hæreſi ſequutus eſt.

4. Totum etiàm vetus Teſtamentum reijciebat cum ſacris Euangelijs, præter illud quod diuus Lucas ſcripſit, quaſi in prophe-

phetis & Euangeliſtis non fuiſſet Chriſti ſpiritus.

De hoc Cerdone ſic ſcribit Nicephorus lib. 4 eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 3. Sub Pio Antonino, inquit, eccleſiæ Romanæ Hygino præſidente, Irenæus Valentinũ & Cerdonem hæreſum ſuarum authores fuiſſe ſcribit: qui Marcionis quoque erroris duces extiterint, & Romæ vterque domicilium inuiſi Deo dogmatis conſtituerint. Scribit autem ad hunc modum: Valentinus enim venit Romam ſub Hygino, inualuit autem temporibus Pij, durauitque vſque ad Aniccetum. Cerdon verò qui ante Marcionem fuit, & ipſe ſub Hygino, qui in vrbe Roma * nonus erat epiſcopus, in eccleſiam venit, & pietatem profitens atque reſipiſcens, ità ibi manſit, vt aliquandò occultè doceret, aliquandò autem rurſùs ſe pœnitere confiteretur: nonnunquàm etiàm coargueretur de his quæ perperàm doceret, atque etiàm à fratrum cœtu excluderetur. Hæc in tertio ad uerſùs hæreſes libro.

Nicephori & Irenęi teſtimoniũ de Cerdone.

* decimus

In primo autem, de Cerdone etiàm ità refert Irenæus: Cerdon verò quidam à ſectatoribus Simonis, impietatis ſuæ occaſionibus ſumptis, Romam venit ſub Higino, nonum locum epiſcopalis ſucceſſionis ab Apoſtolis ſortito, ibique docuit, eũ qui à lege & prophetis prædicatus eſt Deum, non eſſe patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hunc quippe noſci, illum eſſe ignotum: & alterum quidem iuſtum, alterum autem bonũ eſſe. Cui Marcion ſuccedens, doctrinam eam adauxit, ſine pudore & verecundia omni blaſphemans Hęc Nicephorus.

Tertullianus quoque de eo ità ſcribit: Cerdon duo introduxit initia, id eſt, duos deos: vnum bonum, & alterum ſæuum, &c. Chriſtum item verũ hominem, & verè paſſum eſſe negauit. De hoc vide plura in eius diſcipulo Marcione, & in Valentino.

CHAZINZARII.

15.

Chazinzarij hæretici, ſunt ex Armeniorum familia, cuius hæreſis radix extitit Iacobus quidam Syrus genere, obſcurus prorſùs, & nulla gloria vir. exorti ſunt autem temporibus Conſtantini tertij Heraclij filij, & Theodori maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 640.

De his Nicephorus libro 18 cap. 54. eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit in hunc modum: Apud Armenos qui Chazinzarij nominantur, eorum impietates maximè retinent. Factio autem non minima hęc dogmatis eorum eſt, Staurolatræ ſcilicet. Chazus namque, crux ab eis dicitur: proptereà quòd crucem tantùm adorare & colere dicantur. Qui ſanè illis per omnia conſentientes, re eiuſcemodi maximè à ſectis talibus, & Iacobitis inprimis, diſſentire videntur. Quin & iſti non vnam confusè naturam, ſicut illi, in Chriſto eſſe opinantur, ſed duas: quemadmodùm & nos. Cæterùm aliam peregrinam impietatem perperàm inducunt: quia duas perſonas in vno Chriſto eſſe, fabulantium more, nugantur: iuxta Anthropolatram, id eſt, hominem adorantem Neſtorium: ità vt paſſionis tempore alteram perſonã in cruce paſſam, alteram autem ab ea ſegregatam, ſeorſim ſtetiſſe, paſſionisq; ſpectatricem fuiſſe dicant. Inſupèr alia quoque generis eiuſdem, impietate omni referta, deblaterãt. Atque illi quidem nunc ex traditione, quæ ratione nulla nititur, hæc faciunt. Veteres autem eorum legiſlatores & doctores magnæ Armeniæ, Gregorium illum antiſtitem ritus eiuſmodi eis per manus tradidiſſe, calumnioſè iactant, maximè verò oblationem azymam, & abſque aqua poculum, proptereà quòd in myſtica illa cœna, azymum etiàm ſacrificium & vinum ſolum fuerit. Quarum rerum nullam Apoſtolica eccleſia admittit, veterem traditionem legitimè ſeruans.

Chazinzaroũ hæreſis.

Chazinzarij à Iacobitis in quo diſſentiant.

Porrò de ieiunio Arziburi, quod paulò ante eum diem, quo carnium eſus interdicitur, ſeruant, interrogati: quandoquè propter Adami proſcriptionem, id ſe obſeruare: quandoquè propter Niniuitas, dicunt. Nonnunquàm verò eam eſſe traditionem referunt, quòd olìm ſe Armenij à cibis abſtinuerunt, quùm baptizari à ſancto Gregorio debuerunt.

Ieiuniũ Arziburi à Chazinzarij ô obſeruatum.

Ali-

Aliquandò etiàm celebrari id aſſerunt, ꝓpter Sergium quendam, qui olim apud eos martyrio ſit defunctus: veram eius originem & cauſam commemorare detrectantes, quæ eiuſmodi eſt: Sergius quidā apud eos doctor canem habuit, quo ille à dæmone agitato, plurimùm aduentûs ſui deſignatore atque indice vſus. Huic Arziburi nomen indidit, quod Armeniorum lingua mandatorem ſignificat. Quum ergò in oppidis & vicis habitantes diſcipuli & ſectatores eius, canem præcedentem viderent, obuiàm illi magiſtro ſuo ibant, eũdemque præeuntes producebant. Euenit autem, vt canem lupus deuorârit. Et Sergius poſt eum diem, quo canem præmiſerat, ad eos quò ille miſſus fuerat, profectꝰ eſt: & quum qui ei obuiàm prodiret, inueniret neminem, grauiter eam rem tulit. At poſtquàm certior factus eſt, à lupo canem deuoratum eſſe, Armenijs mandauit, vt quotannis, diebus ſtatis, ob canis eius obitum ieiunarent, lugerent, atque mœrerent: quòd videlicet tantum bonũ è medio ſublatum eſſet. Nomenque canis ieiunio ei, Arziburum cognominans, impoſuit. Sed hactenùs de Chazinzarijs, quorum multi illis ipſis temporibus duces fuêre & doctores Neſtorij quidam, Eutychetes, Dioſcori, Cnaphei, Seueri, Theodoſij, Iuliani Halicarnaſſei, Gaini, & alius eiuſmodi infelicium mortalium chorus. Quorum impiorum dogmatum ſectator atq; reſtaurator, quem diximus, Iacobus fuit, à quo maxima ex parte Syrorum gēs ad hodiernum vſque diem, Iacobitæ ſunt denominati. Sed enim eius morbi contagione Sergius etiàm, qui non ità pridèm archiepiſcopatûs Conſtantinopolitani gubernacula ſuſceperat, maximè infectus eſt, ꝑ quẽ Monothelitarum hereſis admodùm eſt propagata. Hactenùs Nicephorus. De hac hereſi vide plura in Armenijs, Iacobitis, & Monothelitis.

Eius ieiunij vera ratio.

Sergius Patriarcha Cōſtātinopolitanus hereſi infect. Chazinzariorũ.

CERINTHIANI.

16.

CErinthiani à Cerintho homine hæretico, & peſſimis moribus aſſueto, dicti ſunt. Qui cuius nationis aut gētis fuerit, memoriæ non prodiderunt hiſtorici. Ego tamen arbitror eum Iudæum & ex eorum numero fuiſſe, qui, vt eſt in Actis Apoſtolorum cap. 15. deſcendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia niſi circuncidamini ſecundùm morem Moiſis, non poteſtis ſaluari: & ob quorum diſſenſionem, primum Concilium ab Apoſtolis Hieroſolymis celebratum eſt. Conſtat autem, eum coæuum fuiſſe diuo Iohanni euangeliſtę Neronis Imperatoris & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Domini 69.

Quòd verò cōtemporaneus ſancto Ioanni Euangeliſtæ fuerit, teſtatur diuus Irenæus libro 3. aduersùs hæreſes ca. 3. cùm de beato Polycarpo loquens, ait veniſſe aliquandò in balneum Ioannem, & illic reperiſſe Cerinthum hæreticum vnà cum conſortio ſuorum ſedentem, inter quos Cerinthus acerrimè diſputabat, impudenterque blaſphemus negabat Chriſtũ Deũ eſſe. Atque ſurgens Ioannes monuit amicos ſuos qui ei aſſidebant, vt vnà ſecum abirent: nam non velle Deum ampliùs ferrè blaſphemias tam impudentes. Illicò verò cùm egreſſus eſſet, collapſa domus. Cerinthum cum ſua cohorte extinxit. Ex quo licet videre horrendum exemplum diuinæ vltionis & vindictæ in eos, qui manifeſta impietate nomen Dei & eius ſanam doctrinam blaſphemant, non verentes ſectas perditionis introducere: & quàm ira diuina illos non patiatur tandèm inultos.

Cerinthus ruina domûs oppreſſus.

1. Docebat autem hic ſceleſtus inter alios errores, Chriſti regnum poſt reſurrectionem terrenum futurum, & homines in carne, concupiſcentijs & libidinibus ſubiectam vitam acturos. Qui error apud Iudæos quoque viguiſſe conſtat, qui omnia quæ à prophetis de Chriſti regno dicuntur, carnaliter intelligebant quo errore imbuta videtur fuiſſe mater filiorum Zebedæi, cùm à Chriſto petijt, vt iuberet duos filios, vnum à dextris, alterum verò à ſiniſtris ſedere in regno ſuo. Et quia Cerinthiani mille annos homines futuros in voluptate carnis poſt reſurrectionem ꝑdicabant, ideò græcè χιλιασταὶ, id eſt, Latinè Millenarij, ſunt appellati, vt infrà in eorum titulo videre licet. Quod nihilominùs Marci 12. reprobatur in hunc modũ: In regno cælorum neq; nubent, neq; nubentur.

Cerinthi errores.

Matt. 20.

Cerinthiani Millenarij appellati

2. Ne-

2. Negabat cum Carpocrate & Ebione Chriſtum fuiſſe Deum, ſed ſolam naturā habuiſſe humanam: eundemque nondū reſurrexiſſe à mortuis, ſed aliquandò ſurrecturum.

3. Aſſerebat legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vnà cū lege noua, ideoque circuncisionem neceſſariam eſſe ad ſalutem conſequendā, contra illud D. Pauli præceptum: Si circuncidimini, Chriſtus vobis non proderit. Et extra de Baptiſmo, cap. Maiores: Cùm baptiſma ſucceſſerit circuncisioni, abſit vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperàm affirmabat legē cum Euangelio, & circuncisionem cum baptiſmo ſeruandam. Huncitaque Cerinthum Philaſtrius libro de hæreſibus primum ſuiſſe aſſerit qui ſub Apoſtolis quæſtionem ſeditionis commouit, dicens debere circuncidi homines. Cuius cauſa contra illū & hæreſim eius decreuerunt in ſuis Actibus Apoſtoli ſententiam, non debere iam homines Iudaiſmo, id eſt, circuncisioni, alijsque huiuſmodi ſuperſtitionis vanæ parére carnalibus, qui de Gentibus veniētes, credebant in Chriſtum Dominum & ſaluatorem noſtrum.

Gala. 5.

Act. 15.

4. Dicebat rursùs cū Simone mago & Menandro, mundum non creatum eſſe à Deo, ſed ab angelis.

5. Apoſtolum Paulum, & Actus Apoſtolorum non recipiebat, ſed illos conabatur auferre ex catalogo ſacrorum librorum.

6. Euangelium quoquè ſecundùm Matthæum, ſolum admittebat, reliqua tria cōtemnens.

7. Iudas proditor Chriſti, erat ei in honore maximo: & beatos Martyres blaſphemijs afficiebat.

De Cerintho verò Nicephorus lib 3. eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ cap. 14. in hæc verba loquitur: Eadem ætate (hoc eſt, Nerone imperante, & Menandro atque Ebionе ſuas hæreſes propagantibus) Cerinthū quendam alterius hæreſis ducem fuiſſe, ſcriptor eccleſiaſticus Caius commemorat, ità dicens: Sed & Cerinthus per reuelationes, velut à magno Apoſtolo ſcriptas, verborum portenta nobis tanquàm per angelos ei tradita mentitus inducit, poſt reſurrectionem adſtruens terrenum futurum Chriſti regnum: & carnem tū primas obtinentem, denuò cupiditatibus in Hieruſalem inſeruituram. atque cum ſacrarū Dei ſcripturarum ſit hoſtis, ſeducere homines volens, mille annorum nuptiarum celebritatibus deſtinatum mundum refert. Hæc Nicephorus.

Cerinthi hiſtoria ex Nicephoro.

Eius etiàm Dionyſius Alexandrinus in 2. Promiſſionum de Ioannis Apocalypſi libro meminit: Cerinthum, dicens, quià ſe nominatam Cerinthianam hæreſim inſtituit, condig[n]um idoneumque figmento ſuo nomen ſibi vulgò arrogare voluiſſe. Diſciplinæ quippè eius illam fuiſſe doctrinam: Terrenum Dei regnum fore: & quarum rerum ipſe, qui corporis ſui amans & admodùm carnalis eſſet, cupiditate teneretur, ventris videlicet, & earum que ſub ventre ſunt, partium voluptatis & exuberantiæ, in eis tanquàm in ſomnis vitam peractum iri: hoc eſt, in epulis, compotationibus, cōiugijs, & quibus hæc plauſibiliora gratioraque fore largiuſque prouentura putauit, diebus feſtis, ſacrificijs, & victimarum mactationibus. Hæc Dionyſius.

Dionyſius Alexandrinus.

Irenæus autem (vt ſuprà meminimus) quum alia etiàm plura vertiginis plena deliramenta eius in primo contra hæreſes libro propoſuit, tum in tertio eiuſdem operis de eo memoria dignam hiſtoriam recenſet, quā per traditionem Polycarpi Smyrnæi epiſcopi ſe accepiſſe dicit. Quū nanque aliquandò Ioannem Apoſtolum balneo vti oporteret, atque is futurum cognoſceret eò quoquè Cerinthum ingreſſurum, quanta potuit celeritate indè refugit, ne ſub eodem quidem tecto vnà cum illo manere iuſtum eſſe opinatus. Quod etiàm ijs qui cum eo erant, perſuaſit: Fugiamus, inquiens, nè balneum concidat, in quo veritatis inimicus Cerinthus lauat.

Cerinthum autem illum (inquit Lindanus de noſtri temporis hæreticis) Iudaizantem Chiliaſtæ reſuſcitant Anabaptiſtæ quidam, corporale Chriſti regnum poſt reſurrectionem futurum, vt ait Sebaſtianus Francus.

Cerinthiſmi noſtri tēporis.

R CHI.

CHILIASTAE.

17.

CHiliaſtæ, Cerinthiani ſunt ſectâ, eoſdem cum Cerintho obſeruantes errores, à chile græca appellatione dicti, quod mille Latinè ſignificat Chiliaſtę nempè millenarij appellantur, quòd mille annorum poſt mortuorum reſurrectionem fore dicant Chriſti regnum corporaliter in hac terra producendum, ſanctoſque corporaliter epulaturos cum Chriſto. Emerſerunt autem Adriani Imperatoris & ✝ Xiſti huius nominis primi Papæ temporibus, circa annum Domini 130.

Chiliaſtarũ hæreſis.

Dicunt verò ità, teſte Philaſtrio: Cùm venerit Chriſtus de cælo, mille anni erũt iterùm nobis carnaliter ad viuendum, generandum, & manducãdum, ſicut fit nũc in hoc ſeculo quotidiè: ignorantes intereà eſcam cæleſtem, id eſt, immortalitatis illud præmium affuturum, non hoc caducum & tranſiens, cùm Dominus in Euangelio Iudæis quibuſdã hoc ſuſpicantibus dicat: Neſcitis ſcripturas, & virtutem earum ignoratis. Nam in die iudicij non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei. Et Apoſtolus, Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, pax & gaudium in ſpiritu Domini ſempiternum.

Mat 22. Rom. 14.

Chiliaſtarũ author.

Eorum author fuit Papias Hierapolitanus antiſtes, diui Iohannis auditor, vt inquit Irenæus, & Polycarpi ſodalis. Sed qui (authore Nicephoro, lib 3. cap. 20. eccleſiaſticæ hiſtoriæ) ignorans, promiſſiones arcano quodam myſterio eſſe editas, hæc craſſiùs acceperit: quippe qui mente acri non fuerit, id quod ex oratione eius conijcere licet. Multos tamen in candẽ æmulationem, vetuſtatem viri admiratos, pertraxit, ſicuti Irenæus, & ſi quis præterea alius eiuſdem cum illo eſt ſententiæ & opinionis. oſtendit. De hac hæreſi vide plura in Nepote, quem tradunt etiam huius Epicureæ opinionis authorem fuiſſe.

CHRISTOPHORVS *Schaplerus*. 18.

CHriſtophorus Schaplerus natione Germanus, ſecta Lutheranus, vnus ex ducibus eorum ruſticorum fuit, qui anno Domini 1525. tempore Caroli V. Imperatoris, & Clementis ſeptimi Romanorum pontificis, & Franciſci primi huius nominis regis Gallorum, emerſerunt. De qua re ſcribit Carion Chronicorum lib. 4. in hæc verba:

Eodem hoc anno in Germania horribiles, & antè nunquàm auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſatia, Sueuia, Francia, Duringia, & in illis terris quæ ad Rhenũ ſitæ ſunt, excitabantur. Motus hi magna vi & armis principum ſunt repreſſi: adeò vt intra menſes ferè tres, ſupra centena millia ruſticorum conciderint in conflictu, non aliter atquè pecora trucidari.

Bellum ruſticanum anno 1525.

Porrò Chriſtophorus Schaplerus quidam cognomento, duodecim articulos conſcripſerat de libertate Chriſtiana, inter quos hic erat præcipuus, Tributa non eſſe pendenda Magiſtratui. Ex hac doctrina, ſpe libertatis acquirẽdæ, maxima pars ruſticorum accenſa, dicitur arma cepiſſe aduersùs legitimos Magiſtratus. In Mulhauſen Duringiæ oppido, concionator Eccleſiaſticus erat Thomas Monetarius. Is palàm docuit reſtaturaturum ſe colla-pſum Eccleſiæ ſtatum, gloriabaturq́; priuatim ſibi à Deo reuelationes fieri, & ad euertendam tyrannidem impiorum, gladium Gedeonis ſibi commiſſum eſſe. Eduxit turmatim cohortes vulgi, iuſſitque nobilium domos diripi, & Monaſteriorũ bona compilari Cæterùm dum deprædãtur paſſim plebeiæ copiæ ſine ordine, deleuerunt eas Saxoniæ principes, & Landgrauius Heſſorum. Monetarius & ſociorum eius plerique capti ſunt, & capite trũcati, pœnas impij ſui inſtituti dederunt. Monetarius hic prim⁹ author extitit phanatici illius erroris Anabaptiſtarum, qui puerorum baptiſmum damnant, anabaptiſmum docent, iuramenta auferunt, omnia communia faciunt, etiàm vxores, aliosque infinitos errores ſub Euangelij prætextu paſsim ſeminant. De hoc infrà in Muntzericis.

Chriſtophorus Schaplerus.

Thomas Monetarius.

Monetarij & ſociorum mors.

Monetarius primus author Anabaptiſtarum ſectæ.

CIR.

CIRCVITORES.
19.

Circuitores, alio nomine Circuncelliones, ſeu Scotopitæ dicti, Africani ſunt natione, genus hominum (authore Auguſt. lib. de hæreſibus cap. 69) agreſte, & famoſiſſimæ audaciæ, non ſolum in alios immania facinora perpetrādo, ſed nec ſibi eadem inſania & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maximè præcipitiorum, aquarum, & ignium, Circuitorū crudelitas. ſeipſos necare conſueuerunt. Et in iſtum furorem alios ſeducunt, vt ſeipſos occidant. Quod ſi facere ij renuunt, mortem ſibi minantur, hoc pacto illos dicentes martyres fieri.

Quis autem huius inſaniæ vel inſanæ hæreſis dux fuerit, aut quo tempore cœperit, nec Diuus Auguſtinus, nec Philaſtrius prodiderunt. Auguſtinus tamen illos pertinere ad Donatiſtas, & ſub illis militare, aſſerit. Ex quo colligi poteſt, illos fuiſſe Conſtantij Imperatoris, & Iulij papæ temporibus, circa annum Domini 349.

Philaſtrius. De quibus ſic idem ſcribit Philaſtrius: In Africa, inquit, ſunt qui Circuitores dicuntur. Hi circumeunt terras, & quos inueniunt in via, eos cogunt vt interficiantur ab illis, dicentes, ſe deſiderare pati martyrium: & ſub hac cauſa multi latrocinātur interdùm. Quidam autē ex his velut Biothanati moriuntur, ſeſe dantes in præcipitium, diuerſumq; ſubeunt calamitatis interitum. Qui cùm ſine cauſa perire ità properant, honeſtæ mortis ſuſtinent detrimenta, & iudicio Dei futuro ſe potiùs implicant, quàm ſoluunt.

CLANCVLARII.
20.

Clancularij ad hãc noſtram ætatem ſpectant, ſuntque ſecta Anabaptiſtica, Qui authore Staphylo libro de Lutheranorum inter ſe concordia, exiſtimant ſibi licere, ſi rogentur, an ſint Anabaptiſtæ, ſe eſſe negare. Satis omninò eſſe, ſi ipſimet clàm, quid credant, ſciant: palàm confiteri non eſſe opus. Et hi ſunt frequentes in magnis vrbibus. Nulla templa intrant, domi ſe ſuosque docent, aut in hortis conueniunt. Vulgò fratres Hortenſes; vocantur. Hæc Staphylus.

De his rurſùs Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Sunt, inquit, quidam ex Monaſterienſibus Clancularij appellati, à latendi ſtudio, quidam occulti occultorum, &c.

CLAVDIVS TAVRI*nenſis Epiſcopus*. 21.

Claudius Taurinenſis Epiſcopus Anglus genere, Ioãni Vuicleffo eiuſdē & nationis & hæreſis ferè coæuus, (teſte Thoma Vualdenſi, libri quem de Sacramentalibus edidit, titulo 2. cap. 16. adducto pro rei confirmatione, teſtimonio ex Chronicis Iuonis Carnotenſis) dux & magiſter fuit eorum qui crucem Dominicā nullo pacto eſſe adorādam dixerūt. Dogma Claudij Taurinēſis epi. Quo verò tēpore hęc peſtis viguerit, cùm ille ſubticeat, apud alium neminē aliud reperire potui. Sed cùm Vuicleffo contēporaneus dicatur, hinc colligere datur, illum extitiſſe Caroli IIII. Cæſaris Germani, & Innocentij ſexti papæ ætate, circa annum Domini 1352.

Dicebat etiàm Baptiſmum eſſe nullū, ſi fronti ipſius baptizati ſignum crucis non infigeretur. Qui error in hoc manifeſtus apparet, quòd ſi in eo illa omnia peraguntur quæ Chriſtus præcepit fieri, conſtat baptiſmum eſſe perfectum. Conſtat autē Chriſtum, cùm baptiſmum conſtitueret, nunquàm de ſigno crucis meminiſſe.

CLEOBIANI.
22.

Cleobiani à Cleobio, qui inter primos hæreticos, fratrum vnitatē ſcidit, dicti ſunt ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſtolo circa annū Domini 51. De quo Ignatius epiſtola ad Tralleis ſcribit in hunc modū: Fugite ipſius nequiſſimi diaboli nepotes Theodotum & Cleobulum, qui generant fructū mortiferum: de quo ſi quis guſtauerit, moritur æterna morte. De hoc ſcribit etiàm Euſebius lib. 4. cap 8 Item Nicephorus hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 7. Meminit itidèm (in-

 quit)

Egeſippus de quibuſdam primis hæreſibus.

quit) Egeſippus initiorum hæreſum quarundam, ita inquiens: Poſteaquàm Iacobus Iuſtus martyrio eſt defunctus, ſicutì & Dominus idem ob verbum, in locum eius, patrui eius Cleophæ filius Simeon eſt ſuffectus, quem omnes Domini fratrẽ patruelem ſecũdum eſſe retulerunt. Proptereà autem Eccleſiam vocauerunt virginem, quòd nondùm eſſet inanibus & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, quòd in petitione epiſcopatús repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus è ſeptem hæreticis, & plebeius: à quibus & Simon eſt, vndè Simoniani dicti: & Cleobius, vndè Cleobiani: & Doſitheus, vndè Doſitheani: & Gorthæus, vndè Gorthæani: & Masbotheus, vndè Masbotheni. Ab his autem & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidiani, & Saturniani. Hi pro ſe quiſque, proprias ſeorſim induxerunt opiniones. Ab his Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, Pſeudoapoſtoli, qui vnitatem Eccleſię diuiſerunt, pernicioſis ſermonibus aduerſùs Deum, & aduerſùs Chriſtum eius. Scribit verò de Iudæorum quoquè hæreſibus dicens: fuerunt autem variæ quoquè in circunciſione inter filios Iſrael aduerſùs tribum Iuda & Chriſtum ipſum, ſententiæ & ſectæ: videlicet Heſſæorum, Galilæorum, Hemerobaptiſtarum, Masbotheorum, Samaritanorum, Saducæorum, & Phariſæorum. Hæc Nicephorus ex Egeſippo.

Eccleſia ad huc incorrupta & virgo.

Hæreſes Iudæorum.

COLLVTHIANI.

23.

COlluthiani à Colluthο quodam Aegyptio, Arrianis fauente, dicti ſunt, & exorti temporibus Conſtantini magni Imperatoris, & Syluestri Romani pontificis, circa annum Domini 315.

Colluthi dogma.

Hic, authore Diuo Auguſt. libro de hæreſibus, cap. 65. & Philaſtrio Brixienſi Epiſcopo, Deum dicebat malorum non eſſe factorem: qua de re velut hæreticus damnatur, & meritò quidem, cùm cõſtet ex ſacris literis, afflictionẽ inferri à Deo, & hanc vocari malum. Scriptura enim (vt ait Philaſtrius) Deum facere bona, & nihilominùs mala facere prædicat, cùm dicat propheta: Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Iſa. 45 Et alius propheta: Non eſt malum in ciuitate, qđ Dominus non fecerit. Amos 3. Sed mala iſta non natura eſſe dixit ſcriptura à Deo facta, ſed cauſis id exigentibus hominum, ſcilicet in lege peccantium Domino. Quæ ſunt tentationes perſecutionis, diuerſæque anguſtiæ, quæ Deo permittente inſurgunt peccantibus, ſicut ſcriptum eſt: Quis dedit Iſrael in direptionem? Iſaiæ 42. nónne Dominus cui peccauerunt, & noluerunt in vijs eius ambulare? Et per Hieremiam prophetam de Iudæorũ populo: Hiere. 11. Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt. Clamabunt, inquit, ad me, & nõ exaudiam eos: & ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabunt ad deos quibus libant, & non ſaluabunt eos in tẽpore afflictionis eorum. Quibus quidem verbis apertiſſimè oſtenditur, dictas afflictiones eſſe mala ea, quæ Dominus minatur ſe inducturũ ſuper ciuitates Iudæ, à quibus dicit eas nõ poſſe ſaluari deorum auxilio, quibus libabant.

Malorum author quò Deus.

Sic itaque illæ ſententiæ intelligendæ ſunt, non autem Deum malam naturam feciſſe, cùm alibi dicat ſcriptura: Ecce autem omnia valdè erant bona, quæ fecit Deus, hoc eſt, mundi creaturę. Gen. 1. Et alibi ſcriptura dicit: Quoniam Deus malum non fecit, nec delectatur in perditione viuorũ. Sapient. 1. Quia ergò non cauſa Dei creantis eſt mala naturaliter, ſed hominum voluntas, quæ obnoxia legi Dei vrgetur, & creatione cõſtringitur, conuerſionis cauſa à Domino hæc inferuntur hominibus quotidiè.

Cauſa creantis non mala, ſed hominis voluntas.

Cùm ergò hæc dicuntur, quomodò dicta ſunt, à Colluthianis & huiuſmodi hæreticis, ignorantur. Quę enim ab eis putantur in creatiõe hominũ mala, hęc eruditionis & vtilitatis ſunt plena, quę hominum voluntas peruerſa pati meretur, cũ dicat Apoſtol. Nunquid iniuſtus Deus, qui infert iram ſuam hominibus? Rom 3. Non tamen ſine vtilitate & emolumento futuro, hæc cũcta humano generi fieri permittuntur. Iuſtus enim in tribulatione ſuſtinenda, fidelior & iuſtior comprobatur: peccator autem aut peccare deſinit emendatus, aut perſeuerans de mundo tolli-

tur

tur, nè in corpore conſtitutus, ampliùs delinquere videatur. Ergò aut emendatus cùm ſupereſt adhuc in corpore, bonum iā opus facere non retardabit, aut mens coercetur, vt deſinat à peccato, id quod ait
Rom. 6. Apoſtol. Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Hæc Philaſtrius.

Epiphanius. De Collutho Epiphan. contra Ariomanitas ſcribit in hunc modum: Et Colluthus quædam peruerſa docebat, ſed non durauit eius hæreſis: nam ſtatìm diſparuit.

Nicephor. Et Nicephorus hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 8. cap. 7. adducens epiſtolam Alexandri Alexandrini Epiſcopi, quam ad cognominem ſibi Alexandrum Conſtantinopolitanum miſit, de Arrij aſſectatoribus ſcribit in hunc modum: Prauorum hominum, qui dominandi libidine & pecuniæ cupiditate ducuntur, inſtitutum, ſemper quæ ampliores eis eſſe videntur, inſidiantur Eccleſijs: qui vario ſanè prætextu pietatem Eccleſiaſticam inuadere ſolent. Siquidem tanquam ſtimulis quibuſdam, ab eo qui in illis efficax eſt, diabolo, ad propoſitam ſibi voluptatem incitati, religione omni proiecta, iudicij Dei timorē proculcant. Inſtructi enim ſunt per ſimulationem & diſſimulationem, ad fraudem & ſeductionem impoſtores iſti, vt ſiue per ſeipſos, ſeu per literas, per aſſentationem & venditationem falſam arte quadam compoſitas, tranſuerſos agant ſimplicem atque ſinceram fidem conſectantes homines. Quandoquidem Arrius & Achillas, coniuratione nupèr facta, Colluthi dominandi cupiditatem longè etiàm deteriùs quàm ille ipſe, ſunt æmulati. Ille nanque accuſatione aduersùs hos ipſos inſtituta, maligni conſilij ſui aliquem reperit prætextum. Iſti verò æruſcationem illius ſub Chriſti nomine ſuſceptam videntes, Eccleſiæ ampliùs ſubiecti eſſe non ſuſtinuerunt: ſed extructis ſibi ipſis latronum ſpeluncis continuos ſibi peragentes conuentus, diù noctuque ſe in calumnijs aduersùs Chriſtum & nos excogitatis, meditando exercent, atque omnes pias & Apoſtolicas ſententias repræhendentes, Iudaico prorsùs more, Chriſti perſecutricē inſtituunt officinam, diuinitatem Saluatoris noſtri pernegantes, &c. Hæc Nicephorus.

Hæreticorū ambitio & peruerſitas.

COLORBOSII.

24.

Colorboſij à Colorboſo, Menandri & Marci hæreticorum & magorum aſſectatore nuncupati ſunt. Vixerunt autem ſub Antonini Pij principatu, & Hygini ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 152.

1. Hi (teſte Diuo Auguſtino de hæreſibus) omnium hominum vitam & generationem dependere ex ſeptem ſideribus, affirmabant.
2. Omnes ſitientes ſalutem, in ſuo nomine baptizandos cenſebant.
3. Chriſtum non verum hominem fuiſſe docebant, teſte Euſeb. lib. 3. cap. 26.
4. Nec verè, ſed putatiuè paſſum.
5. Carnis reſurrectionem negabant.
6. Duo principia cōtraria opinabātur.

Reliqua vide in Marco & Menandro.

COLLYRIDIANI.

25.

Collyridiani, authore Epiphanio, inde dicti ſunt, quòd ſtata quadā die anni, collyridem virgini Mariæ offerrent in ſacrificium, illam vltra decorū glorificantes. Hoc enim ſacrificio, eam velut Deum adorabant, quum nulli niſi ſoli Deo ſacrificium offerre liceat. Emerſit autem hæc hæreſis Theodoſij I. Imper. & Siricij papæ temporibus circa annum Domini 395. Quæ hæreſis (inquit idem Epiphanius) in Arabia à * Thrace & ſuperioribus Scythiæ partibus emicuit, quæ ſanè ridicula eſt, ac ludibrij plena apud prudentes reperitur. Stoliditatis enim potiùs condemnationem incurrit, quàm vt aliquid ſapientiæ in ipſa eſſe iudicetur. Sicut enim Antidicomarionitæ per contumeliam in Mariam nocivas opiniones in cogitationes hominum ſeminabant, illam dicentes poſtquàm genuit Saluatorem, ipſi Ioſeph copulatam fuiſſe: ſic etiàm hi ad alteram partem inclinantes, in

ſummo detrimento depræhenduntur: quum illi quidem vilipendant ſanctã virginem, hi verò rurſùs vltra decorum glorificent. Hi enim qui hoc docent, q. ſunt præterquàm mulieres? Muliebre enim genus lubricum eſt, erroneumq́; , ac intellectu humili præditum. Etenim & ipſi diabolo viſum eſt hoc à mulieribus euomere. Quemadmodùm enim apud Quintillam & Maximillam ac Priſcillam ridicula ſunt dogmata, ſic etiàm hic. Quædam enim mulieres currum quendam ſiue ſellam quadratam ornantes, expaſſo ſuper ipſum linteo, in die quadam illuſtri anni per aliquot dies panem proponebant, & offerebant in honorem Mariæ. Omnes autem eo pane participabant, eidem vt Deo ſacrificia libantes, quod ſanè idololatriam quandam ſpirabat. Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuerà virgo erat ipſa virgo & honorata, ſed non ad adorationem nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſius carne genitus eſt, de cælis vero ex ſinibus paternis acceſſit. Hactenùs Epiph. qui plura volet, eundem legat.

Genus muliebre quàm varium & erroneum.

COMMVNIAHABENtes. 26.

Communiahabentes, ſunt ſectã Anabaptiſtæ, qui, authore Staphylo, & vxores & liberos, & omnia ſibi in Republica communia eſſe debere arbitrantur, ſicut Plato in ſua Republica inſtituit, & olim Nicolaitæ, & nuper Monaſterienſes Euangelici prophetæ. Concupiſcit ſpiritus meus, inquiunt, carnem tuam. Veni itaque, & faciamus mirabilia. Vide Sleidanum de bello Monaſter. Hæc Staphylus.

CONCORDENSES SEV Cozocenſes. 27.

Concordenſes ſeu Cozocenſes ijdem ſunt atquè illi, quos ſupra Albanenſes appellauimus, & quos Antoninus quarta parte ſummæ ſuæ, titulo 11. cap. 7. cum eiſdem Albanenſibus in multis pæſſimis erroribus conuenire, & in paucis diſcordare aſſerit,

1. Hi nempe duo principia rerum conſtituunt.
2. Deum item non creare, nec infundere nouas animas.
3. Chriſtianis eſſe omninò interdictum omne iuramentum, adeò quidem, vt his nuſquàm iurare liceat. Reliquos illorum errores vide in Albanenſibus.

Cozocenſi hæreſis.

CONDORMIENTES. 28.

Condormientes ſunt ſectã Anabaptiſtæ: qui, authore Staphylo, iubẽt præ nimio noui Euangelij amore, debere viros & fœminas iuuenes ac virgines vno in loco & conclaui viuere, & in eodem cubiculo dormire. Sic quondàm in Burgundia & in Bohemia deincèps Grubenheimeri faciebant, qui extinctis luminaribus, dicebant ad omnes promiſcuè, Creſcite & multiplicamini. Hæc Staphylus.

CONFESSIONISTAE. 29.

Confeſſioniſtæ ſunt ſectã Lutherani, ex prima nimirùm claſſe Euangelicorum eorum qui noſtra ætate Euangelij iſtius noui quod iactitant, doctrinam per Lutherum aliosve adulteratam ſectantur. Qui rurſùs in tres diuiduntur claſſes, in Rigidos videlicet, Molles, & Extrauagantes Confeſſioniſtas, de quibus vide locis ſuis.

Horum, inquit Guilhelmus Lindanus in Dubitantio Dial. 2. factiones hodiè per Saxoniam, vti confeſſionibus ſuis anno 1561. declarãrunt Mansfeldenſes & Vinarienſes, qui ſeptem ferè Lutheranorum damnant ſectas ceu minùs Euangelicas, aut Lutheri dogma non verè ſecutas. Sed qui eorum volunt videri Lutheraniſſimi, ſeſe Confeſſioniſtas à Confeſſione Auguſtana iactitant: quam tamen nunc ſectantur variatam & reuerà deprauatam atq; adulteratam à doctrina anno 1530. Carolo V. exhibita. Quia verò Lutheri doctrinã Illyricus & Gallus à Melanchthone alijsq; accuſant deprauatam, (ſi enim eſſet à Deo patre, eradicari per homines, immò diſcipulos

Confeſſioniſtarum variæ factiones.

Lutheraniſſimi.

pulos ipſius, non poſſet) conati ſunt priſtinos ac propè obſoletos Lutheri renouare errores, ab alijs condiſcipulis ceu anathema damnatos. Hæc Lindanus.

Hoſius.

De his item Hoſius de Hereſibus noſtri temporis lib. 1. ſcribit in hunc modum: Sexta, inquit, Lutheranorum ſecta, eſt Confeſſioniſtarum, eorum ſcilicet qui ſunt Confeſſionis Auguſtanæ, non de veſte linea, cuius cauſa tantas tragœdias excitauit Flaccus, quam etiam eſſe vult primam exitialis cunei partem: ſed de ſumma Chriſtianarum rerum, de eo quòd Euangelicæ doctrinę caput eſſe putat Lutherus: in quo pendere dicit & periclitari cognitionem ſui ipſius, cognitionē & gloriam Dei. Quale eſt iuxta ſententiam ipſius, dogma de libero arbitrio: de quo ſemper ità docuit, ꝙ patiatur tantùm, non autem agat, quòd ſit res de ſolo titulo, vel potiùs figmentū in rebus, ſeu titulus ſine re: quia nulli eſt in manu ſua quidpiam cogitare mali aut boni, ſed omnia (vt Vuicleffi articulus Conſtantiæ damnatus rectè docet) de neceſſitate abſoluta eueniūt. Vndè non dubium ſathana magiſtro in Eccleſiam veniſſe hoc nomen liberum arbitrium, ad ſeducendos homines à via Dei in vias ꝓprias. Et mala, inquit, opera in impijs Deus operatur. Hæc Lutherus.

Lutherus in libro quem inſcripſit Operationes in Pſalmos de Libero arbitrio.

CONONITAE. 30.

Cononitæ à Conone quodam Alexandriæ epiſcop. nominati ſunt, qui tempore Mauricij Cæſaris & Pelagij huius nominis ſecundi Romanorum pontificis viguerunt, circa annum Dom. 584.

Cononitarū hæreſis.

De his ſic ſcribit Niceph. hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 18. cap 30. Inſuper alia quoq; quinta Seueritarum & Theodoſianorum ſecta eſt, & Cononitarum, qui Seuerum & Theodoſium, & epiſcopum præterea apud eos quendam Cononem, à quo etiàm nominati ſunt, probant. Profitentur ſanè & iſti reuerà Deum quidem eſſe & naturam & eſſentiam quanq;, patrem videlicet, & filium, & ſpiritumſanctum. Adhæc tres quoquè perſonas dicunt, ipſam nimirùm ſanctam Trinitatem, & ſubſiſtentias tres. Tres autem numero ſubſtantias & naturas per omnia ſimiles ſecundùm Deitatem dicentes, vnamq; ſubſtantiam ſiue naturam, & vnam deitatem ſiue Deum, ſanctam & conſubſtantialem profitentes trinitatem, non numero, ſed per omnia ſimili Deitate, tres deos, aut tres deitates omninò dicere tergiuerſantur.

Iſti ſanè neq; Damianum, neque Paulum, neq; adeò poſtremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipſos Damianiſtæ & Pauliani, & Petritæ, Tritheitas primi appellârunt. Diſceſſerunt autem ab eis, propterea quòd illi tres deos, ſiue tres deitates dicere, patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, renuentes, tres quoq; dicere numero ſubſtantias ſimiles, & nihil prorsùs euariantes, detrectant. Hi autem tres quidem deos ſeu tres deitates dicere ſuperſedent: tres autem numero ſubſtantias, ſeu naturas quaſdam ſimiles, profitētur. Sed enim Cononitæ, quum primùm Ioannis Philoponi Alexādrini Grāmatici ſcripta, quæ ab ipſo cōtra Græcos ſeu Ethnicos, & de alijs quibuſdā argumentis ab eo compoſita ſunt, comprobâſſent, poſtremò omnium & ipſum & lucubrationes eius reiecerunt, & anathemate confixerunt. Ioannes iſte Philoponus Alexandrinus, Tritheitarum hæreſis præfectus fuit: perindè atque olim Themiſtius philoſ. ſub Valente primùm Agnoetarū ſectæ præijt. Hucuſq; Niceph.

Tritheitæ

Ioānes Philoponus Tritheitarum dux.

Themiſtius author Agnoetarum.

CONSTANTIVS IMperator. 31.

Conſtantius Conſtantini magni filius fuit, & Conſtantis frater, qui leuitate quadam in Arrianam delapſus hæreſim, quoſdam in Deo gradus eſſe opinatus eſt. Imperabat ille anno Domini 340. pontificatum Romanum agente Iulio huius nominis primo. De cuius impietate, fraude ac tyrannide multa ſunt in eo libro, quem ſanctus confeſſor Hilarius Pictauienſis antiſtes, vnicum id temporis ac præclarum Gallicanæ Eccleſiæ lumen, magna cum libertate aduersùs hunc ipſum conſcripſit, hominem (vt par erat) ſuis coloribus perpulchrè depingens. Grauiſſimam enim calamitatem Eccleſiæ CHRISTI inflixit, & fortaſsè

caſsè neutiquam minorem, quàm aut Nero, aut Decius: quo nihil aliud agebat, q̃ vt orbem terrarum, (vt Hilarij verbis vtar) pro quo Chriſtus paſſus eſt, diabolo condonaret.

Sozomenus

De hoc item ex Sozomeno hiſtoriæ Tripartitæ lib. 4. cap. 18. ità habetur: Conſtantius igitur Imperator, pridèm & ipſe Arrianorum ſecta præoccupatus, omnia quæ paulò antè ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primùm quidem eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pontificem Paulum deportari iuſſit in exilium: quem deducentes in Cucuſum Armeniæ, ſuffocàrunt. Marcello autem denuò proiecto, eccleſiam Ancyranam Baſilius rursùs inuaſit. Lucius autem Adrianopoleos ferro vinctus, in carcere moritur. Tantumq́; valuerunt, quæ de Athanaſio dicebantur, vt in immenſum furorem cadens Imperator, eum, vbicunq; reperiretur, iuberet occidi: & cum eo Theodulum & Olympiũ præſules eccleſiarum Thracenſium. Hæc Sozomenus. Ex quo colligere procliue eſt, quanta fuerit iſte Imperator crudelitate & impietate aduersùs pios eccleſiarum antiſtites. Vndè Diuus Hieronymus in vita Hilarionis Eremitæ eum regem Arrianorum appellat, quòd Dracontium & Philonem in exilium deportandos edicto conſtituiſſet.

Pia mors Pauli Cõſtantinopolitani pontificis

Lucij mors.

In Athanaſium, Theodulũ, & Olympiũ, præſules, dictum Conſtantij præceptum.

Cõſtãtij violenta mors.

De eius morte autem ſic ſcribit Oroſius lib. 7. Conſtantius, inquit, dum Cõſtantem fratrem bello inſectatur, incauta petulantia periculis ſeſe offerentes, à ducib. ejus occiſus eſt. Et D. Hieronymus ad Heliodorum in epitaphio Nepotiani: Conſtantius, Arrianæ fautor hæreſeos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi vicul o moriens magno dolore, hoſti reliquit imperium.

CONSTANS IMPE-
rator. 32.

Conſtans Cæſar Conſtantini tertij huius nominis filius, & nepos Heraclij Imperatoris, Theodori ſummi Romanorum pontificis temporibus, Græcorum Imperium tenuit, circa annum Domini 643.

Cõſtãs Acephalus.

Hic cùm ſecta Acephalita foret & auaritiæ addictiſsimus, in omnibus ſe crudeliſſimum aduersùs catholicos præſtitit: adeò quidem, vt cùm aliquandò Neapoli Romam veniſſet, inuidia ciuium Romanorum percitus, eorum quàm plurima ingentia palatia demolitus eſt, & in Tiberim deiecit, multaſq́; vrbis plateas deſolatas effecit. Tandèm à ſuis in balneo occiſus eſt Syracuſis. Quæ autem ſit hæc ſecta, vide ſuprà in Acephalis.

CONSTANTINVS
quintus, Imperator. 33.

Conſtãtinus quintus Imperator Conſtantinopolitanus, Leonis tertij filius fuit, Imperatorum ſerie ſeptuageſimusquattus, ſummum pontificatum agente Zacharia Græco, in poſſeſſione ſedis ſacerdotis maximi nonageſimotertio, circa annum Domini 743.

Copronymus quarè Conſtantinus dictus.

Dictus eſt aũt hic Imperator Copronymos, propterea quòd infans baptiſmi lauacro admotus, medijs ſacris alimoniæ excrementoaquam polluerit.

Eius hæreſis.

Hic non ſolùm patris impietatem in abolendis diuorum imaginibus reddidit, verùm etiam grauiori ſcelere reliquias eorum aut contempſit, aut combuſſit: Dicens idololatriam eſſe, imagines, & reliquias in tẽplis habere, ſiue ille ſint Chriſti, ſiue ſancti hominis cuiuſcunq;. Ob quam cauſam aliasq́; complures, eccleſiam Dei longo tempore afflixit, indeq́; adeò diuinam ſententiam nõ euaſit. Nam ſuæ iniquitatis completo myſterio, elephantiæ morbo correptus, interijt, horrendo vlulatu exclamans, ſe igni inextinguibili traditum eſſe: Sicq́; animam exhalauit, inſenſatis Imperatoribus ſuæ veſaniæ relinquens exemplum.

Eius mors horrenda.

Suidas.

De hoc Suidas Græcus ſcribit in hunc modum: Conſtantinus Imperator Romanorum, Leonis imaginum oppugnatoris Iſauri filius (Copronymus, nomine à ſtercore ſumpto, dictus) fuit. Ex Leone verò exorta eſt verſicolore pelle & more vario pardalis, ex ſemine ſerpentis aſpis pernicioſa, & coluber volatilis, ex Dan Antichriſtus. Hic per ſucceſſionem Imperij, adminiſtratione & impietate à patre accepta, laſciua, luxuria, & dæmonum inuocationibus.

Conſtantini impietas.

nibus, alijsq; prauis ſtudijs quibus operam nauauit, delectatus eſt, egregium atq; cō-modum valdè patris & magiſtri ſui diaboli inſtrumentum. Eo nanq; dementiæ & vecordiæ peruenit, vt publicitùs populo ſanctionem vniuerſalem propoſuerit, nè quis omnino miniſtrorum Dei ſanctus diceretur, ſed vt reliquiæ eorum inuentæ deſpuerentur: neue interceſſio illorum, quæ nihil poſſent, peteretur. Quin mortalium omnium impuriſſimus præcipere eſt auſus, nè quis Mariæ interceſſionem imploraret. Non enim inquit, opitulari cuiquā poteſt. Et nè ea Dei genitrix appellaretur, ſanxit. Atq; acceptis in manus auro refertis loculis, eisq; multitudini oſtēſis, quāti eos æſtimaret, interrogauit. Atq; vbi illa, plurimi, dixiſſet: ex eiſdē loculis auro effuſo, rurſùs quanti illos faceret, quæſiuit. Et poſtq̃ populus, Nihili ſubintuliſſet: Ad eundem, inquit, modum Maria (neq; enim Dei genitricis nomine miſer eā eſt dignatus) quoadusq; Chriſtum geſtauit in vtero, honore digna fuit: cum porrò vbi enixa eſt, nihil fœminis alijs dignitate præſtitit. O audacem Saracenorum fidei & Iudaicæ ſententiæ conſectatoris blaſphemiam. Atqui Venerem ille coluit, & victimas humanas exaduersò vbi ſacrificans obtulit: vbi diuæ Mauræ templum fuit, quod ſolo æquatum, & per cædes profanatum, Mauram deindè locum ipſe appellauit: in quo noctù ſacra facere, & pueros mactare ſolitus fuit. Teſtatur hoc cæſus Flauij filius: quem quum in occulto ad aras ille mactaret, factum id Deus in apertum protulit. Hæc Suidas.

In virginem matrem cō-tumelioſus.

CONSTANTINVS *ſextus, Imperator.* 34.

CONſtantinus ſextus huius nominis Imperator, Leonis quarti filius fuit, imperioq; præfectus eſt cum Irene matre anno Domini 783. ſub pontificatu Adriani huius nominis primi. Quæ Irene ſupra muliebrem captum prudentiſſimè imperauit, & ſumma cum laude omniū. Ea nomine filij, curā imperij gerens, Concilium in Nicena vrbe ſecundum congregari fecit: in quo à trecentis & quinquaginta epiſcopis eodem conuenientibus definitum eſt, vt qui imagines ſacras delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Hanc tamen eccleſiæ determinationem Conſtantinus ſextus grandæuus factus, malorum hominū perſuaſione deceptus, recipere noluit. Quæ res vna fuit ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini: & cur Conſtantinopolitani huius Imperatoris flagitia non ferētes, matre priùs Imperio ab eodem eius filio deiecta, eaq; tandem ab eiſdem Conſtantinopolitanis ab exilio reuocata, oculos filio eruèrit. De hac re vide plura in Iconomachis.

Irene imperatrix prudentiſſima.

Imagines templis reſtituuntur. Hoc decretū mox imperator iterùm abrogat.

Cōſtantini ſexti ob flagitia calamitas.

CONTOBABDITAE. 35.

COntobabditæ (ſcriptore Nicephoro libro 18. cap. 49. eccleſiaſticę hiſtorię) a loco quodam nomine hoc ſumpto appellantur. Hi primum Seueritæ nuncupati ſunt à Seuero ipſorum ſectæ præduce: deindè Theodoſiani, à Theodoſio, qui apud eos Alexandriæ Papa factus eſt, quē videlicet potiſſimùm conſectati ſunt: licet tamē ſcriptum eius de Trinitate compoſitum, eorum quidam non receperint. Dicuntur & Angelitæ, & Damianiſtæ: vtpotè qui epiſcopos ſuos habeant, à quib. congruentia nomina accipiunt. Epiſcopos tamen ſoli Contobabditæ non recipiunt.

Seueritæ. Theodoſiani.

Angelitæ. Damianiſtæ.

Porrò ij, ſiue Theodoſianos, ſiue Angelitas, ſiue Damianiſtas, vel generali nomine Seueritas appelles, alium eſſe dicunt patrem, alium filium, alium Spiritum ſanctum: non habere autem horum quenq; per ſeipſum naturam, ſed habere communem Deum ſiue Deitatem in eis exiſtentem: atq; de ea deitate, indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum. Vnā autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe patrē & filium & Spiritum ſanctum: communē verò ipſum Deum, ſubſiſtentiam & naturam. Hæc Nicephorus.

Contobabditarum hæreſis.

Floruerunt aūt ſub Mauricio Imperatore, & Pelagio huius nominis ſecundo ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 584.

COPTI. 36.

COpti, authore Bernardo à Lutzenburgo, Chriſtiani quidē ſunt, ſed hæ-

retici, varijs in locis & circunfusè Indiam incolentes: Vtuntur autem ij in ſuis eccleſijs libro quodam fabuloſo, quem Secreta Petri appellant: & in Miſſis ſuis legunt Euangelium Nicodemi. Hæc ille. Eſt autem hic animaduertendum, in India eſſe diuerſarum ſectarum Chriſtianos vtpotè Copti, Iſini, Mandepoli, & Abaſini, qui & vulgari nomine Indiani nuncupantur, quære locis ſuis.

Secreta Petri.

COSMIANI. 37.

COſmiani à Coſma quodam hæretico dicti ſunt, qui authore Nicephoro hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 9. cap. 11. Marcellianis aſſentiẽtes, in ſecundo Synodo vniuerſali Conſtantinopolitana damnatis, anteſecularem ſubſiſtentiam & diuinitatẽ Chriſti, & ſimiliter interminatum eius regnum abolent, eo modo (vt ipſis videtur) monarchiam ſeu vnius imperium conſtituentes. Verbum enim ipſum Dei, tantùm nudum & ſine ſubſiſtentia fictitiè vocant: in alio verò eſſentiam habens, aliquandò ſanè vt vocale ſeu enunciatiuum, aliquãdò verò vt internum ſeu mentale, à quibuſdam eorum dicitur.

Coſmianorum & Marcellianorũ impia dogmata.

Chriſtum autem ipſum & Dominum & Deum, & mediatorem, & Imaginẽ Dei eſſe ante ſecula nolunt: ſed eum ex eo tẽpore Chriſtum eſſe factum & filium Dei dicunt, ex quo noſtram ex virgine carnem aſſumpſit, ante trecentos quinquaginta annos. Ex eo enim tempore initium regni Chriſtum habuiſſe, & finem id habiturũ eſſe poſt cõſummationem & iudicium volunt. Tales autem ſunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galatia. Hæc Nicephorus ex epiſtola, quam Orientales epiſcopi ad Occidentales miſerunt, & quam μακρόστιχον, hoc eſt, longiorem fidei formulã ſeu expoſitionem appellãrunt, ſub Conſtantio Conſtantini Magni filio, qui in Oriente imperabat, & Iulio Romano huius nominis primo ſummo pontifice, circa annum Domini 350. De his vide plura in Marcellianis & Photinis.

CRESCONIVS. 38

Creſconij hæreſis.

CReſconius Grammaticus ex ſecta Donatiſtarum fuit, qui tempore Cõſtantij & Liberij Papæ Eccleſiam Dei maximè infeſtarunt, circa annum Domini 358.

Hic cum Donato ſuo inſtitutore, filiũ patre minorem, & filio Spiritum ſanctum impiè aſſerebat.

Contra hunc D. Auguſtinus quatuor libros ſcripſit, in quibus Creſconiũ in multis reprahendit, maximè in hoc quòd Petilianum defendat, qui negabat Chriſtum eſſe Chriſtianorum originem, radicem, & caput.

CRISPINVS CALAmenſis epiſcopus. 39.

CRiſpinus, teſte Poſſidonio in vita B. Auguſtini, Donatiſta fuit, & in Calamenſi ciuitate & regione Epiſcopus, cõtra quẽ cũ D. Auguſtinus trino conflictu diſputaſſet, fuit tandèm Criſpinus ꝓ conſulari ſententia pronunciatus atque declaratus hæreticus: moxque deindè lege cautum atque cenſitum eſt, nullo prorſùs loco hæreticos Donatiſtas neque recipi aut tolerari debere. Ex quo tandèm effectum, vt non parùm ſancta creuerit eccleſia, idque Arcadij & Honorij Imperatorum & Siricij ſummi Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 400.

Criſpinus epiſcopus Calamenſis, hæreticus libello publico declaratus.

CYNICI. 40.

CYnici Philoſophi quidam fuerunt, ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc philoſophiæ genus introduxit: ita dicti ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenẽs profitebatur: ſiue à canina mordacitate, qua in hominũ vitas nullo diſcrimine inuehebantur: aut (vt alij volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quẽ admodùm de Crate & Hipparchia tradit Laërtius.

In Attica tria vel maxime memorantur gymnaſia, Lyceũ, Cynoſarges, & Academia.

Hos carnales & beſtiales philoſophos, dicentes licere cuiq; commiſceri fœminis inſtàr canum, omni pudore ſublato, Vualdenſes & conſimiles hæretici imitari non erubuerunt ab hinc aliquot ſeculis: quorũ luxurias multi deindè, iuxta diui Petri vaticinium, ſunt ſecuti, dominationem ſpernentes, & maieſtatem blaſphemantes, vt dicetur locis ſuis.

1. Pet. 2.

ELEN.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM, LIBER QVARTVS.

DE LITERA D.

DADOES.

I.

DADOES vnus ex Maſſalianorum hæreſis ducibus extitit, quæ tempore Iouiniani Imperatoris & Liberij papæ exorta eſt, circa annum Domini 167.

Dadoes & Maſſalianocum hæreſis

Hic dicebat, nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolã ſtudioſam orationem, dæmonem inhabitantem effugare.

De his hæreticis Nicephorus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libr. 11. cap. 14. ſcribit in hæc verba: Eodem tempore, nimirùm quo Audæus emerſit, etiàm Maſſalianorum pullulauit hæreſis. Euchitas, hoc eſt, precatores, hos nominant, qui eam vocem in Græcum tranſtulère ſermonem. Habent autem aliud quoquè nomen ex re ipſa natum. Enthuſiaſtæ enim, hoc eſt, numine afflati nominantur, dæmone quopiam vim in eis ſuam exercente: quam rem Spiritûs ſancti præſentiam eſſe opinantur. Qui verò in hoc vitio perfecti ſunt, manuum opus omne & laborem, perindè atquè improbitatem, auerſantur. Itaque ſomnio dediti, ſomniorum viſiones & phãtaſias, prophetiam vocant. Iſtius hæreſis duces fuère Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas & Simeones, atquè prætereà alij. Qui quidem ſe ab Eccleſiaſtica communione non abſtinuerunt, nihil prorsùs vel prodeſſe, vel obeſſe diuinam eſcam dicentes. De qua Dominus Chriſtus inquit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Hæc Nicephorus libr. 11. cap. 14. ex Theodorito Eccleſiaſt. ſuæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 11.

Euchitæ.

Enthuſiaſtæ

Hæreſis eius authores.

Cõmunionem Eucharistiæ hæretici iſti in adiaphoris poſuerunt.

DAEMONIACI.

2.

DAEmoniaci ſunt ex famoſiſſima factione Anabaptiſtarum, ad tertiam porrò noſtri temporis Euangelicorum claſſem pertinentes.

Vocantur autem Dæmoniaci, teſte Hoſio de hæreſibus noſtri temporis lib. 1. proptereà quòd deciès per diem diabolum adorent. Credunt etiam, teſte Staphylo, dæmones, ſicut quondàm Origeniſtæ, ſaluatum iri poſt finem huius ſeculi.

Dæmoniaci vndè dicti.

De his ſic ſcribit Guilhelmus Lindanus Dialog. 2. ſui Dubitantij: Quàm multis alijs doctrinæ capitibus Euangelici iſti Iudaiſmum reuouent, mox dicendum veniet. Sed vna colophonis loco attexenda eſt factio, quæ ſuo declaret exẽplo, quorſumnàm Lutherus & Syneuangelici, aut potiùs quò per ſua lectiſſima organa promouerit diabolus. Quô igitur tandèm iſtarum abominationum aliquis recenſendarum fiat modus, nunc diaboli ſcopum contemplare, quem iſtis ſectis adeò varijs ſibi eſt (eheu nimiùm infeliciter) molitus. His enim omnibus hæreticorum mõſtris & aliud excitauit genus multò prodigioſius, qui ſeipſos Dæmoniacos dicũt. Quorum alij Dæmones ſaluandos cum Origeniſtis opinantur, alij verò Cacodæmonẽ colunt. Et nè quid diuini omittant cultûs, vt catholici Deum inuocamus nouiès, ità iſti (teſte Heſiodo) diabolum per diem inuocant deciès. Hactenùs Lindanus.

Dæmonicolæ.

DAVIDICI SEV DAuidgeorgiani. 3.

DAuidici, qui & Dauidgeorgiani, à Dauidegeorgio nomen ſortiuntur.

Sunt autem ex tertiâ claſſe Euangelicorũ noſtri temporis, quos Antilutheranos appellamus. Suam autem hæreſim tueri aggreſſus eſt, Caroli V. Imperatoris Germani, & Clementis ſeptimi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1525.

Hic authore Lindano Dialogo 2. ſui Dubitantij, vitriarius Gandaui in Flandria, anno 1501. matre Delphenſi, patre verò Georgio Amersfordienſi errone hiſtrionicam agente natus (vtì ex actis publicis Delphenſibus liquet) in mulierculas aliquot peccatis onuſtas vbi repetiſſet, ſeſe tertium Dauidem, verumque Meſſiam illis perſuaſit, quæ ſeſe putabant beatiſſimas, ſi relictis maritis, ex promiſſo ipſius, quod nugabatur, ſemine conciperent. Hic præter Saducæiſmum, quo negabat veram corporum omnium reſurrectionem, angelos, & dæmones, extremum iudicium, Baptiſmum, matrimonium, ſcripturas & regnum cælorum, abominanda ſuis tradidit myſteria. Dicebat enim liberum non eſſe, virum vni vxori adſtringi, ſed alias plures poſſe habere ad augendam prolem.

Idem habet Hoſius lib. 1. de hæreſib. noſtri temporis.

Adhæc homo ſatanica ſuperbia arrogantiſſimus, docere audebat omnem doctrinam hactenùs à Deo per Moiſen, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos traditam, fuiſſe imperfectam, & ad conſequendam ſalutem inutilem, (vt ait Bullingerus lib. 2 cap. 14.) ſuam verò perfectam eſſe. Se enim eſſe dilectũ Dei filium, non ex carne, ſed ſpiritu natum, in quem ſpiritus plene effuſus ſit. Se eſſe illum verè cæleſtem CHRISTVM e ſpiritu ſancto natum, qui peccata vel condonet aut reſeruet: qui denique iudicaturus ſit nouiſſimo illo die. O blaſphemias, diaboli mancipio digniſſimas: Qui ipſum ità huc illuc raptabat atque rotabat, vt miſero perſuaderet, Dei oracula cælitùs ſeſe audire, quemadmodùm ex eius autographo dudùm nobis Delphis tradito videre eſt: vbi varias pingit viſiones, Dei ſpiritu ipſum afflante, ſibi reuelatas, phanaticasque de ſuo Archipresbyteratu & filiatione promiſſiones.

Myſteria

Idem paulò infrà: Cæterùm (inquit) quam fœda, quam execranda, quàm abominanda Euangelicorum plurimi ſuis in myſterijs deſignare non erubeſcant, horror probis eſt vel cogitare. Immane quid ſuis neophytis Anabaptiſtæ præſcribunt edendum aut bibendum, vt abſolutiſſimam illam ſuam conſequantur veteris Adæ mortificationem. Dauidgeorgius verò iſtorum omnium Antichriſtorum maximus, ſeſe illum iactabat tertium Dauidem, verumq; Chriſtum, dilectumq; Dei filium patribus olim promiſſum. Cuius inſania etſi non paucos per Hollandiam, Friſiamq; compertum ſit fuiſſe in furorē plusquàm fanaticum abreptos, tamē poſt exuſtum eius à Baſileenſibus cadauer, ſectatores eius ſe fuiſſe à vero ſeductos, agnoſcere eſt cõſentaneum. Certè eorum aliquot audiuimus, qui multis cum lacrymis ab illo ſe poſt triduana ieiunia fuiſſe dementatos, atq; (vt aiebant) faſcinatos deplorabant.

Euãgelicorũ aliquot, q̃ abominãda, & qualis ſint orgia.

Dauidgeorgius antichriſtorum maximus.

Dauidgeorgius magus.

Rursùs idem dialogo 3. Tandem (inquit) Dauidgeorgius de vitriaria fornace atq; hiſtrionum ſcena in Euangelicorum cloacam delapſus, ſeſe verum illum Meſſiam, dilectumq; Dei filium (ô ſuperbiam Lucifero dignam) profiteri non erubuit. Sed quantumuis omnes ſeſe iactitant Apoſtolos, Helias, Enochos, aut Euangeliſtas, nullo tamen adhuc miraculo eccleſię Dei declarare potuêre, ſeſe eſſe à Deo miſſos: Adeò vt nullus eorum (ait Eraſmus) extiterit, qui vel equum claudum ſanare potuerit.

Diatriba ſeu de libero arbitrio.

Plurima quoquè (ait idem paulò infrà) de Dauidegeorgio audiui ab oculatis teſtibus, quæ conceptam paſsìm de eo magiæ opinionem mirificè confirment. Hactenus Lindanus. De eo vide infrà in Georgio Dauide.

DAVID DINANTIVS.

4.

DAuid, cognomento Dinantius, ſeu de Dinanto, Deum eſſe primã materiam aſſerebat. Contra quem errorem beatus Thomas lib 1. cap. 7. quem aduersùs Gentiles edidit, & prim. parte, quæſt. 3. articulo 8. diſputat, & aſſerit fieri

Dauidis de Dinanto hæreſis.

non

non poſſe, Deum aliquo modo in compoſitionem alicuius rei venire. Dicit nempè D. Dionyſius de Diuinis nominibus cap. 2. nullum eſſe Dei tactum, neque vllam eius ad partes commiſcendi communionem. De alijs eius erroribus vide ſuprà in Almarico, cuius opinionem in omnibus ſectabatur.

Huius Dauidis libri, teſte Cæſario dial. 5 perpetuò dãnati ſunt & exuſti. De qua re vide ibi plura. Emerſit autem (vt colligere licet ex Almarici hiſtoria) Imperante Philippo Barbaroſſæ filio, & ſummum pontificatum agente Innocentio tertio, circa annum Domini 1204.

DEISTAE.

5.

DEiſtæ, qui & Trinitarij, ſeu Arriani noui, in Polonia nuper, hoc eſt, anno Domini 1564 ex Lutherana ſecta exorti ſunt, & in Galliam penetrantes, hoc anno, id eſt, 1566. apud Lugdunũ ſuas execrandas diſſeminauerunt hæreſes. Horum caput (teſte Iohanne Vuigando, qui his proximis diebus contra eos doctiſſimũ libellum edidit, quem de Deo contra Arrianos nouos nuper in Polonia exortos, inſcripſit) & ducem ſeſe profitetur quidam Gregorius Pauli, Miniſter Cracouienſis. Hi effreni maledicẽtia, vindictæ cupiditate, craſſa & affectata propemodùm inſcitia armati, (vt ille inquit) edita monſtroſa tabula & Turri Babel, ex putrida ambitione veluti Scarabei ex aſinis mortuis pullulârunt: Adeò quidem acres in ſua peruicacia, vt Luthero vix minimam partem reuelationis & deſtructionis Antichriſti reliquerint, nempè ſuperioris tantùm tecti in ædificio Antichriſtiano denudationem. Immò ſibimetipſis iſti ſpiritus arrogant Antichriſti excidionẽ & extirpationem ab imis vſque fundamẽtis. Gloriantur ſibi longè plura à Deo eſſe data, quàm Luthero aut alijs. In hæreſi verò tradenda, tam ſunt intricati, obſcuri, variabiles, vt magna attentione adhibita, diuinare vix queas, quidnam aſſeuerare conentur. In blaſphemijs porrò effutiẽdis, planè effrontes ſunt. Maledicta quoquè adeò cumulatè & liuidè effundunt, vt exiſtimes eos meris viperinis linguis pungere.

Gregorius Pauli, miniſter cracouienſis, Deiſtarũ author.

Deiſtarũ arrogantia.

Treſautem habent iſti hypotheſes, ſi cui ex tabula ipſorum monſtroſa ex Turri Babel, quam conflant, & ex epiſtola ad Tigurinos ſcripta, & ex reliquis ipſorum libris, colligitur.

Deiſtarũ deliria.

1. Tres eſſe, Patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, ſed non eſſe tres perſonas.

2. Vnam eſſe naturam ſeu Deitatem, communem tribus illis, ſed non eſſe vnã eſſentiam.

3. Vnum eſſe Deum, ſed tantùm Patrem dici vnicum & verum Deum: filium verò & ſpiritum ſanctum, non dici vnicum illum Deum.

4. Hinc poſteà naſcuntur ipſis & aliæ quædam locutiones. Etſi enim fatentur, filium Dei eſſe Deum ex Deo genitum, tamen nuſquàm dicunt, vnicum illum Deum, eſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum: & ſpiritum ſanctum quidem nuſquàm Deum nominant. Hæc non obſcurè portendunt, quonàm iſti præſtigiatores contendant. Dicũt enim eſſe tres, eoſque nominant patrem, filium, & ſpiritũ ſanctum: ſed hoſce contendunt non eſſe perſonas. Quarum rerum cõfutationem lege apud eundem Vuigandum. De his vide plura in Trinitarijs & in Valentinianis.

DESIDERIVS LONgobardus. 6.

DEſiderius Longobardus hæreſiarcha ſuam hæreſim inſtituit Conradi quarti Germani Cæſaris, & Alexandri quarti ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1250.

Hic dicebat voluntariam paupertatem non ſolùm fore inutilem, ſed etiàm noxiam, illicitum eſſe contendens omnia pro Chriſto relinquere, niſi quiſquis fuerit ille, talem religionem intret, quæ poſſeſſiones & prouentus habeat: vel niſi ſit ille talis, qui manuum labore victum ſibi comparare valeat. Sua quidem aſſertione dãnans paupertatem, ſecundùm quam aliquis renunciat omnibus quæ poſſidet, vt liberiùs Deo ſibi ſeruire liceat.

Deſiderij Lõgobardi hæreſis.

S 3 De

Thomas Thomas. De hoc diuus Thomas libro quem cõtra religionem impugnantes edidit, cap. 6. meminit in hunc modum: Deſiderius (inquit) hæreſiarcha Longobardus noſtri temporis, edidit quendam tractatum cõtra Catholicam veritatem, in quo inter cætera condemnat ſtatum eorum, qui relictis omnibus, egére volunt eum Chriſto, &c.

DEVTERIVS ARrianus epiſcopus, baptiſmi verborum præuaricator. 7.

Deuterius epiſcopus Arrianus vixit tempore Anaſtaſij huius nominis primi in Oriente Cæſaris, & Symmachi Romani põtificis, circiter annum Domini 491.

Deuterij error. Ab hoc, Baptiſmi forma præuaricata fuit, ſicut noua ratio ab Eunomio Cyzici epiſcopo tradita. Nam Eunomius, teſte Nicephoro lib. 11. cap. 11. non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docebat. Eunomij error. Deuterius verò, vt ait Sigisbertus in ſua Chronic. in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto baptizabat.

Nicephorus. De hoc ſic tradit idem Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 16. cap. 35. Eadem, inquit, tempeſtate, hoc eſt, Anaſtaſij Imperatoris temporibus, epiſcopus quidam Arrianus, cui nomen Deuterij fuit, in vrbe Conſtantinopolitana, Barbam quendam quum baptizaret, veluti Domini traditionem abolens, præter morem receptum dicere auſus eſt: Baptizatur Barbas in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto. Eccè tibi autem: vnda quæ in ſacro lauacro erat, derepentè diſparuit. Et Barbas indè profugiens, miraculum id omnibus promulgauit. Hæc Nicephorus. Miraculum aquæ diſparentis.

DICARTITAE. 8.

Dicarritæ ſunt ex Manichæorum familia, de quibus fit mentio C. De hæreticis & Manichæis. Hi totum ſuum virus euomentes, contra honorem creatoris omnium, machinati ſunt, & propagines ſuas longè latéque extenderunt, Taciti Imperatoris & Eutychiani papæ temporibus, circa annum Domini 279. pro quorum extirpatione eccleſia multos agones ſubijt.

Dicartitarũ hæreſes. Hi ergò cum Gnoſticis in vnum conuenientes aduersùs Dominum, & aduersùs fidem, quam ille per Apoſtolos & prophetas nos docuit, dicebant animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. De his vide plura in Manichæis, Audianis, Apocaritis, Taſcodrugitis, Teſalitis, & Tetraditis, qui omnes eandem hanc factionem ſunt ſecuti.

DIMOERITAE. 9.

Dimœritæ, authore Epiphanio, appellantur, qui duas quidem partes humanæ naturæ in Chriſto confitentur, corpus videlicet & animam, tertiã verò partem, hoc eſt, ipſam mentem in carne aduentu Chriſti negant. Quorum aliqui coëſſentiale Dimœritarum hæreſes.

1. Corpus Deitati dicere auſi fuerunt, quidam verò animam ipſum accepiſſe negabant.

2. Aliqui autem propter hoc dictum, Et verbum caro factum eſt, huic dicto innitentes, negabant à creata carne, hoc eſt, Maria, ipſum carnem accepiſſe: & contentiosè ſolum verbum carnem factum eſſe dicebant.

3. Poſteà verò, haud ſcio, quo conſilio, mentem ipſum accepiſſe dixerunt.

Emerſerunt autem Valentiniani Imperat. & Damaſi Papæ temporibus, circa annum Domini 377.

De his ità ſcribit idem Epiphanius libro tertio contra hæreſes, Tomo ſecundo: Conſequenter, inquit, ab his quas retulimus hæreſes, rurſùs grauis moleſtaq; & à fide aliena nobis prodijt in vitæ præſumptione ſententia atque hæreſis, quod contigit nè conquieſceret qui ſemper conturbat humanam naturam, & bello (vt ità dicam) infeſtat diabolus, amara

ſua

ſua venena admirandis edulijs immittēs, & velut in melle amaritudinem admiſcens per quoſdam, quorum vita in ſumma admiratione eſt, & qui laudem orthodoxæ fidei ſemper prædicantur obtinuiſſe. Nam hoc ipſius opus eſt, qui ab initio patri noſtro Adam inuidit, omnium hominum inimicus factus. Et quemadmodum à quibuſdam ſapiētibus dictum eſt, quòd inuidia ſemper magnis ſucceſſibus aduerſatur, ſic etiàm per magnas perſonas quoſdam prætextus ille immiſeet, vt nos & ſanctam DEI eccleſiam inuexatos non ſineret, ſed turbas ſemper cieret, & bello impeteret. Viſum eſt enim quibuſdam, & his ex nobis progreſſis, & in magna exiſtimatione degentibus, & qui apud nos & omnes orthodoxos ſemper in laude & admiratione fuerunt, vt mentem à CHRISTI aduentu in carne abiecerint, ac dixerint: Quòd carnem accepit Chriſtus Dominus noſter vbi venit, itemque animam: mentem verò non accepit, hoc eſt, perfectum hominem. Senex reuerendus & nobis ſemper dilectus & beato papæ Athanaſio, omnibusque orthodoxis, Apollinarius à Laodicea hic erat, qui in principio hoc verbum excogitauit ac produxit. Et primùm quidem vbi audiuiſſemus à quibuſdam ipſius diſcipulis, fidem non habebamus, quòd talis vir hanc ſententiam in vitam inuexiſſet, ampliùs in expectatione ſpei longanimes, donec rei certitudinem cognoſceremus. Dicebamus enim eos qui ad nos ab ipſo venerant, non intelligere profunditatem eorum quæ à tam docto & pruden te doctore dicerentūr, & à ſeipſis hoc dicere, quæ ab ipſo non didiciſſent. Multa erāt enim in his qui ad nos venerant, ambigua. Quidam enim ipſorum auſi ſuerunt dicere, Chriſtum ex ſupernis corpus detuliſſe. Peregrinus autem ſermo in cogitatione hominum permanens, vehementem profectum faciebat. Alij verò ex ipſis etiàm animam accepiſſe Chriſtū negauerunt. Quidam etiàm coëſſentiale corpus Chriſti Deitati dicere auſi ſunt, & orientales partes in multam turbam concitārunt. Propter quos neceſſè fuit Synodum conuocari, & tales anathemate ferire. Sed & commentarij facti ſunt quorum exemplaria ad beatum papam Athanaſium miſſa ſunt. Propter quam exemplariorum cauſam etiàm ipſe beatus coactus eſt ſcribere epiſtolam contra eos qui talia dicunt, minis adiectis, atque eam epiſtolam ad reuerendiſſimum epiſcopum Corinthianorum Epictetum miſit. Cuius exemplar habes apud eundem Epiphanium vbi ſuprà. De hac hæreſi vide plura in Apollinariſtis.

Diaboli inuidia.

Mentem in Chriſto negantes.

Apollinarius huius hæreſis primus author.

DIMOPHILVS CONſtantinopolitanus epiſcopus Arrianus.

10.

Dimophilus, vel (vt alijs placet) Demophilus, ſectā Arrianus, in Concilio Ariminenſi hęreſeos damnatus & confoſſus anathemate fuit, propterea quòd Arrianorum dogma anathematizare noluiſſet. Viguit autem ſub Valentis, qui Orienti præfuit, ſicut Valentinianus Occidenti, Imperio, & Liberij ſummi Romanorum antiſtitis pōtificatu, circa annum Domini 368.

Ariminēſis Synod. anno 362.

De hoc Nicephorus lib. 11. cap. 15. ſcribit in hunc modum: Imperator Valens Conſtantinopoli ſoluens, Antiochiam ad Orontem adire properauit. Et quum Nicomediam perueniſſet, ibi hac de cauſa reſtitit. Eudoxius Arrianæ ſectæ epiſcopus ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris, Conſtantinopoli vita defunctus fuerat, conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, quum quidem Clauum eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis vndecim rexiſſet. Eius in locum Arriani ſubrogārunt Demophilum quendam. Profeſſores autem ὁμοουσίου conſubſtantialis, commodum ſe tempus, vt ſedem epiſcopalem recuperarent, nactos eſſe rati, Euagrium ſuę factionis presbyterum, epiſcopum deſignārunt. Cui manus impoſuit Euſtathius epiſc. aliquando Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ità pridèm fuerat reuocatus: tum autem Conſtantinopoli priuatus latebat, vt ſua ſaltem præſentia conſubſtantialis profeſſores

Socrates li. 4. c. 14 & 15. Sozomenus li. 6. cap. 13.

Demophil.

Euagrius.

Euſtathius.

Arrianorũ perſecutio in orthodoxos renouata.

res confirmaret. Ita factũ, vt Arriani perſecutionem aduerſùs noſtros renouarét. Ea res poſtquã eſt ad principem delata, veritus ille nè ſeditione & tumultu ciuitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Conſtantinopolim miſit, cum mãdato eiuſmodi, vt ſimul & ordinator & ordinatus compræhenderetur, atque alius aliò exulatum mitteretur. Euſtathius igitur *Bizyam, quod Thraciæ oppidum eſt,

Valẽtis Imperatoris impietas in cõſubſtãtialis ꝓfeſſores.
*Bizyam.

Euãgrius in locum alium deportatus eſt. Proinde Arriani, quod plerique omnes in rebus ſecundis faciunt, magis magisq́; efferari, orthodoxos & rectè ſentientes admodùm vexare, cædere, contumelijs afficere, in vincula conijcere, pecunijs etiam ſpoliare, intoleranda omnia aduersùs eos facere.

Rursùs idem Nicephorus de Arrianorum factione, quorum hic Eunophilus apud Conſtantinopolitanos princeps erat ſub Imperatore Theodoſio qui Valentiniano ſucceſſit, ſcribit in hæc verba lib. 12. ſub finem capitis ſexti: Theodoſius imperio ſuſcepto, imprimis faciendum ſibi eſſe putauit, vt de eccleſijs in gratiam & concordiam redigendis cogitaret. Optimum verò eſſe ratus, vt ſententiã de Deo ſuam ciuibus & ſubditis ſuis declararet, (nè cui vim inferre videretur, religionem ſequendam illegitimè præcipiens) conſtitutionem ex Theſſalonica Conſtantinopolim miſit. Indè enim veluti ex ſumma quadam arce ſcriptum ſuum per ditionẽ omnem, ad alias quoquè Orientis vrbes omnino peruenturum eſſe exiſtimauit. Conſtitutio talis religionem eam complecti omnes iuſſit, quam ab initio Apoſtolorum princeps Petrus docuit, quam tum Damaſus Romanæ & Petrus Alexandrinæ verbis epiſcopi ſequerentur. Ad hæc inſuper ſignificauit, ſolam eam nominari catholicam & vniuerſalem eccleſiam, q̃ Trinitatem conſubſtantialem diſertè & corde & ore deprædicaret. Diuerſum autẽ ſentientes, hęreticos vocari, inutilesq́; eſſe & pœnam ſuſtinere debere, ſi publicè docere auderent. Et capite 8. rursùs ità ait:

Theodoſij conſtitutio de Nicena, eadẽq́; Apoſtolica fide.
Lege 1. C de ſumma Trinit. & fide cathol.

Catholica ſola eccleſia quæ.

Imperator quoque ſtatim cum mandatis ad Demophilum miſit, qui ei denũciarent, vt vel Nicenæ aſſentiretur Synodo, populumque ad vnionem & pacem complectendam adduceret: vel, niſi hoc faceret, quamprimum ab eccleſijs diſcederet. Atque ille minime faciendum eſſe ratus, vt illos aduersùm, qui poſſent plura, veniret, conuocata multitudine, & Imperatoris ſententia ei promulgata, inter alia hæc dixit verba: Fratres, quandoquidem diuinum præcepit oraculum, ſi nos perſequantur homines, vt ex ciuitate vna trãſeamus in aliam, & Imperator nos ex oratorijs expellit: ſcitote nos die craſtino extra vrbis muros eccleſiam & conuentũ acturos. Atque hæc cùm dixiſſet, abijt: & deinde ad mœnia vrbis cum ſectatoribus ſuis conuenire, & ſacra peragere ſolitus eſt, non ità, vt decuit, Euangelica ſententia percepta. Fugientes enim huius mundi conuerſationem, ad ſummam vrbem cæleſtem Hieruſalem anhelare nos, dictũ id fortaſsè ſub obſcuriore ſignificatione iubet. Exijt verò cum eo vnà Lucius, qui cùm Alexandriæ Arrianam hæreſim defenderet, eam ob cauſam indè pulſus, Cõſtantinopoli morabatur: vbi tum Demophilus eccleſias, ex eis decedens, reliquit. Imperator cum Gregorio eas ingreſſus, fauſta omnia per orationem apprecatus, eas illi commendauit. Et poſteà ibi qui Trinitatem conſubſtantialem profiterentur, eccleſias obtinebant. Erat is annus, quo Gratianus in Imperio quintũ, Theodoſius autem primùm conſul fuit. Ex quo autem Arriani ſacra templa tenuerant, anni non pauciores quàm quadraginta lapſi erant. Cæterum Demophilus expulſus, in patriam ſuam Berrhœam ſe recepit. Theodorus Antiochia eiectus, in Thraciã, vndè ortus fuerat, abijt. Itidèm etiam Hypatius Nicea Tyrum Syriæ, quę eum genuerat, redijt. Et alij item aliò diſperſi ſunt. Hæc Nicephorus.

Demophilo Arriano eccleſijs cõſtantinopolitanis cedit, & extra vrbè cœtus agit.

Theodoſio Gregorio Nazanzeno eccleſias Cõſtatinopoli cõmendat.

DIOSCORVS ALExandrinus epiſcopus. 11.

Dioſcorus, à quo Dioſcoriani hæretici dicti, Cyrillo in epiſcopatu Alexandrino ſucceſſit, Theodoſij iunioris Archadij filij & Martiani Imperatorum, atque Leonis primi huius nomi-

nis

nis Romani pontificis temporibus circa annum Domini 453.

Dioſcori & Eutychetis hæreſis.

Hic cum conſorte ſuo Eutychete Conſtantinopolitano abbate, dicebat vnam naturam eſſe verbi Dei & carnis. Quia licèt illi faterentur verbi incarnationem, poſt illam tamen vnionem aſſerebant carnem fuiſſe conuerſam in deitatem: & idcircò vnam carnis deitatisque factam ſubſtantiam: adeò quidem, vt coactus fuerit concedere, Chriſtum paſſum fuiſſe ſecundùm naturam diuinam, quòd per incarnationem, carnis ſubſtantia fuiſſet in ſubſtantiam diuinitatis conuerſa.

Diſſidiū in Oriēte propter Dioſcori & Eutychetis dogma, exortum.

Hanc hæreſim quum Flauianus Conſtantinopolitanus epiſcopus damnâſſet cum Eutychete illius authore, hac de cauſa non paruum inter Chriſtianos orientales diſſidium exortum eſt, alijs quidē Eutychetem defendentibus, alijs verò eum velut impium damnantibus. Quapropter iubente Imperatore Theodoſio iuniore, Synodus Epheſina 2. indicta fuit: in qua præſide Dioſcoro Alexandrinæ vrbis epiſcopo, eodem Eutychetis (vt poſteà liquidò patuit) errore infecto, Eutyches velut inſons abſoluitur, inq; locum priſtinum & dignitatis gradum reſtituitur, & Flauianus damnatur. Et hæc ſecunda Epheſina Synodus Prædatoria appellatur, quæ à catholicis omnibus, velut execranda & maledicta reijcitur: quoniam nec ſummi Romanorum pontificis authoritate celebrata eſt, nec ex eccleſia catholica factus eſt ad eam generalis conuentus: ſed ſolis hæreticis illuc conuenientibus aduersùs Dominum & aduersus fidem eius, hoc exitiale dogma ab his definitum eſt. Vndè ſancti Patres poſteà apud Chalcedonē congregati, Dioſcorum damnârunt, non tantùm propter hæreſim, ſed quod auſus fuiſſet ſanctum Leonem Romanum antiſtitem maiorem ſe excommunicare, quemadmodùm habetur diſtinct. 21. cap. Intantùm. & diſtinct. 13. cap. Canones ſunt ſecuti, & 24. quæſt. 2. cap. Sanè exiſtūt qui etiàm eidem Dioſcoro. Et C. de hære. l. Quicunque Appollinaris ſamoſiſſimam ſectam. Contra Dioſcorum diuus Hilarius ſcripſit librum vnum ad præfectum Salutium. Et Theodoritus epiſcopus Cyri, dicta fortia contra eundem fecit. Sed eius hiſtoriam latiùs videre licebit ex eccleſiaſtica Nicephori, cuius verba ſunt hæc, ex lib. 14. cap. 47. deſumpta.

Secūda ſynodus Epheſina Prædatoria appellata.

Dioſcorus Cyrilli ſucceſſor in epiſcopatu Alexandrino.

Poſt Cyrillum (inquit) in Alexandriæ throno Dioſcorus impietatis officinam inſtituit. Qui cū rebus alijs peſſimus fuit, tum diuino Cyrillo & Flauiano inimiciſſimus, tertiæ Synodi decreta non recepit. Et quòd Conſtantinopolitano Archimādrita infelici Eutychete, & præterea Chryſaphio primario inter imperiales cubicularios eunucho amiciſſimè vteretur, vt ſecunda Epheſi ſynodus cogeretur, effecit, quæ λῃστρικὴ, hoc eſt, prædatoria dicta eſt.

Euſebius Doryleus hæreſim Eutychetis in colloquio depræhendit.

Eius celebrandæ tale fuit initium: Euſebius Doryleus epiſcopus, & qui primus Neſtorij veſaniam depræhendit atq; redarguit, ſi quis alius, & ipſe artis Rhetoricæ peritus, quod Eutychetis familiaris eſſet, de fide aliquando cum eo eſt collocutus. Atque vbi eum non rectè ſentire animaduertit, libellum ea de re patriarchæ Flauiano obtulit. Flauianus ſynodo prouinciali Cōſtantinopoli coacta, ad quam quadraginta epiſcopi venerant, Eutychetem citauit. Ille porrò primùm ſiſtere ſe recuſauit. Vbi autem coactus aduenit, fœdiſſimo morbo laborare depræhenſus eſt.

Eutychetis hæreſis.

In medio enim conſeſſu: Ego, inquit, ex duabus naturis genitum eſſe profiteor Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante vnionem: Poſt vnionem autem, vnam eius eſſe naturam, & diuinum eius corpus neque conſubſtantiale nobis, neque eiſdē nobiſcum perpeſſionibus obnoxium eſſe prædico.

Eutyches non reſipiſcens dānatur.

Quæ verba poſtquàm Synodus audiuit, ilicò quòd ille pœnitentia non duceretur, legitimè & iuxta certum canonum iudicium, hominem, dignitate ei ademta, reiecit. Ille Imperatorem adijt, & vt cauſa denuò iudicaretur, perindè atque acta & decreta contra eum facta à Flauiano, conficta eſſent, rogauit. Itaque Principis iuſſu, alia in ſuburbano Conſtantinopo. coacta eſt ſynodus, in qua multi etiā alij epiſcopi, & ex ſenatu quidam affuêre. Porrò vbi illi acta & decreta legitima eſſe authoritate ſua comprobârunt, Chryſaphius eunuchus, qui idem cum illo ſentiebat, quum contumeliam ferre nequiret, iram aduersùs Flauianum ſuam ma-

Idem ab Imperatore vt alia Cōſtātinopoli agatur Synodus, impetrat.

T ximè

ximè auxit: & Dioſcoro Alexandrino impio illi indicauit, ſe illi in rebus quæ ei placitæ eſſent, gratificaturum omnibus, ſi Eutychetem periclitantem defenderet: Flauianum autem & Euſebium Doryleum oppugnaret. Eodem etiàm modo Eudoxiam Auguſtam excitauit, quum multa alia, tum ea potiſſimùm dicendo, quæ ei à Pulcheria acerba accidiſſent, propterea quòd Flauianus rem ſecretò ſibi creditã, tectam tacitamque non ſeruâſſet. Hi ambo Theodoſium permouent, vt alteram Epheſi ſynodum, quæ Eutychetis & Flauiani cauſam diſceptaret, celebrari iubeat, ſententiarumque ferendarum iudiciã Dioſcoro impio committat, & eundem ſynodo præficiat: copias etiàm militares, quæ ſatis ſint, mittat, quæ rem iudicatam exequerentur.

Eunuchus Dioſcorum Alexãdrin. & Eudoxiã Auguſtã ad uerſus Flauianum cõmouet.

Synodo ei Dioſcorus præficitur.

Vbi id Imperator mandauit, & ſynodus quæ Prædatoria vocatur, Epheſi congregata eſt: præſidens ei Dioſcorus, notarijs alijs reiectis, ſuos tantùm adhibuit, vt acta ex ſententia eius in ſcriptum referrentur. Affuerunt concilio ei quos ſuprà nominauimus eccleſiarum antiſtites, cũ ſacerdotibus ſuis: Leone veteris Romæ paſtore excepto, cuius locum Iulius epiſcopus eò miſſus obtinuit. Theodoſius inter alia hoc ſic verbis eiuſcemodi ſanxerat. Qui anteà iudices religioſiſſimi archimandritæ Eutychetis fuere, adſunto quidem & tacento, Iudicum autem ordinem non habento: cæterùm commu nem ſanctiſſimorum omnium patrum ſententiam expectanto, quandoquidem de rebus ab eis iudicatis nunc iudicium agitur.

Vbi autem de quæſtione actum, ab Eutychete petitum eſt, vt ea, quæ de Deo ſentiret, apud ſynodum exponeret. Tum ille, quæ anteà quoquè dixerat, in medium proferens, profeſſus eſt: E duabus quidem naturis genitum eſſe ſaluatorem ante vnionem, poſt hanc autem, vnam eſſe ei naturam. Dioſcorus porrò ſubinferens: Et nos omnes, ait, eiuſdem opinionis ſumus. Ibi Leonis Papæ locum tenentes, illius ad Flauianum & ſynodum ipſam datas literas legi petiêrunt. Vt verò Dioſcorus eas reiecit, mandatorij tranſuerſum Dioſcori impetum animaduertentes, è ſynodo diſceſſere, & Romam recurrêre.

Dioſcorus Eutycheti ſuccinit.

Literas Leonis papæ reijcit.

Dioſcorus cum factionis ſuæ popularibus, Eutychetem, reddita ei dignitate, in integrum reſtituit: eam verò Flauiano & Euſebio Doryleo abrogauit: canonem illum, quem ipſe forte tranſgreſſus eſt, obtendens, nullam aliam fidei formulam, præterquàm quæ Niceæ eſt facta, promulgandam eſſe ſtatuentem. Porrò Flauianus, vir ſanctiſſimus, poſt eiuſcemodi illegitimam condemnationem, turbulentis impulſionibus & calcium ictibus à Dioſcori & Chryſaphij factione ex ſynodo eiectus, tertio pòſt die vitam feliciter finiuit: quum ille ipſe Dioſcorus calcibus in ventrem etiàm veritatis ipſius propugnatoris defuncti inſiluerit. Et poſtridie epiſcopi, militum, qui eos armis ſublatis circunſteterant, vi actis aduersùs ſanctum illum editis ſubſcribere ſunt coacti. Cum quibus & Domnus, Ioannis; in eccleſia Antiochena ſucceſſor, annotatione ſua ea tum confirmauit. At idem poteſtati ſuæ redditus, quòd illis eceſſiſſet, retractauit: Dioſcoro & principibus ex aula Imperiali viris reſiſtens, & contra decreta, vtpotè quæ aduersùs eccleſiaſticas conſtitutiones facta eſſent, vociferans, ſynodumque impiam appellãs, & ſubſcriptionem deniquè ſuam reddi ſibi flagitans. Verùm ſynodus ea de cauſa huic quoquè ſacerdotalem ademit dignitatem: in qua & Ibas ille Edeſſenorum epiſcopus, & ſapiens eruditusque Theodoritus eccleſiæ Cyri paſtor, prætereà Daniel Carrarum, item Irenæus Tyri, & Aquilinus Byblii epiſcopi exauthorati ſunt. Decreuit hæc ſynodus quoque de Sophronio quędam, qui tum Conſtantinopolim, viſendæ eius gratia, venerat, & alia inſupèr quæ in actis continentur. Prædatorium Epheſi concilium ad hunc ſolutum eſt modum.

Eutyches reſtituitur.

Flauiani mors.

Huic etiam mortuo Dioſcorus calcibus inſultat.

Quomodò verò Dioſcorus & Eutyches ob tam indignum facinus pœnas poſteà dependerint, & vt eidem Dioſcoro eiusq; ſectatoribus epiſcopatus abrogati ſunt in concilio Chalcedonenſi ſub Martiani Imperio & Leonis pontificatu coacto, idem refert Nicephorus lib. 15. ſub finem primi capitis, in hæc verba: Inprimis vero illud

Mar-

Martianus imperator eccleſiā diuidentē coniūgere ſtudet.

Martianus ſtuduit, vt vnum & communem ab omnibus, ſublatis è medio hæreſibus, Deo offerret cultum, & eccleſia per coniunctionem vnita, ſententiam & religionem vnam coleret.

Cap. 2.

Hoc illum ſic animo agitantem, literis inſupèr ſuis Leo papa excitauit, vt in vniuerſali concilio, de atroci iniuria quā Eutyches & Dioſcorus fidei Chriſtianæ & celeberrimo viro Flauiano irrogare auſi fuiſſent, inquireretur. Acceſſerunt etiàm, quicunque ab illis contumelia affecti fuerant, vt de eorum cauſa iudicaretur, petentes: maximè verò ex omnibus Euſebius Dorylei antiſtes, ſolicitatione ſua eā rem egit, inſidijs Chryſaphij, qui Theodoſij viribus abuſus eſſet, & ſibi & Flauiano propterea dignitatem ademptā eſſe memorando: quòd Chryſaphio Flauianus aurum electionis conſecrationisque ſuæ nomine petenti, paupertatem ſuam p̄tendens, & illi auaritiam ſuam quoquomodò exprobrans, ſacra eccleſiæ vaſa obtuliſſet. Adiecit is illud quoque, Chryſaphiū eandem cum Eutychete complecti religionem. Et quod maximum eſſet, Flauianū à Dioſcoro crudelem in modum prædatorio conſeſſu eiectum, calcibus proculcatum & enectum eſſe.

Synodus Chalcedonenſis.

Earum rerum gratia Imperatorum literis, locorum omnium epiſcopis cōuocatis, Synodus Chalcedone eſt coacta, quę quidem primùm Niceæ cōuenerat. Quò etiam Romanæ vrbis epiſcopus Leo, per Paſchaſini & Lucentij & aliorum miniſterium, literas miſerat. Sed ea Chalcedonem Bithyniæ eſt tranſlata, quòd imperator ipſe Synodo ei adeſſe vellet, magnum Conſtantinum imitatus: cum quo quam maximè de gloria concertans, ſacrum illum conuentum duplicauit, pro trecentis decem & octo, ſexcentis trigintaſex patribus coactis.

Sexcēti triginta ſex Patres in cōcilio Chalcedonēſi fuēre. Alij tantùm 630. numerant cap. 3 & 4.

Synodi in tēplo diuæ Euphemiæ conſeſſus.

Synodus itaque poſtquàm Chalcedonem peruenit, & in ſacro Euphemiæ martyris inclytæ fano coacta eſt, trigeſimo à tertio anno, in dextera templi parte Romani, Byzantij, & Antiocheni: in ſiniſtra Alexandrini & Hieroſolymitani: medio autem inter hos loco Principes & Senatores conſedêre. Et quum ea quæ Eutyches Conſtantinopoli, & Dioſcorus Epheſi nouandarum rerum ſtudio deſignauerant, in medium producta eſſent, Dioſcorus ad rerum actarum ignorantiam, qua ſe excuſabat, confugit. Et quod obiecta ſibi crimina effugere nequiret, animi dubius fuit. Vbi verò veritate in apertum prolata, neceſſitatem apertam cauſæ dicendæ declinare non potuit, (nam qui in prædatoria illa Synodo ei aſſederant, eum redarguerunt, dolumque eius & illatam ſibi per Imperiales minas vim & neceſſitatem oſtenderunt) in ruborem magnum & probrum coniectus eſt. Atque equidem qui violentiæ eius adminiſtri fuerāt, venia petita, in gratiam ſunt recepti, & ex ſiniſtro in dextrum latus tranſiere. Quorum vnus Iuuenalis Hieroſolymitanus fuit. Dioſcorus autem, quòd aliud ex alio ei obijceretur crimen, quum veniam à iuſtis illis iudicibus conſequi non poſſet, in Synodum venire ſuperſedit. Poſtquam verò Synodus canonem ſequuta ter illum citauit, & ipſe dicto audiens nō fuit, communibus omnium ſuffragijs, ipſo Dei amante Imperatore præſente, & ipſum & Eutychetem exauthorauit, & anathemate iugulauit: & tādèm ad exilium damnatus, Gangrenſem regionem in Paphlagonia incolere eſt iuſſus. Cuius epiſcopatum communi ſynodi conſenſu diuinus Proterius ſortitus eſt. Et quum is thronū ſuum reciperet, ingens multitudini inceſſit certamen, turba & tumultus, vulgusq; in varias ſciſſum ſententias: adeò, vt res in magnum diſcrimen proceſſerit. Quæ omnia, & reliqua quæ contra eundem Dioſcorum definita & acta ſunt in ea ſynodo Chalcedonenſi, videre poteris apud Nicephorum lib. 15. cap. 8. & 30. Hactenùs ille.

Dioſcorꝰ excōmunicatꝰ & ad exiliū damnatus.

DIOTREPHES.

12.

Diotrephes (venerabili Beda teſte in epiſtolas Canonicas cōmētarijs) Apoſtolorū tēporibus hęreſiarcha extitit, ſuperbꝰ q̄dem ille & inſolens, mālēs vtiq; noua docendo primatū vſurpare ſcientiæ, q̄ antiquis ſanctæ eccleſiæ, q̄ Ioānes Apoſtolus p̄dicabat, humiliter parēre atq; auſcultare mandatis. Vnde ſcite Diotre-

Poteſt etiā interpretari à Ioue nutrito, à Dios Iouis, & trepho nutrio.

phes, inſulſus, ſiue decor inſanus dicitur, vt perfidiam cordis etiam nomine ſignificet. Hæc Beda. Vixit autem ille Neronis Imperatoris & Petri ſummi Romanorū pontificis temporibus circa annum Domini 70.

Hic primas vſurpabat in ea Republica, in qua degebat Caius, Ioanni Apoſtolo & Chariſſimus & familiariſſimus: quem vtique collaudando, de eodem Diotrephe ad eum ſcribit in hunc modum: Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt Charitati tuæ in conſpectu eccleſiæ, quos benefacies deducens dignè Deo. Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergò debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſan Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc, ſi venero, commouebo eius opera quę facit, verbis malignis garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de eccleſia eijcit.

3. Ioan b.

Diotrephes de qbus accuſatur à diuo Ioanne.

In hoc itaque Diotrephe Apoſtolus accuſat hæreſim, linguæ petulantiam, ambitionem, inhumanitatem, & in fratres tyrannidem. Hic membrum erat Antichriſti, & omnium hæreticorum impro borumq; hominum exemplum, qui ſemper aliquid moliuntur aduerſus Euangelium. Nimirùm qui ſuæ linguæ petulantia & garrulitate non contentus Dei verbum annunciantes deturbare, prohibebat etiam nè benignè exciperentur peregrini, & communicati hoſpitij officium à fratribus acciperent. Res profectò nimis crudelis, & ab omni humana ratione prorſus aliena, vt quæ doceret non eſſe impendēdam humanitatis curam peregrinis. Non quod ſuſpicandum ſit illum ſenſiſſe omnes peregrinos non ſuſcipiendos, aut eſſe omnino reijciendos, ſed ſolos fideles catholicos, quos vtiquè Diuus Ioannes fratres appellat. Hoc nempè fuit ſemper hæreticis familiare, vt veris fidelibus fuerint infeſti.

Diotrephis inhumanitas.

DISCALCEATI.

13.

DIſcalceati ſunt, (teſte Auguſtino & Philaſtrio libro vtriuſque de hæreſibus) qui docent non licere homini calceamenta portare, nec ſancta loca intrare, aut locum orationis niſi excalceato, illo verbo moti, quod Moiſi dixit Dominus in Exodo: Solue calceamentum pedum tuorum, quia locus in quo ſtas, terra ſancta eſt, Et quòd Eſaias ità iuſſus fuerit ambulare tribus annis. Quæ ſanè magìs humanæ ac vanæ ſuperſtitionis ſunt, quā ſanctorum traditionis, aut Domini noſtri Ieſu Chriſti iuſſionis & imperij, eiusque poteſtatis. Ritum quidem illi Saraceno rum imitantes, qui cùm perfidum ſuum Mahometem adoraturi diebus ſingulis & certis horis, Meſquitas ſuas intrant, id nudis & lotis pedibus exequi conſueuerunt, quemadmodùm in Clementina dicitur quæ incipit. Cedit quidem de Iudæis & Saracen. &c.

Exod. 3.

Diſcalceati Saracenos & Turcas imitantur.

Dàmnantur itaque hæreſeos huiuſcemodi, non quòd calceamentis non vtantur, quod vtiquè macerando corpori & libidini prauæ coërcendæ atque refrenādæ ſalubre admodum eſt & meritorium: ſed quòd credant & opinentur, non licere vti calceamentis. Itaque quod nunquàm denegatum reperitur, intelligitur eſſe conceſſum. Si ergò calceamenta portare nūquam fuit omnibus prohibitum, indè conuincitur eſſe nobis permiſſum: & licèt Chriſtus apud Matthæum ſuis Apoſtolis præcepit, cùm eos ad ſuum Euangelium per vniuerſum orbem circunſerendum mitteret, vt neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam ſecum deferrent, cùm hoc tamen dicit, ſolis illis Apoſtolis, & non vniuerſis, eum dixiſſe intelligendum eſt.

Diſcalceati in quo ſunt hæretici.

Matt. 10.

DONATISTAE.

14.

DOnatiſtæ ſeu Donatiani à Donato quodā Caſenſio, qui contra Cæcilianū bellum mouit, primùm di-

ctu

cti ſunt, vel ab alio Donato Carthaginis epiſcopo, qui tempore Conſtantini imperatoris & Liberij papæ floruit, circa annum Domini 358.

Donati hæreſis. Is capitis ſui ſomnium ſequutus, ſolùm Chriſti eccleſiam in Aphrica eſſe dicebat, neque vſquàm alibi niſi iſthic verum eſſe baptiſmum, cuius veſaniæ multi adhærentes, magnam calamitatem Aphricanis eccleſijs attulerunt: quum impij & crudeles homines non minus ferro, quàm impijs vocibus circunquaque in obſiſtentes deſæuirent. vt quos ratione non poterant, terrore ac pœnis in ſuam ſententiam pertraherent. Cum hoc pernicioſo ac pertinaci malo quàm atrox & longa Diuo Aurelio Auguſtino pugna fuiſſet, tandèm id profligauit, excidit, extinxit. De quo Vincentius Lirinenſis vere aureo illo libro, quem pro catholicæ fidei antiquitate & veritate edidit aduerſus prophanas omnium hæreſeōn nouationes, ita inquit:

Vincentius Lirinenſis. Tempore Donati, à quo Donatiſtæ, cùm ſeſe multa pars Aphricæ in erroris ſui furias præcipitaret, cumq; immemor nominis, religionis, profeſſionis, vnius hominis ſacrilegam temeritatem, eccleſiæ Chriſti præponeret: tunc quicunq; per Aphricam conſtituti, prophano ſchiſmate deteſtato, vniuerſis mundi eccleſijs adſociati ſunt, ſoli ex illis omnibus intra ſacraria catholicæ fidei ſalui eſſe potuerunt. Egregiam profectò relinquentes poſteris formam, quemadmodùm ſcilicet & deinceps bono more, vnius aut certè paucorum veſaniæ, vniuerſorum ſanitas anteferretur. Hæc Lirinenſis.

Impium dogma Donati. Aſſerebat autem impius ille minorem patre filium, & minorem filio Spiritum ſanctum, rebaptizans ea de cauſa Catholicos, qui ab eccleſia ad eius ſectam deficiebant, dicens eos prius non ſuſcepiſſe verū baptiſma.

Cauſa prima hæreſis Donati. Hoc porrò ſchiſma (teſte Auguſtino lib. de hæreſibus) primùm illi excogitarūt, propter Cæcilianum, contra ſuam ipſorum voluntatem eccleſiæ Carthaginenſis ordinatum epiſcopum, ei crimina obijcientes quæ probare non potuerunt. Sed poſtmodum falſitatis rei depræhēſi, ſchiſma in hæreſim pertinaci defenſione conuerterunt, tanquàm eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſiue vera, ſiue falſa, toto terrarum orbe perijſſet, vbi futura promiſſa eſt, atq; in Aphrica Donati parte remanſiſſet, in alijs autem terrarū partibus quaſi contagione communionis extincta fuiſſet.

De his item eorum opinionis hoc noſtro ſeculo ſectatoribus ſcribit Lindanus ſui Dubitantij dialogo ſecundo, in hunc modum. Donatiſtæ noſtri ſeculi. Donatiſtæ ſentiebant Sacramenta ab impuris aut malis ſacerdotibus adminiſtrata, eſſe nulla: ideoq; rebaptizabant. Sic Suenckfeldius miniſtros ineptos & non timentes Deum, docet ſuum miniſterium in docendo, & ſacramentis porrigendis non poſſe expedire, vt habet Confeſſio Mansfeldenſis.

Donatiſtæ quoq; apud D. Optatum, ſacrū chriſma docent conſpuendum & conculcandum: ſic Caluinus nefarijs illudit verbis. Et Beza quanam per Gallias tractârit religione, calamitas loquitur Gallica. Hæc Lindanus.

De his quoquè doctus ille Hoſius ſic loquitur libro primo de hæreſibus noſtri temporis: Non eſt, inquit, quòd martyrij nomine ſe ſuoſq; magnificè Caluinus efferat, De Caluini iactantia ob alacritatē ſuorum in patiendo. quodque proptereà Lutheranis eos anteferendos eſſe putet, quòd promptiores paratioreſq; ſint ad quæuis genera ſuppliciorum perferenda. Nam ſi vt quiſque promptiſſimus eſt ad mortem pro fidei ſuæ partis obeundam, ſic eius fidei veritas cenſeri debet exploratiſſima, certiſſimaq; nulla fides erit certior, neq; verior, quàm ſit Anabaptiſtarum, quum nulli ſint neque fuerint iam indè à mille ducentis annis, de quibus pœnæ fuerint expertæ grauiores, quique fortiùs, conſtantiùs, alacriùs ad eas, tum ad mortem etiàm ipſam quamlibèt horrēdam, vltrò ſe obtulerint. Etiàm Auguſtini ſeculo, quemadmodùm ipſe narrat epiſtola quinquageſima, prodigioſa quædam fuit in illis mortis cupiditas. Nam quo tempore cultus adhuc idolorum durabat, ad Paganorum celeberrimas ſolennitates, Donatiſtæ mortis oppetendæ cupidiſſimi pro ſua hæreſi ſuſtinēda atq; tuenda. ingentia Donatiſtarum agmina ſæpè veniſſe ſcribit, vt à cultoribus idolorum interficerentur. Quidam etiàm, inquit, ſe trucidandos armatis viatoribus ingerebant, percuſſuros eos ſe,

ſe, niſi ab eis perimerentur, terribiliter cōminantes. Nonnunquàm & à iudicibus tranſeuntibus extorquebant violenter, vt à carnificibus vel ab officio ferirentur. Vndè quidam illos ſic illuſiſſe perhibetur, vt eos tanquàm percutiendos ligari & dimitti iuberet, atq; ità eorum impetum incruentus & illæſus euaderet. Iam verò per abrupta præcipitia, per aquas & flammas occidere ſeipſos, quotidianus illis ludus fuit. Neq; verò tantùm Auguſtini ſeculo tales fuerunt: ante quadringentos etiam annos, quibus Bernardus vixit, fuerunt Anabaptiſtæ non minùs vitæ prodigi quàm Donatiſtæ. Mirabantur, inquit, aliqui, quòd non modò patienter, ſed & læti, vt videbatur, ducebantur ad mortem: ſed qui minùs aduertunt quanta ſit poteſtas diaboli non modò in corpora hominum, ſed etiàm in corda quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nónne plus eſt, hominem ſibimet manus inijcere, quàm id libenter ab alio ſuſtinere? Hoc autem in multis potuiſſe diabolum, frequenter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerunt, aut ſuſpenderunt. Denique Iudas ſuſpendit ſeipſum, diabolo ſine dubio immittente. Ego tamen maius exiſtimo magiſq; admiror, quod potuit immiſiſſe in cor eius, vt traderet dominum, quàm vt ſeipſum ſuſpenderet. Nihil ergo ſimile habet conſtantia martyrum, & pertinacia horum: quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis duritia cordis operatur. Hactenùs Hoſius.

Donatiſtæ ſeipſos occidebant.

Bernardus ſermo. 66 in Cantica.

Aliud conſtantia martyrū aliud duritia hæreticorum.

DOROTHEVS SECTÆ ARRIANÆ PRÆFECTUS.

Ctæ Arrianæ præfectus.

15.

DOrotheus, tempore Theodoſij Imperij conſortis cooptati a Gratiano, & Siricij Romani pontificis, Arrianæ religionis præfectus fuit apud Conſtantinopolim, circa annum Domini 395.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 12. cap 24. Paulo verò pòſt quum & Demophilus, qui Conſtantinopoli Arrianæ præfuerat religioni, vitam morte commutâſſet, qui factionis eius erant, adminiſtrationem eam Marino cuidam Thraci, qui alij epiſcopatui præfectus fuerat, commisêre. Sed is quum ibì non ità diù durâſſet, diſceſſit. Sub quo etiàm Arrianorum ſecta in duas factiones eſt diſſecta. Et Dorotheus, qui Antiochiæ in Syria, vt hæreſi ei præeſſet, electus fuerat, tanquàm illo ad id munus obeundum magis idoneus Conſtantinopolim indè venit, & ſectæ ſuæ præijt.

Pro Marino ſubſtitutus Dorotheus.

Rursùs libr. 14 cap. 13. idem Nicephorus: Eo tempore (quo nimirùm Alexandriæ & Romæ Nouatianorum eccleſiæ clauſæ, & donatia ornamentaque earum publicata ſunt, & eccleſijs eis ademptis, in locis obſcuris conuentus ſuos agebant, hoc eſt, anno quinto Imperij Theodoſij iunioris, & tempore Innocentij papæ huius nominis primi) defunctus etiam eſt Dorotheus Arrianæ religioni Conſtantinopoli præfectus, quum ad centeſimum & vigeſimum vitæ annum perueniſſet: quem quòd ſtrenuè ſectam ſuam tueretur, Arriani ex Antiochia Conſtantinopolim tranſtulerant. Cuius ſucceſſor fuit Barbas, ſub quo Arriana religio duos eximios habuit viros, presbyteros ambos, alteri Georgio, alteri Timotheo nomen erat. De qua re vide ſuprà in Barba.

Nouatianorum eccleſiæ clauſæ.

Dorotheus epiſcopus Arrianus, 120. annorū.

DOSITHEVS.

16.

DOſitheus, à quo Doſitheani hæretici, Iudæus genere, vnus fuit de adulterinis & primis corruptoribus fidei, ſub Domitiano Nerone & Apoſtolo Petro circa annum Domini 52. Hic & ab Egeſippo inter primos pſeudochriſtos, pſeudoprophetas, & pſeudoapoſtolos, inter eos videlicet qui vnitatem eccleſiæ diuiſerunt, ſuis pernicioſis ſermonibus & ſcriptis aduersùm Deum & aduersùm Chriſtum eius, connumeratur. Primus, inquit, qui eccleſiam adhuc virginem deprauare cœpit, fuit Thebutes quidam vnus e ſeptem hæreticis, & plebeius, eò quod in petione epiſcopatùs repulſam tuliſſet: à quibus & Simon eſt, vndè Simoniani dicti: & Cleobius, vndè Cleobiani: & Doſitheus, vndè Doſitheani: & Gorthæus, vndè Gorthæani: & Masbathcus, vndè Masbatheni. Ab ijs autem

Septē primę hæreſes.

tem & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani & Baſilidiani, & Saturni[illegible]ani. Hi pro ſe quiſque, proprias ſeorſim induxerunt opiniones.

Doſithei hæreſis.

De hoc contra Luciferianos ità ait diuus Hieronymus: Doſitheus Samaritanorum princeps, prophetas repudiauit. Hic nempè, teſte Philaſtrio, auſus eſt dicere, ſecundùm carnem ſolum eſſe viuendum in lege Domini: deque ea non ſperans reſurrectionem futuram: nec Dei ſpiritum, nec angelum eſſe credens, nec futurum, iudicium de lege atq; prophetis expectās. Hæc Philaſtrius.

DVLCINVS.

17.

DVlcinus, à quo Dulciniſtæ, tempore Henrici ſeptimi Cæſaris Germani, & Clementis qu[illegible]ti Romanorum Pontificis, circa annum Domini 1309. veterum & nouorum errorum integrator & inuentor fuit.

Dulcini fœda libido, charitatis prætextu.

Hic, authore Bernardo Lutzenburgo in catalogo hæreticorum, tam pudendæ ac effrenæ libidinis extitit, vt ad ſex millia vtriuſque ſexûs ſub charitatis ſpecie cohabitare docuerit, & blandiloquentia quadam atque ſuadela impulerit: qui Alpes incolentes, in omnem luxuriam prolabebantur: Adeò quidem, vt hæc peſtis per duorum aut trium annorum ſpatium multos corruperit: tanta quidem vi, vt ſummus pontifex Clemens huius nominis quintus, coactus fuerit ordinis prædicatorum Inquiſitores illuc mittere, qui hunc Dulcinum & ſuos complices à tam nefario ſcelere aut reuocarent, aut diligenti & accurata diſquiſitione facta ad eum referrent, num ità res haberet, vt cōpluribus nuncijs inaudierat. Qui vbì redierunt, & retuliſſent quæ viderant & audierant, aduersùs tantam impietatem cruciada ab eodem ſummo pontifice indicta fuit, indulgentiæ promulgatæ, quas conſequerentur qui ſe prælio contra tam nefandos homines accingerent, & exindè collectus & illuc miſſus exercitus cum

Bellū cōtra eū à ſum. pontifice indictum.

Apoſtolico legato. Qui tam alacri & repentino bello eos partim inedia & frigore, partim armis oppreſſerunt, vt Dulcinus cum Margareta vxore ſua itidèm hæretica, & maxima pars huiuſce ſceleratæ atque contaminatæ factionis capti fuerint. Qui priùs membratim conciſi, ad poſtremum exuſti ſunt, & in cineres redacti.

Dulcini reliquiæ.

Verùm hęc peſtis omninò deleri & extingui non potuit, ſed in Tridentinis montibus, vbì Dulcinus ſuę hęreſis initium dedit, eius reliquię remanſerunt: quę & hac noſtra ętate varijs in locis & Germanię & Galliarum, ſacramentarijs eaſdem reintegrantibus, reuiguerunt. De quibus illud prophetę intelligi poteſt: Quoniam, inquit, cum meretricibus conuerſabantur, & cum effœminatis ſacrificabant. Hęretici ſiquidem clandeſtinis conuenticulis coëunt, vt errori ſuo reuerentiam, quam ex ratione non valent, prębeant ex occultatione. Vndè diuus Hieronymus in illud Oſeę 6. In domo Iſrael vidi horrendum, dicit. In domo hęreticorum videtur horrendum, cùm magiſtris fornicantibus, populus ſeductus pariter ſordidatur.

Oſeæ 4.

Horrendæ & obſcuræ ſectæ ſub Luthero natæ.

De huiuſmodi Hoſius, libro primo de hęreſibus noſtri temporis, ità ſcribit: Nolo, inquit, eſſe longior in commemorandis recentis illis apud Apocellam in Heluetijs, qui poſt decantatas Dei laudes, extinctis lucernis, cùm brutorum inſtàr fœda ſe libidine contaminâſſent, in montē nihilominùs quendam editum aſſcenderunt, vndè ſe cum corporibus & animis ſublimes raptos iri perſuaſum habebant. ſed neque de alijs quibuſdam conuenticulis quicquam dicam, quorum Eraſmus libro de amabili eccleſię concordia meminit, in quibus matres vltrò tradebant ſuos infantes occidendos: & tam immane facinus hilari vultu ſpectabant, perſuaſæ ſic interfectos, inter pręcipuos ſanctos habendos. Qua quidem re, quid magis horrendum dici poteſt? Hæc Hoſius.

DVRANDVS DE *Vualdach.* 18.

Durandi hæreſis.

DVrandus de Vualdach, Henrici V. Cæſaris Germani, & Paſchalis ſecundi huius nominis Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1117. in partibus Aragoniæ cum alio quodam ſibi fauente & aſſectatore, hæreſes quaſdam inſtituit: Inter quas aſſerebat, Matrimonium nihil aliud eſſe, quàm occultum meretricium. Sed tandèm domino Iacobo rege Aragonum præſente, eius hæreſes damnatæ fuerunt per epiſcopum Gerundenſem & Arnoldum Burgẽſem fidei inquiſitorem, & illi velut impœnitentes ignibus traditi & exuſti.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER QVINTVS.

DE LITERA E.

EBIONITAE. 1.

Ebionitarũ hæreſes.

EBionitæ à quodam Ebione ſecundo viro orti ſunt, circa annum Domini 80. Imperante Tito, & Anacleto ſummũ Romanæ eccleſiæ pontificatum agente.

1. Hi, teſte D. Hilario lib. 1. de Trinitate, Chriſtum ex viro & muliere purum hominem natum aſſerebant, illum Deum fuiſſe denegantes, ſed ſolam naturam habuiſſe humanam. Contra hunc Ebionem ea de cauſa (quemadmodùm D. Hieronymus libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus eſt author) Ioannes omnium nouiſſimus ſcripſit euangelium, rogatus ab Aſiæ epiſcopis. Et ideo compulſus eſt diuinam edicere natiuitatem.

2. Docebant quoquè, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vna cum lege noua Ideoque D. Paulum legis apoſtatam appellabant, eo quod circumciſionem & cætera legalia poſt acceptum Euangelium amplius ſeruanda non eſſe liceret. Aduerſus quos etiamnum idem Paulus Galatis ſcribens, vehementiſſimè inuehitur: O inſenſati Galatæ, inquit, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini? Et rurſum: State, & nolite iterùm iugo ſeruitutis cõtineri. Eccè ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circuncidamini. Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſùs omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis, Currebatis benè. quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini conſenſeritis. Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos. Modicum fermentũ totam maſſam corrumpit. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicunque eſt ille. Vtinàm verò & abſcindantur qui vos conturbant, &c. Hæc Paulus. Gala 3. Gala 5.

3. Hi rurſùs, teſte Irenæo lib. 1. aduerſùs hæreſes, cap 26. ex quatuor Euangelijs, ſolùm recipiebant Euangelium Matthæi, reliqua tria contemnentes.

4. Eodem authore Irenæo, omnes Pauli Apoſtoli epiſtolas nullius eſſe momenti docebant, quò ſuum tutarentur errorem, cùm dicebant omnia legalia eſſe cũ noua lege ſeruanda, Paulus autem huic peſtiferæ doctrinæ pluribus in locis ſuarũ epiſtolarum reluctaretur ac repugnaret.

De his diuus Ignatius ad Trallen. ſcribens,

bens. Fugite, inquit, illos hominis diaboli cultores Ebionitas, quos maledictos Hieremias propheta aſſerit, inquiens: Maledictus qui confidit in homine, & à Deo recedit cor eius. Et Hieronymus ſuper 1. cap. Iſaiæ: Ebion ſic recipit Euangelium, vt Iudaicarum ſuperſtitionum, quæ in vmbra & imagine præceſſerunt, cæremonias non relinquat. Et item: Iudaici erroris hæredes Ebionitæ, qui pro humilitate ſenſûs, nomen pauperum ſuſceperunt, omnesq; mille annorum delicias pręſtolantes, & equos, & quadrigas, & lectos, & cætera ſic intelligunt, vt ſcripta ſunt.

Hier. 17.

Ebionis hæreſis ex Nicephori hiſtoria.

De his item ità tradit Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro tertio, cap. 13. Atque Simon Magus & Menander ita homines ſeducebant. Alij porrò, quum homines à profeſſione & fide in Chriſtum filium Dei omninò abſtrahere non poſſent, tenuiorem de eo opinionem induxerunt. * Hebionæos hos, maiores noſtri nominârunt, dignos prorsùs qui appellationem eam obtinerent, directè & certò mentis eorum inopiam & mendicitatem declarantem. Ità enim apud Hebræos mendicus vocatur. Siquidem purum hominem Chriſtum eſſe docuerunt, motum proficiente acceſſione iuſtificatum: qui ex Maria genitus primùm extiterit, & ex congreſſu Ioſephi initium ſumpſerit: & præterea quòd non facilè quiſquam per ſolã fidem in Chriſtum ſaluus fieret, niſi etiam legis cæremonias ſeruaret, & eam viuendi rationem ſequeretur. Hæreſi hac & ſecta in duas partes diſſecta, alteri quidem, quæ modò diximus, ſenſerunt: alteri autem admiſerunt quidem illi, ex ſpiritu ſancto & Maria virgine CHRISTVM natum eſſe: eundem autem, quòd anteà ab æterno fuerit, verbum & ſapientiam principio carentis & æterni Dei eſſe pernegarunt. Proindeque & ij in eâdem cum alteris illis verſati ſunt impietate. Itidèm enim vt illi, legis cultum & obſeruationem plurimùm complectebantur. Sed & Apoſtoli epiſtolas omnes, apoſtatam & deſertorem Paulum appellantes, reijciebant: & ſoli, quod ſecundùm Hebræos erat, Euangelio adhærere perſeuerabant. Et cùm ſabbatum aliamque eorum obſeruationem omnem ex æquo cum illis ſeruarent, nihilominùs & nobiſcum Dominicos dies ad Chriſti reſurrectionis memoriam colebant. Hæc Niceph.

Ebionem porrò hac noſtra tempeſtate, ab orco reuocat (authore Lindano Dubitantij ſui dialogo 2.) Adam Paſtoris Anabaptiſta, Chriſtum negans natura Deum, ſed merum hominem de Maria natum.

Ebionitæ noſtri temporis.

ECEBOLVS SOPHISTA.

2.

Ecebolus, quem Nicephorus Hecebolium appellat, Iuliani Imperatoris, qui à fide Chriſtiana in Græcorum ſuperſtitionem defecit, præceptor fuit, circa annum Domini 365. De qua re ſic ſcribit idem Nicephorus lib. 10. cap. 1. Iulianus, inquit, Conſtantinopoli in Baſilica docentes præceptores audiuit, tenuitq; in publico vſus eſt veſtitu, Mardonij Eunuchi ductu. Grammaticen cum docuit Nicoclas Lacon: Rhetoricen autem Hecebolius, qui tum Chriſtianam complexus fuerat religionem. Prouiderat enim hoc Conſtantius, veritus nè ad ſuperſtitionem, ſi Græco vteretur magiſtro, declinaret.

Tripartita hiſt. lib. 4. cap. 1. 31 & Socrate.

Rursùs idem Nicephorus libro eodem, cap. 23. de Imperio Iuliani apoſtatæ, deq; ipſo Hecebolio verba faciens, ità loquitur: Quicunque verò non animo recto ſacra Chriſtianorum colebant, & veram beatitudinem honoribus caducis & pecuniæ poſthabebant, abſque timore ad ſacrificandum & Imperatori gratificandũ procurrêre: qualis etiàm fuit ſophiſta Conſtantinopolitanus Hecebolius, qui veluti quidam Euripus, Imperatorum moribus ſeſe accommodauit. Sub Conſtantino enim ardore ingenti Chriſtianã religionem coluit: vbi autem Iulianus animum ad Græcam ſuperſtitionem appulit, horrendo prorsùs modo animũ mutauit, Gręcasq; ineptias & ſuperſtitionem, ſi quis alius, & ipſe quàm maximè eſt complexus. Poſt hunc porrò rursùs Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſt. In faciem enim ſupinus pro eccleſiæ foribus prouolutus, mixtis cum clamore lachrymis, miſerabiliter eſt vociferatus: Proculcate me ſalem

Ecebolus ſophiſta in religione col da veluti quidam Proteus.

fatuum. Talis Hecebolius & antehàc & poſteà fuit. Dicitur autem hæreticus ſal infatuatus, vt qui foràs proijcitur & conculcatur ab hominibus, vtpotè quo nihil poteſt eſſe vel vilius, vel contemptius.

EIVLANTES.

3.

EIulantes ſunt ſectâ Anabaptiſtæ, qui teſte Staphylo, putant nihil eſſe deuotionis, quod perindè gratum ſit Deo, atquè lachrymari & eiulare perpetim. In Belgio ſuperiori horum ingens prouentus eſt. Hæc Staph.

ELCESAEI, SIVE *Elcheſaitæ.*

4.

ELceſaitæ, vel (vt Nicephoro & Philaſtrio placet) per adſpirationem Helcheſaitæ, à quodam pſeudopropheta, Helcheſae nomine, dicti ſunt, ex cuius genere duas mulieres, tanquàm deas ab eis Epiphanius perhibet adoratas: à quo etiàm Epiphanio Sampſæi & Elceſæi appellantur, eosque Ebionitarum dogma in vniuerſum amplexatos eſſe aſſerit: adeò quidem, vt (teſte diuo Auguſtino) Sampſæos & Elcheſæos Ebionitis copulet, tanquàm vna eademque ſit eorum hæreſis. Hi porrò ætate Origenis, à quo & eorum hæreſis conuicta eſt, ſunt exorti, hoc eſt, Iulij Maximini Imperatoris & D Fabiani Rom. pontificis temporibus, circa annum Domini 239.

Sampſæi & Elcheſæi idem.

1. Aſſerebant cum Cerintho, Ebione, & Nazaræis, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandam vnà cum euangelio.

Elceſaitarũ hæreſes.

2. Quædam de ſcripturis refutabant, & quædam rurſùs nouæ ac veteris legis teſtimonia admittebant.

3. Apoſtolum Paulum, velut illis per omnia aduerſantem, proſùs reſpuebant.

4. Dicebant etiàm (authore Euſebio hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ libr. 6. cap. 28.) negare Chriſtum perſecutionis tempore, ideò peccatum non eſſe, quòd qui in corde ſuo fixus eſſet, ſe tũc temporis in fide permanſurũ, cum poſſe pro neceſſitate Chriſtum lingua negare. Ideoque docebant, talem ſic ore negantem, non peccare, cùm Deus cor magis perpendat & intueatur, q̃ linguam ipſam: cùm contrà dicat Auguſtinus in pſalm. 118. pactum videlicet Dei eos non obſeruâſſe, qui perſecutionem tolerantes, à teſtimonijs Dei negando ſemèl declinauerint.

Auguſtinus.

Hi porrò librum quendam circunferebant, quem dicebant de cælo lapſum: cuius verba ſi quis audiſſet, delictorum veniam, præter illam quam Chriſtus exhibuit, conſequerentur. Sed hæc fuſiùs videre licebit ex hiſtoria eccleſiaſtica Nicephori, quam libr. 5. cap. 24. proſequitur in hæc verba.

Elcheſaitarum liber.

Nicephori teſtimoniũ de Elcheſaitarum ſecta.

Poſt has (inquit) Berylli & Arabum falſas & ab eccleſiaſtico canone alienas opiniones, alia illis longè perniciosior, Helceſae quodam authore, exorta eſt hæreſis: quæ priùs eſt extincta, Origene aquis eam repentè ex ſcripturarum torrentibus hauſtis obruente, quàm in apertum maligni ſpiritùs auris exuſcitata prodiret. Helceſaitæ nanque iſti vndecunquè fabulis collectis, portentoſum ſibi quendam compoſuere errorem. Et quidem de rerum omnium principio nobiſcum conſentiunt. Vnum ſiquidem & ipſi rerum omnium conditorem aſſerunt: non vnum autem Chriſtum, ſed plures & diuerſos. Ac vnum quidem ſurſùm eſſe, alium autem deorſùm, quem in multis antea inhabitâſſe, deindè verò in Mariæ filio Ieſu incoluiſſe dicunt. Ieſum verò aliquandò ex Deo eſſe, aliquandò matrem habuiſſe virginem referunt: nonnunquàm verò ne hoc quidem aiunt. Spiritum porrò ipſum quoquè transcorporari, atque in diuerſa ingredi corpora, & vnoquoque tempore variè exhiberi ſentiunt. Vtuntur inuocationibus atque incantamentis dæmonum, atque item baptiſmis in elementorum profeſſione. Aſtrologiam & Mathematicum errorem complectuntur, prognoſticos & ariolos ſe nominantes. Diuum Apoſtolum eiuſque ſcripta inducunt prorsùs & abolent. Librum quendam, quem ipſi compoſuêre, de cælo delapſum eſſe prodigioſè ia-

Mathematicus error, q̃ tanq̃ maleficus prohibitus eſt C. de malefic. & mathem.

cti-

Fraudem hanc deinde imitatus eſt Mahometes.

ctitant. Quòd ſi quis dignus inuentus ſit,
vt eum audiat, cum aliam quàm Chriſtus
dederit, peccatorum conſequi remiſſionem.
Aduersùs hanc hæreſim Alcibiades
Apamæus Syrus plurimùm depugnauit.
Origenes verò ad ea conuincenda primas
tulit. Eius hæreſis, ad populum pro concione
verba faciens, in octuageſimoſecundo
Pſalmo hiſce verbis meminit: Aduenit
quidem hoc tempore vir arrogans &
elatus, qui ſententiam flagitioſam prorsùs
& impiam, quæ dicitur Helceſaitarū,
promulgat, nupèr admodùm in eccleſias
inductam. Ea quàm pernicioſa profiteatur,
exponendum vobis putaui, nè quos
ad quædam fidei noſtræ dogmata abroganda,
tranſuerſos abripiat. Vtitur vniuerſæ
ſcripturæ, veteris & Euangelicæ authoritatibus.
Apoſtolum in ordinem redigit,
atque adeò prorsùs aboler. Docet
quoquè liberum permiſſumq́ue eſſe, fidem
abnegare: quòd qui fidem ſtabilem
in animo conceptam habeat, ore quidem
neceſſitate adductus abiuret, corde verò
minimè. Et librum circunferunt, quem
è cælo decidiſſe aiunt: audientemque &
credentem ei, noxarum remiſſionem, aliam
ab ea, quam Chriſtus Ieſus instituerit,
accipere affirmant. Hæc hactenùs Nicephorus.

Origenis teſtimoniū de Helceſaic.

ELEVSIVS CYZICEnus epiſcopus.

5.

ELeuſius Cyzicenus epiſcopus, Macedoniorum
eccleſiæ præfuit, tempore
Theodoſij huius nominis primi
Imperatoris, & Siricij ſummi Romanorum
pontificis, circa annum Domini
396.

Hic, teſte Socrate, cùm Imperator
Theodoſius & epiſcopi partis eius numero
centum quinquaginta laborarent, vt
eccleſiæ Orientales vnirentur, eiuſdem
Imperatoris monita apertaq́ue conuicia,
cum ſuis ſequacibus, qui erant numero
trigintaſex, paruipendens, elegit ſequi
potiùs Arrianam peſtem, quàm conſubſtantialem
dicere Trinitatem: Adeò quidem,
vt qui hæc faterentur, Conſtantinopoli
egreſſi, ſcriberent alterutris, nè quis

Eleuſius & ſui ſequaces Arriani.

eorum Niceni concilij dogmati conſentiret.
Hæc ex Tripartitæ hiſtoriæ libro 9.
cap. 12.

De eo ſic ſcribit Nicephorus libro 9.
cap. 42. In Oriente, inquit, priuſquàm
Synodus Seleuciæ coiret, non minores ceſſant
turbæ. Arrianæ enim hæreſis propugnatores
ingenti confidentia ex Imperiali
inclinatione concepta, effrenato atq;
impotenti erant animo, ſemperque nouis
ſtudebant rebus. Proindè Acacius Cæſarienſis
& Patrophilus Scythopolitanus,
Maximo exauthorato, Cyrillo Hieroſolymitanæ
curam eccleſiæ commiſère. Et
Macedonius Conſtantinopolim, vicinasq́ue
ei præfecturas & vrbes miſcens turbabat:
Epiſcopos eis, quos rebus ſuis idoneos
eſſe ſciebat, deſignans. nam Eleuſio
Cyzicenam attribuit eccleſiam, qui antehàc
loco ſplendido in Imperiali aula ſtipendia
fecerat.

Turbæ eccleſiarum Orientaliū tempore Conſtantij Imperatoris.

In Seleucena autem Synodo hunc ab
eiſdem damnatum fuiſſe idem teſtatur
Nicephorus libro eodem, cap. 45. in hæc
verba: Verùm enimuerò Acacius & Eudoxius
cum factionis ſuæ popularibus
ſtudio quoquè habuêre, quum Byzantij
eſſent, aduerſæ partis epiſcopis dignitatem
adimere: non religionis quidem, ſed
aliarum rerum cauſa. Communiter quidem,
quòd eccleſias perturbâſſent, * & ſanctiones
earum commiſiſſent. Seorsìm autem,
vnicuique alij alia crimina intendebant.
Atq; illi de fidei profeſſione inter ſe
diſſentientes, in ſententijs exauthorationis,
fidei crimen non inſerebant. Imperatoris
autem ira quaſi quodam ſubſidio vſi,
qua ille quum aduersùs alios pleroſq;,
tum maximè in Macedonium commotus
fuerat, propter quaſdam ſeditiones &
cædes, necnon ob vrnæ cinerum Conſtantini
patris tranſlationem; & quòd inſupèr
diaconum in fornicatione depræhenſum,
ad communionem admiſiſſet,
ei dignitatem abrogant Eleuſio prætereà
Cyziceno, crimine illo obiecto, quòd Heraclium
quendam Tyrium, ſacerdotem
Herculis Græci dei in vrbe Tyro manifeſtum
impoſtorem, incōſideratè ad baptiſmum
admiſſum, in Diaconorum quoq;
ordinem legiſſet, cùm quidem is Chriſtianiſmum
tantùm ſimularet, & propter

Acacius & Eudoxius Conſtantinopoli aduerſarios epiſcopos nō propter fidem, ſed alias varias ob cauſas exauthorant. * & in

Exauthorationis Eleuſij cauſæ.

impoſturas Tyro profugiſſet. Tum autē, quòd cùm poſteà talem eum eſſe cognouiſſet, nihilo tamen magis ſacro ordine mouiſſet. Prætereà quòd viros quoſdam à Mari, qui tum Conſtantinopoli conuentui iſti affuit, Chalcedone damnatos atq; proſcriptos, contra canones ſacerdotali dignitate ornâſſet.

Eleuſius Macedonian.

Quomodò verò Macedonij hæreſis ſectator fuerit, idem Nicephorus tradit lib. 10 cap. 8. in hunc modum: Eadem verò tempeſtate Macedonij ſectatores, Conſtantij morte freti, in quibus erant Eleuſius Cyzicenus, Euſtathius Sebaſtienſis & Sophronius Pompeiopolitanus, apertè Macedoniani vocari cœperunt. Et temporis opportunitate arrepta, frequentes liberè diuerſis in locis conuentus, eis, qui Seleuciæ cum eis conſenſerant, conuocatis, egerunt, & ſectæ ſuæ factionem inſtituerunt. Tum autem qui aduerſæ partis erant, Acacianos videlicet, excommunicauerunt: fidemque Arimini editam irridentes, formulam Antiochenam promulgârunt, ſuffragijsque ſuis comprobârunt: quæ poſteà Seleuciæ quoquè confirmata fuerat. Verùm enimuerò quum à nonnullis propter eiuſmodi diſſidium repræhenderentur, eisque obijceretur, qui nunc tandem ſe per diſſidium ab Acacianis ſeiungerent, cum quibus anteà & conſenſiſſent & communicâſſent? tale per Sophronium reſponſum dedêre: Occidentales epiſcopi non ſanam de Conſubſtantiali habuêre opinionem: ✝ Aetius autem in Oriente diſſimilem ſubſtantia patri filium eſſe docuit, & vtrique recta exciderunt ſententia. Illi enim per conſubſtantialis verbum, ſubſiſtentiam patris & filij in vnitatem vnam redigentes, confuderunt: hic verò è diuerſo à natura patris, proprietatem filij nimiùm ſegregauit. Nos igitur vtrorumque lapſum vitantes, mediam abſque periculo omni viam delegimus, piéque magis ſentimus, æqualem ſcilicet patri filium ſubſiſtentia docentes. Sic illi quidem repræhenſi, defendere ſe conati ſunt. Sed depræhenduntur veritatem cauillatione deprauare, quòd non Acacium, ſed Aetium, vt inæqualitatis authorem incuſant. Videntur illi etiam aliqua ex parte & Arrianos & Conſubſtantialis aſſertores vitare: & per vtroſque ſuis ipſorum vocibus conuincuntur, aliud quicquam noui afferre conſtituiſſe, ſicut & Sabinus inquit, qui Latinè acta Synodalia conſcripſit. Hactenùs Nicephorus.

Acaciani hæretici à Macedonianis indèm hæreticis excommunicati.

✝ Aetius

Cauſa cur Macedoniani ſe ab Acacianis & homouſianis ſegregârint.

Macedoniani nouis rebus ſtudentes.

ELYMAS MAGVS.
6.

ELymas Iudæus genere, Simonis Magi doctrinam inſecutus, & eius maleficijs imbutus, magus quoquè & pſeudopropheta fuit, Apoſtolorum temporibus, diuo Paulo per omnia reluctans, cùm Sergium Paulum Cypri inſulæ proconſulem, à vanitate gentilium auocare niteretur, & Chriſti ſacram doctrinam eum amplecti perſuaderet: de quo in Actis Apoſtolicis ſcribitur in hæc verba: Saulus & Barnabas miſſi à Spiritu ſancto, abiêrunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cùm veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum. Et cùm perambulâſſent vniuerſam inſulam vſque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum, pſeudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Barieu, qui erat cum proconſule Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis Elymas Magus, (ſic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere proconſulem à fide. Saulus autem qui & Paulus, repletus ſpiritu ſancto, intuens in eum, dixit: O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas? Et nunc eccè manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns ſolem vſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret. Tunc proconſul cùm vidiſſet factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini.

Act. 13.

Aliàs Barieſu. id eſt, filius Ieſu.

De hoc 45. diſtinct. cap. Cùm beatus Paulus illum magum corporali cęcitate damnauit &c. Et 23. q. 4. cap. Quod Chriſtus. ſic Paulus dum à ſuo contemptu, pia admonitione & multimoda commendatione ſui, Corinthios reuocaret, magum illum

illum Elymam, qui crediturosà fide retra hebat, cæcitate percuſſit, vt cæteri per ter- riti prædicationem eius non impedirent, ſed in Chriſtum credentes, animæ cæcitatem effugerent. Et gloſa in prioris Petri caput 3. Vt hus, inquit, fuit Tobiæ percuti cæcitate ſine culpa, vt probaretur eius patientia, quàm Elymæ mago, qui pro perfidia percuſſus, à credentium dementatione remoueretur, & æternæ vltioni præpararetur. Poſteà nempè recepto viſu, obſtinatus permanſit, & Barnabæ Apoſtolo valdè reſtitit in Cypro.

Elymas binomius. Erat autem hic binomius. Nam primū Elymas dicebatur, quod interpretatur Dei mei menſura vel cenſus: Sic enim ſe à ſuis appellari præceperat, quò Dei nuncius ab alijs crederetur. Dicebatur & Barieſu, id eſt, filius Ieſu: & ita ſecundùm Bedā corruptè legitur Barichu in Actis Apoſtolicis.

ELPIDIVS. 7.

Elpidius Hiſpanus natione, Agapetarum hæreſis cum vxore ſua nomine Agape, dux fuit, ætate diui Hieronymi, qui eandem cōuicit hæreſim varijs in locis ſuorum operum, & potiſſimùm eo libro quem aduerſùs Pelagianos ad Cteſiphontem ſcribit, in hæc verba: In Hiſpania, Agape (quæ dilectam ſignificat Latinè) Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſuum Priſcillianum habuit, Zoroaſtris magi ſtudioſiſſimum, & ex mago epiſcopum: cui iuncta Galla, non gente, ſed nomine, germanam huc illucque currentem, alterius & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem. De peſte autem Agapetarum, quomodò eccleſias inuaſerit, habet idē Hieronymus ad Euſtochium de Cuſtod. virg. vide ſuprà in Agapetis.

Hieronymus. Agape q.d.

ELVIDIVS. 8.

Eluidius, vel vt alij per adſpirationem ſcribunt, Heluidius, à quo Heluidiani hæretici, teſte Gennadio, Auxentij hæreſiarchæ Mediolanenſis epiſcopi diſcipulus fuit, & Hieronymo coæuꝰ, Theodoſij huius nominis primi Cæſaris, & Siricij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circiter annum Domini 395.

Hic Mariam virginem Chriſtum peperiſſe virginem, & poſt eum marito cōgreſſam, protuliſſe fratres Domini, impiè aſſerit. Ad quem errorem docendum cōmotus eſt, quòd apud Matthæum dicitur: Antequàm conuenirent, inuenta eſt in vtero habens. Et iterùm: Non cognouit eā Ioſeph, donèc peperit filium ſuum primogenitum. Ex quibus locis Eluidius colligit Dei genitricem, poſtquàm Chriſtum peperit, à Ioſeph ſuo marito cognitam fuiſſe carnaliter, eumque filios alios ex ea ſuſcepiſſe, quos Euangelium fratres Domini appellat. Dicunt enim Chriſto Iudæi apud Matthæum: Eccè mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. Ex quo effectum, vt Eluidius ex litera perperàm intellecta, in hunc errorem lapſus ſit. Quod etiamnùm Chriſti perfectioni derogat, & Spiritui ſancto iniuriam facit, cuius ſacrarium fuit vterus virginis. Derogat item non ſolùm dignitati ac ſanctitati matris Dei, ſed & ipſi Ioſeph tanta præſumptio imputaretur. Derogat deniquè illi ſententiæ propheticæ, quæ apud Ezechielem habetur: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eā: quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. Hos ea de cauſa Antidicomaritas Epiphanius appellauit.

Eluidij hæreſis. Matt. 1. Mat. 12. Ezech 44.

Docebat quoque hic impius teſte Hieronymo, virginitatem non eſſe apud Deum maioris meriti, quàm coniugium, ſed pares eſſe nuptias virginitati. Quam inſanam opinionem confutat idem Hieronymus. De hac hæreſi vide plura in Antidicomaritis.

EMERITVS CAESAreenſis Mauritaniæ vrbis epiſcopus. 9.

Emeritus, authore Poſſidonio in vita beati Auguſtini, Cæſarecenſis Mauritaniæ ciuitatis epiſcopꝰ fuit, Donatiſtarum ſectæ fautor præcipuus, tempore Archadij, Imperatoris, & Siricij Romani pontificis, circa annum Domini 400.

Hunc vt idem author teſtatur, occaſio-

ne quadam venerabilis memoriæ Auguſtinus reperiens cum quibuſdam alijs epiſcopis ſedis Apoſtolicæ, diſputatione inter eos habita ſupperauit Cuius rei geſta, Carthagini inter eos ipſos epiſcopus conſecta habentur.

ENCRATITAE.

10.

ENcratitarum hæreſis (authore Diuo Irenæo lib. 1. aduersùs hæreſes ca. 30. & beato Hieronymo in commentatijs ſuper prophetam Amos, atque beato Epiphanio libro primo contra octoginta hæreſes ſub finem tertij tomi) à Tatiano quodã Iuſtini martyris diſcipulo exorta eſt, Marci Antonini Imperatoris & Soteri Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 175. Dicuntur autem Encratitæ quaſi continentes.

Encratitarũ hoc eſt, cõtinẽtiũ hæreſis, ꝓhibentium nubere, & iubentiũ abſtinere à cibis, &c.

1. Dicebant verò ij, primos parentes eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos ac plectendos, propter ipſorum primum inobedientiæ crimen.

2. Item non licere cuiquam veſci carnibus.

1. Tim. 4.

3. Nuptias quoque fore illicitas, omneſque illos peccare, qui nuptiarum fœdera inter ſe iungerent.

4. Reſpuebant etiàm, teſte Euſebio Cæſareenſi hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 26. omnes diui Pauli epiſtolas, eas aſſerentes nullius eſſe momenti.

5. Docebant rurſùs vinum nullo pacto bibendum eſſe, fabuloſa quadam vanitate eluſi, qua dicebant (teſte diuo Auguſtino) vitem è ſatana & terra illud germinaſſe. Item quod lege cautum eſſet ne Nazaræi biberent vinum, accuſenturque ab Amos propheta & culpentur ij, qui Nazaræis vinum propinarent.

Amos 2.

De his Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 4. ſcribit in hunc modum: Poſt Saturnini & Marcionis Encratitarũ hæreſim conflatam eſſe tradunt: cuius princeps fuiſſe fertur Tatianus, qui diſcipulus Iuſtini martyris fuiſſe perhibetur: Sed tantiſpèr dum cum illo erat, nihil rerum huiuſmodi protulit. Poſtquàm verò ille martyrio eſt defunctus, tumore diſciplinæ inflatus, tanquàm alijs ſcientia ſuperior, peculiarem cœpit promulgare doctrinam: itidem vt Valentinus, ſecula inuiſibilia producens: & eadem quæ Saturninus & Marciõ de nuptijs, corruptione, & fornicatione, nugando effutiens: à ſeipſo quoque cauſam nouam ſalutis Adæ eſt commentus. Cuius ſucceſſor Seuerus, hæreſim illius magis etiàm adaugens, cauſam arripuit, cur ſectatoribus illius ad ſe pertractis, à ſuo ipſe nomine Seuerianos eos vocaret Legem quidem, prophetas, & ipſa Euangelia ij quoquè recipiunt: proprijs quibuſdam interpretationibus, prout eis eſt viſum, ſacras ſcripturas accommodantes, Apoſtolum autem Paulum maledictis & conuicijs proſcindentes, epiſtolarum eius librum, & item Apoſtolorum acta prorsùs reijciunt.

Tatianus Encratitarũ hæreſis author.

Exẽplũ ſciẽtia inflatis.

Encratitæ poſteà à Seuero Seueriani dicti.

Rurſùs infrà cap. 11. idem Nicephorus: Muſani autem, inquit, pulcherrimus extat Dehortatorius liber ad quoſdam fratres ab eo compoſitus, qui præter rationẽ ad ſectam Encratitarum deflexerant: quæ eis quoquè temporibus exorta, nouam pernicioſamque hæreſim & opinionem in orbem intulit. Ducem eius & authorem fuiſſe, hiſtoria noſtra anteà Tatianum, Iuſtini martyris auditorem, propagatorem autem Seuerum, indicauit.

Muſani eccleſiaſtici doctoris ſcripta.

De Encratitis Irenæus quoquè ſcribit: A Saturnino & Marcione Encratitæ nominari, cœlibatum docuerunt, ſimul & primam Dei creationem reijcientes, & tacitè eum qui ad hominum propagationem maſculum & fœminam creaſſet, accuſantes. Iidem quoque abſtinendum eſſe ab eis quæ ipſi animata dicunt, inſtituerunt: malam referentes gratiam, quĩ cuncta creauit, Deo. Pernegant etiàm primi hominis ſalutem. Hactenùs Nicephorus.

Irenæus.

ENERGICI.

11.

ENergici ſunt noſtri temporis Sacramentariæ factionis: qui, authore Staphylo, docent non ipſum corpus, ſed virtutem corporis, eſſe in Cœna Domini. Ità Caluinus in diuerſis libris, & nupèr cõtra Ioachimum Vueſtphalum in ſua Admoni-

monitione vltima, & Philippus Melanchthon vt idem Caluinus teſtatur, & in Heidelbergẽſi iudicio licet perſpici. Hæc Staphylus.

ENTHVSIASTAE.

12.

ENthuſiaſtæ, qui & Euchitæ, ſiue Meſſaliani, vt diuus Cyprianus refert in ſuo opere de hæreſibus, Valentis Imperatoris, & Damaſi ſummi Romanorũ antiſtitis temporibus exorti ſunt, circiter annum Domini 350.

Enthuſiaſtorum hæreſes.

1. Hi porrò in primis dicebant, animas hominum ab angelis creatas eſſe, & factas ex igne & ſpiritu.

2. Tantam vim orationi tribuebant, vt illam ſufficere dicerent, ad omnia peccata delenda. Qua de cauſa ipſi etiàm baptiſmo derogabant, adſtruentes nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem inhabitantem effugare.

3. Sacramenti quoquè Euchariſtię non ſubſtantiam, ſed virtutem & efficaciam oppugnantes, aſſerebant: hunc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe quicquam, nec etiàm obeſſe.

4. Dicebant etiàm nullum manuum laborem eſſe monachis licitum, etiàm ſuſtentandæ vitæ cauſa, ſed orationi illis ſẽper inſiſtendum.

5. Quapropter aſſerebant eam orationem ſolam ſufficere ad vitam æternam conſequendam, etiàm ſi reliqua omnia deeſſent, & baptiſmus etiàm. De qua re vide plura in Adelphio & Maſſalianis.

Theodorit.

De his, Tripartitæ hiſtoriæ lib 7. cap. 11. ex hiſtoria eccleſiaſtica Theodoriti habetur in hæc verba: Ea tempeſtate qua Syrus quidam & genere & lingua, Audæus nomine, fuit dogmatum nouorum repertor, Meſſalianorum, quos εὐχίτας, id eſt, Orantes appellant, hæreſis eſt exorta. Vocantur alia appellatione ἐνθουσιασταὶ, id eſt, ſacrificatores, afflati, ſeu diuini. Hi enim cuiuſdam dæmonis operationem expectant, & hanc ſancti ſpiritûs præſentiam arbitrantur. Qui verò integro huius rei languore participantur, auerſantur operationem manuum velut malam, ſomnoque ſemetipſos tradunt, & ſomniorum ſuorum phantaſias, prophetias appellant. Huius hæreſeos fuerunt principes Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas, & Simeones, & alij, qui ab eccleſiaſtica quidem nequaquàm communione receſſerunt, dicentes nihilominùs diuinũ cibum nihil nec prodeſſe nec lædere, de quo Dominus Chriſtus dixit: Qui comedit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Cumq́; voluerint celare hunc languorem, etiàm cõuicti impudenter negant, & alios hæc ſapientes quæ ipſi animo retinent, prorsùs abdicãt. Nullam autem vtilitatem ex ſancto baptiſmate baptizatis accedere dicebant, ſed ſolam ſtudioſam orationem, inhabitantem dæmonem effugare. Inſupèr vnumquenque naſcentium à progenitore ſuo ſicuti naturam, ſic etiàm dæmonũ trahere famulatum. Et his expulſis per illam orationem ſtudioſam, ſanctum ſpiritum aduenire, & ſenſibiliter ac viſibiliter ſuam deſignare præſentiam, atque corpꝰ paſſionibus motûs cuiuſlibet eripere, & animam à mala voluntate penitùs liberare, ità vt nequaquam deincèps egeat, neq; ieiunio macerante corpus, neque doctrina refrenante, & progredi ordinatè edocente. Non ſolùm autem qui hoc impetrauerit, corporis, inquiunt, perpeſſionibus liberatur, ſed aperiè etiàm futura præuidet, & ſanctam Trinitatem oculis cernit.

Dæmonis operatio & ſancti ſpiritûs præſentia habita.

Huius hæreſis authores præcipui.

Ioan. 6.

Hæreſis negãtiũ gratiam in baptiſmo cõferri.

Leoius itaque præſul Melitinenſis eccleſiæ, diuino zelo decenter ornatus, videns quòd hic languor multa monaſteria, magis autem latronum (vt ità dixerim) ſpeluncas inuaderet, eas incendit, ſicq́; lupos ab ouibus ſegregauit. Similiter etiam Amphilochius famigeratus ille Lycaonenſis antiſtes, dum hac peſtis illic creſceret, eã valde repreſſit, & oues quæ tali contagione vexabantur, eripuit. Idem quoquè fecit Flauianus vbique laudabilis, præſul Antiochenus, audiens hos in Edeſſa degere, & venenum proprium vibibus vicinis adſpergere. De qua re ſuprà in Adelphio dictum eſt ſatìs: De his hæreticis vide plura in Meſſalianis, Dadoë, Sabba, Herma, & Simeone, locis ſuis.

Leoius, Amphilochius, Flauianus epiſcopi, huius hæreſis impugnatores.

Euchetæ.

Enthuſiaſtę

De his quoq; & hac noſtra ætate ſimilibus.

Euchitæ & Enthuſiaſtæ noſtri temporis.

libus, Lindanus in ſuo Dubitantio dialogo 12. ita ſcribit: Orantes, inquit, qui & Euchetæ, toti erant precibus dediti, quibus mala omnia putabant ſe poſſe auertere. Vndè & omnia media tollebant, vt ſoli DEO relicti, in ipſo, vt aiebant, toti conſiſterent, ſeque totos illi permitterent. Hi Enthuſiaſtæ ſiue Ecſtatici appellantur: q. tanquam verè fanatici ſuo afflati ſpiritu, faciem mutabant, geſtus habebant horribiles, ac more comitiali morbo laborantium, in terram prolapſi, diù iacebant tanquàm mortui: vnde & corpore horribiliter tremiſcebant. In ecſtaſin rapti, mira effutiebant ſomnia: ſeſe Zuinglium apud inferos vidiſſe, & e Patrem hæc aut illa infanda iuſſiſſe: Patrem dixiſſe, diem Domini inſtare: cuius tempus certum deſignabant. Vndè tanquàm furioſi curſitabant clamantes, Dies Domini, Dies Domini. Eò porrò inſaniæ quoſdam iſte homicida ſpiritus abripuit, vt vel nefaria fratris, adeoque infanda matris parricidia inſtigatis perſuaſerit ex patris Dei iuſſu fieri. Narrat Bullingerus lib. 2. anno 1526. februarij ſeptima, Thomam Schykerum ſuum vterinum fratrem Muleggi in conſpectu parentum ac plurimorum factioſorum in genua procumbentem capite truncáſſe. Hæc Lindanus.

Ecſtaticorũ geſtus horrendi, & ſomnia.

Nefanda fratrum & matrũ parricidia ab ijs ppetrata.

EPICVREI.

13.

EPicurei ab Epicuro, qui nomen illud voluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit, vt ab eo homines voluptuarij Epicurei dicerentur, ſunt appellati.

Quẽ beatũ exiſtimant Epicurei.

Hic authore Cicerone lib. 3. Tuſculanarum quæſtionum, eum ſolum eſſe beatũ contendebat, qui præſentibus voluptatibus frueretur, conſideretque ſe fruiturũ aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interueniente: aut ſi interueniret, ſi ſummus foret, futurum breuem: ſi productior, plus habiturum iucunditatis quàm mali. Hæc cogitantem fore beatũ, præſertim ſi antè perceptis bonis contentus eſſet, nec mortem nec deos extimeſceret. Hæc Cicero. Ea porrò ſecta ſectatores habuit infinitos, vtpotè quæ delicata ſit & amabilis: quum homines natura ſua illuc libentiſſimè concurrant, vbì audiunt laudari voluptatem, quærentes libidinibus ſuis patrocinium aliquod & velamentum. Aduersùs hunc & eius ſectatores non pauci philoſophi (vt teſtatur Nicephorus lib. 10. ca. 26.) qui non longè à cognitione Dei abfuêre, præſtantibus libris pugnârunt: vt qui nullos deos eſſe aſſereret, omniaque fortuitò & ſua ſponte exiſtere cenſeret, & mundum nulla prouidentia regi apertè doceret. Quem tandèm redarguendo, & eius ſuorumque ſequacium inſcitiam euertendo, illi confutârunt. Ex quo non exiguam vtilitatem nobis, qui veritatem rectæ pietatis ſequimur, attulerunt.

Epicureorũ ſecta longè lateq; pates

A philoſophis confutata.

Quales verò hac noſtra ætate ſint, qui hanc doctrinam ſequantur, vide latiùs ſuprà in Atheis.

ERACLITAE.

14.

ERaclitæ ab Eraclio quodam, authore Iſidoro, exorti ſunt, qui monachos tantùm recipiebant, reliquos abominabantur: coniugia reſpuebant, & regna cælorum paruulos conſequi non credebant. De quibus habetur diſtinctio. 24. quæſt. 3. cap. Quidam.

Eraclitarũ hæreſis.

ESSAEI. 15.

CVm iam ob tyrannidem & bella Antiochi, lacerari & diuelli cœpiſſet principatus & ſacerdotium apud Iudæos, & genitum reges qui eis dominabantur, pro ſuo arbitrio principes & ſacerdotes aut ſtatuerent aut deponerent, quibus quiduis potiùs, quàm religionis ſtudium curæ erat: fieri non potuit, quin ſectæ & variæ diſſenſiones in Iudaica religione exorirentur. Ità enim accidere neceſsè eſt, cùm vel caremus certo capite in religione, vel cùm capita Eccleſię negligunt pietatis ſtudia, & genitum prophanarum exemplo, externam potentiam tantùm quærunt.

Quo tẽpore ſectæ apud Iudæos exortæ.

Sectæ ergò apud eos exortæ, triplices fuêre, Phariſæi, Saducæi, & Eſſæi, quos Philaſtrius Eſſenos appellat libro de hęreſibus.

Sectæ triplices in Iudæa.

ſibus. De Phariſæis & Saducæis, dicetur infrà locis ſuis: nunc de Eſſæis agendum. Iſti igitur cùm conſiderarent & Phariſæos & Saducæos ſub honeſto prætextu titulorum ſuas cupiditates abundè ſectari, neque ferè quicquam facere quod dignũ eſſe poſſet eorum profeſſione, viſum ipſis eſt, factis vitæ ſeueritatem declarare, & dici ſe Eſſæos, hoc eſt, operarios, voluerunt, Aſſa enim, vndè Eſſæi dicuntur, operari ſignificat: quemadmodùm hiſce temporibus & Lutheranos & Orthodoxos damnant Anabaptiſtæ, & vtriſque ſanctiores ſtudent videri. Eſſæi enim per omnia ferè Anabaptiſticam vitam egérunt, abſtinuere à matrimôijs, & omnia inter ſe cõmunia voluérunt eſſe. Fuit omninò hæc ſtulta quædam & craſſiſſima ſuperſtitio, & quæ longo tempore durare nõ potuit. Ad eundem ferè modum & hodiè in tres partes diuulſa eſt eccleſia. Nam & ſecundus ille aduentus Chriſti in foribus eſt. Anabaptiſtæ Eſſæos referunt, & in vtraque altera parte Phariſæi quidam, quidam Saducæi ſunt. Etenim ea quæ apud Iudæos geſta ſunt, typum Chriſtianæ religionis ſignificabant. Exortæ hæ ſectæ ſunt primùm inter Iudęos ſub Iohanne Hyrcano Simonis filio, ante natum Chriſtum 125. anno.

Eſſæi operarij dicũtur.

Eccleſiæ ſtatus horum temporum.

Hos ſic ſcribit Philaſtrius: Eſſæni, inquit, ſunt qui monachorum vitam exercent, eſcas delicioſas non ſumentes, nec ſtudium in veſtimentis gerentes, nec poſſidentes aliquid: lectioni autem & bonis operibus inſiſtentes, in locis ſeparatis habitant. Chriſtum autem Dominum Dei filium non expectant, nec in lege aut prophetis eum Dominum agnoſcunt annunciatum, ſed vt prophetam, aut iuſtum hominẽ ſolùm credentes præſtolantur. Hæc ille. De his vide plura apud Ioſephum lib. de antiquitatibus Iudæorum, & apud Egeſippum.

Philaſtrius de Eſſæis, quos vocat Eſſænos.

EVANGELICI.

16.

Evangelici (authore Lindano Dubitantij ſui dialogo 2) ſunt qui Euangelij iſtius noui, quod iactita[illegible] do-ctrinam per Lutherum aliósq[illegible] aduenerãt ſectantur. Nam (inquit) cùm captiuitatẽ quandam Babylonicam draco ille Apocalypticus, nunc Dei permiſſu ſolutus, per Lutherum, alioſq; euangelicos iſtos (ſi inferis placet) populo Dei moliretur inducere, varias paulatim inuexit, prætextu Euangelij ſectas per quoſdam improbos, q̃ rẽ iſtam reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam ac Romano Imperio exitialem, ſuo procurarent ſtudio.

Euangelici qui dicãtur

Nam (vt teſtatur Hoſius lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis) ante quadraginta hos annos, is fuit orbis vniuerſi ſtatus, quàm latè patet in eo nomen Chriſtianũ, vt rectè de illo dici potuerit, quod in Geneſi ſcriptum legimus: Erat terra labij vnius & ſermonum eorundem: quodque ſcribitur in Actis Apoſtolorum de ijs, qui primi in Chriſtum credere cœperũt: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Sicut vnus Deus ab omnibus colebatur, ità fides vna retinebatur. Vna fuit & eadem adminiſtrandorum ſacramentorum ratio: vnus & idem propè cæremoniarum vbique ritus. Idipſum dicebant, idipſum ſentiebant, idem ſapiebant omnes: vt facilè ciuitatem illam agnoſceres, cuius participatio in idipſum. Quamobrem cùm vna & eadem eſſent omnes mente præditi, nomine quoquè non niſi vno & eodem cenſeri volebant. Non vocabantur alij Gnoſtici, alij Apoſtolici, alij Euangelici, alij Papiſtæ, non alijs quibuſcunque nominibus cenſebantur: ſed à Chriſto, quem vnanimiter profitebantur omnes, in quo ſibi ſolo fas eſſe gloriari perſuaſum habebant, Chriſtiani cuncti nominabantur: quo nomine nullum ſibi dari poſſe nomen glorioſius exiſtimabãt. Homines enim erant recti & ſimplices, ac timentes Deum: qui non in contentione ſermonis, ſed in ſimplicitate fidei regnum Dei eſſe crederent, nec aliud ſcirẽt Euangelium, niſì quod à Chriſti ſpiritu profectum, de Chriſto per Chriſti diſcipulos ſcriptum eſſet. Sed cùm ſibi conſcius eſſet Lutherus, à quouis alio potius, quàm à Chriſto ſuum Euangelium eſſe profectum, (ſi modò tam impiam doctrinam, tam præclaro nomine appellare fas eſt) noluit ſectatores ſuos vocar. Chriſtianos, quod nomen (vt iam diximus) commune

Orbis Chriſtiani ante 40 annos in religione conſenſus.

Gen. 11.

Act. 4.

Act. 4.

Rom 15. 2 Cor. 13. Pſal. 121.

Lutheri ſectatores dicti Euangelici.

fuit omnium, qui ante quadraginta hos annos, quibus Lutheri dogmata in vulgꝰ ſpargi cœperunt, Chriſtum profeſſi fuerant: ſed vocauit eos Euangelicos, vt vel ipſa hac appellatione, ſe ſuosq́ue à Chriſto & à corpore eius, vna, ſancta, catholica, & apoſtolica eccleſia ſegregatos, neque ſibi commune quicquam eſſe cum Chriſto, declararet. Atqui hoc illud eſt, quod adeò magnificè ab ijs Euangelicis prædicatur, Dei verbum & Euangelium, non quidem illud à Chriſto, ſed ab authore ſatana profectum, ſicut ipſe fatetur, qui primus id in lucem edidit Lutherus. Nam eo libro quem inſcripſit de Miſſa angulari, à ſatana ſibi gloriatur argumenta eſſe ſuppeditata, quibus & ſacerdotium & ſacrificiū euerteret. Quibus euerſis, quid aliud quā Deus ipſe ſublatus è medio, vel ſaltem in ordinē coactus eſſe videtur? Nam vbi nullum eſt ſacerdotium, nullum ſacrificium, ibi conſequens eſt, nullum etiàm Deum agnoſci. Hæc Hoſius.

Hæretici noſtri tēporis falsò ſibi Euangelicorū nomē vſurpāt ac vendicant.

Sed quàm iniuſtè & perperàm hoc ſibi nomen attribuant iſti, his verbis manifeſtat doctus ille & pius Lindanus in ſuo Dubitantio, dialogo 3. Iſtud quidem, inquit, in ſpeciem obtinent, ſed non verum neq; ſalutare, quia non integrum aut incorruptum: tum verò maximè, quòd vnā illam Chriſti familiam reliquerint, extra quam ſalus nulli conſtare queat.

Quod Chriſtianorū eſt ꝓpriū, Euāgelici oēs abolerē, Miſſæ videlicet ſacrificium.

Quod itaque Chriſtianæ religionis eſt proprium, omnes iſti Euangelici, ſuo Antichriſto præcurſores, iamdudùm abolere cœperunt, quod ille ſummo niſu tollere connitetur. Nam homo ille peccati ad omnem abominationem perpetrandā factus, propriè illud ſemèl abolere ſtudebit, quod Chriſti Domini eſt proprium. Hoc autem eſt ſacroſanctum illud, venerandum, atque vel angelis tremedum ſacrificium, à Chriſto Domino Chriſtianæ ſuæ eccleſiæ in perpetuum incomparabilis in ipſam charitatis relictum mnemoſynon. Quod igitur Antichriſtus effero rabidoq; peſſundare, abolere, perdere annitetur ſtudio, idipſum nunc (ò tempora, ô mores, ô pectora cæca) Euangelici iſti, ſi inferis placet, Euangelij prætextu iampridèm templis non paucis ſanè neque obſcuris, eiecerunt, exibilàrunt, conculcàrunt, abo leuerunt. Vbi verò mecum tacitus reputo atroeiſſimas has plagas, quas Deus optimus maximus in Germaniam Galliamque, poſt abominanda iſthæc impuriſſimi Lutheri & aliorum pſeudoapoſtolorum, fideiq́ue apoſtatarum ac proditorū contagia effudit, quibus ad reſipiſcētiam nos redinuitat benigniſſimus pater ille cæleſtis: non aliud per Lutherum re vera effectum videre mihi videor, quàm captiuitatem verè Babylonicam, immò Turcicam, eſſe pijs inductam. Si animo lachrymabilem ſanè Chriſtiani populi faciem contempleris per Germanias & Gallias, potiſſimùm verò per Scotiam & Angliā: eccquid obſecro à Turcis impendeat atrocius, funeſtius, exitialius, quàm per iſtos noui Euangelij propolas paſsim nunc videmus deſignatum? Quid enim non contra ſacratas Deo virgines, cōtra Dei ſacerdotes, cōtra ſacra deniquè omnia, ipſumque adeò contra ſanctum Chriſti Domini corpus ſunt commoliti Euangelici? Quos in Gallia liquet ſacra ignibus abſumpſiſſe, immò in cineres ſanctorum ſæuiſſe: ſanctam Euchariſtiam canibus obieciſſe, pedibus conculcâſſe, in cloacas ꝓiecisse, atque nè quod deeſſet ludibrij genus, de arbore ſuſpenſa bombardis ac ſclopettis quaſi ſcopum petijſſe. In Scotia monaſteria vnà cum ſacris omnibus funditùs euertiſſe.

Turcicæ captiuitatis facies ꝑ Euangelicos Germanijs & Gallijs inducta.

Euangelici atrociꝰ ſęuiūt in Sacra, q̄ Turcę.

Quòd ſi Geneuam cogites, planè vides in Dei templum illam à Daniele prædictam abominationem deſolationis, loco Chriſtianæ religionis inuectam. Nullū enim illic vel Chriſtianiſmi appáret veſtigiolum. Nulla enim imago, nulla Chriſti crux, nullum altare, nullum Chriſti ſacrificium. Lutherani enim aliquam ſaltem religionis veteris obtinent ſpeciem, vtì quòd recitant Kyrie eleiſon, Sanctus, & Agnus Dei, noſtroque ritu veſtiti, Miſſam quandam peragunt. Verùm in hoc conueniunt Euangelici, quòd illud ſuis è templis eiecère, quod Chriſtianum eſt proprium.

Abominatiōnē deſolatiōis videre eſt in tēplo Geneuæ.

Ad hæc vtì templa ſunt apud eos ſine aris & Chriſti ſacrificio nouæ legis proprio, à Deo per prophetas promiſſo ac diui-

Templa ſine aris, forū ſine iuſtitia

apud Euangelicos. diuinitùs inſtituto, ac proindè ſine vero Dei cultu: ità eorum Reſpublica eſt ſine iuſtitia. Non iam de iudicijs eccleſiaſticis laboro, quæ vnà cum cenſuris omnibus pro ludibrio ducunt: ſed de ciuili iudicio ſiue Camera Imperij. Hanc enim ità vexàrunt, vaſtàrunt, & afflixerunt Euangelici, veteres leges abrogando, nouas præſcribendo, & cauſas ſpoliorum & ſacrilegiorum ſuſpendendo, vt omnis iuſtitia (teſte clariſſ. D. Bruno) in exilium videatur eſſe propulſa, eiusq; veſtigium in Imperio vix appareat vllum. Na ferro geritur res. Quid quòd per Gallias Regem ſuo in regno oppugnare, prouincias occupare, tributa eripere, oppida ſuis coniuratis, licèt regni hoſtibus, tradere vidimus? An non & tribunalia etiàm Pariſijs iuſtitium agere coacta? An non menſium plurimorum feriæ propter ſanguinarias Caluiniſtarum ſeditiones indictæ? Talia cùm per Germanias Galliáſve non paucis locis ex Lutheri, Caluini, Bezæ, aliorumque Euangelicorum doctrina fiant, an non viuam quandam captiuitatis Turcicæ imaginē tibi plurimis videre videris impoſitam? An aliud agant hoſtes illi Chriſtiano nomini infeſtiſſimi, rerum aliquandò (qđ Deus optimus ſemper auertat propitius) potiti, quàm quod per iſtos Euangelij hoſtes Euangelicos, fauſtiſſimo vident inchoatum præludio? Chriſti crucem Conſtantinopoli anno 1453. ludibrijs indandis vexabant Turcæ. Euangelici noſtri templis eiectam, alicubi ceu captiuam recludunt, alij proculcant, lacerant, illudunt: Angli quoquè & Normanni in Gallia exurunt. An non Chriſto Domino de cruce pendenti vtrinque ex brachio vnum ſuſpenderunt ſacerdotem Caluiniſtæ? Sacratas Deo virgines Turcæ quidem violant quàm poſſunt plurimas: & Euangelici ſi eas ad ſuas partes pertrahere nequeunt, affligunt pluſquàm captiuas, ità vt cœnobia per Sueuiam videre ſit in carceres immaniſſimos eſſe commutata, vbi nec ſalutator, nec conſolator admittitur vllus, niſi aliena fallat ſpecie. Quòd ſi ſuam ad perfidiam pelliciunt, aut tandem pertrahunt, perpetuò inceſtandas, Chriſto deuotas neſario polluunt adulterio, quod Euangelicum dicunt matrimonium. Hactenùs Lindanus.

Turcicæ captiuitatis p Euāgelicos inductę hypotyposis.

In Chriſti & diuorū imagines atrocius ſæuiūt Euāgelici, q̄ Mahometiſtæ.

In ſacras Deo virgines immaniùs ſæuiunt Euāgelici, q̄ Turcæ.

De his item ex Eraſmo Roterodamo ſcribit Hoſius lib. 2. de Legitimis iudicibus rerum eccleſiaſticarum in hunc modum: Sed audi, inquit, quid ſcribat de vobis, qui Euangelici dicimini, qui ver ſatus fuit multis annis inter vos, nec valdè nonnullis viſus eſt alienus à doctrina veſtra, ità vt quaſi vulgò diceretur illud: Aut Eraſmus Lutherizat, aut Lutherus Eraſmizat: Audi quid ille vir ſingulari præditus ingenio, neque vulgari doctrina, de vobis dixerit Eraſmus Roterodamus: Vos, inquit, ſtrenuè clamatis in luxum ſacerdotum, in ambitionem epiſcoporum, in tyrannidem Romani pontificis, in garrulitatem ſophiſtarum, in preces, ieiunia, & Miſſas: nec iſta purgari vultis, ſed tolli: nec omninò quicquam in receptis placet, ſed zizaniam euellitis cū tritico: aut, vt meliùs dicam, triticum euellitis pro zizania. At quid interìm nobis profertis melius & Euangelio dignius vt ab aſſuetis recedamus? Circunſpice populum iſtum Euangelicum, & obſerua, num minùs illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quàm faciunt hi quos deteſtamini? Profer mihi, quem iſtud Euangelium ex comeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt ſeipſis deteriores.

De Euangelicorū ſecta Eraſmi teſtimoniū, epiſtola in Pſeudo euangelicos.

Seipſis deteriores fiunt Euangelici ex ſui noui euāgelij cōſequutiōe.

Et poſt pauca: Nunquàm eorum eccleſias ſum ingreſſus, ſed aliquandò vidi redeuntes à concione, velutì à malo ſpiritu afflatos, vultibus omnium iracundiam ac ferociam miram præ ſe ferentibus Sic, opinor, diſcedunt milites à concione ducis ad prælium exhortati. Quis vnquàm vidit in eorum concionibus quēquam fundentem lachrymas, tundētem pectus, aut ingemiſcentem?

Quomodò redeāt à cōcione.

Et iterùm nonnullis interiectis: Circunſpice mihi ſodalitatem iſtam Euangelicam, quot habet adulteros, quot temulentos, quot aleatores, quot decoctores, quot alijs vitijs in ſames? Et hos

Euāgelicæ ſodalitatis mores.

habent

habent etiàm in delicijs, tantum abeſt vt vitent. Apoſtoli quò magis vacarent Euãgelio, aut abſtinebant ab vxoribus, quas ducere licebat, aut legitimè ductas vertebant in ſorores. Nunc floret Euãgelium: quot ſacerdotes & monachi contra certè leges humanas, contra profeſſionem ſuam ducunt vxores? Condonetur hoc. Circunſpice, num caſtiora ſint eorum cõiugia, quàm aliorum, quos ducunt pro ethnicis.

Aliud Eraſmi teſtimonium.

Agnoſcis, opinor, quas fabellas tibi poſſim referre, ſi libéret. Profert autem in epiſtola, quam ſcripſit ad fratres inferioris Germaniæ: Efferunt, inquit, honorabile coniugium & torum immaculatum. Sed inuéni nonnullos Euangelicos (non in genere loquutus ſum) nihilo caſtiùs colere coniugium, quàm Catholicos. Iubet me proferre fabulas, quid attinet cùm vulgò narrentur? Negat eſſe notiſſima, cùm falſa ſint, & tamen fatetur de duobus. Ego noui monachum, qui pro vna duxerit tres. Noui ſacrificum, virum alioqui probum, qui duxit vxorem quã pòſt cõperit alteri nupſiſſe. Similia permulta de monachorum & monacharum coniugijs referuntur, qui duas repudiârunt eodem iure quo duxerant. Iam an inter Euangelicos minùs indulgeatur libidini, an minùs fit adulteriorum? Quid Argentorati fiat, neſcio. Quid alibì compertum ſit, mecum nouit populus. Iam vt donemus, iſtis Euangelij præconibus eſſe fas vxores ducere, quis non admiretur, ouiculas mactationi deſtinatas, nihil in hoc mundo quærentes præter Chriſti gloriam, tot curis diſtrictos, tot afflictionibus obnoxios, (quibus accedit & paupertas, onus cùm miſerum, tum graue) non poſſe viuere ſine vxoribus? quas tam multi ob leuiores cauſas aut non ducunt, aut ductas nollent? At iſtis omnis tragœdia exit in cataſtrophen comicam. Vbi contigit vxor, occinitur, Valete & plaudite. Quæ (malùm) eſt iſta tanta ſalacitas, quam tot mala non poſſunt excutere? Vndè tanta carnis rebellio in ijs, qui ſe iactant agi Spiritu Chriſti?

Euãgelicorũ quale cõiugium.

Ironia.

Obſeruandum.

Et in eadem epiſtola: Sacerdotem, inquit, Baſileæ virgis cæſum, mox vrbe eiectum non nomino. Quid refert quandò deſijt concionari? Iſtius erat ille profeſſionis. Is, vt publicus ferebat rumor, & in carcere, & extra portam cùm à carnifice dimitteretur, publicè teſtatus eſt, ſe, poſteaquàm ſe illi ſectæ addixerat, in omne flagitiorum genus proruiſſe. Quid de tota ſecta dixerit, non referam.

Euãgelici ſacerdotis virgis publicè

Ceſſi de ſua ſecta teſtimonium.

Et iterùm in epiſtola in pſeudoeuangelicos: Dices, Nihil tam fuit vnquàm felix in rebus humanis, quin malorum admixtu vitiaretur. Ad bonos verte oculos. Fieri poteſt vt mea ſit hæc infelicitas. Mihi adhuc neminem contigit nôſſe, qui nõ videatur ſeipſo factus deterior. Et iterũ: Euangelica pietas à minimis initijs paulatìm creuit in maius & melius, & optimus quiſque ſe illi iungebat: hanc doctrinam ferè leuiſſimus quiſque amplectitur. Et in alio quodam libro: Adeò per hoc ꝙ vos vocatis Euangelium, non corrigi ſciri bit homines, vt potiùs videantur deteriores, nec fieri vt peccare deſinãt, ſed vt peccent impunitiùs. Sic ille feneſtram ad omnem nequitiam aperuiſſe veſtrum Euangeliũ iudicauit. Hactenùs Hoſius ex Eraſmo Roterodamo. De his vide plura in Lutheranis, Iudæorum hæreſibus, & Mahometanis.

Idẽ in hyperaſpiſte ſecundo.

EVCHITAE.

17.

EVchitæ ſunt ij, quos prius Enthuſiaſtas diximus appellari, qui & Maſſaliani nuncupantur. Qui quod precibus erant toti dediti, quibus mala omnia putabant ſe poſſe auertere, Orantes interpretantur. Vndè & omnia media tollebant, vt ſoli Deo relicti, in ipſo, vt aiebant, toti conſiſterent, ſeq; totos illi permitterent. De his vide ſuprà in Enthuſiaſtis, & infrà in Maſſalianis.

Euchitæ, id eſt, Orãtes.

EVDOXIVS GERMANICIENSIS EPISCOPUS.

nicienſis epiſcopus.

18.

EVdoxius, prauæ prorsùs contra nomen ſuum opinionis, Germaniciæ vrbis Syriæ primùm epiſcopus fuit, deindè

indè Antiochiæ, & indè poſteà Conſtantinopolim eſt translatus. Fuit autem primò Aëtianæ, & exindè Arrianæ ſectæ, Valentis principis (qui & ab eodem Eudoxio Arrianorum Epiſcopo baptizatus eſt, cùm idem Imperator Orienti præeſſet.) & Damaſi ſummi Romanorum pontificis ætate, circa annum Domini 370. Quomodò verò cùm Aetianam hæreſim ſequeretur, arte aulica ſub Conſtantio Imperatore epiſcopatum Antiochenum inuaſerit, refert Nicephorus lib. 9. cap. 36. in hæc verba:

Eudoxius Germanicienſis epiſcop. arte aulica epiſcopatũ Antiochenũ inuadit.

Quum Imperator, inquit, adhuc in Occidente eſſet, nuncij venêre, Leontium Antiochenum epiſcopum diem ſuum obijſſe. Et Eudoxius Germaniciæ antiſtes, qui in Imperatoris comitatu erat, per cubicularios eunuchos vacantem eam ſedem ambit & vendicat. Aſſimulans enim locum cum conſolatione & cuſtodia indigere, vt ſibi in Syriam ire liceret, ab Imperatore petijt. Quod vbì ei eſt permiſſum, ingenti celeritate eò venit: ac throno recepto, repentè perindè atquè ex ſeipſo ortus, epiſcopus Antiochiæ extitit, re cum celebrioribus Syriæ epiſcopis, vtpotè cum Marco Arethuſio, Georgio Laodicenſi, qui eandem ſententiam, nimirùm catholicam, ſequebantur, atque alijs ad quos more quodam patrio electio pertinebat, non communicata. Dictum etiàm eſt, de voluntate Imperatoris, & eorum qui in aula rerum potiebantur, id factum eſſe: qui vnà cum Eudoxio, Aëtij ſententiam ſequebantur, inæqualem patri filium eſſe docentis. Poſtquàm vero Antiochiam ità obtinuit, ampliorem que adeptus eſt poteſtatem, propalàm iam Aetij opinionem propugnabat, & adiuuare illum maximè conabatur. Et contendebat ille quidem epiſcoporum cogere concilium, atque illi diaconatûs honorem reſtituere: ſed id efficere minimè potuit, quòd apud omnes Eudoxij dignitas & ſtudium poſt Aetij odium eſſet. Congregauit tamen tum conſentientium ei epiſcoporum conuentum Antiochiæ: in quibus erant Acacius Cæſareæ Paleſtinæ, Euſebij ſucceſſor, & Vranius Tyri epiſcopus: qui vnà cum æquiſubſtantiali & conſubſtantiale reijciebant, ſub obtentu Occidentalium epiſcoporum authoritatis, qui hoc ſic Sirmij ſtatuerant. Admirãdus nanque ille Hoſius Cordubenſis epiſcopus, atque vnà cum eo qui ibi conuenerant, quum propter contentionem, quã aduersùs Vrſicium, Valentem, & Germinium vſi fuerant, vim multam ab eis & eorum ſequacibus Sirmienſi ſynodo paſſi fuiſſent, vt neque conſubſtantialis neque æquiſubſtantialis filius diceretur cõceſſerant, tanquàm ea verba tam expreſſè in diuis ſcriptis non apparérent: prætereaque ſupra humanæ mentis captum eſſet, de eſſentia Dei ſubtiliter nimiùm & anxiè inquirere. Et quòd eis tum viſum eſſet cœptis ſuis Hoſij literas multùm allaturas eſſe momenti, epiſtolam tum Hoſij aliorumque occidentalium nomine, Sirmio ad Orientales dederant, ingentes Vrſicio, Valenti, & Germinio agentes gratias: & quòd Occidentales rectè tandèm ſentirent, eius beneficij cauſam illis aſſeribentes.

Eudoxij popularium ſectæ ſuæ conciliabulum Antiochiæ cogit.

Aetij & Eudoxij hæreſis.

Hoſius Cordubenſis epiſcopus.

Artiani Hoſij & aliorũ catholicorũ nomine ementitas literas Sirmio ad Orientales mittunt.

Sed enim Eudoxio res ità nouante, multi Antiochia qui rectum dogma defendebant, & ei aduerſabantur, ab illo pulſi, Georgium Laodicenſem adiere, eique quæ Antiochiæ agerentur expoſuêre. Atque ab eo literis acceptis, Ancyram Galatiæ ſunt profecti. Baſilius enim qui ibi poſt Marcellum epiſcopatum gerebat, plures ex vicinis epiſcopis ad ſe, dedicandæ q̃ recèns conſtruxerat, eccleſiæ gratia, conuocauerat. Ibi illi per querelam re omni expoſita, literas reddidêre, hiſce verbis cõſcriptas.

Pro orthodoxis Georgius Laodicẽſis ad conuentum epiſcoporũ Ancyrã ſcribit.

Reuerendiſſimis dominis Macedonio, Baſilio, Cecropio, Eugenio Georgius in Domino ſalutem: Aetij naufragium penè omnem occupauit Antiochiam. Quos enim vos ignominia notâſtis execrandi Arrij diſcipulos, eos omnes Eudoxius receptos, in clericorum ordinem cooptat, & Aetium hæreticum maximo honore proſequitur. Subuenite igitur tantæ vrbi, nè in illius naufragium orbis totus pertrahatur. Et concilio eorum coacto, quicunque adeſſe poſſunt, ab reliquis ſubſcriptione decretorum veſtrorum accepta, poſtulate, vt quum Aetium Eudoxius ex Antiochia eijciat, tum ſectatores eius ex ſacro clericorum albo tollat. Aut certè ſi per-

Sacrũ clericorũ album

perrexerit cum Aëtio inæqualem dicere Dei filium, atq; eos qui hoc dicere audēt, illis qui id non faciunt, honore præferre, ſicuti modò dixi, Antiochia vobis periērit. Hæc Georgius.

Legatio ab eo cōuentu ad Imperatorem ea de re mittitur.

At qui Aneyræ congregati erant, quū compertum haberent, eò quòd ſibi ipſe Antiochenæ ſedis dignitatem arrogâſſet, Eudoxium res nouas inceptare, Imperatori ſtatim rem eam ſignificârunt, eundemq; obſecrârunt, vt ope ſua interpoſita videret, nè ea quæ Sardicæ, Sirmij, & in alijs conuentibus conſtituta eſſent, conuellerentur: in quibus omnib. filium patri ſubſtantia æqualem eſſe decretum ſit. Legationem etiam ad Imperatorem miſere, ipſum Baſilicum Ancyranum, Euſtathiū Sebaſtienſem, Eleuſium Cyzicenum, & Leontium ex imperialibus cubicularijs presbyterum. Hi vbi ad Conſtantium venēre, presbyterum quendam Antiochenum Aſphalium nomine, qui Aetij ſtudioſus maximè, quæſcunq; voluiſſet res ex ſententia confecerat, comperierunt iam iam eum literis Imperatorijs abiturum eſſe. Imperator autē Ancyranorum oratorum poſtulatis cognitis, epiſtolam quā Aſphalius profectuius ſecum laturus fuerat, retractauit, alioq; ſcripto Eudoxium condemnauit. Cuius ſcripti verba hic annectere, pro temporum noſtrorum (quorum illa prætulerunt imaginem) calamitate apertiùs patefacienda, eaque optimi principis noſtri conſilio, & authoritate aliquandò coërcenda, non incongruum fuerit. Ea ſunt huiuſmodi.

Arriani cū iā res ſuas in aula cōfeciſſent, à Conſtātio retractantur.

Victor Conſtantius, Maximus Auguſtus, ſanctæ eccleſiæ Antiochenæ: Eudoxius non à nobis ad vos miſſus venit: ne quis hoc putet. Longè alia nobis mens eſt, quàm vt eiuſmodi hominibus faueamus. Quòd ſi quum alia, tum hoc ſic aſtuiè mētiuntur, ſatis manifeſti ſunt, erga Deum eos arrogantes & verſutos eſſe. A quibus enim rebus illi ſe l benter abſtineant, qui potentiam aucupantes, vrbes ingreſſi, ex vna in aliam tranſiliunt: & perindè atq; coloni quidam ſolum ſubindè mutantes, angulos omnes rerum ampliorum cupiditate curioſè perſcrutantur, circulatores meri & fraudatores, quos ne nominare quidem fas ſit? Officinæ prauæ & impiæ

Cōſtātij ad Antiochenos literæ cōtra Eudoxium.

Deſcribūtur ambitioſi, & rerū nouarum ſtudioſi epiſcopi.

protsùs factionem eos eſſe, vos quoq; intelligitis. Et ſatis ex verbis ſuis authorē ipſum, ſectatoresq; hæreſis huius cognoſcitis. Quorum hoc vnum eſt ſtudium, vt populum deprauent. At verſuti iſti, & ad omnem audaciam prompti, temerè iam apud quoſdam vulgare non dubitârunt, nos electione quam ſibi ipſis ſubornârūt, lætari. Quæ quidē ab eis ità dicuntur, qui talia in vulgus efferre conſueuerunt, prorsùs verò facta non ſunt. Atq; ipſi mihi in animum reuocate doctrinam illam primam, quum de fidei ſententia deliberantes inquiſiuimus, in qua Saluator noſter & filius Dei ſubſtantia patri æqualis declaratus eſt. Verùm boni iſti viri, qui facilè quæcunq; eis in mentem venēre, de Deo dicunt, eò proceſſēre impietatis, vt etiàm alia quædam quàm res ferat, arbitrentur, aliosq; ea docere contendant. Atq; ea in capita ipſorum redundatura eſſe, valdè perſuaſum habemus. Sed nunc ſatis erit, à Synodis eos & conuentibus arcere. Nam ferè eò productus ſcribendo fueram, vt in præſentia dicerem, quæ illi breui paſſuri ſunt, niſi à rabie iſta diſceſſerint. Iſti verò (quid enim non infetant mali?) improbiſſimos quoſque, perindè atquè mandatum haberent, aggregantes: hos inquam hæreſium anteſignanos in cleri album referunt, ordinem venerandum tam turpiter dehoneſtantes, non aliter atquè eis cōceſſum ſit agere & ferre omnia. Enimuerò quis mortalium omnium iſtos perferat, qui vrbes quidem impietate implent, exilium autem piaculis obtegunt? Vnum illud ſtudio habentes, vt omnibus bonis perpetuò ſint infeſti. Faceſſat importuna factio, & ſanctis in ſide re thronis deſinat. Nunc tempus eſt, vt veritatis alumni in lucem prodeant, quique medij tales hominum mores fugiētes dudùm metu ſeſe continuēre. Iſtorum nanq; ſapienter inſtituta conſilia, in medium producta iam appârent. Sed nihil non quod aggreſſus fuerit perficiet, qui hoſce ab impietate eximet. Bonorum virorum fuerit, maiorum fide viuere, eamq; vnam, vt dictum eſt, aſſerere, neque vlteriùs quicquā anxiè nimìs & curioſè inueſtigate. Quin & illos admonuerim, vt aliquandò tandèm ex barathro prorumpentes, animis

Bonorum virorū eſt maiorum fide viuere.

mutatis, ad ſententiam iſtam accedant, quam diuina præditi ſapientia de Deo ritè atq; ordinè epiſcopi tulêre. Tantum ſcilicet paruo momento periculum fuit, vt inęqualitatem aſſerentium opinio obtineret, niſi Imperator ipſe epiſcoporum opera & diligentia interceſſiſſet. Hæc Nicephorus.

Eudoxius quomodò in epiſcopatum Conſtantinopolitanum irrepſit.

Quomodò verò Eudoxius Conſtantinopolitanum epiſcopatum, Antiochenſi relicto, fuerit poſteà adeptus, vel potiùs in illum irrepſerit, idem refert Nicephorus lib. 9. cap. 45. in hunc modum: Verùm enimuerò, inquit, Acacius & Eudoxius cum factionis ſuæ popularibus quæ volebant, conficiebant, beneuolentia principis ſibi per aulæ purpuratos conciliata. Erant enim in Synodo Conſtantinopolitana tum coacta, in qua hæc agebantur, nonnulli eiuſdem cum eis ſententiæ: quidam ſacris eccleſiæ donis corrupti, alij illecebris Acacij blanditiarum deliniti. Hi ergò ſtudio quoquè habuêre, quum illic eſſent, aduerſæ partis epiſcopis dignitatem adimere: non religionis quidem, ſed aliarum rerum cauſa. Communiter quidem, quòd eccleſias perturbâſſent, & ſanctiones earum commiſiſſent: ſeorsìm autem vnicuique alij alia crimina intendebant. Atq; illi de fidei profeſſione inter ſe diſſentientes, in ſententijs exauthorationis, fidei crimen non inſerebant. Et primùm Aëtium diaconatu priuant, non tamen ex animi ſententia, ſed vt opinionem multorum abolerent, quòd ferè omnibus eadem quæ ille, ſentire viderentur. Deindè Macedonium Conſtantinopolitanum epiſcopum exauthorârunt, pòſt Eleuſium Cyzicenum, Baſilium Ancyranum, Euſtathium Sebaſtienſem, Eortaſium Sardianum, Dracontium Pergamenum, & alios quamplurimos, quos illic videre licet.

Cap. 46.

Iniquum iudicium.

Cùm itaq; Macedonius Conſtantinopolitano epiſcopatu priuatus eſſet, Acacius & ſectatores eius, Eudoxium in poſſeſſionem vacuam eiuſdem eccleſiæ deduxerunt, longè ab eis quæ paulò antè iudicauerant, diuerſa ſtatuentes. Qui enim non ità pridèm Dracontio epiſcopatum, quòd ex Galatia Pergamum trãſiſſet, ademerant, non animaduerterunt, ſe, dum Eudoxium non in vnam, ſed iam in alterã eccleſiam transferrent, contraria ſibi ipſis decernere & facere. Porrò quum is eccleſiam recepit, tum in magna eccleſia quæ Σοφία, hoc eſt, Sapientia dicitur, Encænia celebrauit, quintodecimo Februarij mẽſis die. Hic ille in throno ſuo conſidens, primùm diuulgatam illam in eccleſia edidit vocẽ: Pater, inquiens, ἀσεβὴς, hoc eſt, ſi ſimpliciter accipiatur, impius: aliter, non colens Filius autem εὐσεβὴς, hoc eſt, verè pius & rectè colens. Et tumultu ad talia verba, ſicutì par erat, à populo & ſeditione mota, nè turbam cierent, hortatus eſt. Pater enim, inquit, neminem colit, & ſic ἀσεβὴς eſt: filius verò εὐσεβὴς, meritò enim & rectè patrem colit. His dictis, tumultus ſopitus eſt, & magnus ſubſequutus riſus. Atque hodiè quoq; dictum id ridiculum habetur.

Inepta & impia Eudoxij Conſtantinopolitani epiſcopi vox in ingreſſu eccleſiæ primo, acumen & ſalem affectantis.

Eudoxius & Acacius Nicenũ ſymbolum abolere contendũt.

Talibus impij illi rebus occupati, & cauillationibus eiuſmodi vſi, eccleſiam ad abſurdas opiniones diſtraxerunt. Omnique prorsùs cura & ſtudio & ipſe Eudoxius, & Acacius ſummoperè in hoc incubuêre, vt in obliuionem Nicena decreta adducerent. Proindè Ariminenſem formulam cum appẽdice ſua ad loca omnia miſerunt: & qui eam non reciperent exilio eos perpetuo mulctârunt. Quod ſanè quum facilè rem præter rationem ſuſceptam, perfecturum eſſe videretur, aliarũ calamitatum initium præbuit: & non modò eccleſijs, ſed & vrbibus omnibus magnum conciuit motum. Perſecutio namq; quæ nulla in re Græcorum tyrannidi & crudelitati cæderet, Romanum peruaſit Imperium. Quamuis enim, quantùm ad corporum ſupplicia pertinet, minor fuerit, probrum tamen ipſum, maiorẽ grauioremq; eam apud eos, qui rem rectè putârunt, fecit. Nam & qui perſequerentur, & qui perſequutionem exciperent, eiuſdem erant eccleſiæ & religionis. Tantò verò id malum propter fœditatem maius fuit, quantò turpiùs ciuibus quàm alijs infertur bellum: quum quidem id etiam erga exteros facere, epiſcopalis functionis prohiberẽt ſanctiones. Et res nouæ tum laudabantur, paulatimque incrementa ſua capiebant, atq; ad mutationem [illegible] ſpectabant. Eoque dem[illegible] pra[illegible]

Eam rẽ perſecutio grauis catholicorũ eſt ſubſequuta.

meritatis peruenerunt, vt homines veteres & patrias leges contemnerent, & nouas ſibi pro ſe quiſq; conderet. Atq; equidem eadem de Deo pleriq; cum turbulentis illis ſentire nolebant, ſed noua identidèm quædam dogmata comminiſcebantur, neq; ſe ab alijs ſuper alias nouis rebus inueniendis continere poterant. Talis tū fuit rerum ſtatus.

Eudoxij Cōſtātinopolitani mors. De Eudoxij autem morte ſic item ſcribit Nicephorus lib. 11. cap. 15. Imperator Valens Conſtantinopoli ſoluens, Antiochiam ad Orontem adire properauit. Et quum Nicomediam perueniſſet, ibì hac de cauſa reſtitit Eudoxius Arrianæ ſectæ epiſcopus ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris, Conſtātinopoli vita defunctus fuerat, conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, quum quidem clauum eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis vndecim rexiſſet. In cuius locum Arriani ſubrogârunt Demophilum quendam, de quo ſuprà diximus: profeſſores verò conſubſtantialis, commodum ſe tempus vt ſedem epiſcopalem recuperarent, nactos eſſe rati, Euagrium ſuæ factionis presbyterum epiſcopum deſignârūt. Hactenùs Niceph. De Eudoxio vide plura infrà in Gotthis, Vandalis, & Valente Imperatore.

EVNOMIANI.

19.

Evnomius, à quo Eunomiani hæretici, genere Cappadox, corpore quidē & anima leproſus, ſed artis dialecticæ callentiſſimus, diſcipulus Arrij fuit, & in omnibus inimicus veræ fidei, viguitq; tempore Conſtantij Imperatoris, & Liberij Romanorum pontificis, circa annum Domini 358.

Eunomij hæreſes. 1. Hic tametſi plures fateretur perſonas in diuina natura ſubſiſtentes, eas tamen dicebat eſſe inæquales, aut diuerſæ qualitatis ſubſtantias: vt auri, argenti, & æris. Patrem quidem feciſſe filium, eundemq; filium, qui ſit creatura, feciſſe Spiritum. Aiebat enim filium minorem eſſe patre, neque ideò eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum patre, ſed meram fore creaturam. Neque Spiritum filio eſſe ſimilem, eò quòd à filio factus eſſet. Magis quidē ille hac in re impietati paganæ, & iniquitati Iudaicæ conſentiens, quàm Chriſtianæ doctrinæ ac fidei catholicæ parére volens.

2. Dicebat item (authore diuo Auguſtino lib. de hæreſibus, cap. 54.) omnes qui fidem quam ille docebat, tenerent, fore ſaluos, quantumlibèt grauia peccata committerent, & in illis perſeuerâtent. Quæ vox impia quidem eſt, & totius nequitiæ fomentum, quam nihilominùs poſteà tutatus eſt Martinus Lutherus, vt poſteà dicetur.

De Eunomio Nicephorus lib. 11. cap. 11. ſuæ eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit in hunc modum: Sub idem tempus (nempè quo Valens Imperator iuſſit vt epiſcopi à Conſtantio relegati, & à Iulio reſtituti, denuò in exilium extruderentur) Eunomius ab Eudoxio ſeceſſit, & ſeorsìm ſuos ſibi conuentus egit, propter eà quòd quum ſæpius vt præceptor ipſius Aëtius in gratiam & communionem reciperetur, Eudoxium rogâſſet, id impetrare non potuerit. Non ideò autem Aetium auerſatus eſt Eudoxius, quòd hæreſim eius exoſam haberet, quam ſ. maximè deprædicabat: ſed vt populares eius, alterius illum ſectæ exiſtimarent. Atque hæc ipſa cauſa fuit, cur inter Eudoxium & Eunomium diſceſſio fieret. Eunomius ab Eudoxio ſecedit, & ſeceſſionis eius cauſa. Porrò Aetius vehemens & acer Atrianæ hæreſis aſſertor & propugnator fuit, arte ſophiſtica benè inſtructus. Eunomius diſcipulus Aetij. Eandem autem hæreſim magis etiàm diſcipulus eius Eunomius defendit, vir (quod Rufinus ait) & corpore & anima leproſus, atq; intrà & extrà morbo regio infectus, ipſe quoquè arte dialectica præpotens. Hæreſim eius quidam ab eius nomine appellant: alij τῶν ἀνομοίων, hoc eſt, Inæqualium vocant. Eunomiani, qui etiàm ἀνόμοιοι hoc eſt, Inæquales ſunt dicti.

Sunt authores quidam, qui Eunomium iſtum primùm auſum fuiſſe dicunt inſtituere, vt diuinus baptiſmus merſione vna perageretur: & eam quæ ab Apoſtolis per manus accepta, hodiè quoquè vbiquè ſeruatur, traditionem adulterâſſe, & ritum alium in eccleſia Cyzicena, accuratiore ſanctioreq; grauitate nouitatem ſuam obtegentem, inueniſſe. Vna Eunomij merſio in baptiſmo peragendo.

Fuit autem, ſicut dictum eſt, & Sozomenus teſtatur, cuius verba adſcribere licet, ad orationes ſcribendas non aptus, Sozom lib. 6 cap. 26.

con-

contentioſo diſputandi genere & ſyllogiſmis gaudens: quales ſectatores eius adhuc multos videre eſt. Non tam enim illi vitam honeſtam, mores ſanctos, & benignam erga egenos miſericordiam, ſi eadem cum ipſis ſentiant, quàm ſi quis contentioſè diſſerere, & ſyllogiſmis atq; ratiocinationibus vincere videatur, laudant. Tales nanq; apud eos pietate maiore ſuprà omnes eſſe exiſtimantur: ſicuti Theophronius Cappadox & Eupſychius ſectæ huius ſtudioſi, qui obtinentis huius Imperij tempore, ſeipſos ab eccleſia reſcindentes, quum in alijs rebus ex Eunomij opinionibus, tum in ſacro baptiſmo res nouas induxerunt, non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docentes.

Eunomiani contentioſi diſputatores.

Theophronius & Eupſychius Eunomiani.

Eunomianorum baptiſmus.

Eunomium ſanè aliqui dicunt hac in re nihil nouâſſe, ſed quẽadmodùm ab initio cœperat, in Arrij ſententia permanſiſſe. Poſtquàm verò Cyzici epiſcopus factus eſſet, eum à clero ſuo, quòd noua inſtitueret dogmata, accuſatum eſſe. Eudoxium porrò, qui tum Conſtantinopoli Arrianæ hæreſi præiјt, illum accerſiuiſſe, atque vt verba ad populum de doctrina ſua faceret, ei permiſiſſe. Et quum nihil in eo damnâſſet, eum vt Cyzicum rediret, cohortatum eſſe. Illum verò dixiſſe ſe decæterò cum eis qui ſe ſuſpectum haberent, futurum non eſſe, prætextumque eum diſceſſionis ſuæ obtendiſſe: quum re vera cauſa illa eſſet, quòd præceptorem ſuum Aetium receptum non eſſe ægrè ferret: hominemque in cœpto ſuo perſeuerâſſe, & nihil de priore opinione ſua mutantem, priuatum vixiſſe. Et hęc quidem alij ad hunc modum, alij verò aliter tradunt. Nam Socrates libr. 4. cap. 8. eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ propterea Eunomium Cyzico Cõſtantinopolim ad Eudoxium reuerſum eſſe, & cum eo manſiſſe dicit, quòd Cyziceni non ferentes eius ampulloſam eloquentiam, hominem vrbe exegerint. In prolixitate enim orationis eius & multiloquio, ingens fuit ſententiarum penuria. Et quum longos conſcripſiſſet in epiſtolam Pauli ad Romanos commentarios, tamẽ is ſcopum Pauli pertingere & aſſequi nõ potuiſſe dicitur. ad cuius ineptam & improbam impietatem & vaniloquentiam declarandam, idem Socrates verba eius iſta profert: Deus (inquit) de ſua ipſe ſubſtãtia nihil ampliùs quàm nos, nouit: neque ea magis illi, quam nobis, eſt perſpecta. Sed quod de ea nos ſcimus, idem & ipſe prorsùs ſcit: & rursùs quod ille nouit, id in nobis quoque ſimiliter omninò reperias.

Cur Eunomius Cyzico diſceſſerit.

Sed enim (vt vbì ſuprà idem ait Nicephorus) ſiue Eunomius, ſeu alij quidam traditionem baptiſmi innouârunt, ſoli illi periculoſa iſta ratione diuini baptiſmi experies mihi è vita exceſſiſſe videntur. Si enim ipſi ab initio recepta conſuetudine baptizati, primùm ſeipſos rebaptizare nõ potuerunt, aut quod in ipſis non accidit, primi introduxerunt, quodq; neq; ipſi ꝑ ſe habuêre, neq; per alios accepêre, id in alios contulerunt: quum ſuper initio & fundamento quod ſubſiſtere nequeat, ſuaque ipſorum arrogantia, dogma hoc inſtituerunt: tum quæ ipſi non acceperunt, alijs tradiderunt: quod ſanè ſtultum ac ſtolidũ eſt. Illud enim ſua etiàm ipſorum confeſſione conſtat, qui ipſe baptiſmi ſacris initiatus non ſit, eum alios baptizare non poſſe: qui verò traditionis eorum more baptizatus non ſit, eum pro non baptizato ab eis haberi, vt qui non legitimè ſacramento eo initiatus ſit. Teſtantur hoc ipſimet, dum quoſcunq; in ſententiam ſuam pertraxêre, etiamſi anteà ſtatis catholicæ eccleſiæ cæremonijs tincti ſint, rebaptizant. Quæ nouitas non parùm religionem turbauit, & Chriſtianiſmum ſuſcipere volentibus propter dogmatum diſſenſionem valdè obſtitit.

Eodem argumento vti temporibus noſtris poſſemus, in refutandis eis qui manus alijs imponere audẽt, quum eam poteſtatem non habeãt, & conſecrati prorsùs non ſint.

Eunomianorum Anabaptiſmus, quãquàm is in eccleſia prorsùs non ſubſiſtit.

De Eunomio porrò & Aetio, illud addere libet, Eunomianæ hæreſis authorem primum Aetium Syrum fuiſſe: qui iuxta Arrij ſententiam, filium patri inæqualem creatumq; eſſe, & ex non exiſtentibus extitiſſe decreuit. Et qui opinionem eam approbârunt, Aetiani priùs ſunt dicti. Quũ autem quidam filium patri conſubſtantialem, quidam æquiſubſtantialem dicendum eſſe aſſererent: & Imperatori tum placitum eſſet, vt de Ariminenſis concilij ſententia, filius patri æqualis crederetur: Aetius quidem, vt qui blaſphemus in Deum eſſet, exilio eſt mulctatus: hæreſis autem eius quodammodò ad tempus ſopi-

Aetius author Eunomianæ hæreſis.

ta iacuit, quòd neq; alius quiſpiam, qui alicuius eſſet nominis, neq; ipſe Eunomius propalàm & liberè de ea diſſerere auderet. Cæterùm vbi is Cyzicenam eccleſiam pro Eleuſio gubernandam accepit, conquieſcere omninò non potuit, & in concionibus ad populum Aetij opinionem rursùs in medium produxit. Atq; vt fieri ſolet, quum homines primùm hæreſis iſtius authorem ignorarent, Eunomianos ſectatores eius cognominârunt: proptereà quod poſt Aetium dogma hoc Eunomius renouauit, & maiore audacia, quàm qui id primùm tradiderat, defendit. Hucuſq; Nicephorus.

Arriani & Eunomiani quonam pacto ſe inuicèm coniunxerunt.

Quomodò verò Arriani rerum ſuarū ſatagentes tempore Theodoſij iunioris Imperatoris, Eunomianis ſe poſteà coniunxerunt, certis conditionibus ex Arrianorum parte adhibitis, refert idem Nicephorus lib. 12. cap. 9. in hæc verba: Porrò, inquit, Antiochiæ Aſterius & Criſpinus presbyteri, & reliqui factionis eius quæ Theodori auſpicia ſecuta fuerat, conciliabulo coacto, ad quod etiàm alij multi ex vicinis vrbibus epiſcopi conuenère, legationem ad Eunomianos miſère, coniunctionem communionemque eorum ambientes. Quibus illi per epiſtolam, ità ſe eos recepturos eſſe reſponderunt, ſi ſuffragia ſua, quibus Aetij electionem & conſecrationem damnauerant, antiquarent, & ſcripta illius reciperent. Petiêrunt quoquè, vt vitam illi priùs luſtrationibus perpurgarent, quòd videlicet impuris quibuſdam inſtitutis infecti eſſent. Hanc illi petitionem tum quidem receperunt.

Eunomiani Arrianos certis conditionibus ſuſcipiunt.

Poſteà verò eò etiàm producti ſunt, vt in eccleſiaſticis conuentibus Eunomio & populàribus factionis eius, per maledicta detraherent: μιτιωρολέχας, hoc eſt, de rebus cæleſtibus ſublimibusque cum faſtu & inſolentia verborum nugantes, dementiaque & improbitate plenos, qui ſibi talia prætendenda eſſe ſtatuiſſent, eos cognominantes.

Arriani deindè Eunomianos contumeliosè μιτιωρολέχας vocât.

Porrò Arriani, quòd eorum non mediocris eſſet multitudo, ex momento quod illis iam indè ab initio ſub Conſtantino & Valente acceſſerat, metu nullo conuentus agebant; & de Deo atq; eius ſubſtantia temerè diſputabant. Animum quoquè Imperatoris ipſius, illi per factionis ſuæ homines, q in Imperiali aula verſabantur, tentandum eſſe duxerunt: illa ſpe concepta, hunc quoquè, ſicuti & Conſtantinum, in poteſtatem eorum adductum iri. Quæ res eis quoquè qui Catholicæ eccleſiæ erant, magnam attulit curam. Quapropter in magno fuère metu, Eunomij in diſputationibus vim ſuſpectam habentes. Non ità pridèm enim is, quum ſub Valentis Imperio à Cyzicenis diſſidere cœpiſſet, & ſeipſum ab Arrianorum ſodalitate ſegregâſſet, Chalcedonem Bithyniæ eregionè Conſtatinopolis ſitam, vbi priuatus conſidebat, ſe contulerat. Et multitudo ingens è Conſtantinopoli ad eum ventitabat. Alij quoque aliundè ad eum confluebant, qui partim de vita & doctrina eius periculum faciebant: partim ſi noui quicquam diceret, cupidè eum auſcultabant. Etiam fama quoquè nominis eius ad Imperatorem peruenerat. Fuiſſet ille ad colloquium etiàm principis admiſſus, niſi Dei amantiſſima ipſius coniunx Placilla, quæ iam indè ab initio decreta Nicena conſtanter profitebatur, cura & ſtudio omni obſiſtendo hoc egiſſet, nè cum illo prorsùs colloqueretur. Maximè quippe verita eſt, nè inſtitutorum vitæ illecebris, & verborum vi atq; grauitate, Imperatorem ille in ſententiam ſuam abduceret. Hæc Niceph.

Animū eius Imperatoris vt eum ad partes ſuas traducant, tentant.

Eunomius Chalcedone priuatus cū laude magna vixit.

Nè in colloquium Imperatoris is admittatur, Placilla Augusta ſedulò cauet.

Quomodò rursùs hæ hæreſes & ſectæ in varias poſteà diſſectæ & diuiſæ ſint hæreſes, quaq; ratione Imperator Theodoſius inter reliquos hæreticos ſui temporis hunc ſolum Eunomium proſcripſerit, & item quibus moribus & inſtitutis ille fuerit, & vt in Cappadocia patria ſua mortē obiêrit, idem refert Nicephorus lib. 12. cap. 29. in hunc modum: Conuenit (inquit) vt neque ea quæ alijs accidère, ſilentio prætereamus: Arrianis videlicet, & Macedonio & Eunomio, & Nouato cognomen ſunt adepti. Poſtquàm nanque ſemèl eccleſia Dei diuiſa eſt, res in ea diſceſſione non conſtitit, ſed illa rursùm in ſe ipſa per diſſenſiones diſſecta eſt. Et ſectarum authores, parua occaſione arrepta, & ſeceſſione facta, in factiones alias abiêre. Quomodò autem & quandò, & quibus de

De Arrianorum, Macedonianorū, Eunomianorum, & Nouatianorum hæreſibus, ſtatu, & diſſenſionibus inteſtinis.

de cauſis ſecta quælibet à ſe ipſa per diſſenſionem ſeceſſerit, ex his quæ dicentur, liquebit.

Theodoſius non fuit acer hæreticorum perſequutor.

Illud ſanè ſcire conuenit, Imperatorem Theodoſium hæreſim nullam perſequutum eſſe, neque quempiam ad communionem coegiſſe: ſed potiùs permiſiſſe, vt hæreſis quilibet loco ſuo, pro eo atq; ei viſum eſſet, conuentus agere, atq; etiàm de fide in Chriſtum, pro cuiuſque captu, ſentire atque opinari poſſet. Reliquas quidem hæreſes, præter Nouatianos, extra vrbes conuentus celebrare, & eccleſias extruere iuſſit. Nouatianos autem, quòd ſecum de conſubſtantialis fide conſentirent, intra vrbes liberè eccleſias habere eſt paſſus. Et ſolum ipſe Eunomium exilio mulctauit

Solum Eunomiū Theodoſius proſcripſit.

Hic enim poſtquàm Cyzicum reliquit, & ab Eudoxio qui eum conſecrauerat, ſub prætextu illo, quòd magiſtrum ſuum Aetium proſcriptum ille non reciperet, ſegregatus eſt, in ſuburbano Conſtantinopolis degens, ſuos ſibi conuentus cogebat, & libros quos contra veram pietatem conſcripſerat, abſque metu omni publicabat, multosque orationis ſuæ fraude in eandem perditionis foueam ità trahebat, vt breui tempore ingentem multitudinem ad ſe adduxerit, & nonnullos etiàm ex Imperatoris cubiculo ad partes ſuas illexerit.

Theodoſius porrò vbi ſuos illum præter modum obſeruare cognouit, eos quidem ab aula ſua proſcripſit. Ad Eunomium autem quamprimùm Chalcedone capiendum certos homines miſit, eumque Halmyridem deportari iuſſit. Eſt autem Halmyris Myſiæ in Europa locus, ad Iſtrū ſitus: quem breuì pòſt barbari, Iſtro qui glacie conſtrictus fuerat, tranſito ceperunt.

Halmyris Myſiæ vrbs.

Eunomius porrò indè Cæſaream Cappadociæ trāſlatus eſt. Mirificum autē ibi in eum hominem odium fuit, quòd libros contra Baſilium eius loci epiſcopū compoſuiſſet. Poſteà ei vt in agris ſuis, qui Dacoreni vocabantur, viueret permiſſum eſt, apud Cappadociæ vicum, cui Dacora nomen eſt, præfecturæ eius quæ ad Argæum mōtem ſita eſt, Cæſareæ. Nec ità multò pòſt à reditu mortuus, ſepulturam in patria ſua ſortitus eſt.

Fama autem obtinet, (vt idem ait Nicephorus lib. 11. cap. 1) Eutropij præpoſiti opera, ſcripta Eunomij omnia publicè cremata: cadauer autem eius ſepulcro extractum, Dacoris Tyanam proiectum miſſumq; eſſe. De hoc vide in Eupſychianis & Theophronio.

Eunomij libri cremati.

Porrò de Eunomianis noſtri huius ſeculi Lindanus in ſuo Dubitantio dialogo ſecundo ſcribit in hunc modum: Porphyrius, Eunomius, Euſtathius, Vigilantius, alijque Hagiomagiſtes, Sanctorum miracula aiebant eſſe dæmonum præſtigias, neque eorum reliquias venerandas: neq; ſanctos ad auxilium inuocandos. Horum inſana dogmata nunc ab orco reuocant Lutherus, Zuinglius, Caluinus, alijq; propè omnes Euangelici.

Eunomiani noſtri temporis.

Aetius quoquè negabat ieiunandum certis diebus ab eccleſia præſcriptis, & offerendum pro defunctis. Iſtius impia dogmata per Lutherum Caluinumq; ità repullulārunt, vt & plurimos, qui eorum reliquos execrantur errores, hoc ſuo venenato afflārint toxico. Hæc ille.

Aetiani noſtræ ætatis.

EVPSYCHIANI.

20.

EVpſychiani ab Eupſychio, ſecta primùm Eunomiano, dicti ſunt: à qua tamen poſteà ille reſiliens ob frigidam quandam & nullius penè momenti quæſtionem (vt familiare eſt omnibus ferè hæreticis) ab eiſdem Eunomianis tandèm ſeiunctus eſt, & ſuam propriam hæreſim inſtituit, ſub Valentiniano Imperatore, & Liberio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 368. Sed ex Niceph. eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 12. ca. 30. hæc planiùs diſces, quæ ſic habet:

Hunc Sozomenus Eurychiū nominat lib. 7. cap. 17.

Sectatores autem Eunomij, inquit, in diuerſas poſt eius obitū diſceſſēre ſectas. Nam non multò pòſt Eupſychius quidam nomine, in vrbe Conſtantinopolitana, propter frigidam quandam quæſtionem ab Eunomianis ſeiunctus, ſuæ ipſe quoq; hæreſis author extitit. Quū nanq; quæſtio orta eſſet, an filius extremam horam nōrit, & plurimi Euangelica dicta proferentes, ne ipſum quidem horam eā ſcire

Eunomianorū diſſectio.

Quæſtio an filius extremam horam nouerit.

ſcire dicerent: Eupſychius ſententia ſua in ſcriptum relata, confirmauit, filium nõ expertem eius cognitionis eſſe, qui à patre omnia locupletiſſimè acceperit. Quũ autem qui hæreſi ei præibant, dicta eius non admitterent, à communione eorum deſciuit, & ad Eunomium exulantem ſe contulit. Quò etiã m alij ex vrbe Conſtantinopolitana Eunominanæ ſectæ venêre, vt ibi eum calumnioſè arguerent: atq; etiàm, ſi vſus ità ferret, de cauſa cum eo diſputarent. Quod vbi Eunomius cognouit, ea quæ Eupſychius proferret, laudauit, & ad communionem eum admiſit: quum quidem id conſtitutio vetaret, quæ nefas eſſe decernit, peregrè aduenientes, ad communes preces admittere, *ſi literas ſecum non afferant, quæ ad eiuſdem opinionis populares, per Notas ità ſcriptæ, vt ab alijs ità legi non poſſint, dantur.

Eupſychius ab Eunomio in exilio laudatur.

*Dabãt olìm hæretici ſectatoribus ſuis proficiſcentibus ad populares factionis ſuæ, tanquã ſodalitatis teſſeras, literas notulis tantum quibuſdam, nè paſſim intelligerentur, ſcriptas.

Poſtquàm autem breuì Eunomius è vita migrauit, hæreſis eius poſt Eunomium Conſtantinopoli præſes, Eupſychium minimè admiſit. Aegrè enim is tulit, quòd æmulatione quadam ducebatur, ſe contraria Eupſychio, qui nondùm clericus erat, ſententem, quæſtionem propoſitam ſoluere non poſſe. Quapropter aduerſandi ſtudio ille, quum multi ad eum opinioni ſuæ ſuffragantes confluerent, ab Eunomianis ſegregatus hæreſim ſuam induxit. Diſputationes autem & orationes omnes quæ de his quæſtionibus habitæ ſunt, commemorare perlongum, & prorſus difficile eſſet: quarè in præſenti omittendas cenſemus. Hæc Nicephorus. De hoc vide in Theophronio & Eunomianis.

EVSEBIVS NICOMEdienſis epiſcopus.

21.

EVſebius authore Nicephoro libro 8. cap 7. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, vir præclarus atque in vtraque diſciplina ſummè verſatus, inque imperiali palatio plurimùm honoratus fuit: nempè quòd Nicomediam, cuius hic erat Epiſcopus, Diocletianus, & qui ante eum fuêre principes, Imperatorum domicilium conſtituiſſent. Viguit autem is Conſtantini magni Imperatoris & Syluestri Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 315.

De hoc, epiſtola Alexandri Alexandrini epiſcopi, quam ad omnes epiſcopos catholicos miſit, ex Socratis eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro primo, capite ſexto, & Nicephori libr. 8. cap. 8 ità habet: In eccleſia (inquit) exurrexerunt nunc viri iniqui & Chriſti inimici, defectionem docentes, quam rectè quiſquam *præcurſorem Antichriſti exiſtimauerit atque dixerit. Conſtitueram equidem id ſilentio committere, vt fortè inter ſolos deſertores malum hoc conſumeretur: neque in loca alia progreſſum, ſimplicium quorundam aures contaminaret. Quandoquidem verò Euſebius, qui nunc Nicomediæ eſt, in ſe eccleſiæ res ſitas eſſe exiſtimans (quoniam in eum, quòd Beryto relicta, oculis cupiditatis in Nicomedienſem eccleſiam coniectis, eam affectatus eſt, legitimè vindicatum non eſt) præire deſertorib. iſtis, & ad loca quæuis ſcribere, eos cõmendans, cœpit, nè fortè ignorantes aliquos in extremam & Chriſti inimicam hæreſim pertrahat: neceſſè habeo, id quod in lege ſcriptum eſt memoria tenens, ampliùs non ſilere, ſed vobis eam rem omnibus annunciare, vt & defectores ipſos atq; inauſpicata eorum verba cognoſcatis: & quum Euſebius ſcripſerit, animum ad literas eius non attendatis. Dudùm nãq; maleuolentiam ſuam tempore occultatam, nunc tandèm per hos renouare volens, præ ſe fert ille quidem tanquam pro his ſcribat: reuerà autem pro ſe ipſo id ſe ſtudioſè facere declarat. Et deſertores quidem ſunt, Arrius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulius, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus & Theonas, aliquandò epiſcopi dicti. Quæ verò contra ſcripturas adinuenta docent, hæc ſunt:

Euſebius Antichriſti præcurſor.

*præcurſionem

Num. 30.

Deſertores ſeu apoſtatæ fidei.

Non ſemper Deus pater erat, ſed erat quũ Deus pater non erat: nõ ſemper igitur Dei verbum erat, ſed ex non exiſtentibus factum eſt. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex non exiſtente fecit. Itaq; aliquandò erat, quum non erat: ſiquidem crea-

Arrianorũ impium dogma.

creatura & factura eſt filius. Neque verò æqualis ſubſtantia eſt patri, neque verum & naturale verbum patris eſt, neque etiã vera ſapientia eius: ſed vnus quidem ex creatis & genitis eſt: abuſiuè autem verbum & ſapientia factus. Et ipſe in proprio ſeu natiuo Dei verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia & ipſum quoque fecit Deus. Propterea etiàm mutationi & alterationi natura obnoxius eſt, ſicuti omnia etiàm rationalia. Peregrinum quoque & alienum, ſegregatumque eſt verbũ à ſubſtantia. Et inenarrabilis eſt pater filio: neque enim perfectè cernere poteſt Verbum patrem, neque perfectè & certò eum cognoſcere. Etenim ſuam ipſius quoque ſubſtantiam, vti eſt, filius non nouit: propter nos namque factus eſt, vt nos per eum, veluti inſtrumentum, crearet Deus: neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet. Rogauit igitur eos quidam, poſſétne verbum Dei mutari, ſicuti diabolus mutatus eſt? Atque illi reſpondere non reformidârunt, poſſe. Mutabilis enim naturæ eſſe, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter ſeſe venditantes Arrianos, ſectatoresque eorum, nos quidem cum Aegyptijs & vicinis Libycis centum numero epiſcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus.

Arriani in cõuentu prouinciali centũ epiſcoporũ, excommunicati.

Euſebius verò receptos complexus eſt, qui mendacium veritati & impietatẽ pietati cõmiſcere ſtudet. Sed nihil aget. Vincit enim veritas. Nulla enim eſt cõmunio luci cum tenebris: nulla concordia Chriſto cum Belial.

2. Cor. 6.

Quis enim vnquã audiuit talia? quis ad rem tam peregrinã & inſolentem, eam audiens, non obſtupeſcit, aureſque obturat, nè verborum iſtorum ſordes auditum pertingant? &c. Hęc Alexander Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus.

Ex epiſtola Euſebij Nicomedienſis ad Paulinũ Tyri epiſcopũ, quũ arrianizans ſententiã ſuam profert de perſona filij Dei.

Quæ verò idem Euſebius Paulino Tyri epiſcopo de filij perſona arrianizans ſcripſerit, itidem refert Nicephorus eodẽ libro, cap. 10. in hæc verba: Neque duo ingenita audiuimus, neque vnum in duo diuiſum, ſed neque corporeum quid perpeſſioni obnoxium didicimus aut credidimus: verùm vnum quidem ingenitum, vnum verò ab ipſo verè, nõ autem ex ſubſtantia eius factum, prorſus naturæ ingeniti non particeps: neque quod ex ſubſtãtia eius ſit, ſed factum plenè ſit, aliud natura atque virtute, ad perfectam ſimilitudinem diſpoſitionis & virtutis factoris ipſius factum. Cuius principium non verbo tantùm inenarrabile, ſed neque mente non dico hominum, ſed eorum quæ ſupra homines ſunt omniũ, incomprehenſibile eſſe credimus. Proindeque non noſtris ipſorum rationibus freti, ſed ſacræ ſcripturæ authoritatibus edocti, dicimus, conditum eſſe, & fundatum, & genitum ſubſtantia, & immutabili atque inenarrabili natura & ſimilitudine ad factorem ipſum, ſicuti ipſe dicit Dominus: Deus creauit me in initio viarum eius, ante omnes colles genuit me.

Pro. 8.

Si verò ex ipſo, hoc eſt, ab ipſo eſſet, ceu pars eius, aut ex defluxu ſubſtantiæ, non iam crearetur, neque fundatus eſſe diceretur. Quod enim ex ingenito non exiſtat, conditum iam ab illo, vel à ſeipſo, fundatúmve nõ ſit, vtpotè ab initio ingenitum exiſtens. Si verò genitum id eſſe dicatur, indicium quoddam de ſe prębet, veluti ex paterna ſubſtãtia genitum, & ex natura eius ęqualitatẽ habẽs.

Alij nõ indiciũ, ſed diminutionẽ, vel decrementũ habent.

Scimus autem quòd nõ de eo ſolo genitum eſſe, ſcriptura, verùm etiàm de alijs, illi per omnia diſſimilibus, loquitur. Nam & de hominibus dicit: Filios genui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me.

Iſa. 1.

Et, Deum qui genuit te, dereliquiſti.

Deut. 32.

Et de alijs quid dicit? Qui genuit guttas roris, non naturam ex natura, ſed cuiuſlibet rei quæ generatur, ex voluntate eius, generationem deducens.

Iob. 38.

Nihil enim eſt ex ſubſtantia eius: verùm omnia voluntate eius, pro ſe quoque genita ſunt, ſicuti genita ſunt. Atque ille quidem Deus, hęc verò ad ſimilitudinem eius, ratione ſua ſimilia futura, & tamen omnia ex Deo. Hęc impius ille Euſebius.

Quas turbas excitârit Euſebius.

Quas verò turbas idem ille ab exilio reuocatus in eccleſia concitauerit, ſcribit rurſùs idem Nicephorus eodem libro, cap. 44. in hæc verba: Et nupèr admodùm (inquit) Euſebius ab Imperatore ab exilio reductus, non mediocrem ſibi vſurpabat libertatem, ab illo in magno honore habitus, perindè atque à praua opinione ad rectæ pietatis ſententiam tranſijſſet. Quocirca libertate ea abuſus, maiorem etiàm

in eccleſia turbam excitauit,per eam quæ ei inerat falſam opinionem,casq́ue quas aduerſùs Athanaſium ſuſceperat inimicitias,ex quo in Synodo in illum, veluti veræ pietatis propugnaculum impegit. Et primùm quidem electionem eius Euſebiani repræhendebant, tanquàm neque legitimè,neque ab idoneis, quæ fidem mererentur,perſonis ſactam. Vbi verò inſimulationem eam refellit, magno animo pro fide Nicena decertans, aliam illi texere telam, eo conſilio,vt Athanaſio exilium ſtruerent,atque Arrio reditum in vrbem Alexandrinam pararent.Ità enim facilimum ipſis fore putabant,vt conſubſtãtialis fidem eijcerent, & pedetentim impietatem ſuã ꝓ ea inducerent. Tentauitque adeò, ad Athanaſium ſcribens Euſebius,vt ab illo ſuſciperetur Arrius Sin minùs, ſine ſcripto per internuncium, magnum illi minatus eſt malum. Poſtquàm autem omnem mouens lapidem,perſuadere illi id non potuit, eos qui doctrinas nouas induxiſſent, nouamq́ue hæreſim inſtituiſſent,& eam ob cauſam à tam frequenti Synodo proſcripti eſſent, minimè recipiendos eſſe cõtendenti: alio modo conatus eſt, vt Arrius reciperetur, Alexandriamq́ue reduceretur, Imperatori perſuadere. Id quod tandèm,ſed ægrè,effecit.

Euſebius Athanaſij aduerſarius

Euſebi⁹ modis omnib⁹ apud Athanaſiũ, vt Arrius Alexãdriã reducatur, agit.

Rursùs Nicephorus libro eodem c. 46. Euſebius(inquit)Nicomedienſis & Theognis Nicenus, arte quadam eum cui decretum Nicenæ ſynodi aſſeruandum cõmiſſum fuerat, dicuntur circunueniſſe, ſubſcriptionesq́ue ſuas deleuiſſe: atque liberè & propalam docuiſſe, non oportere filium patri cõſubſtantialem dicere. Ij quoque primi Athanaſio authores fuère earum, quas pertulit, ærumnarum. Multam nanque ab Imperatore conſequuti libertatem & poteſtatem, Arrium quidẽ, qui conſentiens & amicus illis eſſet, Alexandriam reducere: illum verò veluti ex diametro eis repugnantem, abigere indè cõtenderunt. Et ſanè vix tandèm conſilium id ad exitum ſuum perduxère. Hactenùs Nicephorus. De hoc vide plura in Arrianis,& Theognide Niceno epiſcopo.

Euſebi⁹ Nicomediẽſis & Theognis Nicen⁹ ſubſcriptiones ſuas in Niceno decreto fraudulẽter inducunt atq; delent.

EVSEBIVS ARCHIeunuchus *Conſtantij Imperatoris.* 22.

De hoc Euſebio Arrianorum anteſignano,qui Conſtantij Imperatoris & Liberij Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 357. eunuchis eiuſdem Imperatoris cubicularijs ꝑfuit, ſic ſcribit Nicephotus lib. 9 ca. 2. Viuẽte adhuc Conſtantino, inquit, nemo apertè contra Nicenam fidei profeſſionẽ niti audebat: quanuis nonnulli clàm eam nõ recepetint. Poſtquam autem is deceſſit, q in cordis receſſu hæreſis venenum occultum anteà habuerant, & ob id tum quoq; ſuſpecti fuerant, confeſtìm alicundè progreſſi, clandeſtinis colloquijs poſthabitis, nudo(vt dicitur) capite cum omnibus congrediebantur, vt Arrij maximè opinio obtineret, laborantes. Quorum duces erant epiſcopi Bithynij Euſebius & Theognis. Faciliùs autem conſilium ſuũ ad optatum exitum peruenturum putabant, ſi Athanaſij ad vrbem Alexandrinã reditum impedirent, Et quum eis ſic eſſet inſtituta ratio, tum veluti manu quadam in reb⁹ omnibus vſi ſunt àdminiſtro quodã presbytero, qui author etiã vt Arrius reuocaretur, extitit, non apud Conſtantinum tantùm, ſed etiàm apud Conſtantiũ maximè glorioſus, quod per eum res pleraſque ex voluntate ſua peragebat. Dudùm enim Orientis Imperio potiri voluerat, quod ei tum ex teſtamento patris, à presbytero quodam illi in manus tradito permiſſum erat. Quam ob rem hominem in honore habuit, & libertatẽ ei multam, ſimul'que apertum ad Imperialem aulam aditum dedit. Quæ res notitiam ei apud omnes conciliàrunt, & gratum vere que charum Imperatoris coniugi, & qui Imperatorio cubiculo pręerant, eunuchis effecerunt: quorum princeps tum fuit Euſebius nomine, maximam quoquè in tota Imperatoris domo poteſtatem obtinẽs. Hic ex presbyteri iam dicti de rebus ſacris inſtitutione, Arrij rabie imbutus, acerrimus ſectatorum eius laudator fuit, pluresque in aula Imperiali celeriter in ſententiam ipſe ſuam adduxit. Quin ipſam quoquè Imperatoris coniugem, per mulier-

Arriani Cõſtãtino magno defuncto, animos ſumunt, vt hac noſtra ętate Caluiniſtę Hẽrico Gallorũ rege mortuo in Gallia egerunt, anno Domini 1562.

Presbyter quidã Imperatoris & Imperatricis familiaris, author vt Arrius ab exilio reuocatus fuerit.

Euſebius archieunuchus arrianus.

lierculas quæ in gynæceo erant, & per presbyterum ipſum in impiam opinionẽ pertraxit. Et malum hoc paulatim per omnem ſerpens aulam, ad ipſum quoque tranſijt Imperatorem. Et breui per aulæ interiora vagatum, extra quoque aulam apertè progreſſum, omnem vbique percurrit vrbem. Ibi tum bellum quoddam dialecticum atq; diſputatorium eſt exortum. Et in vicis, congregationibus, caupo nis, conuentibusque adeò omnibus, mulieres quoque & pueri non aliud ſtudio habuêre, quàm de dogmatibus blaterare: his videlicet Arrij opinioni velut honeſtæ & bonæ addictis, his autẽ decreta magis Nicena complectentibus, vnde rixæ, æmulationes, & inimicitiæ excitatæ. Hic rerũ ſtatus in vrbibus Orientis erat. Hactenùs Nicephorus.

Arrianiſmi propagatio in vrbe Cõſtantinopolitana.

Diſputationes de religione populares.

EVSTATHIVS SEBAſtienſis epiſcopus. 23.

EVſtathius primùm monachus, deindè Sebaſtienſis Armeniæ regionis, quę Sebaſta Ponti appellatur, epiſcopus fuit. Conſtantini magni Imperatoris & Syluestri ſummi Romanorum pontificis temporibus, circiter annum Domini 320.

Hic dicebat inter alia eius impia dogmata, ſanctos non eſſe ab hominibus honorãdos, nec oportere illos orare: quò ſic vel tandèm, diaboli ſuaſu, homines hic viuentes, ſanctorũ qui in cælis ſunt, defraudaret auxilijs.

Euſtathij errores.

Cumque Macedonij impietas eò proceſſiſſet, vt ſpiritum ſanctum vnam eſſe perſonam Trinitatis denegaret, immò eum eſſe creaturam diceret: Euſtathius (vt inquit Socrates eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 2. cap. 45.) illo paulò æquior: Ego, inquit, neque Deum ſpiritum ſanctum nomine cenſuerim, neque creaturam vocare auſus fuerim.

Docebat quoquè templa nullius eſſe vtilitatis, neque aliquo pacto prodeſſe in eccleſia Dei: propterea euertenda, fœdãda, & conſpurcanda ducebat, inſtàr Nabuchodonoſori Regis Babylõis & Antiochi illius impij Græcorũ regis. Propter quos errores & quamplurimos alios in Concilio Gangrenſi damnatus eſt. De quo Nicephorus lib. 9. cap. 16. ſcribit in hunc modũ: Apud Armenios verò & Paphlagones, atque in Ponti montibus, monaſticam philoſophiam colere primùm cœpiſſe Euſtathius fertur, qui Sebaſtiæ Armeniorum ſacris eccleſiæ rebus præfuit. Tanto autem ſtudio cõſectatus eſſe dicitur inſtitutum, vitam, veſtitum (quo ſ. vtendum eſſet, & quo non) morumq; exactum modum, vt etiàm à Baſilio Magno adſcribitur liber, & Aſceticus dicitur, opus iſtius eſſe, à multis feratur. Vulgatum porrò de eo eſt, nimis eum exacta cura & diligentia in abſurdas quoquè impegiſſe obſeruationes, eccleſiaſtico Canoni minimè accommodatas. Sunt tamen qui eum repræhenſione eximunt, & quoſdam ex ſectatoribus eius eo nomine incuſant. Nam illi in precationibus, in domibus virorum qui in matrimonio viuerent, etiamſi presbyteri eſſent, operari recuſârunt, eosque nec alloquio dignati ſunt. Diebus quoquè Dominicis ieiunia ſeruârunt, & conuentus eccleſiaſticos plurimùm domi egêrunt. Locupletes, extorres prorsùs regno cælorum eſſe duxerunt. Qui vel ſemèl carnes ediſſent, eos repudiârunt. Veſtitum monachorum aliorum conſuetum reijcientes, nouo atque inſolito amictu ſunt vſi. Sed & alia multa nouârunt. Ab ijs multæ non obſcuro loco natæ fœminæ ſeductæ, ſub continentiæ prætextu, maritos ſuos quibus adoleſcentulæ nupſerant, reliquêre. Poſteà autem quum continere ſe non poſſent, in libidinis lubricum ſunt coniectæ. Fuêre ex his quæ capillo cæſo, quod mulieribus fas non eſt, virilem habitum ſumpſêre.

4. Reg. 25. 1. Mach. 1.

Euſtathius Sebaſtienſis Armeniæ epiſcopus, anteà monachus.

Abſurdæ ſectatorũ eius obſeruationes.

Fœminæ ab ijs ſeductæ, continentię prætextu.

Fœminæ capite raſo.

Horum gratia ab epiſcopis finitimis, Gangrenſis apud Paphlagones ſynodus coacta eſt: in qua decretum, vt ab eccleſia Catholica illi excluderentur, niſi ea q̃ diximus, omnia anathemate confodere animum induxiſſent. Quapropter Euſtathius, vt oſtenderet, non importuni aut præfracti moris cauſa, ſed pietatis erga Deum exercendæ gratia, ſe eiuſmodi leges tuliſſe, veſtem inſolitam mutauit, & habitu eodem quo reliqui ſacerdotes deinceps vſus, itidèm vt illi in publicum eſt progreſſus. Et quum vita talis eſſet, ſermonem quoque congruentem ei habuit:

Gangrenſis ſynodus horum inſtitutum damnauit.

buit: non ille quidem eloquentia pollens, quam exactiore cura & diligentia non diſcerat, moribus autem admirandis vtēs, facilè multos perſuaſione ſua quò volebat, duxit: Adeò vt viros quoſdam & mulieres in fornicatione degentes, caſtiorem exactioremque viuendi rationem ſequi perſuaſerit. Feruntſanè, virum quendam & mulierem per prætextum, eccleſiaſtico more, cælibatum colere aſſimulàſſe, eoſdemque in clandeſtinę conſuetudinis infamiam decidiſſe. Euſtathium porrò magnoperè perſuadere eis annixum eſſe, vt cōgreſſu eiuſmodi ſuperſederent. Quum autem nihil efficeret, altiùs ſuſpirio ducto, dixiſſe, pleraſque mulieres, quæ cum viris ſuis ſecundùm matrimonij leges, vt fas eſt, vixiſſent, ab eorum virorum conuictu oratione ſua adductas deſciuiſſe, caſtitatemque complexas eſſe. Apud hos autem qui inter ſe contra leges cōiueſſent, inefficacem orationis ſuæ ſuadelam eſſe. Atque hic quidem in eis orbis partibus ſummi inſtituti abſolutæque philoſophię dux & author fuit.

Notatu dignum.

Cur verò Euſtathius in Synodo Gangrenſi à patribus damnatus fuerit, cauſas enumerat idem Nicephorus libro eodem cap. 45 in hæc verba: Euſtathio autem Sebaſtiæ Armeniorum antiſtiti, primùm quidem quum presbyter crearetur, quòd eum pater eius Eulalius præiudicio ſuo damnauerit, & eccleſia eiecerit, propterĕà quòd habitu qui ſacerdotem non deceret, vteretur, ea de cauſa fuit epiſcopatus ademptus. Fuit autem Eulalius Cæſareæ Cappadocum epiſcopus. Deindè quòd Neocæſareæ in Ponto à Synodo iſthic coacta excommunicatus fuerit, propterĕà quod minùs fideliter res quaſdam ſibi commiſſas geſſiſſet. Quam notam ei intulit Euſebius primùm Beryti, deindè Nicomediæ, poſteà verò etiàm Conſtantinopolis, poſt Paulum epiſcopus. Adhæc, qđ ei in Synodo Gangrenſi, propterĕà quòd aliter quàm conuenit, & ſenſiſſet, & in eccleſia docuiſſet, epiſcopalis dignitas (vt iā diximus) fuit abrogata. Et quòd in Antiochena Synodo periurij fuerit conuictus, quodque conatus ſit ea quæ rectè in Melitinenſi conuentu conſtituta fuerāt, abolere. Et quum tot criminibus reus a-

Cauſæ cur Euſtathius Sebaſtienſis in concilio Gāgrenſi dānatus ſit.

geretur, iudicis ſibi tamen partes ſumpſerit, alienos à fide alios vocans.

Et paulo infrà: Obſeruandum autem illud, quòd Gangrenſis Synodus Euſtathio Sebaſtienſi, anteà quoque in Cæſarienſi conuentu exauthorato, propterĕà epiſcopatum ademerit, quòd multa præter eccleſiæ conſuetudinem fecerit atque ſtatuerit. Coniugium enim prohibuit, & à carnium cibo abſtinendum eſſe docuit. Vndè factum, vt multi coniugalem coniunctionem diſſoluerent. Et qui communionem in eccleſia vitarent, eius, vt in priuatis ædibus communicarent, ſuaſit. Seruos, qui Deum colere cum prætextu pietatis conſtituiſſent, etiàm prĕter Dominorum voluntatem libertate donauit. Et quum ipſe ſingularem ſibi & inſolitum philoſophorum more habitum ſumpſit, tum nouas quoque ſectatoribus ſuis veſtes dedit. Mulieres nè comam habe-rent, conſtituit. Stata ieiunia auerſatus, Dominicis diebus potiùs ieiunandum eſſe docuit. In coniugum domibus precationes fieri prohibuit. Ac ſi laicus quiſquam coniugem in matrimonio legitimo habens, presbyter lectus eſſet, eius benedictionem & communionem perindè atque piaculum abominandum, deuitare iuſſit. Hæc ille, atq; alia hiſce ſimilia & docuit, & egit: quapropter Gangrenſis ſynodus in Paphlagonia eum exauthoratum, cū inſtitutis ſuis, anathematè quoque iugulauit. Hæc Nicephorus. De hoc Euſtathio vide in Macedonio & Marathonio.

Euſtathij ęg tę hæreſes.

EVTYCHIANI.

24.

EVtychiani, vel Eutychetæ, ſeu Eutychianiſtę, ab Eutychete vel Eutychio Conſtantinopolitano abbate dicti ſunt, qui Theodoſij 2 Imperatoris, & Leonis huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus emerſerunt, circa annum Domini 441.

Hic (teſte Volaterrano) cū Timotheo & Dioſcoro poſt Manetem & Apollinarem impiè docebat, carnem Chriſti non fuiſſe noſtræ ſimilem, nec reuerà illum de virgine natum, quanquàm appareat, quòd de cælo deſcenderit. Aiebat nanq; ipſum

Eutychetis impia dogmata.

ipſum Chriſti corpus è cęlo deſcendiſſe in virginis vterum, ipſumque tanquàm ſolis radios penetrâſſe. Duas itaque in Chriſto naturas eſſe inficiabatur: ſed in ipſo incarnationis articulo carnem fuiſſe commutatam in diuinitatem aſſeuerabat: Adeò quidem, vt (eo dicente) vna facta fuerit & carnis & Deitatis ſubſtantia, indeq; adeò Chriſtum fuiſſe paſſum ſecundùm diuinā naturam.

Dicebat etiàm corpus noſtrum poſt reſurrectionis gloriam futuram impalpabile & inuiſibile, immò futurum aërem & vento ſubtilius, contra illud Iob 19 Quem ego viſurus ſum ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.

Eurychiana hæreſis à beato Grego. rio confutata. Huius porrò hæreſis cauſa (vt inquit Alphonſus de Caſtro libro aduersùs hæreſes) B. Gregorius, qui ſummum pontificatum poſtea obtinuit, à ſede Apoſtolica fuit miſſus legatus Conſtantinopolim: vbì quidem coram Tiberio huius nominis ſecundo Imperatore, Eutychium in fide noſtræ reſurrectionis erráſſe côuicit. Quo facto, ipſe Imperator librum quem Eutychius de reſurrectione ediderat, comburi iuſſit. De quo item venerabilis Beda Homilia in Marci caput octauum, ità inquit: Beda. In hac lectione conſideranda eſt in vno eodemque Redemptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis & humanitatis: atq; Eutychetis error, qui vnam tantū in Chriſto operationem dogmatizare præſumpſit, procùl à Chriſtianis finibus expellendus Boëthius quoquè Chriſtianus philoſophus & martyr vnà cum Symmacho à Theodorico Gothorum rege factus, eo Boethius libro quem de duabus Chriſti naturis inſcripſit, eandem hæreſim confutat. Marcellus item martyr Ancyranus epiſcopus, Marcellus. multa aduersùs hunc Eutychetem græca ſcripſit volumina. Proſper etiàm Aquitanicus diuerſas epiſtolas, & contra eundē Proſper. Gennadius ſex libros ſcripſit. In hunc autem quarta ſynodus Chalcedone celebrata fuit, in qua ſub principe Martiano hæreſeos ille conuictus & damnatus à ſexcētis triginta patribus fuit. Cui concilio pręfuerunt Leo Romanus epiſcopus, Anatolius Conſtantinopolitanus, Iuuenalis Hieroſolymitanus, & Maximus Antiochenus. Cuius etiam decretum hoc præcipuum fuit: Nos accepimus & credimus, quòd illæ duæ naturæ, quæ in eandem ſubſtantiam Domini noſtri diſtinctè & minimè confusè coiêrunt, ità quoquè per ſe remanſerunt, vtraque habente proprios effectus. Hoc enim innuit Dominus cū ait: Anima mea turbata eſt: pater, ex hac hora ſerua me. Et iterùm quum ait: Nemo tollit animam meam à me, ſed poteſtatem habeo ponendi eam, & rursùs ſumendi eam; ità vt animo conturbato eſſe ſit naturæ procreatæ: poteſtatem autem habere, ſolius diuinæ naturæ, quæ ei ineſt. Itaque qui dicunt, quòd in vnam atq; eādem naturam vtraq; natura coaluerit, vnicam eſſe in Domino prædicantes, pro fectò ab eccleſia eijciendos eſſe cenſem⁹. Hæc ex ſancto & generali concilio Chalcedone habito, ſub Imperio Martiani. De hoc Eutychete vide plura in Dioſcoro eius conſorte, & Iacobitis.

Gennadius. Quarta ſynodus propter Eutychetem celebrata Chalcedōe.

Ioan. 12. Ioan 10.

De his verò, qui impiùm hoc dogma hac noſtra ætate conſectantur, ità ſcribit Lindanus, Dubitantij ſui dialogo 2. Eutychetis dogma (inquit) quarto concilio Chalcedonēſi à patribus ſexcentis triginta ſex côuictum erroris, ab orco in lucem reuocat Menno & Adam Paſtoris, atque Gaſpar Suenckfeldius, teſte Caſſandro cōmentarijs de duabus in Chriſto naturis: Chriſtū in vna perſona docens vnius quoquè eſſe naturę. In Bernenſi diſputatione anno 1528. Zuingliani mixtionem naturarum admiſêre, ait Eccius contra Confeſſionem Zuinglij. Hæc Lindanus.

De Eutychianis noſtri tēporis.

EVZOIVS.

25.

Anno 315. EVzoius eccleſiæ Alexandrinæ diaconus fuit, Arrij ſocius eiuſdemque doctrinę & propter eam exilij temporalis & æternæ damnationis conſors & particeps, & ab Alexandro eiuſdem eccleſiæ epiſcopo exauthoratus, quum Arrio presbyteri dignitas ob ſuam hæreſim adempta eſt. Hi cùm à Conſtantino Imperatore eam ob rem in exilium fuiſſent acti, & poſteà presbyteri cuiuſdam Arriana ægritudine laborantis, apud eundem Imperatorem & Conſtantiam Imperatoris ſororem, quam Licinius in matrimonio habuerat,

Euzoij & Arrij ob hæreſim exiliū

erat, fraudulenta perſuaſione ab exilio reuocati eſſent, & in eiuſdem Imperatoris conſpectum fuiſſent admiſſi: iam fide in concilio Niceno promulgatæ aſſentirentur, rogauit. Atque illis id aſſeuerantibus (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 8. ca. 47.) libellum eos offerre iuſſit, qui eorum de Deo ſentētiam complecteretur. Tum illa declinata priore via, quam ſententijs quibuſdam inueniendis inierant, ſimplicibus alijs notisq; diuinitùs inſpiratæ ſcripturæ, verbis, nouam formulam & expoſitionem texuere: iureiurando cōfirmantes, ità ſe ex animo credere & ſentire, neque aliter vnquā ſenſiſſe. Scriptum id hiſce verbis conceptum fuerat:

Libellus profeſſionis fidei Arrij & Euzoij Conſtātino oblatus.

Pijſſimo, Deique amantiſſimo Domino noſtro Imperatori Cōſtantino Arrius & Euzoius. Sicuti Deo gratia pietas tua Imperator domine præcepit, ità in ſcripto exponimus fidei noſtræ profeſſionē. Et coram Deo teſtamur, ſic nos omnesq; qui nobiſcum ſunt, quemadmodum ſubiecimus credere. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem. Et in Dominum Ieſum Chriſtum filium eius, ex eo ante omnia ſecula genitum, Deum verbū per quem omnia facta ſunt, quæ vel in cælo, vel in terra ſunt: qui venit, & carnem aſſumpſit: qui paſſus eſt, & reſurrexit: qui reuerſus eſt in cælos, & rurſùm veniet iudicaturus viuos & mortuos. Et in ſpiritū ſanctum, & carnis reſurrectionem, & vitā venturi ſeculi, & regnum cælorum: & vnam eccleſiam catholicam Dei, quæ à finibus ad fines mundi eſt. Hanc verò fidei perſuaſionem ex ſanctis Euangelijs accepimus, dicente Domino diſcipulis ſuis:

Matt. 28.

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritûs ſancti. Quòd ſi non ità credimus, & verè recipimus patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſicuti cuncta Catholica eccleſia, & ſanctæ ſcripturæ docent, pro eo, atquè omnes perſuaſum habemus, iudex noſter erit Deus, & nunc & in venturo illo die. Itaque pietatem tuam, Deo dilectiſſime Imperator noſter, cōhortamur, vt nos, qui eccleſiaſtici ſumus, fidemque & ſententiā eccleſiæ & ſacrarum ſcripturarum obtinemus, per pacificam & diuinam pietatem tuam, matri videlicet eccleſiæ, vnias atq; coniungas, quæſtionibus, & quæ ex quæſtionibus oriuntur ſuperfluis, & ad rem non pertinentibus verbis acciſis: vt & nos & eccleſia per pacificationem inter nos cōciliati, ſolitas preces pro pacifico & pio Imperio, totaque familia tua communiter omnes peragamus.

Hoc ſcriptum nonnulli inſidioſè compoſitum dicebant. Illos nanque verbis quidem eccleſiæ conciliari, nihilominùs tamē prioribus opinionibus ſuis inhærere, verborū ipſorum ſignificatione id ſatis declarare, ambiguè in vtranque partem inclinantium, & ad ancipitem ſenſum vergentium. Imperator autem exiſtimans eos Nicenis decretis aſſentire, ſupra modum lætitia efferebatur. Veruntamen ante legitimam, pro recepto more, explorationem atque inquiſitionem eorum, qui ſummam rei eccleſiaſticæ tenebant, ubi hoc non ſumpſit, vt illos ad communionem admitteret: ſed ipſos ad eos qui tum Hieroſolymis conuenerant, epiſcopos miſit, quibus ſignificauit, vt nouā illorum formulam expenderent: humaniter perſpicere iubens, ſiue illi rectè ſentientes per inuidiam circumuenti inſidias pertulerint, ſeu malè opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tādem acquieſcerent. Euſebiani porrò commodum nacti tempus, imperialium literarū prætextu, Synodo nondùm acta, ad communionem eos admiſére. Atque hoc cùm feciſſent, Imperatori rem eam inſinuárunt: & eccleſiæ Alexandrinæ, Ægypto, & Libyæ omni, epiſcopisq; & clericis earum ſcripſerunt, vt non grauatè eos reciperent: quorum & Imperator ipſe piam fidem eſſe teſtaretur: cuius etiam fidei formulā epiſtolæ ſuæ adiunxerunt, imperiali iudicio Synodi calculum addentes. Hoc modo Arrius & Euzoius Alexandriam venerunt. Lege reliqua apud eundem Nicephorum. De hoc vide plura in Valente Imperatore Arriano.

Imperator Conſtantinus per credulitatis errorem, formulam hāc fidei, eccleſiaſticæ concordiæ cauſa, laudat: eamq; conuenīui epiſcoporum Hieroſolymitano per pēdendam miſit.

Euſebiani Arrium & Euzoiū ibi recipiūt, & alijs recipiendos commendant.

ELEN-

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM, LIBER SEXTVS.

DE LITERA F.

FALSI PROPHETAE. I.

Falſi prophetæ qui dicãtur.

FAlſi prophetæ dicuntur, qui verbi Dei obtentu, populum ſeducunt: de quorum dolo & nequitia cauenda nos hortatur Chriſtus in hæc verba: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos, &c. Et rurſùs diuus Petrus ſecundæ Canonicæ epiſtolæ capite ſecundo: Fuerunt verò, inquit, & pſeudoprophetæ in populo, (haud dubiè quin Iudaico) ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negabunt, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Hi enim velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, his quę ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum in auaritia habentes: maledictionis filij, derelinquentes rectam viam, errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor &c. Hæc diuus Petrus. Vbi quidem noſtri temporis hæretici ad viuum ſuis depinguntur coloribus, ſi intimiùs illos ſpectes & perpendas. Quos etiàm doctus ille & pius Hoſius libro quem de expreſſo Dei verbo inſcripſit, graphicè depingit ſtatìm à principio in hæc verba:

Matt. 7.

2. Pet. 2.

Hoſius.

De expreſſo Dei verbo, vt aliquid ad te ſcribere aggrederer, Sigiſmunde Rex Auguſte, fecit effrenata noſtri temporis hæreticorum audacia. qui quanuìs ipſi mirabiliter inter ſe diſſecti, ſic illud nihilominùs certatìm ad ſe ſingulæ ſectæ rapiunt, ſic ſibi ſolis vſurpant, vt eius poſſeſſione cùm alios omnes, quotquot ab ipſis diſſentiunt, tum Catholicos etiàm & orthodoxos excludere conentur. Tanta enim eſt iſtorum hominum arrogantia, tanta ſui obliuio, vt alios omnes ſtupidos, bardos, ac truncos eſſe, nec in ſcripturis videre quicquam: ſe verò ſolos ſapere, ſe ſolos eſſe perſuaſum habeant, qui ſunt veram earum intelligentiam aſſequuti.

Effrenata noſtri temporis hæreticorum audacia, arrogantia, & ſui obliuio.

Eſt ne autem veriſimile, vbì eſt tantus animi tumor, tanta mentis inflatio, quòd ibì poſſit eſſe ſpiritus ille, qui non requieſcit, niſì ſuper humilem & manſuetum, & trementem ſermones ſuos? Præclarè dixit ſapiens: Vbì humilitas, ibì ſapientia: vbì tumor & inflatio, ibi ſtultitia: dicentes ſe enim eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. In conuallibus, vt ait ſanctus ille Rex & propheta, non in montibus, emittit gratiæ ſuæ fontes Deus. Abſcondit à ſapientibus & prudentibus myſteria ſua, reuelat autem ea paruulis. Itaque nulli minùs intelligunt, quid ſit expreſſum Dei verbum, quàm qui de eo maximè gloriantur, quique ſic ſibi ſolis illius intelligentiam arrogant, vt quod eſt in prouerbio, cornicum oculos configere videantur. Neque verò nouum eſt hoc: proprium hoc ſemper fuit hæreticorum, de expreſ-

Eſa. 66. Pro. 11. Rom. 1. Pſal. 103. Matt. 11.

Cornicum oculos configere dicũtur, qui ea

quę antiqui approbant magno conſenſu, damnant ac reſcindunt. expreſſo Dei verbo gloriari, ſibique ſolis illud vendicare. Quin & ante Chriſtum natum, quo alio quàm verbi Dei obtentu, pſeudoprophetæ populum ſeducebāt? Cùm Hieremias propheta triſtia multa prædiceret, ſicut alios prophetas Dei, ſic & illum, ijs ferè verbis præfari ſolitum legimus: Hæc dicit Dominus. An autem iiſdem verbis præfatus nō eſt Ananias quoquè pſeudopropheta, cùm longè diuerſa falsò vaticinaretur? quem à ſe miſſum eſſe Dominus negabat? Quem etiàm alio loco ſic de pſeudoprophetis iſtis loquentem audimus: Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo, non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionē cordis ſui prophetant vobis. Et alio loco: Nolite, inquit, audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, & non de ore Domini: dicunt ijs qui blaſphemant me: Loquutus eſt Dominus, pax erit vobis. Ac paulò pòſt, dicit eos furari verba ſua. Quē locum Diuus Hieronymus interpretans: Semper, inquit, imitatur mendacium veritatem, & niſi habuerit aliquam ſimilitudinem recti, decipere non poteſt innocentes. Quemadmodùm igitur in priori populo mentiebantur prophetæ, atque dicebant: Hæc dicit Dominus: Et, vidi Dominum: Et, verbum Domini factum eſt ad illum, ſiue illum: ſic hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de veteri & nouo teſtamento, & furantur verba Saluatoris, vnuſquiſque à proximo ſuo, Prophetis, & Apoſtolis, & Euangeliſtis, & aſſumunt linguas ſuas, vt cordis venena ore pronuncient.

Hiere. 28.

Hiere. 14.

Hiere. 23.

Ibidèm.

Hæreticorū mendaciū.

Præclarè Diuus Hieronymus eum ꝓphetis illis mendacibus confert hæreticos, & imitari dicit mendacium veritatē. Sicut enim prophetæ Dei dicebant, Verbum Domini, Os domini loquutum eſt, Hæc dicit Dominus: iiſdem vocibus vtebantur & Pſeudoprophetæ. Sed quid vtrique vaticinati ſint, nonnihil expēdamus. Arguebāt Prophetæ Dei peccata populi, ad reſipiſcentiam hortabantur, ſimul imminere grauem indignationem Dei denunciabant, quòd eos gladio, fame, peſte, conſumpturus, quòd ſeruitute duriſſima preſſurus, quòd ad internecionem eſſet deleturus.

Dei prophetæ.

Hiere. 14.

Contrà, mendaces illi, quos non miſerat Dominus, neque præceperat eis: Non videbitis, dicebant, gladium, & fames nō erit in vobis: ſed pacem veram dabit vobis Dominus. Curabant, inquit propheta, contritionem filij populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, & non erat pax. Et ſicut dicit alius propheta de mendacibus iſtis, qui dicebant, ait Dominus, cùm Dominus non eſſet loquutus. Conſuebāt puluillos ſub omni cubito manûs, & faciebant ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas. Quàm fuit iſtorum diuerſa prædicatio, dum illi terrent, vt ſeruēt: hi verò palpant, vt perdant? Intereà tamen vtrique vaticinabantur in nomine Domini, de verbo Domini gloriabantur vtrique: &c. Hactenùs Hoſius. Vide reliqua quæ apud eundem illic habentur & doctiſſima, & lectu digniſſima. Vide etiàm infrà de Pſeudoapoſtolis ad eam rem facientia, cum eorum erroribus ordinè digeſtis.

Falſi prophetæ.

Hiere 6.

Ezech. 13.

Verorū & falſorū prophetarū diſcrimen.

FARELLISTAE.

2.

Farelliſtę ſunt ſectâ Antilutherani, ad tertiam claſſem noſtræ tempeſtatis hæreticorum ſpectantes, à Guilhelmo Farello nuncupati. Qui (vt teſtatur Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecūdo) Geneuam cum vicinia ſuo infecit toxico. Hunc adeò ſeditioſum metuebant Baſilcenſes, vt eùm bis Monte Pellicardi profugiſſet, eum in exilium abire iuſſerint. Hic præter Sacramentariſmum, etiàm Samoſateni renouauit hęreſim, Spiritum ſanctum affirmans motum in rebus ereatum. Ità in ſumma Gallicana ſcripturæ, teſte Petro Carolo epiſtola ad Cardinalem Lotharingum. Verùm captata per illum gloria, facilè per diſcipulos Caluinum, Seruetum, Viretum, aliosque illuſtres Antichriſti martyres, diſparuit. Hęc Lindanus De hoc vide fuſiùs in Caluiniſtis & Bucero.

Eraſmus epiſtola ad principes in ſes. Germ.

FA-

FAVSTVS MANIchæus. 3.

FAuſtus natione Apher, ſectâ Manichæus, viguit Archadij Imperatoris & Innocentij primi Papæ temporibus, circa annum Domini 407. Vir alioqui doctus, & q libros in orthodoxam fidem conſcripſit quamplurimos: contra quem Diuus Auguſtinus multas habuit diſputationes, varioſque ſcripſit tractatus.

Fauſti hæreſes. 1. Hic porrò cum præceptore ſuo Manichæo docebat, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia conſiſtere.

2. De Chriſto etiàm aſſerebat, nec naſci, nec mori potuiſſe: ideoque illi ex virgine nullam natiuitatē contigiſſe, & eius mortem in cruce, falſam fuiſſe.

3. Legem veterem & prophetas blaſphemabat, Deum veteris Teſtamenti malum fuiſſe aſſerens.

4. Senſibilia etiàm templa (vt contra eū lib. 20. author eſt Auguſtinus) altaria, incenſa, vaſa, luminaria, veſtes, ſimulacra, ſacrificia demum ipſa negabat. De hoc vide plura in Manichæis.

FELIX MANICHAEVS. 4.

FElix Manichæus, quanuìs (vt ait Auguſtinus) eſſet artium liberalium inſcius & ineruditus, fuit tamen Fortunato hæretico verſutior, qui ad ciuitatem Hipponenſem accedens, ibique ſuos diſſeminans errores, tandèm cum eodem beato Auguſtino in eccleſia, præſente populo, diſputationibus congreſſus, ab eo conuictus eſt. Contra quem etiàm duos libros idem Auguſtinus conſcripſit. Exortus eſt autem Archadij Imperatoris, & Innocentij primi Papæ temporibus circa annum Domini 405.

Felicis errores. 1. Hic dicebat ſuum præceptorem Manichæum, de promiſſione Spiritûs ſancti, apoſtolum Chriſti fuiſſe.

2. Item, terram eſſe Deo coæternam.

De actis cum hoc Felice duo fuêre libri editi, qui inter diui Auguſtini opera circunferuntur, in quorum primo de hac hæreſi fit mentio.

FELIX ALIVS. 5.

FElix à quo Feliciana hęreſis dicta, ſub Conſtantino ſexto huius nominis Imperatore & Adriano primo Romanorum pontifice viguit, circa annum Domini 783.

Huius hæreſis Platina in vita eiuſdem Adriani Papæ meminit, dicens ſub hoc pontifice habito cōcilio Franconiæ, eam abrogatam fuiſſe, de tollendis imaginibus. Cùm eam tamen appellauerit Felicianam, non aperuit, à quo Felice ſumpſerit exordium. In vita nihilominùs Conſtantini Papæ, dixerat priùs Felicem quendam Rauennatem archiepiſcopum, à Iuſtiniano Imperatore in Pontum relegatum, qui poſteà à priſtina hæreſi diſcedens, ſub Theodoſio Imperatore in patriam reuerſus eſt. Verùm hoc etiàm in loco ſubticet, qualis fuerit huius Felicis hæreſis. Quòd ſi ex hiſduobus locis quis conijcere velit, ab hoc Felice hanc hæreſim appellam fuiſſe Felicianam, non reluctor: quanquàm ſcio ante hunc Felicem non defuiſſe, qui hunc errorem docuerit. Nam ante Conſtantinum Papam, cuius temporibus fuit hic Felix, per centum annos & eò ampliùs, conſtat fuiſſe beatum Gregorium ſummum pontificem huius nominis primum. Hic epiſtola quadam, Serenum epiſcopum Maſſilienſem repræhendit, quòd inconſiderato zelo diuotū imagines fregerit, metuens nè à populo adorarentur. De hac re vide plura in Iconomachis, Leone tertio Imperatore Conſtantinopolitano, Vualdenſibus, Ioanne Vuiclepho, Carolſtadio, Caluino, Lutheriſtis, & compluribus alijs huiuſce factionis authoribus. Feliciana hæreſis. Alphonſus de Caſtro.

Feliciana hæreſis dicit etiàm Chriſtū eſſe filium Dei adoptiuum: ponitque in Chriſto duas hypoſtaſes. De qua re lege beatum Thomam 3. parte, quæſt. 23. artic. 4.

FELICIANVS.
6.

Felicianus Arrianus fuit ſectâ, Diuo Auguſtino coæuus, ſub Theodoſij huius nominis primi Cæſaris Imperio, & Siricij ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 395.

Feliciani hæreſis. 1. Dicebat hic, rationibus potiùs, quàm ſcripturæ teſtimonijs, in fidei diſciplina agendum eſſe.

3. Negabat Homouſion, id eſt, patris & filij conſubſtantialitatem, filiumque non patri coæternum, ſed eſſe meram creaturam dicebat. Contra quem publicè diſputatione habita decertauit idem pater Auguſtinus, & librum compoſuit, in quo ei⁹ argumenta decem & octo capitibus refellit: Quæ diſputatio in ſexto tomo operũ eiuſdem Auguſtini habetur: quarè nè plus æquo hac in re longiores ſimus, illuc lectorem remittimus.

FLAVITAS CONſtantinopolitanus epiſcopus. 7.

Flauitas Cõſtantinopolitanus epiſcopus, ſed ſubreptici⁹, Arrian⁹ ſectâ fuit tempore Leonis ſecundi Imperatoris & Simplicij Romanorum pontificis, circa annum Domini 476.

Acacius Felicis Papæ nomenè ſacro albo epiſcoporũ prim⁹ delere auſus. . De hoc ità ſcribit Nicephorus hiſtor. eccleſ. libro 16. cap. 18. Poſt Acacium, inquit, illum, qui primus Papæ nomen è ſacro albo eximere auſus, breuì pòſt communem omnibus ingreſſus eſt viam, mẽte ſenſuque omni captus Flauitas (hunc Euagrius Phranitam nominat) Cõſtãtinopolitanum ſuſcepit epiſcopatum: vir, qui quidem presbyter eſſe viſus ſit, ſed vſque adeò ad audaciam & improbitatem ſummam peruenerit, vt id quod dicturus ſum facinus, ſatìs, qualis fuerit, indicare poſſit. Zeno Imperator chartam puram in ſacro repoſuit altari, atque in charta alia per ſcriptum Deo ſupplicauit, vt per angeli manum, quæ in hominum conſpectum non veniret, nomen eius adſcriberet, quem cæleſti calculo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ hierarcham præfectum vellet. Atque ob hanc rem quadraginta dierum ieiunium indixit: & Deum omnes orare, vt quiſnam placitus eſſet, oſtenderet, iuſſit. Hæc vbì Flauitas cognouit, auro multo templi cuſtodem, qui idem princeps imperialium cubiculariorum erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius annotaret, eamque rursùm Imperatoris ſigillo obſignaret. Hoc vbì factum eſt, atque vbì conſtitutum ieiunij præterijt tempus, ſigillo in charta ſublato, derepentè Flauitas ingenti gloria, perinde atque à Deo deſignatus eſſet, afferens, correptus eſt, & magnifico ſaltu in Patriarchæ thronum is conſcendit. *Per ſycophãticam impoſturã epiſcopatu is conſequitur.* Verùm enimuerò piaculum id omnipotens prouidentia non diù latère paſſa, illuſionem eam ſcenicamque actionem quamprimùm in apertum produxit. Infelix enim ille quum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt: *Repentina Flauitæ mors.* quum ne dimidiam quidem partem muneris eius, quo epiſcopalem dignitatem redemerat, corradere potuerit. Quapropter argentarij hæredibus eius inſtitère, & pecuniam nupèr admodùm mutuò datam exegère. Atque illi quòd ſoluendo non eſſent, Zenonem adière: eique vt eos ab acerbis illis creditoribus liberaret, ſupplicàrunt, & rem ipſam ſecretò ei ipſi qui de illa inquirebat, indicàrunt. Zeno ea audita, obſtupuit: & poſtquàm non Chriſtum, ſed Chryſum, hoc eſt, aurum potiùs, Flauitæ nomen in libello illo aſſeripſiſſe cognouit, iudicium reuerà & iuſtitiam (iuxta Pſalmum) fecit: *Sycophãtia Flauitæ indicatur.* atque eunuchum quidem, qui ſibi diuinam exiſtimationem & gloriam arrogâſſet, tolli, pecuniam autem ereditam ex ſubſtantia eius diſſolui argentarijs iuſſit. Ipſam verò eccleſiam epiſcopis permiſit, vt illi ſuffragijs ſuis, quem idoneum eſſe procurationi ei iudicarent, eligerent. *Redit in authorẽ ſcelus iuſto Zenonis iudicio.* Sic citra moram omnem, Euphemius eccleſiæ presbyter, vir clariſſimus, orthodoxæ fidei & virtutis omnis ſtudioſiſſimus, eccleſiæ gubernandæ præfectus eſt. Quomodò verò is, Flauitas ſcilicet, in epiſtolis ſuis Synodalibus dilogos, hoc eſt, bilinguis, ſimulque albus & a-

ter fuerit, vide cap. 19 lib. 16. eiuſdem Nicephori.

FLAGELLANTES.
8.

Flagellantium hæreſis in Italia primùm orta, per Galliam & Germaniam vagata tandem eſt, Rudolfi Cæſaris Germani, & Gregorij decimi huius nominis ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1273. Deindè ea hæreſis, maximè inualuit anno Domini 1313. ſub Imperio Ludouici Bauari Germani Cæſaris, & pontificatu Ioannis huius nominis vigeſimiſecundi. Qua tempeſtate Viennenſe etiàm concilium in præſentia Michaëlis Palæologi Imperatoris Græcorum celebratum eſt, pro recuperanda Palæſtina, & contra Græcos de proceſſione ſpiritûs ſancti.

Hi porrò oberrantes paſsìm, ſeipſos virgis ac nodoſis flagellis concidebant, in quibus aculei inſerti erant, ad oſtentationem. Quorum multi (teſte Carione) circa annum Domini milleſimum tricenteſimum quadrageſimum tertium, Spiram venerunt in ipſis Comitiorum diebus, magnam religionis ſpeciem præ ſe ferentes. Nomine cuius ſanctimoniæ quamplurimi à ciuibus ad prandia ſunt inuitati. Cuius alioqui erroris fucus vt nihil differebat ab Anabaptiſtarum opinione religioſa, ità ſecta non minùs pernicioſa erat illis temporibus. Tandem verò damnata eſt, igne & gladio extincta. Homines iſti rudes erant, cruces in ſuis veſtimentis deferebant, vrbes gregatìm triſtes & mœſti ingrediebantur, liuentes ex crebris ictibus ſcapulas præferentes. Neminem rogabant aliquid, oblata ſponte ſumebant. Ex qua ſecta nihilominùs multi graues & pernicioſi errores pullulârunt circa fidem & ſacramenta eccleſiæ. His nempè religioſis ſignis plurima vitia tegebant, & alebant occultè. Quo verò authore primùm inſtituta eſt, incertum, niſi illo qui cæteris dormientibus traditur Euangelio ſuperſeminâſſe zizania. Horum quidam (vt inquit author Vuandaliæ li. 8) aliquādò à duobus fratribus ordinis prædicatorij interpellati, cur nemine mittente docere & prædicare præſumerent, indignati illi tanta vi in eos inuehuntur, vt cùm vnus ſibi fuga vix conſuluiſſet, velociſſimis fretus pedibus, alterum lapidibus obruerint iuxta Moſam.

Flagellantium hæreſis non minùs pernicioſa, quàm Anabaptiſtarū.

Matt. 13.

Ab actu porrò & opere illi nomen ſortiuntur, vt Flagellantes ſeſe appellàrint, aſſerentes hanc flagellationem potiorem eſſe ad delenda quæcunq; peccata, quàm confeſſione: immò ipſam martyrio comparabant, vel potiùs præferebant: quòd ipſi vltrò (vt dicebant) ſanguinem proprium funderent, martyres verò hoc ab alijs pati cogerentur. Horum errores ſunt huiuſmodi:

Flagellātes vnde dicti.

1. Dicebant primò, aquam benedictam, quam luſtralē vocamus, nihilo plùs habere virtutis aut efficaciæ, quàm quæ conſecrata aut exorcizata non ſit.

Flagellantium hæreſes.

2. Item baptiſmum aquæ iam ceſſâſſe, mutatumq; eſſe in baptiſmum ſanguinis. Quod quidem (vt author eſt Alphonſus de Caſtro aduersùs hæreſes lib. 3.) ex quadam inepta allegoria ſcripturæ comprobabant. Dicebant enim quòd quandò Chriſtus in Cana Galilææ ſub finem nuptialis conuiuij aquam mutauit in vinū, deſignauit circa finem mundi Baptiſmū aquæ in baptiſmum ſanguinis mutari debere. Et quemadmodùm vinum rubeum omni vino priùs diſcumbentibus appoſito, eis magis placebat, plusque ab illis commendabatur: ità nouam legem Baptiſmi ſanguinis, præ cunctis antè latis legibus Deo acceptiorem fore. Quapropter dicebant ab eorum in mundum aduentu, neminem potuiſſe ſaluari, & verum exiſtere Chriſtianum, niſi in proprio ſanguine de eorum corpore flagello excuſſo baptizetur. Quod ſanè non ſolùm hæreſis, ſed ineptia aut dementia potiùs cenſenda eſt.

3. Docebant etiàm ab aduentu ſuæ ſectæ, Euangelium deſiſſe. Quem errorem non niſi idiotæ & indocti homines, quales fuêre Flagellantes, docere potuiſſent: cùm ſint tam aperta ſcripturæ ſacræ teſtimonia, Euangelium in perpetuum, hoc eſt, in finem vſque ſeculi duraturum teſtantia, vt nulla hic comprobatione aut alia confirmatione,

quàm

quàm ſola fide catholica, opus ſit.

4. Hi deniquè ſic admittebant iuramentum cum Priſcillianiſtis & Apoſtolicis, vt etiàm periurium licere aſſererent, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam:

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

De his lege Ioannem Gerſonem, tractatu quem contra illorum ſectam edidit, ſi plura nôſſe velis.

FLORINVS.

9.

FLorinus, à quo Floriani ſiue Carpocratiani, qui & Milites, teſte Philaſtrio, quòd ex ordine militarium maxima pars eorum extiterint, nuncupātur. Hic Florinus, vt dicit Euſebius libro quinto, capite decimo quinto, in vrbe Roma gradu presbyterij collapſus vnà cum Blaſto ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuum barathrum deduxerunt, noua aduersùs veritatem figmenta machinantes, temporibus Commodi Imperatoris & Soteri maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 182.

Florianorū hæreſes. 1. Negabant autem ij extremum iudicium atque reſurrectionem futuram, omnemq́ue reſurrectionem (authore Philaſtrio) in filiorum procreatione nefando coitu æſtimantes conſiſtere. Adeò vt in eccleſia ſua talem habuerint conſuetudinem, vt poſt occaſum ſolis, lucernis extinctis miſceri cum mulierculis non dubitauerint, hoc ritu legis præceptum ſeſe implere putantes, quo Deus in principio homini ſic præcepit: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Iudaiſmo potiùs & paganitati parére nefandæ, quàm Chriſtianæ veritati acquieſcere properantes, pecudumq́ue vitam potiùs & amentiam eorum retinentes, quos ſcriptura vitæ pecudum comparauit.

Promiſcui cōcubitus.

Pſal. 48.

2. Chriſtum etiàm natum de virgine non credebant.

3. Dicebant deniquè, malum à Deo eſſe, & Deum facere mala effectiuè, nedùm permiſſiuè.

De his ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 20. Marcionis, inquit, ſecta tunc temporis diſſecta atq; diuiſa erat. Quidam etiàm Romæ vigebāt, vt Florinus & Blaſtus, qui & ipſi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quòd in petitione presbyterij repulſam tulerat: Blaſtus autem, non ob diſſimilem quoquè cauſam. Quilibet verò officina ſeorſum contra veram pietatem inſtituta, permultos ex eccleſia in errorem ſuum pertraxit. Et infrà: Ad Florinum autem & Blaſtum, qui Romæ ſchiſmatis & diſſidij duces fuēre, Irenæus cohortationes ſcripſit: vt nuncio vanis atque inanibus ſermonibus & concertationibus remiſſo, Apoſtolicis inhærent traditionibus. Hæc Niceph.

Florinus & Blaſtū hæreſiarchæ.

FORTVNATVS.

10.

FOrtunatus, à quo Fortuniani dicti ſunt, de quibus C. de hæreticis & Manichæis habetur, viguit Archadij Imperat. & Innocentij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Hic cùm Manichæorum presbyter eſſet, & apud Hipponem longo tempore conuerſaretur, ingenti fama ibidèm celebratus, quàm plurimos indè in ſuam opinionem pertraxit. Contra quem à Diuo Auguſtino ſolennis diſputatio indicta fuit. Quæſtio verò illic propoſita, à cauſa mali ortum habuit, nimirùm vndè ſit malum. Auguſtinus porrò malum in homine ortum fuiſſe ex proprio liberoq́; ipſius voluntatis arbitrio contendebat. Fortunatus contrà, dicebat mali naturam Deo eſſe coæternam. Cùm ergò ibi longa diſputatio inter vtrunq; per vnius diei ſpatium agitata fuiſſet, & Conſule ac notarijs ibidèm conuenientibus, ea diſputatio eo die terminata non eſſet, diſtulerunt in ſubſequentem. In qua cùm ab eodē Fortunatus fuiſſet publicè conuictus, tandèm ab Hipponenſi ciuitate diſceſſit, contra quem Auguſtinus librum conſcripſit. De quo etiàm ſermone quinto ad fratres in eremo ità dicit: Quoniam Fortunatum ad partes veſtras occultè velut lupum iam iſſe ſentio, ideò compulſus reuerſus ſum ad vos, cupiens illum videre, & cum eo pariter diſputare, & illum conculcare, Deo auxi-

Fortunatus Manichæorū presbyter.

Eiuſdē cōcertatio cū Auguſtino.

Fortunati hæreſis.

auxiliante, qui totis viribus diſſipare conatur & iugulare filios, quos peperit in viſceribus charitatis: orate, & nolite deficere, vt Fortunatum Manichæorum preſbyterum, ſicut publicè ſanctæ Chriſtianæ fidei inſidiatur, ità & nos cum ſuis, Dei gratia adiuuante, publicè ſuperare poſſimus.

FORTVNATIANVS *Aquilegienſis epiſcopus.*

11.

Fortunatianus, authore D. Hieronymo libro de viris illuſtribus, fuit natione Afer, Aquilegienſis epiſcopus Imperante Conſtantio: qui & breui ac ruſtico ſermone in Euangelia ſcripſit commētarios. In hoc verò deteſtabilis habetur, quod Liberium Romanæ vrbis Epiſcopum pro fide in exilium pergentem, primus ſolicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus. Vixit itaq; Archadij Imperatoris & Siricij papæ temporibus, circa annum Domini 400.

Fortunatiani error.

FORTVNATITAE.

12.

Fortunatitæ dicuntur, qui apud Iudæos fortunā ſeu Reginam cæli (quā & cæleſtem vocant Afri ani) adorabant, eiq; ſacrificia offerebant. Adeò quidem, vt cùm propheta Ieremias Iudæos eam ob rem durius increparet, admoneret nihilominùs ab huiuſmodi nefanda cultura recedere, & Domino ſoli ſeruire, ſolumq; adorare, irati eidem obluctabantur, dicentes: Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiem° ex te: ſed facientes faciemus omne verbū quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecim° nos & patres noſtri, reges noſtri & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, & benè nobis erat, malumq; non vidimus. Ex eo autem tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame conſumpti ſumus. Quòd ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum ea, & libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersùs viros & aduersùs mulieres, & aduersùs omnem plebem, qui reſponderant ei verbum, dicens: Nūquid non ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius? Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis: ideo facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Proptereà quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis, & in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcircò euenerunt vobis mala hęc, ſicut eſt dies hæc &c. Et alibi: Nónne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nónne ſemetipſos in confuſionem vultùs ſui? Ideò hæc dicit Dominus Deus: Eccè furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur: &c. Hactenùs Ieremias propheta de idololatris, in quorum locum ſucceſſerunt hæretici.

Hiere. 44
Hæreticæ prauitatis & obſtinationis germana deſcriptio.
Viri, ꝓ principibus & rectoribus populi.
Hiere 7.

Cur verò ab his fortuna ità coleretur, hanc ab eiſdem cauſam præcipuè obſeruatam tradit Alexander ab Alexandro Genialium dierum libr. 1. nimitùm, quòd qui illam religiosè colerent, magnis ſæpè incrementis ſe auctos eius meritis fuiſſe crederent: qui verò minimo cultu aut deſpectui habuiſſent, pluribus incommodis fuiſſe dehoneſtatos. Quò ſanè referendum illud, quod eius cultores prætexebant Ieremiæ, tā nefandæ rei repugnanti:

quàm ſola fide catholica, opus ſit.

4. Hi deniquè ſic admittebant iuramentum cum Priſcillianiſtis & Apoſtolicis, vt etiàm periurium, licere aſſererent, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam:

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

De his lege Ioannem Gerſonem, tractatu quem contra illorum ſectam edidit, ſi plura nôſſe velis.

FLORINVS.

9.

Florinus, à quo Floriani ſiue Carpocratiani, qui & Milites, teſte Philaſtrio, quòd ex ordine militarium maxima pars eorum extiterint, nuncupãtur. Hic Florinus, vt dicit Euſebius libro quinto, capite decimo quinto, in vrbe Roma gradu presbyterij collapſus vnà cum Blaſto ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuum barathrum deduxerunt, noua aduersùs veritatem figmenta machinantes, temporibus Commodi Imperatoris & Soteri maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 182.

Florianorũ hæreſes. 1. Negabant autem ij extremum iudicium atque reſurrectionem futuram, omnemq́ue reſurrectionem (authore Philaſtrio) in filiorum procreatione nefando coitu æſtimantes conſiſtere. Adeò vt in eccleſia ſua talem habuerint conſuetudinem, vt poſt occaſum ſolis, lucernis extinctis miſceri cum mulierculis non dubitauerint, hoc ritu legis præceptum ſeſe implere putantes, quo Deus in principio homini ſic præcepit: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Iudaiſmo potiùs & paganitati parére nefandæ, quàm Chriſtianæ veritati acquieſcere properantes, pecudumq́ue vitam potiùs & amentiam eorum retinentes, quos ſcriptura vitæ pecudum comparauit.

Promiſcui cõcubitus.

Pſal 48.

2. Chriſtum etiàm natum de virgine non credebant.

3. Dicebant deniquè, malum à Deo eſſe, & Deum facere mala effectiuè, nedùm permiſſiuè.

De his ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 20. Marcionis, inquit, ſecta tunc temporis diſſecta atq; diuiſa erat. Quidam etiàm Romæ vigebãt, vt Florinus & Blaſtus, qui & ipſi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quòd in petitione presbyterij repulſam tulerat: Blaſtus autem, non ob diſſimilem quoquè cauſam. Quilibet verò officina ſeorsùm contra veram pietatem inſtituta, permultos ex eccleſia in errorem ſuum pertraxit. Et infrà: Ad Florinum autem & Blaſtum, qui Romæ ſchiſmatis & diſſidij duces fuêre, Irenęus cohortationes ſcripſit: vt nuncio vanis atque inanibus ſermonibus & concertationibus remiſſo, Apoſtolicis inhæreant traditionibus. Hæc Niceph.

Florinum & Blaſtũ Irenæus refutat.

FORTVNATVS.

10.

Fortunatus, à quo Fortuniani dicti ſunt, de quibus C. de hæreticis & Manichæis habetur, viguit Archadij Imperat. & Innocentij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Hic cùm Manichæorum presbyter eſſet, & apud Hipponem longo tempore conuerſaretur, ingenti ſama ibidèm celebratus, quàm plurimos indè in ſuam opinionem pertraxit. Contra quem à Diuo Auguſtino ſolennis diſputatio indicta fuit. Quæſtio verò illic propoſita, à cauſa mali ortum habuit, nimirùm vndè ſit malum. Auguſtinus porrò malum in homine ortum fuiſſe ex proprio liberoq́; ipſius voluntatis arbitrio contendebat. Fortunatus contrà, dicebat mali naturam Deo eſſe coæternam. Cùm ergò ibi longa diſputatio inter vtrunq; per vnius diei ſpatium agitata fuiſſet, & Conſule ac notarijs ibidèm conuenientibus, ea diſputatio eo die terminata non eſſet, diſtulerunt in ſubſequentem. In qua cùm ab eodẽ Fortunatus fuiſſet publicè conuictus, tandèm ab Hipponenſi ciuitate diſceſſit, contra quem Auguſtinus librum conſcripſit. De quo etiàm ſermone quinto ad fratres in eremo ità dicit: Quoniam Fortunatum ad partes veſtras occultè velut lupum iam iſſe ſentio, ideò compulſus reuerſus ſum ad vos, cupiens illum videre, & eum eo pariter diſputare, & illum conculcare, Deo auxi-

Fortunatus Manichæorũ presbyter

Eiuſdẽ conflictatio cũ Auguſtino.

Fortunati hæreſis.

auxiliante, qui totis viribus diſſipare conatur & iugulare filios, quos peperi in viſceribus charitatis: orate, & nolite deficere, vt Fortunatum Manichæorum preſbyterum, ſicut publicè ſanctæ Chriſtianæ fidei inſidiatur, ità & nos cum ſuis, Dei gratia adiuuante, publicè ſuperare poſſimus.

FORTVNATIANVS *Aquilegienſis epiſcopus.*

II.

FOrtunatianus, authore D. Hieronymo libro de viris illuſtribus, fuit natione Afer, Aquilegiēſis epiſcopus Imperante Conſtantio: qui & breui ac ruſtico ſermone in Euangelia ſcripſit commētarios. In hoc verò deteſtabilis habetur, quod Liberium Romanæ vrbis Epiſcopum pro fide in exilium pergentem, primus ſolicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus. Vixit itaq; Archadij Imperatoris & Siricij papæ temporibus, circa annum Domini 400.

Fortunatiani error.

FORTVNATITAE.

12.

FOrtunatitæ dicuntur, qui apud Iudæos fortunā ſeu Reginam cæli (quā & cæleſtem vocant Africani) adorabant, eiq; ſacrificia offerebant. Adeò quidem, vt cùm propheta Ieremias Iudæos eam ob rem duriùs increparet, admoneret nihilominùs ab huiuſmodi nefanda cultura recedere, & Domino ſoli ſeruire, ſolumq; adorare, irati eidem obluctabantur, dicentes: Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiem9 ex te: ſed facientes faciemus omne verbū quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecim9 nos & patres noſtri, reges noſtri & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, & benè nobis erat, malumq; non vidimus. Ex eo autem tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame conſumpti ſumus. Quòd ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum ea, & libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduerſùs viros & aduerſùs mulieres, & aduerſùs omnem plebem, qui reſponderant ei verbum, dicens: Nūquid non ſacrificium quod ſacrificâſtis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius? Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis: ideò facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis, & in teſtimonijs eius non ambulaueritis: ideircò euenerunt vobis mala hęc, ſicut eſt dies hæc &c. Et alibi: Nónne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nónne ſemetipſos in confuſionem vultùs ſui? Ideò hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur: &c. Hactenùs Ieremias propheta de idololatris, in quorum locum ſucceſſerunt hæretici.

Hiere 44. Hæreticæ prauitatis & obſtinationis germana deſcriptio.

Viri pro principibus & rectoribus populi.

Hiere 7.

Cur verò ab his fortuna ità coleretur, hanc ab eiſdem cauſam præcipuè obſeruatam tradit Alexander ab Alexandro Genialium dierum libr. 1. nimirùm, quòd qui illam religiosè colerent, magnis ſæpè incrementis ſe auctos eius meritis fuiſſe crederent: qui verò minimo cultu aut deſpectui habuiſſent, pluribus incommodis fuiſſe dehoneſtatos. Quò ſanè referendum illud, quod eius cultores prætexebant Ieremiæ, tā nefandæ rei repugnanti:

Regina cæli quid.

Ex co(aicbant) tempore, quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli, & libare libamina, indigimus omnibus. Vbi quidem per Reginam cęli D. Hieronymus intelligi putat Lunam, aut militiam cæli, id eſt, omnes ſtellas, nempè quòd Luna inferiora corpora regat ac moderetur, paruiſq; momentis magnas faciat mutationes, ac res inferiores in eodem veſtigio nunquàm diù ſtare permittat. Quo fit quidem, vt à Græcis etiàm τύχη εὔριπος quaſi æſtuans appelletur.

FRATRICELLI.

13.

FRatricelli ſeu fratres de paupere vita, in partibus Italiæ ortum habuerunt, Alberti primi Cæſaris Germani, & Benedicti huius nominis vndecimi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1304.

Fratricelli & Anabaptiſtæ ferè idẽ ſentiunt.

Hi planè Anabaptiſtarum more, qui noſtra hac ætate in incertum vagantur, ſenſerunt, promiſcuos docentes concubitus. In locis nempè abditis tale ab eis perpetrabatur ſcelus, vt vocatę & de induſtria ab eiſdem ſeductæ ſpecioſiores quæq; viduæ vel virgines, cùm in ea ipſa antea venirent, ſacerdotes & eius ſectæ clerici, ianuis clauſis, diuinas laudes ad comparandam fidem, ex Chriſtiano ritu cantabant. Quibus circa noctis medium peractis, ſacrificii alta voce commonebant binos debere, maſculum videlicet & fœminam, ſancto ſpiritu inuocato, in copulam carnalem commiſceri. Quo dicto, & luminibus extinctis, quilibet ſibi proximam mulierẽ proſternebat: & ſi ex tali concubitu mulier concepiſſet, infans genitus in eam ſpeluncam deferebatur, & per ſingulas manus tandiù totieſq; tradebatur, quouſque animam exhalabat: iſq; in cuius manibus expirabat, indè maximus pontifex creatus habebatur.

Concubitus promiſcui.

Fratricellorũ hæreſis.

Dicebant etiàm nihil proprij habendum, nec reſpublicas eſſe adminiſtrandas à Chriſtianis.

Item viſionem animarum ſanctarum differri vſq; in nouiſſimum diem, contra illud Chriſti ad latronem: Hodiè mecum eris in paradiſo. Et ſimiles phanaticas opiniones habuêre. Luc. 23.

De his in Extrauagante Iohannis vigeſimi ſecundi, quę incipit, Sancta Romana, ita dicitur: Nonnulli prophanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, Biſochi, ſiue Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ necnon in inſula Siciliensi, contra Canones habitum nouæ religionis ſumpſerunt. Et infrà: Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui cõceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quamplurimi (ſicut fide digna relatione percepimus) à veritate Catholicæ fidei deuiantes, eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac alios errores ſtudent multipliciter ſeminare, &c. Benè ergò in Oſeæ prophetæ caput ſeptimum dicit gloſa: Hæreticis eſt væ æternum, qui recedũt à creatore, & vlulant in conciliabulis ſuis, quæ indè cubilia & luſtra ferarum meritò appellantur, in quibus libidini & ſtupris vacant. Quicquid tamen dicunt, putant ſe in laudes Dei dicere: quod nihil aliud quàm vlulatus luporum & canum inſanientium ſonitus eſt.

Vlulatus hæreticorum in luſtris, i. conciliabulis ſuis, luporum & canũ inſanientiũ ſonitus eſt.

Hanc autem hæreſim Bonifacius octauus damnauit, & vbiq; perſecutus eſt, cuius author fuit quidam Italus, Hermannus nomine, de quo infrà latiùs dicetur ſuo loco.

FVLGENTIVS.

14.

Fulgentij errores.

FVlgentius, Donatiſta factione, duo eſſe principia & duo baptiſmata affirmabat, reis & peccatoribus ſacramentum baptiſmi nihil conferre aſſerẽs, cùm dicat Salomon, Fons vitæ in manibus iuſti. Huius errores fuſiùs recenſet D. Auguſtinus libro quem aduersùs eum edidit: quarè ibidèm quære, ſi libeat. Vixit autem Archadij Imperatoris & Siricij papæ temporibus, circa annum Domini 400. Pro. 16.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER SEPTIMVS.

DE LITERA G.

GAINITAE.

1.

GAinitæ à Gaino quodam dicti ſunt, qui Zenonis Imperatoris & Simplicij ſummi Romanorum antiſtitis temporibus per populi peruerſi electionem vno die electus eſt epiſcopus, circa annum Domini 476.

Gainitarum hæreſis.

Hic cum Anthimio Conſtantinopolitano epiſcopo & quodam Theodoro viro eloquente in Eutychianam hæreſim lapſus, multis alijs pontificibus fuit cauſa exitij. Nam cùm Chalcedonenſe concilium reſpuerent, dum ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerebant, quam Theodoriani corruptam, Gainitę incorruptam contendebant, dicentes Chriſtum compoſitum eſſe ex natura diuina & humana: ſicq; ſemper immortalem eſſe, corpus corruptibile iam indè à natiuitate habētem. Quod beatus Thomas Quodlibe. 4. quæſt. 1, articulo octauo reprobat in hunc modum: Gainitæ, inquit, non ſolùm à corruptione putrefactionis voluērunt corpus Chriſti eſſe incorruptibile, quod fides Catholica tenet ſecundùm illud Pſalmiſtæ, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: ſed etiàm alienum eſſe à corruptione mortis ante reſurrectionem: quod eſt impium, vt dicit fuſiùs Ioannes Damaſcenus libr. 3. cap. 18. Nam ſi indiſſolubile (inquit) factum eſt, & non conſubſtantiale nobis, non veritate, ſed opinione facta ſunt, quæ facta teſtatur Euangelium, vtpotè famem, ſitim, clauorum fixuras, lateris apertionem, & mortem. Si autem opinione facta ſunt, fraus igitur eſt & deceptio diſpenſationis myſterium, & opinione, & non veritate, factus eſt homo: ideoque opinione, & non veritate, ſalui facti ſumus. Sed hi faceſſant, & qui talia dicunt, ſalutis expertes fiant. Hæc ille.

Gainitæ dicūt corpus Chriſti à cōceptione immortalitate donatū fuiſſe.

Iſtius hæreſis ſolutio.

GAINAS.

2.

GAinas iſte (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſt. hiſt. lib. 13. cap. 5.) barbarus genere fuit, ex Scythis, qui ad Iſtrum colunt, ortus, ſub Archadio Imperatore militaribus copijs præfectus, Chriſtianus quidem, ſed Arriana peſte infectus, circa annum Domini 405. ſummum pontificatum agente Innocentio huius nominis primo. Sed ex eiuſdem Nicephori eccleſiaſtica hiſtoria quis hic fuerit, vndè in Romanum Imperium peruenerit, quomodò Arrianis fauens, D. Ioanni Chryſoſtomo negocium faceſſerit, vt motus contra Imperium concitans, quô magnus ille vir legatione apud eum fungeretur, effecerit: & tandèm è medio ſublatus, interiērit, apertiſſimè intueri licebit quemadmodùm ſequitur.

Oēm hanc Gainæ hiſtoriam hic nō adſcripſiſſe, niſi ei quā anno 1562. per vniuerſam Galliā calamitatis & perfidiæ per quoſdā perduelliones prætextu religionis pertulimus, imaginem præ ſe ferret.

Scythæ, inquit, amne Iſtro, quum glacie conſtrictus fuiſſet, tranſito, confertìm in Romanam ditionem irruperunt, & Thraciam omnem peruagati, Europam diripuerunt. At ille vbi ad Romanos transfugit, paulatìm progreſſus, ex tenui milite, breuì dux Romanorum factus, equeſtribus pedeſtribuſque præfuit copijs. Sed enim ad tantum honorem præter dignitatem ſuam euectus, loco & ordine eo contentus non fuit: ſed nè Imperium Romanum poteſtati ſuæ ſubijceret, grauem eam rem ſibi eſſe putauit. Hæc cùm animo agitaret, populares ſuos Gotthos ex præfecturis eorum acciuit, atque ex eis qui eum genere contin-

Gainas ad Romanos transfugit.
Idē Ro. dux.

Qui paulò antè Scythæ, hic Gotthi dicuntur.

Trigibildus Gothus Comes, Phrygiæ rector.

gerent, ordinum ductores, centuriones, & tribunos fecit, exercitumque vniuerſum ſocijs ſuis credidit. Vt autem Trigibildus neceſſarius & cõmodus ei maximè, perquàm frequenti ordini præeſſet, procurauit, eidemque Phrygiæ adminiſtrationẽ cũ Comitis dignitate conceſſit. De quo quum non ità multò pòſt nunciatum eſſet, res eum nouis moliri, vrbes circa Phrygiam & Natoliam vaſtare, & cædem multam facere, aſſimulauit quidem ſcilicet ſe ea de cauſa indignari Gainas: indicijs autem quibuſdam ſatis oſtendit, ad res nouas eum quoque ſpectare. Sed ille, perindè atque Romanis benè vellet, fraudem arte comminiſcitur, vt ipſe bellum contra illum gerendum ſuſcipiat, & vrbibus circa Phrygiam, ità vt opus eſſet, auxilium ferat. Et Imperator commento credens, ei id permiſit. Ille porrò ingentem plurium millium multitudinem duceus, ſtatim quod celauerat conſilium oſtendit, & tyrannidis regulum in medium produxit. Tantum enim abfuit, vt vrbes ad quas miſſus erat, defenderet: vt eas etiàm quæ reliquæ adhuc erant, diriperet atque vi magna euerteret: aliæ autem idem ſe ab eo paſſuras eſſe, in expectatione eſſent. Atque indè mouens, quæ in medio erant loca omnia Myſorum, quod dicitur, prædam fecit: & ad eam, quæ exaduerſò Byzantio eſt, Chalcedonem caſtrametatus eſt. Et cùm grauiſſima quæque ſe facturum eſt minatus, tum verba quoque ad rem ipſam contulit. Quum verò vrbes orientales, maximè autem quę in Aſia & ad Pontum Euxinum ſunt, in ſummo verſarentur diſcrimine: Imperator vnà cum eis qui ſecum erant amicis, non diutiùs cunctandum eſſe cenſuit. Quòd non tutum eſſet rempublicam Romanam ità à rebus omnibus imparatam eſſe, contra viros qui in mortem ruerent, & de vita ſemel deſperâſſent. Tempori autem inſeruiens, arte & conſilio barbarum eſt aggreſſus. Et miſſis ad Gainam legatis, paratum ſe eſſe, quæ ille peteret, facere, renunciauit: tum autem per vitam omnem poſteà gratum eum ſibi fore recepit. Accepit is conditionem, neque aliud petijt quicquam, quàm vt ei Saturninus & Aurelianus viri conſulares, quos aduerſari ſibi ſuſpicabatur, dederentur. Imperator vel inuitus ei hoc tribuit. Atque illi pro republica mortem obire parati, ſe Imperatoris poteſtati permiſère. Itaque Gainæ dediti ſunt: quibus tamen ille receptis pepercit: & ſedulo, quod maximè cupiebat diſſimulans, Chalcedonem aduenit, vbi etiàm Imperator adfuit. Atque ibi diuæ Euphemiæ martyris templum, in quo cadauer illius conditum eſt, ingreſſi, accepta ipſe & data per iuriſiurandi religionem fide, beneuolum ſe & officioſum fore, arma depoſuit: & deindè Conſtantinopolim tranſmiſit, vbi rurſùm equitum & peditum curam & adminiſtrationem ab Imperatore ſuſcepit.

Gainas hoſtiliter erga ciues Romanos ſe gerit.

Gainæ caſtra ad Chalcedonem.

Saturninus & Aurelianus, viri conſulares Gainæ deduntur.

Tranſactio inter Archadium & Gainam.

Aſt vbi præter dignitatem ſuam ſecundas ſibi eſſe res vidit, honorem rurſùs eum moderatè ferre non potuit. Et poſtquàm primus ei præter rationem ſuſceptus conatus ex ſententia ſucceſſit, alium quoquè tentandum ſibi eſſe ſtatuit, & tumultum non minimum eccleſiæ concitare aggreſſus eſt. Chriſtianus ille quidem fuit, ſed religionem ſynceram non ſeruauit. Arrij enim peſte infectus erat. Nam gens ea Valentis temporibus ſub Vlphila ab Eudoxio Arrianam receperat contagionem. Itaque ſiue recentis facinoris magnitudine elatus, ſeu fortè ab anteſignanis hæreſis perſuaſus, ſacram vnam ædem intra vrbem, conſentientibus ſibi in religione ſacerdotibus, ab Imperatore poſtulauit. Idque veluti exprobrans fecit, minimè conuenire dicens, vt ipſe Romanæ militiæ dux, in eccleſia extra vrbis mœnia oret. Imperator inconſtantiam animi eius metuens, tyrannidemque quæ ab eo expectabatur, ſuſpectam habens, deliberaturum ſe eique conſulturum eſſe recepit. Et patre diuino Ioanne Chryſoſtomo accito, petitionem barbari indicauit, potentiamque eiuſdem in memoriam illi reuocauit, & meditatam expetitamque tyrannidem inſinuauit: manifeſtè deniq; viſus eſt, ſe illi quaſi ſimplicem, quod peteret, daturum eſſe, ſignificare, vt eiuſmodi conceſſione, barbari furorem frenaret. Diuinus autem ille vir, non paſſus eſt ea verba ad exitum peruenire,

Gainas Arrianus.

Gainas eccleſiam In vrbe Byzantij Arrianis petit.

Archadius eadem re Ioan Chryſoſtomũ cõſulit.

ne-

neque tempori ceſſit : ſed Epiſcopis, qui tum Conſtantinopoli aderant, ſecum ductis, regiam Imperatoris ingreſſus eſt. Et ꝑ ſeipſum primùm magno animo apud Imperatorē cauſam egit: Nē ſic, inquiēs, ô Imperator, te facturum eſſe pollicearis, neque ità ſanctum canibus proijcere conſtitueris. Ego enim non ſuſtinebo, vt qui rectè de Deo theologantur & ſentiunt, eijciantur: atque eis ſacrum delubrum, qui blaſphemam aduerſùs eum linguam acuunt, concedatur. Neque barbarum illum timueris: verùm vtroque euocato, tu quidem tacitus animum ad ea quæ dicentur aduerte: ego autem linguam illius frenabo, & perſuadebo, vt minimè illa petat, quæ dare non conuenit. Imperator verbis his delectatus, vtrunque ad ſe accerſit. Et Gainas ad finem perduci quæ ei promiſſa erant, petijt. Auream autem obtinens linguam Ioannes, illi reſiſtens: Non oportet, inquit, principem quicquam cōtra Deum audere, ſi quidem vera pietas illi curæ eſt: ſed potiùs benè conſtitutas leges ſeruare, & eam potiſſimùm quæ contra hæreſes alias promulgata eſt. Suaſitq; adeò Imperatori, conducibilius eſſe dictitans, vt Imperio potiùs cederet, quàm per impietatem ædem Dei proderet.

Id' Ioānes q̄ maximè diſſuadet.

Aurea Ioannis Chryſoſtomi ſententia, & vero principe digna.

Atque ſermonem ad Gainam rurſùm conuertens, oportere ſe eccleſiam vnam habere dixit. Omnes, inquit, tibi ſacræ ædes patent. Cui Gainas reſpondit. At ego alterius religionis ſum, & quod peto, rectè me petere puto, qui plurima pro Romanis pertuli certamina. Verùm tu contrà (Ioannes dixit) maiora habes laborum præmia. Permagnum enim tibi eſt, quòd Romanorum belli dux & es, & nominaris, & quòd conſularia geris ornamenta. Illud verò te conſiderare oportet, quiſnā anteà fueris, & qui nunc factus ſis: & quāta in egeſtate priùs vixeris, nunc autem quantæ tibi ſuppetant opes: quem habueris veſtitum priùs quàm Iſtrum tranſijſti, qui verò nunc tibi ſit habitus. Et minores quidem fuiſſe labores, maiorem autem illorum mercedem eſſe, memineris. Agè ergò & moderationem obtine: & nè ingratus erga eos ſis, qui te cohoneſtârunt, caue. Patriam tuam conſidera, & vt ex ea pulſus, & ab Imperatoris parte ſeruatus, iureiurando te amicum Romanis, ipſi illi eiuſque liberis fore, & leges ſeruaturū eſſe, adegeris: quas tu nunc vt irritas atterere in animo habes: & illā maximè, quam is qui te profugum recepit Imperator, confirmauit, eos qui alienæ in religione ſint ſententiæ conuenius, intra Cōſtantinopolitanæ vrbis mœnia cogere ꝓhibentem.

Colloquiū Ioānis Chryſoſtomi & Gainę apud Imperatorem.

Hæc verba magnus Ioannes magna cū libertate conſtanterque proloquutus, os Gainæ obturauit, & ſilere eum coegit: neque de eccleſijs, quarum ipſe curam gerebat, quidquam nouari permiſit. Ille verò non multò pòſt ad perfidiam animum adiecit, & conceptam dudùm meditatāque tyrannidem prodidit. Nam vrbem vaſtare in animo habebat, eandemque diripere meditabatur. Quas inſidias ſtella illa enſis ſpeciem referens portendit, quæ ſupra modum ſplendida fuit, (qualem nunquàm anteà apparuiſſe, in literarum memoriam relatum eſt) ſupra vrbem ipſam relucens, & à ſummo propè cælo ad terram ipſam pertingens. Ac primùm quidem in argentariorū tabernas in foro ſitas impetum facere conſtituit, maxima illa ſpe concepta, ingentes ſe pecuniarum aceruos ibi corraſurum eſſe. Sed enim vbi eius rei fama vulgari cœpit, & argentarij quod anteà fecerant, pecunias ſuas & opes publicè in menſis non propoſuêre, ingentem barbarorum vim noctù ad imperiales ædes, vt eas incenderent, miſit. Illi verò tantum abeſt vt aliquid egerint, vt cum ingenti etiàm metu inde retroceſſerint. Deus nanque tum oſtendit, quanta illi prouidentia & cura vrbis fuerit. Cæleſtis enim quædam vis ingentibus corporibus, inſidiatoribus illis apparens, ità eos exterruit, vt terga verterent, & celeriter trepidi Gainæ ſignificarent, nouum ea nocte in vrbem exercitum veniſſe. Ille autem fidem eorum dictis nō habuit, quòd non alios quàm qui ſoliti fuerant, milites in vrbe eſſe ſciret. Quapropter proxima etiàm nocte alios eò miſit. Vt verò & illi eadem quæ priores annūciârunt, ipſe eò venit, & ſpectator oculis ſuis miraculi eius fuit. Verùm ſua gratia milites eos ibì adeſſe arbitratus, qui interdiu quidem ſe occultarent, noctù autem vigilijs vrbem

Ioānes Gainæ ſilentium imponit.

Gainas vrbē Cōſtāt. diripere conttatur. Sozo. lib. 8, cap 4.

Gainas ad ædes imperiales inuadēdas, barbaros noctù mittit.

Præſidiū cæleſte Gainas cernit.

buit: non ille quidem eloquentia pollens, quam exactiore cura & diligentia non diceret, moribus autem admirandis vtẽs, facilè multos perſuaſione ſua quò volebat, duxit: Adeò vt viros quoſdam & mulieres in fornicatione degentes, caſtiorem exactioremq́ue viuendi rationem ſequi perſuaſerit. Ferunt ſanè, virum quendam & mulierem per prætextum, eccleſiaſtico more, cælibatum colere aſſimulâſſe, eoſdemq́ue in clandeſtinę conſuetudinis infamiam decidiſſe. Euſtathium porrò magnoperè perſuadere eis annîſum eſſe, vt cõgreſſu eiuſmodi ſuperſederent. Quum autem nihil efficeret, altiùs ſuſpirio ducto, dixiſſe, pleraſque mulieres, quæ cum viris ſuis ſecundùm matrimonij leges, vt fas eſt, vixiſſent, ab eorum virorum conuictu oratione ſua adductas deſciuiſſe, caſtitatemq́ue complexas eſſe. Apud hos autem qui inter ſe contra leges cõluẽſſent, inefficacem orationis ſuæ ſuadelam eſſe. Atque hic quidem in eis orbis partibus ſummi inſtituti abſolutæq́ue philoſophię dux & author fuit.

Notatu dignum.

Cauſæ cur Euſtathius Sebaſtienſis in concilio Gãgrenſi dãnatus ſit.

Cur verò Euſtathius in Synodo Gangrenſi à patribus damnatus fuerit, cauſas enumerat idem Nicephorus libro eodem cap. 45 in hæc verba: Euſtathio autem Sebaſtiæ Armeniorum antiſtiti, primùm quidem quum presbyter crearetur, quòd eum pater eius Eulalius præiudicio ſuo damnauerit, & eccleſia eiecerit, propterea quòd habitu qui ſacerdotem non deceret, vteretur, ea de cauſa fuit epiſcopatus ademptus. Fuit autem Eulalius Cæſareæ Cappadocum epiſcopus. Deindè quòd Neocæſareæ in Ponto à Synodo iſthic coacta excommunicatus fuerit, propterea quod minùs fideliter res quaſdam ſibi commiſſas geſſiſſet. Quam notam ei intulit Euſebius primùm Beryti, deindè Nicomediæ, poſteà verò etiàm Conſtantinopolis, poſt Paulum epiſcopus. Adhæc, qđ ei in Synodo Gangrenſi, propterea quod aliter quàm conuenit, & ſenſiſſet, & in eccleſia docuiſſet, epiſcopalis dignitas (vt iã diximus) fuit abrogata. Et quòd in Antiochena Synodo periurij fuerit conuictus, quodq́ue conatus ſit ea quæ rectè in Melitinenſi conuentu conſtituta fuerãt, abolere. Et quum tot criminibus reus ageretur, iudicis ſibi tamen partes ſumpſerit, alienos à fide alios vocans.

Euſtathij ag- ię hæreſes.

Et paulò infrà: Obſeruandum autem illud, quòd Gangrenſis Synodus Euſtathio Sebaſtienſi, anteà quoque in Cæſarienſi conuentu exauthorato, propterea epiſcopatum ademerit, quòd multa præter eccleſiæ conſuetudinem fecerit atque ſtatuerit. Coniugium enim prohibuit, & à carnium cibo abſtinendum eſſe docuit. Vndè factum, vt multi coniugalem coniunctionem diſſoluerent. Et qui communionem in eccleſia vitarent, eius, vt in priuatis ædibus communicarent, ſuaſit. Seruos, qui Deum colere cum prætextu pietatis conſtituiſſent, etiàm pręter Dominorum voluntatem libertate donauit. Et quum ipſe ſingularem ſibi & inſolitum philoſophorum more habitum ſumpſit, tum nouas quoque ſectatoribus ſuis veſtes dedit. Mulieres nè comam haberent, conſtituit. Stata ieiunia auerſatus, Dominicis diebus potiùs ieiunandum eſſe docuit. In coniugum domibus precationes fieri prohibuit. Ac ſi laicus quiſquam coniugem in matrimonio legitimo habens, presbyter lectus eſſet, eius benedictionem & communionem perindè atque piaculum abominandum, deuitare iuſſit. Hæc ille, atq; alia hiſce ſimilia & docuit, & egit: quapropter Gangrenſis ſynodus in Paphlagonia eum exauthoratum, eũ inſtitutis ſuis, anathematè quoque iugulauit. Hæc Nicephorus. De hoc Euſtathio vide in Macedonio & Marathonio.

EVTYCHIANI.

24.

EVtychiani, vel Eutychetæ, ſeu Eutychianiſtę, ab Eutychete vel Eutychio Conſtantinopolitano abbate dicti ſunt, qui Theodoſij 2. Imperatoris, & Leonis huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus emerſerunt, circa annum Domini 441.

Eutychetis impia dogmata.

Hic (teſte Volaterrano) cũ Timotheo & Dioſcoro poſt Manetem & Apollinarem impiè docebat, carnem Chriſti non fuiſſe noſtræ ſimilem, nec reuerà illum de virgine natum, quanquàm appareat, quòd de cælo deſcenderit. Aiebat nanq; ipſum

ipſum

ipſum Chriſti corpus è cœlo deſcendiſſe in virginis vterum, ipſumque tanquàm ſolis radios penetràſſe. Duas itaque in Chriſto naturas eſſe inficiabatur: ſed in ipſo incarnationis articulo carnem fuiſſe commutatam in diuinitatem aſſeuerabat: Adeò quidem, vt (eo dicente) vna facta fuerit & carnis & Deitatis ſubſtantia, indeq; adeò Chriſtum fuiſſe paſſum ſecundùm diuinã naturam.

Dicebat etiàm corpus noſtrum poſt reſurrectionis gloriam futuram impalpabile & inuiſibile, immò futurum aërem & vento ſubtilius, contra illud Iob 19 Quem ego viſurus ſum ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.

Eutychiana hæreſis à beato Gregorio confutata.

Huius portò hæreſis cauſa (vt inquit Alphonſus de Caſtro libro aduersùs hæreſes) B. Gregorius, qui ſummum pontificatum poſtea obtinuit, à ſede Apoſtolica fuit miſſus legatus Conſtantinopolim: vbì quidem coram Tiberio huius nominis ſecundo Imperatore, Eutychium in fide noſtræ reſurrectionis erràſſe còuicit. Quo facto, ipſe Imperator librum quem Eutychius de reſurrectione ediderat, conburi iuſſit. Beda. De quo item venerabilis Beda Homilia in Marci caput octauum, ità inquit: In hac lectione conſideranda eſt in vno eodemque Redemptore noſtro diſtincta operatio diuinitatis & humanitatis: atq; Eutychetis error, qui vnam tantũ in Chriſto operationem dogmatizare præſumpſit, procùl à Chriſtianis finibus expellendus. Boethius Boëthius quoque Chriſtianus philoſophus & martyr vnà cum Symmacho à Theodorico Gotthorum rege factus, eo Marcellus. libro quem de duabus Chriſti naturis inſcripſit, eandem hæreſim confutat. Marcellus item martyr Ancyranus epiſcopus, multa aduersùs hunc Eutychetem græca Proſper. ſcripſit volumina. Proſper etiàm Aquitanicus diuerſas epiſtolas, & contra eundẽ Gennadius. Gennadius ſex libros ſcripſit. Quarta ſynodus propter Eutychetem celebrata Chalcedõe. In hunc autem quarta ſynodus Chalcedone celebrata fuit, in q̃ta ſub principe Martiano hæreſeos ille conuictus & damnatus à ſexcẽtis triginta patribus fuit. Cui concilio prę fuerunt Leo Romanus epiſcopus, Anatolius Conſtantinopolitanus, Iuuenalis Hieroſolymitanus, & Maximus Antiochenſis. Cuius etiam decretum hoc præcipuum fuit: Nos accepimus & credimus, quòd illæ duæ naturæ, quæ in eandem ſubſtantiam Domini noſtri diſtinctè & minimè confuſè coiẽrunt, ità quoquè per ſe remanſerunt, vtraque habente proprios effectus. Hoc enim innuit Dominus cũ ait: Anima mea turbata eſt: pater, ex hac Ioan. 12. hora ſerua me. Et iterùm quum ait: Nemo tollit animam meam à me, ſed pote- Ioan. 10. ſtatem habeo ponendi eam, & rursùs aſumendi eam; ità vt animo conturbato eſſẽ ſit naturæ procreatæ: poteſtatem autem habere, ſolius diuinæ naturæ, quæ ei ineſt. Itaque qui dicunt, quòd in vnam atq; eãdem naturam vtraq; natura coaluerit, vnicam eſſe in Domino prædicantes, profectò ab eccleſia eijciendos eſſe cenſem⁹. Hæc ex ſancto & generali concilio Chalcedone habito, ſub Imperio Martiani. De hoc Eutychete vide plura in Dioſcoro eius conſorte, & Iacobitis.

De Eutychianis noſtri tẽporis.

De his verò, qui impiũm hoc dogma hac noſtra ætate conſectantur, ità ſcribit Lindanus, Dubitantij ſui dialogo 2. Eutychetis dogma (inquit) quarto concilio Chalcedonẽſi à patribus ſexcentis triginta ſex còuictum erroris, ab orco in lucem reuocat Menno & Adam Paſtoris, atque Gaſpar Suencfeldius, teſte Caſſandro cõmentarijs de duabus in Chriſto naturis: Chriſtũ in vna perſona docens vnius quoquè eſſe naturę. In Bernenſi diſputatione anno 1528. Zuingliani mixtionem naturarum admiſère, ait Eccius contra Confeſſionem Zuinglij. Hæc Lindanus.

EVZOIVS.

25.

Anno 315.

Evzoius eccleſiæ Alexandrinæ diaconus fuit, Arrij ſocius eiuſdemque doctrinę & propter eam exilij temporalis & æternæ damnationis conſors & particeps, & ab Alexandro eiuſdem eccleſiæ epiſcopo exauthoratus, quum Arrio presbyteri dignitas ob ſuam hæreſim adempta eſt. Hi cùm à Conſtantino Imperatore eam ob rem in exilium fuiſſent acti, & Euzoij & Arrij ob hæreſim exilia poſteà presbyteri cuiuſdam Arrianæ ægritudine laborantis, apud eundem Imperatorem & Conſtantiam Imperatoris ſororem, quam Licinius in matrimonio habuerat,

erat, fraudulenta perſuaſione ab exilio re uocati eſſent, & in eiuſdem Imperatoris conſpectum fuiſſent admiſſi: iam fide in concilio Niceno promulgatæ aſſentirentur, rogauit. Atque illis id aſſeuerantibus (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 8. ca. 47.) libellum eos offerre iuſſit, qui eorum de Deo ſentētiam complecteretur. Tum illa declinata priore via, quam ſententijs quibuſdam inueniendis inierant, ſimplicibus alijs notisq; diuinitùs inſpiratæ ſcripturæ, verbis, nouam formulam & expoſitionem texuere: iureiurando cōfirmantes, ità ſe ex animo credere & ſentire, neque aliter vnquā ſenſiſſe. Scriptum id hiſce verbis conceptum fuerat:

Libellus profeſſionis fidei Arrij & Euzoij Conſtātino oblatus. Piiſſimo, Deique amantiſſimo Domino noſtro Imperatori Cōſtantino Arrius & Euzoius. Sicuti Deo gratia pietas tua Imperator domine præcepit, ità in ſcripto exponimus fidei noſtræ profeſſionē. Et coram Deo teſtamur, ſic nos omnesq; qui nobiſcum ſunt, quemadmodum ſubiecimus credere. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem. Et in Dominum Ieſum Chriſtum filium eius, ex eo ante omnia ſecula genitum, Deum verbū per quem omnia facta ſunt, quæ vel in cælo, vel in terra ſunt: qui venit, & carnem aſſumpſit: qui paſſus eſt, & reſurrexit: qui reuerſus eſt in cælos, & rurſùm veniet iudicaturus viuos & mortuos. Et in ſpiritū ſanctum, & carnis reſurrectionem, & vitā venturi ſeculi, & regnum cælorum: & vnam eccleſiam catholicam Dei, quæ à finibus ad fines mundi eſt. Hanc verò fidei perſuaſionem ex ſanctis Euangelijs accepimus, dicente Domino diſcipulis ſuis: *Matt. 28.* Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritûs ſancti. Quòd ſi non ità credimus, & verè recipimus patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſicuti cuncta Catholica eccleſia, & ſanctæ ſcripturæ docent, pro eo, atquè omnes perſuaſum habemus, iudex noſter erit Deus, & nunc & in venturo illo die. Itaque pietatem tuam, Deo dilectiſſime Imperator noſter, cōhortamur, vt nos, qui eccleſiaſtici ſumus, fidemque & ſententiā eccleſiæ & ſacrarum ſcripturarum obtinemus, per pacificam & diuinam pietatem tuam, matri videlicet eccleſiæ, vnias atq; coniungas, quæſtionibus, & quæ ex quæſtionibus oriuntur ſuperfluis, & ad rem non pertinentibus verbis aceſſis: vt & nos & eccleſia per pacificationem inter nos cōciliati, ſolitas preces pro pacifico & pio Imperio, totaque familia tua communiter omnes peragamus.

Hoc ſcriptum nonnulli inſidioſè compoſitum dicebant. Illos nanque verbis quidem eccleſiæ conciliari, nihilominùs tamē prioribus opinionibus ſuis inhærere, verborū ipſorum ſignificatione id ſatis declarante, ambiguè in vtranque partem inclinantium, & ad ancipitem ſenſum vergentium. Imperator autem exiſtimans eos Nicenis decretis aſſentire, ſupra modum lætitia efferebatur. Veruntamen ante legitimam, pro recepto more, explorationem atque inquiſitionem eorum, qui ſummam rei eccleſiaſticæ tenebant, ibi hoc non ſumpſit, vt illos ad communionem admitteret: ſed ipſos ad eos qui tum Hieroſolymis conuenerant, epiſcopos miſit, quibus ſignificauit, vt nouā illorum formulam expenderent: humaniter perſpicere iubens, ſiue illi rectè ſentientes per inuidiam circunuenti inſidias pertulerint, ſeu malè opinantes per pœnitentiam in rebus iudicatis tādem acquieſcerent. *Imperator Conſtantinus per credulitatis errorem, formulam hāc fidei, eccleſiaſticæ concordiæ cauſa, laudat: eamq; conuentui epiſcoporum Hieroſolymitano perpēdendam miſit.* Euſebiani porrò commodum nacti tempus, imperialium literarū prætextu, Synodo nondùm acta, ad communionem eos admiſere. Atque hoc cùm feciſſent, Imperatori rem eam inſinuârunt: & eccleſiæ Alexandrinæ, Aegypto, & Libyæ omni, epiſcopisq; & clericis earum ſcripſerunt, vt non grauatè eos reciperent: quorum & Imperator ipſe piam fidem eſſe teſtaretur: cuius etiàm fidei formulā epiſtolæ ſuæ adiunxerunt, imperiali iudicio Synodi calculum addentes. Hoc modo Arrius & Euzoius Alexandriam venerunt. *Euſebiani Arrium & Euzoiū ibi recipiūt, & alijs recipiendos commendant.* Lege reliqua apud eundem Nicephorum. De hoc vide plura in Valente Imperatore Arriano.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM, LIBER SEXTVS.

DE LITERA F.

FALSI PROPHETAE.

I.

Falſi prophetæ qui dicãtur.

FAlſi prophetæ dicuntur, qui verbi Dei obtentu, populum ſeducunt: de quorum dolo & nequitia cauenda nos hortatur Chriſtus in hæc verba: Attendite à falſis pro- Matt. 7.
phetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos, &c. Et rurſus diuus Petrus ſecundæ Cano-
2. Pet. 2. nicæ epiſtolæ capite ſecundo: Fuerunt verò, inquit, & pſeudoprophetæ in populo, (haud dubiè quin Iudaico) ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negabunt, ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Hi enim velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, his quę ignorant, blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitarum in auaritia habentes: maledictionis filij, derelinquentes rectam viam, errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor &c. Hæc diuus Petrus. Vbi quidem noſtri temporis hæretici ad viuum ſuis depinguntur coloribus, ſi intimiùs illos ſpectes & perpendas. Quos etiàm doctus ille & pius Hoſius libro quem de expreſſo Dei verbo inſcripſit, graphicè depingit ſtatìm à principio in hæc verba:

De expreſſo Dei verbo, vt aliquid ad Hoſius.
te ſcribere aggrederer, Sigiſmunde Rex Auguſte, fecit effrenata noſtri temporis hæreticorum audacia, qui quamuis ipſi mirabiliter inter ſe diſſecti, ſic illud nihilominùs certatìm ad ſe ſingulæ ſectæ rapiunt, ſic ſibi ſolis vſurpant, vt eius poſſeſſione cùm alios omnes, quotquot ab ipſis diſſentiunt, tum Catholicos etiàm & orthodoxos excludere conentur. Tanta enim eſt iſtorum hominum arrogantia, tanta ſui obliuio, vt alios omnes ſtupidos, bardos, ac truncos eſſe, nec in ſcripturis videre quicquam: ſe verò ſolos ſapere, ſe ſolos eſſe perſuaſum habeant, qui ſunt veram earum intelligentiam aſſequuti.

Effrenata noſtri temporis hæreticorum audacia, arrogantia, & ſui obliuio.

Eſt ne autem veriſimile, vbì eſt tantus Eſa. 66.
animi tumor, tanta mentis inflatio, quòd ibì poſſit eſſe ſpiritus ille, qui non requieſcit, niſì ſuper humilem & manſuetum, & trementem ſermones ſuos? Præclarè dixit ſapiens: Vbi humilitas, ibì ſapien- Pro. 11.
tia: vbì tumor & inflatio, ibi ſtultitia: dicentes ſe enim eſſe ſapientes, ſtulti facti Rom 1.
ſunt. In conuallibus, vt ait ſanctus ille Rex & propheta, non in montibus, emit- Pſal 103.
tit gratiæ ſuæ fontes Deus. Abſcondit à ſapientibus & prudentibus myſteria ſua, Matt. 11.
reuelat autem ea paruulis. Itaque nulli minùs intelligunt, quid ſit expreſſum Dei verbum, quàm qui de eo maximè gloriantur, quique ſic ſibi ſolis illius intelligentiam arrogant, vt quod eſt in prouerbio, cornicum oculos configere videantur. Neque verò nouum eſt hoc: proprium hoc ſemper fuit hæreticorum, de expreſ-

Cornicum oculos configere dicũtur, qui ea

quę antiqui approbant magno conſenſu, damnant ac reſcindunt. expreſſo Dei verbo gloriari, ſibique ſolis illud vendicare. Quin & ante Chriſtum natum, quo alio quàm verbi Dei obtentu, pſeudoprophetæ populum ſeducebāt? Cùm Hieremias propheta triſtia multa prædiceret, ſicut alios prophetas Dei, ſic & illum, ijs ferè verbis præfari ſolitum legimus: Hæc dicit Dominus. An autem iiſdem verbis præfatus nō eſt Ananias quoquè pſeudopropheta, cùm longè diuerſa falsò vaticinaretur? quem à ſe miſſum eſſe Dominus negabat? Quem etiàm alio loco ſic de pſeudoprophetis iſtis loquentem audimus: Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo, non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionē cordis ſui prophetant vobis. Et alio loco: Nolite, inquit, audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, & non de ore Domini: dicunt ijs qui blaſphemant me: Loquutus eſt Dominus, pax erit vobis. Ac paulò pòſt, dicit eos furari verba ſua. Quē locum Diuus Hieronymus interpretans: Semper, inquit, imitatur mendacium veritatem, & niſi habuerit aliquam ſimilitudinem recti, decipere non poteſt innocentes. Quemadmodùm igitur in priori populo mentiebantur prophetæ, atque dicebant: Hæc dicit Dominus: Et, vidi Dominum: Et, verbum Domini factum eſt ad illum, ſiue illum: ſic hæretici aſſumunt teſtimonia ſcripturarum de veteri & nouo teſtamento, & furantur verba Saluatoris, vnuſquiſque à proximo ſuo, Prophetis, & Apoſtolis, & Euangeliſtis, & aſſumunt linguas ſuas, vt cordis venena ore pronuncient.

Hiere. 28.

Hiere. 14.

Hiere. 23.

Ibidèm.

Hæreticorū mendaciū.

Præclarè Diuus Hieronymus cum prophetis illis mendacibus confert hæreticos, & imitari dicit mendacium veritatē. Sicut enim prophetæ Dei dicebant, Verbum Domini, Os domini loquutum eſt, Hæc dicit Dominus: iiſdem vocibus vtebantur & Pſeudoprophetæ. Sed quid vtrique vaticinati ſint, nonnihil expēdamus. Arguebāt Prophetæ Dei peccata populi, ad reſipiſcentiam hortabantur, ſimul imminere grauem indignationem Dei denunciabant, quòd eos gladio, fame, peſte, conſumpturus, quòd ſeruitute duriſſima preſſurus, quòd ad internecionem eſſet deleturus.

Dei prophetæ.

Hiere. 14.

Contrà, mendaces illi, quos non miſerat Dominus, neque præceperat eis: Non videbitis, dicebant, gladium, & fames nō erit in vobis: ſed pacem veram dabit vobis Dominus. Curabant, inquit propheta, contritionem filij populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, & non erat pax. Et ſicut dicit alius propheta de mendacibus iſtis, qui dicebant, ait Dominus, cùm Dominus non eſſet loquutus. Conſuebāt puluillos ſub omni cubito manus, & faciebant ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas. Quàm fuit iſtorum diuerſa prædicatio, dum illi terrent, vt ſeruēt: hi verò palpant, vt perdant? Intereà tamen vtrique vaticinabantur in nomine Domini, de verbo Domini gloriabantur vtrique: &c. Hactenùs Hoſius. Vide reliqua quæ apud eundem illic habentur & doctiſſima, & lectu digniſſima. Vide etiàm infrà de Pſeudoapoſtolis ad eam rem facientia, cum eorum erroribus ordinè digeſtis.

Falſi prophetæ.

Hiere 6.

Ezech. 13.

Verorū & falſorū prophetarū diſcrimen.

FARELLISTAE.

2.

Farelliſtę ſunt ſectâ Antilutherani, ad tertiam claſſem noſtræ tempeſtatis hæreticorum ſpectantes, à Guilhelmo Farello nuncupati. Qui (vt teſtatur Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecūdo) Geneuam cum vicinia ſuo infecit toxico. Hunc adeò ſeditioſum metuebant Baſilеenſes, vt eùm bis Monte Pellicardi profug eſſet, eum in exilium abire iuſſerint. Hic præter Sacramentariſmum, etiàm Samoſateni renouauit hęreſim, Spiritum ſanctum affirmans motum in rebus creatum. Ità in ſumma Gallicana ſcripturæ, teſte Petro Carolo epiſtola ad Cardinalem Lotharingum. Verùm caprata per illum gloria, facilè per diſcipulos Caluinum, Seruetum, Viretum, aliosque illuſtres Antichriſti martyres, diſparuit. Hęc Lindanus. De hoc vide fuſiùs in Caluiniſtis & Bucero.

Eraſmus epiſtola ad principes in ſes. Germ.

FA-

FAVSTVS MANI-chæus. 3.

FAuſtus natione Apher, ſectâ Manichæus, viguit Archadij Imperatoris & Innocentij primi Papæ temporibus, circa annum Domini 407. Vir alioquì doctus, & q. libros in orthodoxam fidem conſcripſit quamplurimos: contra quem Diuus Auguſtinus multas habuit diſputationes, variosque ſcripſit tractatus.

Fauſti hæreſes.

1. Hic porrò cum præceptore ſuo Manichæo docebat, animam hominis eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia conſiſtere.

2. De Chriſto etiàm aſſerebat, nec naſci, nec mori potuiſſe: ideoque illi ex virgine nullam natiuitatē contigiſſe, & eius mortem in cruce, falſam fuiſſe.

3. Legem veterem & prophetas blaſphemabat, Deum veteris Teſtamenti malum fuiſſe aſſerens.

4. Senſibilia etiàm templa (vt contra eū lib. 20. author eſt Auguſtinus) altaria, incenſa, vaſa, luminaria, veſtes, ſimulacra, ſacrificia demum ipſa negabat. De hoc vide plura in Manichæis.

FELIX MANICHAEVS. 4.

FElix Manichæus, quamuis (vt ait Auguſtinus) eſſet artium liberalium inſcius & ineruditus, fuit tamen Fortunato hæretico verſutior, qui ad ciuitatem Hipponenſem accedens, ibique ſuos diſſeminans errores, tandèm cum eodem beato Auguſtino in eccleſia, præſente populo, diſputationibus congreſſus, ab eo conuictus eſt. Contra quem etiàm duos libros idem Auguſtinus conſcripſit. Exortus eſt autem Archadij Imperatoris, & Innocentij primi Papæ temporibus circa annum Domini 405.

Felicis errores.

1. Hic dicebat ſuum præceptorem Manichæum, de promiſſione Spiritûs ſancti, apoſtolum Chriſti fuiſſe.

2. Item, terram eſſe Deo coæternam.

De actis cum hoc Felice duo fuêre libri editi, qui inter diui Auguſtini opera circunferuntur, in quorum primo de hac hæreſi fit mentio.

FELIX ALIVS. 5.

FElix à quo Feliciana hęreſis dicta, ſub Conſtantino ſexto huius nominis Imperatore & Adriano primo Romanorum pontifice viguit, circa annum Domini 783.

Huius hæreſis Platina in vita eiuſdem Adriani Papæ meminit, dicens ſub hoc pontifice habito cōcilio Franconiæ, eam abrogatam fuiſſe, de tollendis imaginibus. Cùm eam tamen appellauerit Felicianam, non aperuit, à quo Felice ſumpſerit exordium. In vita nihilominùs Conſtantini Papæ, dixerat priùs Felicem quendam Rauennatem archiepiſcopum, à Iuſtiniano Imperatore in Pontum relegatum, qui poſteà à priſtina hæreſi diſcedens, ſub Theodoſio Imperatore in patriam reuerſus eſt. Verùm hoc etiàm in loco ſubticet, qualis fuerit huius Felicis hæreſis. Quòd ſi ex his duobus locis quis conijcere velit, ab hoc Felice hanc hæreſim appellam fuiſſe Felicianam, non reluctor: quanquàm ſcio ante hunc Felicem non defuiſſe, qui hunc errorem docuerit. Nam ante Conſtantinum Papam, cuius temporibus fuit hic Felix, per centum annos & eò ampliùs, conſtat fuiſſe beatum Gregorium ſummum pontificem huius nominis primum. Hic epiſtola quadam; Serenum epiſcopum Maſſilienſem repræhendit, quòd inconſiderato zelo diuorū imagines fregerit, metuens nè à populo adorarentur. De hac re vide plura in Iconomachis, Leone tertio Imperatore Conſtantinopolitano, Vualdenſibus, Ioanne Vuiclepho, Carolſtadio, Caluino, Lutheriſtis, & compluribus alijs huiuſce factionis authoribus.

Feliciana hæreſis. Alphonſus de Caſtro.

Feliciana hæreſis dicit etiàm Chriſtū eſſe filium Dei adoptiuum: ponitque in Chriſto duas hypoſtaſes. De qua re lege beatum Thomam 3. parte, quæſt. 23. artic. 4.

FELICIANVS.

6.

FElicianus Arrianus fuit ſectâ, Diuo Auguſtino coæuus, ſub Theodoſij huius nominis primi Cæſaris Imperio, & Siricij ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 395.

Feliciani hæreſis.

1. Dicebat hic, rationibus potiùs, quàm ſcripturæ teſtimonijs, in fidei diſciplina agendum eſſe.

2. Negabat Homouſion, id eſt, patris & filij conſubſtantialitatem, filiumque non patri coæternum, ſed eſſe meram creaturam dicebat. Contra quem publicè diſputatione habita decertauit idem pater Auguſtinus, & librum compoſuit, in quo ei9 argumenta decem & octo capitibus refellit: Quæ diſputatio in ſexto tomo operũ eiuſdem Auguſtini habetur: quarè nè pl9 æquo hac in re longiores ſimus, illuc lectorem remittimus.

FLAVITAS CONſtantinopolitanus epiſcopus. 7.

FLauitas Cõſtantinopolitanus epiſcopus, ſed ſubreptici9, Arrian9 ſectâ fuit tempore Leonis ſecundi Imperatoris & Simplicij Romanorum pontificis, circa annum Domini 476.

Acacius Felicis Papæ nomenè ſacro albo epiſcoporũ primo delere auſus.

De hoc ità ſcribit Nicephorus hiſtor. eccleſ. libro 16. cap. 18. Poſt Acacium, inquit, illum, qui primus Papæ nomen è ſacro albo eximere auſus, breui pòſt communem omnibus ingreſſus eſt viam, mẽte ſenſuque omni captus Flauitas (hunc Euagrius Phranitam nominat) Cõſtãtinopolitanum ſuſcepit epiſcopatum: vir, qui quidem presbyter eſſe viſus ſit, ſed vſque adeò ad audaciam & improbitatem ſummam peruenerit, vt id quod dicturus ſum facinus, ſatìs, qualis fuerit, indicare poſſit. Zeno Imperator chartam puram in ſacro repoſuit altari, atque in charta alia per ſcriptum Deo ſupplicauit, vt per angeli manum, quæ in hominum conſpectum non veniret, nomen eius adſcriberet, quem cælesti calculo Conſtantinopolitanæ eccleſiæ hierarcham præfectum vellet. Atque ob hanc rem quadraginta dierum ieiunium indixit: & Deum omnes orare, vt qui illi placitus eſſet, oſtenderet, iuſſit. Hæc vbì Flauitas cognouit, auro multo templi cuſtodem, qui idem princeps imperialium cubiculariorum erat, corrupit, vt in charta pura nomen eius annotaret, eamque rurſùm Imperatoris ſigillo obſignaret. Hoc vbì factum eſt, atque vbì conſtitutum ieiunij præterijt tempus, ſigillo in charta ſublato, derepentè Flauitas ingenti gloria, perindè atque à Deo deſignatus eſſet, afferens, correptus eſt, & magnifico ſaltu in Patriarchæ thronum is conſcendit. Verùm enimuerò piaculum id omnipotens prouidentia non diù latère paſſa, illuſionem eam ſcenicamque actionem quamprimùm in apertum produxit. Infelix enim ille quum non totos quatuor menſes in ſede ea tranſegiſſet, morte repentina ex hominibus ſublatus eſt: quum ne dimidiam quidem partem muneris eius, quo epiſcopalem dignitatem redemerat, corradere potuerit. Quapropter argentarij hæredibus eius inſtitère, & pecuniam nupèr admodùm mutuò datam exegère. Atque illi quòd ſoluendo non eſſent, Zenonem adière: eique vt eos ab acerbis illis creditoribus liberaret, ſupplicàrunt, & rem ipſam ſecretò ei ipſi qui de illa inquirebat, indicârunt. Zeno ea audita, obſtupuit: & poſtquàm non Chriſtum, ſed Chryſum, hoc eſt, aurum potiùs, Flauitæ nomen in libello illo aſſcripſiſſe cognouit, iudicium reuerà & iuſtitiam (iuxta Pſalmum) fecit: atque eunuchum quidem, qui ſibi diuinam exiſtimationem & gloriam arrogâſſet, tolli, pecuniam autem creditam ex ſubſtantia eius diſſolui argentarijs iuſſit. Ipſam verò eccleſiam epiſcopis permiſit, vt illi ſuffragijs ſuis, quem idoneum eſſe procurationi ei iudicarent, eligerent. Sic citra moram omnem, Euphemius eccleſiæ presbyter, vir clariſſimus, orthodoxæ fidei & virtutis omnis ſtudioſiſſimus, eccleſiæ gubernandæ præfectus eſt. Quomodò verò is, Flauitas ſcilicet, in epiſtolis ſuis Synodalibus dilogos, hoc eſt, bilinguis, ſimulque albus & a-

Per ſycophãticam impoſturã epiſcopatu is conſequitur.

Repentina Flauitæ mors.

Sycophãtia Flauitæ indicatur.

Redit in authorẽ ſcelus iuſto Zenonis iudicio.

ter

ter fuerit, vide cap. 19. lib. 16. eiuſdem Nicephori.

FLAGELLANTES. 8.

Flagellantium hæreſis in Italia primùm orta, per Galliam & Germaniam vagata tandèm eſt, Rudolfi Cæſaris Germani, & Gregorij decimi huius nominis ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1273. Deindè ea hæreſis, maximè inualuit anno Domini 1313. ſub Imperio Ludouici Bauari Germani Cæſaris, & pontificatu Ioannis huius nominis vigeſimiſecundi. Qua tempeſtate Viennenſe etiàm concilium in præſentia Michaëlis Palæologi Imperatoris Græcorum celebratum eſt, pro recuperanda Palæſtina, & contra Græcos de proceſſione ſpiritûs ſancti.

Hi porrò oberrantes paſsìm, ſeipſos virgis ac nodoſis flagellis concidebant, in quibus aculei inſerti erant, ad oſtentationem. Quorum multi (teſte Carione) circa annum Domini milleſimum triceteſimum quadrageſimumtertium, Spiram venerunt in ipſis Comitiorum diebus, magnam religionis ſpeciem præ ſe ferentes. Nomine cuius ſanctimoniæ quamplurimi à ciuibus ad prandia ſunt inuitati. Cuius alioqui erroris fucus vt nihil diſferebat ab Anabaptiſtarum opinione religioſa, ità ſecta non minùs pernicioſa erat illis temporibus. Tandem verò damnata eſt, igne & gladio extincta. Homines iſti rudes erant, cruces in ſuis veſtimentis deferebant, vrbes gregatìm triſtes & mœſti ingrediebantur, liuentes ex crebris ictibus ſcapulas præferentes. Neminem rogabant aliquid, oblata ſponte ſumebant. Ex qua ſecta nihilominùs multi graues & pernicioſi errores pullulàrunt circa fidem & ſacramenta eccleſiæ. His nempè religioſis ſignis plurima vitia tegebant, & alebant occultè. Quo verò authore primùm inſtituta eſt, incertum, niſi illo qui cæteris dormientibus traditur Euangelio ſuperſeminâſſe zizania. Horum quidam (vt inquit author Vuandaliæ li. 8) aliquãdò à duobus fratribus ordinis prædicatorij interpellati, cur nemine mittente docere & prædicare præſumerent, indignati illi tanta vi in eos inuehuntur, vt cùm vnus ſibi fuga vix conſuluiſſet, velociſſimis fretus pedibus, alterum lapidibus obruerint iuxta Moſam.

Flagellanti-um hæreſis non minus pernicioſa, quàm Anabaptiſtarũ.

Matt. 13.

Ab actu porrò & opere illi nomen ſortiuntur, vt Flagellantes ſeſe appellârint, aſſerentes hanc flagellationem potiorem eſſe ad delenda quæcunq; peccata, quauis confeſſione: immò ipſam martyrio comparabant, vel potiùs præferebant: quòd ipſi vltrò (vt dicebant) ſanguinem proprium funderent, martyres verò hoc ab alijs pati cogerentur. Horum errores ſunt huiuſmodi:

Flagellãtes vnde dicti.

1. Dicebant primò, aquam benedictam, quam luſtralẽ vocamus, nihilo plùs habere virtutis aut efficaciæ, quàm quæ conſecrata aut exorcizata non ſit.

Flagellantium hæreſes.

2. Item baptiſmum aquæ iam ceſſâſſe, mutatumq; eſſe in baptiſmum ſanguinis. Quod quidem (vt author eſt Alphonſus de Caſtro aduersùs hæreſes lib. 3.) ex quadam inepta allegoria ſcripturæ comprobabant. Dicebant enim quòd quandò Chriſtus in Cana Galilææ ſub finem nuptialis conuiuij aquam mutauit in vinũ, deſignauit circa finem mundi Baptiſmũ aquæ in baptiſmum ſanguinis mutari debere. Et quemadmodùm vinum rubeum omni vino priùs diſcumbentibus appoſito, eis magis placebat, pluſque ab illis commendabatur: ità nouam legem Baptiſmi ſanguinis, præ cunctis antè latis legibus Deo acceptiorem fore. Quapropter dicebant ab eorum in mundum aduentu, neminem potuiſſe ſaluari, & verum exiſtere Chriſtianum, niſi in proprio ſanguine de eorum corpore flagello excuſſo baptizetur. Quod ſanè non ſolùm hæreſis, ſed ineptia aut dementia potiùs cenſenda eſt.

3. Docebant etiàm ab aduentu ſuæ ſectæ, Euangelium deſijſſe. Quem errorem non niſi idiotæ & indocti homines, quales fuêre Flagellantes, docere potuiſſent: cùm ſint tam aperta ſcripturæ ſacræ teſtimonia, Euangelium in perpetuum, hoc eſt, in finem vſque ſeculi duraturum teſtantia, vt nulla hic comprobatione aut alia confirmatione, quàm

quàm ſola fide catholica, opus ſit.

4. Hi deniquè ſic admittebant iuramentum cum Priſcillianiſtis & Apoſtolicis, vt etiàm periurium licere aſſererent, hanc ſemper in ore verſantes ſententiam:

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

De his lege Ioannem Gerſonem, tractatu quem contra illorum ſectam edidit, ſi plura nôſſe velis.

F L O R I N V S.

9.

FLorinus, à quo Floriani ſiue Carpocratiani, qui & Milites, teſte Philaſtrio, quòd ex ordine militarium maxima pars eorum extiterint, nuncupãtur. Hic Florinus, vt dicit Euſebius libro quinto, capite decimo quinto, in vrbe Roma gradu presbyterij collapſus vnà cum Blaſto ſocio criminis & furoris, plurimos de eccleſia in ſuum barathrum deduxerunt, noua aduersùs veritatem figmenta machinantes, temporibus Commodi Imperatoris & Soteri maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 182.

Florianorũ hæreſes.

1. Negabant autem ij extremum iudicium atque reſurrectionem futuram, omnemq́ue reſurrectionem (authore Philaſtrio) in filiorum procreatione nefando coitu æſtimãntes conſiſtere. Adeò vt in eccleſia ſua talem habuerint conſuetudinem, vt poſt occaſum ſolis, lucernis extinctis miſceri cum mulierculis non dubitauerint, hoc ritu legis præceptum ſeſe implere putantes, quo Deus in principio homini ſic præcepit: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Iudaiſmo potiùs & paganitati parére nefandæ, quàm Chriſtianæ veritati acquieſcere properantes, pecudumq́ue vitam potiùs & amentiam eorum retinentes, quos ſcriptura vitæ pecudum comparauit.

Promiſcui cõcubitus.

Pſal. 48.

2. Chriſtum etiàm natum de virgine non credebant.

3. Dicebant deniquè, malum à Deo eſſe, & Deum facere mala effectiuè, nedùm permiſſiuè.

De his ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 20. Marcionis, inquit, ſecta tunc temporis diſſecta atq; diuiſa erat. Quidam etiàm Romæ vigebãt, vt Florinus & Blaſtus, qui & ipſi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quòd in petitione presbyterij repulſam tulerat: Blaſtus autem, non ob diſſimilem quoquè cauſam. Quilibet verò officina ſeorsùm contra veram pietatem inſtituta, permultos ex eccleſia in errorem ſuum pertraxit. Et infrà: Ad Florinum autem & Blaſtum, qui Romæ ſchiſmatis & diſſidij duces fuêre, Irenæus cohortationes ſcripſit: vt nuncio vanis atque inanibus ſermonibus & concertationibus remiſſo, Apoſtolicis inhærent traditionibus. Hæc Niceph.

Florinum & Blaſtũ Irenæus refutat.

FORTVNATVS.

10.

FOrtunatus, à quo Fortuniani dicti ſunt, de quibus C. de hæreticis & Manichæis habetur, viguit Archadij Imperat. & Innocentij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Hic cùm Manichæorum presbyter eſſet, & apud Hipponem longo tempore conuerſaretur, ingenti fama ibidèm celebratus, quàm plurimos indè in ſuam opinionem pertraxit. Contra quem à Diuo Auguſtino ſolennis diſputatio indicta fuit. Quæſtio verò illic propoſita, à cauſa mali ortum habuit, nimirùm vndè ſit malum. Auguſtinus porrò malum in homine ortum fuiſſe ex proprio liberoq; ipſius voluntatis arbitrio contendebat. Fortunatus contrà, dicebat mali naturam Deo eſſe coæternam. Cùm ergò ibì longa diſputatio inter vtrunq; per vnius diei ſpatium agitata fuiſſet, & Conſule ac notarijs ibidèm conuenientibus, ea diſputatio eo die terminata non eſſet, diſtulerunt in ſubſequentem. In qua cùm ab eodẽ Fortunatus fuiſſet publicè conuictus, tandèm ab Hipponenſi ciuitate diſceſſit, contra quem Auguſtinus librum conſcripſit. De quo etiàm ſermone quinto ad fratres in eremo ità dicit: Quoniam Fortunatum ad partes veſtras occultè velut lupum iam iſſe ſentio, ideò compulſus reuerſus ſum ad vos, cupiens illum videre, & cum eo pariter diſputare, & illum conculcare, Deo auxi-

Fortunatus Manichæorũ presbyter

Eiuſdẽ contradictatio cũ Auguſtino.

Fortunati hæreſis.

auxiliante, qui totis viribus diſſipare conatur & iugulare filios, quos peperit in viſceribus charitatis: orate, & nolite deficere, vt Fortunatum Manichæorum preſbyterum, ſicut publicè ſanctæ Christianæ fidei inſidiatur, ità & nos cum ſuis, Dei gratia adiuuante, publicè ſuperare poſſimus.

FORTVNATIANVS *Aquilegienſis epiſcopus.*

11.

Fortunatianus, authore D. Hieronymo libro de viris illuſtribus, fuit natione Afer, Aquilegiēſis epiſcopus Imperante Conſtantio: qui & breui ac ruſtico ſermone in Euangelia ſcripſit commētarios. In hoc verò deteſtabilis habetur, quod Liberium Romanæ vrbis Epiſcopum pro fide in exilium pergentem, primus ſolicitauit ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus. Vixit itaq; Archadij Imperatoris & Siricij papæ temporibus, circa annum Domini 400.

Fortunatiani error.

FORTVNATITAE.

12.

Fortunatitæ dicuntur, qui apud Iudæos fortunā ſeu Reginam cæli (quā & cæleſtem vocant Africani) adorabant, eiq; ſacrificia offerebant. Adeò quidem, vt cùm propheta Ieremias Iudæos eam ob rem durius increparet, admoneret nihilominùs ab huiuſmodi nefanda cultura recedere, & Domino ſoli ſeruire, ſolumq; adorare, irati eidem obluctabantur, dicentes: Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemꝰ ex te: ſed facientes faciemus omne verbū quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina, ſicut fecimꝰ nos & patres noſtri, reges noſtri & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem: & ſaturati ſumus panibus, & benè nobis erat, malumq; non vidimus. Ex eo autem tempore quo ceſſauimus ſacrificare Reginæ cæli & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame conſumpti ſumus. Quòd ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum ea, & libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersùs viros & aduersùs mulieres, & aduersùs omnem plebem, qui reſponderant ei verbum, dicens: Nūquid non ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius? Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis: ideò facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Propterea quòd ſacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis, & in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcircò euenerunt vobis mala hęc, ſicut eſt dies hæc &c. Et alibi: Nónne vides, quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cæli, & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nónne ſemetipſos in confuſionem vultùs ſui? Ideò hæc dicit Dominus Deus: Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & non extinguetur: &c. Hactenùs Ieremias propheta de idololatris, in quorum locum ſucceſſerunt hæretici.

Hiere 44. Hæreticæ prauitatis & obſtinationis germana deſcriptio.

Viri, ꝓ principibus & rectoribus populi.

Hiere 7.

Cur verò ab his fortuna ità coleretur, hanc ab eiſdem cauſam præcipuè obſeruatam tradit Alexander ab Alexandro Genialium dierum libr. 1. nimirùm, quòd qui illam religiosè colerent, magnis ſæpè incrementis ſe auctos eius meritis fuiſſe crederent: qui verò minimo cultu aut deſpectui habuiſſent, plùribus incommodis fuiſſe dehoneſtatos. Quò ſanè referendum illud, quod eius cultores prætexebant Ieremiæ, tā nefandæ rei repugnanti:

Regina cæli quid. Ex co(aiebant) tempore, quo ceſſauimus ſacrificeare Reginæ cæli, & libare libamina, indigimus omnibus. Vbi quidem per Reginam cęli D. Hieronymus intelligi putat Lunam, aut militiam cæli, id eſt, omnes ſtellas, nempè quòd Luna inferiora corpora regat ac moderetur, paruiſq; momentis magnas faciat mutationes, ac res inferiores in eodem veſtigio nunquàm diù ſtare permittat. Quo fit quidem, vt à Græcis etiàm τύχη ἰωρεπτῶ quaſi æſtuans appelletur.

FRATRICELLI.

13.

FRatricelli ſeu fratres de paupere vita, in partibus Italiæ ortum habuerunt, Alberti primi Cæſaris Germani, & Benedicti huius nominis vndecimi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1304.

Fratricelli & Anabaptiſtæ ferè idẽ ſentiunt. Hi planè Anabaptiſtarum more, qui noſtra hac ætate in incertum vagantur, ſenſerunt, promiſcuos docentes concubitus. In locis nempè abditis tale ab eis perpetrabatur ſcelus, vt vocatę & de induſtria ab eiſdem seductæ ſpecioſiores quæq; viduæ vel virgines, cùm in ea ipſa anteà venirent, ſacerdotes & eius ſectæ clerici, ianuis clauſis, diuinas laudes ad comparandam fidem, ex Chriſtiano ritu cantabant. Quibus circa noctis medium peractis, ſacrifici alta voce commonebant binos debere, maſculum videlicet & fœminam, ſancto ſpiritu inuocato, in copulam carnalem commiſceri. Quo dicto, & luminibus extinctis, quilibet ſibi proximam mulierẽ proſternebat: & ſi ex tali concubitu mulier conceepiſſet, infans genitus in eam ſpeluncam deferebatur, & per ſingulas manus tandiù totieſq; tradebatur, quouſque animam exhalabat: iſq; in cuius manibus expirabat, indè maximus pontifex creatus habebatur.

Concubitus promiſcui.

Fratricellorũ hæreſis. Dicebant etiàm nihil proprij habendum, nec reſpublicas eſſe adminiſtrandas à Chriſtianis.

Item viſionem animarum ſanctarum differri vſq; in nouiſſimum diem, contra illud Chriſti ad latronem: Hodiè mecum eris in paradiſo. Luc. 23. Et ſimiles phanaticas opiniones habuêre.

De his in Extrauagante Iohannis vigeſimi ſecundi, quę incipit, Sancta Romana, ità dicitur: Nonnulli prophanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, Biſochi, ſiue Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur, in partibus Italiæ necnon in inſula Siciliensi, contra Canones habitum nouæ religionis ſumpſerunt. Et infrà: Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui cõceptus proprios patrum diffinitionibus anteponunt, ipſorum quamplurimi (ſicut fide digna relatione percepimus) à veritate Catholicæ fidei deuiantes, eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciunt, ac alios errores ſtudent multipliciter ſeminare, &c. Benè ergò in Oſeæ prophetæ caput ſeptimum dicit gloſa: Hæreticis eſt væ æternum, qui recedũt à creatore, & vlulant in conciliabulis ſuis, quæ indè cubilia & luſtra ferarum meritò appellantur, in quibus libidini & ſtupris vacant. Quicquid tamen dicunt, putant ſe in laudes Dei dicere: quod nihil aliud quàm vlulatus luporum & canum inſanientium ſonitus eſt. Vlulatus hæreticorum in luſtris, i. conciliabulis ſuis, luporum & canũ inſanientiũ ſonitus eſt.

Hanc autem hæreſim Bonifacius octauus damnauit, & vbiq; perſecutus eſt, cuius author fuit quidam Italus, Hermannus nomine, de quo infrà latiùs dicetur ſuo loco.

FVLGENTIVS.

14.

FVlgentius, Donatiſta factione, duo eſſe principia & duo baptiſmata affirmabat, reis & peccatoribus ſacramentum baptiſmi nihil conferre aſſerẽs, cùm dicat Salomon, Fons vitæ in manibus iuſti. Pro. 16. Huius errores fuſiùs recenſet D. Auguſtinus libro quem aduersùs eum edidit: quarè ibidèm quære, ſi libeat. Vixit autem Archadij Imperatoris & Siricij papæ temporibus, circa annum Domini 400.

Fulgentij errores.

ELEN.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER SEPTIMVS.

DE LITERA G.

GAINITAE.

1.

GAinitæ à Gaino quodam dicti ſunt, qui Zenonis Imperatoris & Simplicij ſummi Romanorum antiſtitis temporibus per populi peruerſi electionem vno die electus eſt epiſcopus, circa annum Domini 476.

Gainitarum hæreſis.

Hic cum Anthimio Conſtantinopolitano epiſcopo & quodam Theodoro viro eloquente in Eutychianam hæreſim lapſus, multis alijs pontificibus fuit cauſa exitij. Nam cùm Chalcedonenſe concilium reſpuerent, dum ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerebant, quam Theodoriani corruptam, Gainitę incorruptam contendebant, dicentes Chriſtum compoſitum eſſe ex natura diuina & humana: ſicq; ſemper immortalem eſſe, corpus corruptibile iam indè à natiuitate habētem. Quod beatus Thomas Quodlibe. 4. quæſt. 1. articulo octauo reprobat in hunc modum: Gainitæ, inquit, non ſolùm à corruptione putrefactionis voluērunt corpus Chriſti eſſe incorruptibile, quod fides Catholica tenet ſecundùm illud Pſalmiſtæ, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem: ſed etiàm alienum eſſe à corruptione mortis ante reſurrectionem: quod eſt impium, vt dicit fuſiùs Ioannes Damaſcenus libr. 3. cap. 18. Nam ſi indiſſolubile (inquit) factum eſt, & non conſubſtantiale nobis, non veritate, ſed opinione facta ſunt, quæ facta teſtatur Euangelium, vtpotè famem, ſitim, clauorum fixuras, lateris apertionem, & mortem. Si autem opinione facta ſunt, fraus igitur eſt & deceptio diſpenſationis myſterium, & opinione, & non veritate, factus eſt homo: idcoque opinione, & non veritate, ſalui facti ſumus. Sed hi faceſſant, & qui talia dicunt, ſalutis expertes fiant. Hæc ille.

Gainitæ dicūt corpus Chriſti à cōceptione immortalitate donatū fuiſſe.

Iſtius hæreſis ſolutio.

GAINAS.

2.

GAinas iſte (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſt. hiſt. lib. 13. cap. 5.) barbarus genere fuit, ex Scythis, qui ad Iſtrum colunt, ortus, ſub Archadio Imperatore militaribus copijs præfectus, Chriſtianus quidem, ſed Arriana peſte infectus, circa annum Domini 405. ſummum pontificatum agente Innocentio huius nominis primo. Sed ex eiuſdem Nicephori eccleſiaſtica hiſtoria quis hic fuerit, vndè in Romanum Imperium peruenerit, quomodò Arrianis fauens, D. Ioanni Chryſoſtomo negocium faceſſerit, vt motus contra Imperium concitans, quô magnus ille vir legatione apud eum fungeretur, effecerit: & tandèm è medio ſublatus, interiērit, apertiſſimè intueri licebit quemadmodùm ſequitur.

Oēm hanc Gainæ hiſtoriam hic nō adſcripſiſſē, niſi ei quā anno 1562. per vniuerſam Galliā calamitatis & perfidiæ per quoſdā perduelliones prætextu religionis pertulimus, imaginem præ ſe ferret.

Scythæ, inquit, amne Iſtro, quum glacie conſtrictus fuiſſet, tranſito, confertìm in Romanam ditionem irruperunt, & Thraciam omnem peruagati, Europam diripuerunt. At ille vbi ad Romanos transfugit, paulatìm progreſſus, ex tenui milite, breuì dux Romanorum factus, equeſtribus pedeſtribusque præfuit copijs. Sed enim ad tantum honorem præter dignitatem ſuam euectus, loco & ordine eo contentus non fuit: ſed nè Imperium Romanum poteſtati ſuæ ſubijceret, grauem eam rem ſibi eſſe putauit. Hæc cùm animo agitaret, populares ſuos Gotthos ex præfecturis eorum acciuit, atque ex eis qui cum genere contin-

Gainas ad Romanos transfugit.

Idē Ro. dux.

Qui paulò antè Scythę, hic Gotthi dicuntur.

neque tempori ceſſit: ſed Epiſcopis, qui tum Conſtantinopoli aderant, ſecum ductis, regiam Imperatoris ingreſſus eſt. Et per ſeipſum primùm magno animo apud Imperatorē cauſam egit: Ne hic, inquiēs, ô Imperator, te facturum eſſe pollicearis, neque ità ſanctum canibus proijcere conſtitueris. Ego enim non ſuſtinebo, vt qui rectè de Deo theologantur & ſentiunt, eijciantur: atque eis ſacrum delubrum, qui blaſphemam aduerſùs eum linguam acuunt, concedatur. Neque barbarum illum timueris: verùm vtroque euocato, tu quidem tacitus animum ad ea quæ dicentur aduerte: ego autem linguam illius frenabo, & perſuadebo, vt minimè illa petat, quæ dare non conuenit. Imperator verbis his delectatus, vtrunque ad ſe accerſit.

Id' Ioānes q̄ maximè diſſuadet.

Et Gainas ad finem perduci quæ ei promiſſa erant, petijt. Auream autem obtinens linguam Ioannes, illi reſiſtens: Non oportet, inquit, principem quicquam cōtra Deum audere, ſi quidem vera pietas illi curæ eſt: ſed potiùs benè conſtitutas leges ſeruare, & eam potiſſimùm quæ contra hæreſes alias promulgata eſt. Suaſitq; adeò Imperatori, conducibilius eſſe dictitans, vt Imperio potiùs cederet, quàm per impietatem ædem Dei proderet.

Aurea Ioannis Chryſoſtomi ſententia, & vero principe digna.

Atque ſermonem ad Gainam rurſùm conuertens, oportere ſe eccleſiam vnam habere dixit. Omnes, inquit, tibi ſacræ ædes patent. Cui Gainas reſpondit. At ego alterius religionis ſum, & quod peto, rectè me petere puto, qui plurima pro Romanis pertuli certamina. Verùm tu contrà (Ioannes dixit) maiora habes laborum præmia. Permagnum enim tibi eſt, quòd Romanorum belli dux & es, & nominaris, & quòd conſularia geris ornamenta. Illud verò te conſiderare oportet, quiſnā anteà fueris, & qui nunc factus ſis: & quāta in egeſtate priùs vixeris, nunc autem quantæ tibi ſuppetant opes: quem habueris veſtitum priùs quàm Iſtrum tranſijſti, qui verò nunc tibi ſit habitus. Et minores quidem fuiſſe labores, maiorem autem illorum mercedem eſſe, memineris. Agè ergò & moderationem obtine: & nè ingratus erga eos ſis, qui te cohoneſtârunt, caue. Patriam tuam conſidera, & vt ex ea pulſus, & ab Imperatoris parte ſeruatus, iureiurando te amicum Romanis, ipſi illi eiuſque liberis fore, & leges ſeruaturū eſſe, adegeris: quas tu nunc vt irritas arguere in animo habes: & illā maximè, quam is qui te profugum recepit Imperator, confirmauit, eos qui alienæ in religione ſint ſententiæ conuentus, intra Cōſtantinopolitanæ vrbis mœnia cogere, prohibentem.

Colloquiū Ioānis Chryſoſtomi & Gainæ apud Imperatorem.

Hæc verba magnus Ioannes magna cū libertate conſtanterque proloquutus, os Gainæ obturauit, & ſilere eum coëgit: neque de eccleſijs, quarum ipſe curam gerebat, quidquam nouari permiſit. Ille verò non multò pòſt ad perfidiam animum adiecit, & conceptam dudùm meditatāque tyrannidem prodidit. Nam vrbem vaſtare in animo habebat, eandemque diripere meditabatur. Quas inſidias ſtella illa enſis ſpeciem referens portendit, quæ ſupra modum ſplendida fuit, (qualem nunquàm anteà apparuiſſe, in literarum memoriam relatum eſt) ſupra vrbem ipſam relucens, & à ſummo propè cælo ad terram ipſam pertingens. Ac primùm quidem in argentariorū tabernas in foro ſitas impetum facere conſtituit, maxima illa ſpe concepta, ingentes ſe pecuniarum aceruos ibi corraſurum eſſe. Sed enim vbi eius rei fama vulgari cœpit, & argentarij quod anteà fecerant, pecunias ſuas & opes publicè in menſis non propoſuêre, ingentem barbarorum vim noctù ad imperiales ædes, vt eas incenderent, miſit. Illi verò tantum abeſt vt aliquid egerint, vt cum ingenti etiàm metu inde retroceſſerint. Deus nanque tum oſtendit, quanta illi prouidentia & cura vrbis fuerit. Cæleſtis enim quædam vis ingentibus corporibus, inſidiatoribus illis apparens, ità eos exterruit, vt terga verterent, & celeriter trepidi Gainæ ſignificarent, nouum ea nocte in vrbem exercitum veniſſe. Ille autem fidem eorum dictis nō habuit, quòd non alios quàm qui ſoliti fuerant, milites in vrbe eſſe ſciret. Quapropter proxima etiàm nocte alios eò miſit. Vt verò & illi eadem quæ priores annūciârunt, ipſe eò venit, & ſpectator oculis ſuis miraculi eius fuit. Verùm ſua gratia milites eos ibì adeſſe arbitratus, qui interdiù quidem ſe occultarent, noctù autem vigilijs vrbem

Ioānes Gainæ ſilentium imponit.

Gainas vrbē Cōſtā. diripere conatur. Sozo. lib. 8. cap. 4.

Gainas ad ædes imperiales inuadēdas, barbaros noctu mittit.

Præſidiū cæleſte Gainas cernit.

Veſaniā aſſimilat.

& aulam imperatoriam cuſtodirent, à dæmone ſe agitari aſſimilauit, & velut orationi vacaturus, templum adijt, quod Imperatoris pater in Ioannis Baptiſtæ honorem in Septimo conſtruxit. Exijt autem

Per ſimulationē rei diuinæ cū barbaris ex vrbe ſecedit.

cum eo magna barbarorum multitudo, quæ clàm ſecum arma & vaſa fictilia telis completa in muliebribus pilentis, & prætereà alijs etiàm quas machinati fuerant artibus, efferebat. Et conſilium hoc ille in Romanorum ſcilicet detrimētum cepit. Cæterùm id potiùs imperio cauſa boni fuit, vt rei exitus declarauit. Quum nanque à portarum cuſtodibus arma efferre depræhenſi eſſent, atque ea in re inhiberentur, gladijs illi ſtrictis excubitores interemerunt. Atque vbi, quemadmodùm

Tumultus ob eā rē intra vrbem oboritur.

fieri ſolet, grauis tumultus vrbem, perindè atquè ca ilicò capi deberet, occupauit, conſilium tamen bonum præſentia mala explicuit atque ſuperauit. Nam ciuitas portis clauſis atque obfirmatis, in tutum redacta eſt ſtatum. Et Imperator optimū ſequutus conſilium, publicitùs Gainam hoſtem iudicauit, & qui reliqui in vrbe erant, barbaros intra muros occidi iuſſit. Quaproptèr milites magnis animis illos aggreſſi, plurimos apud eam quæ dicitur

Gotthorū eccleſia.

Gotthorum, eccleſiam necarunt. Eò nanque tanquàm ad aſylum & perfugium confluxerant, quum portis clauſis profugere nequirent. Ità eccleſiam eorum igne iniecto cremârunt, & barbaros omnes diſcrimine nullo conciderunt. Quod vbi Gainas reſciuit, dæmone, quem voluntate ſua ſibi ſumpſerat, dimiſſo, quòd ſibi fraudulentas inſidias ſuas deindè minùs procedere cerneret, indè profectus,

Gainas in Cherſoneſum venit.

per Thraciam in Cherſoneſum peruenit, traijcere ex eo loco in Orientem cogitans. Exiſtimabat nanquè, ſi in Aſia vrbes cepiſſet, facilè quoquè ſe finitimas in circuitu gentes ſibi ſubiecturum eſſe. Atque ille quidem hæc ſic moliebatur.

Imperator autem Oratores rurſùm ſibi ad eum mittendos duxit: ſed nemo legationem eam ſuſcipere audebat. Omnes enim pro ſe quiſque feritatem animi eius ſuſpectam habebant, adeò vt neque bello cum eo congredi quiſquam vellet, neque legatione apud eum tutò ſe fungi putaret. Omnibus verò alijs relictis, in maximum illum heroëm Ioannem Chryſoſtomum reſpiciebant. Ille porrò nihil veritus, quòd ſibi non ità pridèm cum eo interceſſerat diſſidium, Orator ſtatim ad barbarū eſt profectus. Verumenimuerò

Ioannes Chryſoſtomꝰ ad Gainam orator mittitur.

Gainas poſtquàm legatum ad ſe venientem, quiſnam eſſet, intellexit, & libertatē dicendi, qua vſus apud ſe pro veriore pietate fuerat, in mentem reuocauit, nihilominùs ſi quid aliud, & virtutem viri eius reueritus, quanuis & barbarus & hoſtis eſſet, longiùs ei honoris cauſa progreſſus

Magno eū honore is à barbaro ſuſcipitur.

eſt obuiàm, & dexteram eius oculis admouit, & oſculatus eſt, liberoſque ſuos adductos ſacris illius genibus adhibuit. Et tum quidem ille arma depoſuit, & legationi ei morem geſſit. Vſque adeò virtus etiàm acri hoſti pudorem & terrorem incutere conſueuit. Breuì autem pòſt, quum aliud quiddam accidiſſet, ad ingenium ſuum Gainas redijt. Et vbi Helleſpontum traijcere, Lampſacumque occupare contendit, ſpes eum feſellit, quū Romani diuini numinis momentum per Imperatoris conſilia rurſùm ſibi affuiſſe

Barbari in Aſiā traijcere p Helleſpontū volētes, ab Arcadio opprimuntur.

ſenſerunt. Poſtquàm enim barbari nauium copia deſtituti, ratibus compactis Helleſpontum traijcere, & in vlteriorem continentem euadere voluerunt, Imperator terra marique contra eos exercitum duxit multis militaribus triremibus ſubſequentibus. In hoc rerum ſtatu vehementior derepentè zephyrus afflans, rates vi magna diſſoluit, atque in eas Romanorum naues impulit. Barbari ratibus diſiectis, plures cum ipſis equis in alto demerſi ſunt: nonnulli fluctibus rapti atque circumacti, hinc & indè in littore eiecti, multi etiàm ab imminentibus eis militibus iugulati ſunt. Plurimi ſanè ex hoſtibus in tranſitu periêre.

Gainas cæditur, Trigibildus itidem.

Gainas autem cum paucis incolumis Thraciam pererrans, & fugam ſæpè mutans, in alias Romanorum incidit copias, atque ibì cum fugæ comitibus barbaris cæſus eſt. Cuius caput exiecatum, Conſtantinopolim eſt delatum. Idem quod Gainas, Trigibildus, quem ſuprà nominauimus, Gotthus paſſus eſt. Sed enim de

auda-

audacibus Gainæ conatibus, interituque eius hæc curſim dicta, vt opinor, ſuffici-unt. Si quis autem accuratiùs pleniusque res eo bello geſtas cognoſcere velit, eum Gainæum librum legere iubemus, quem Euſebius ſcholaſticus compoſuit, Troili ſophiſtę ſectator. Qui cùm rebus gerendis ſpectator ipſe belli interfuiſſet, in quatuor libellis heroico verſu id luculenter expoſuit. Quod ſcriptum, propter rei nouitatem, in magna admiratione fuit. Sed & Ammonius poeta alter idem bellum carminibus compoſuit. De his hactenùs Nicephorus.

Euſebius ſcholaſtic. Troili diſcipulus Gainæa conſcripſit: itē Ammonius poeta.

GALLA. 3.

GAlla, non gente, ſed nomine ſic appellata, maga fuit & hæretica, Priſcilliani hæretici adiutrix, Valentiniani ſecundi, & Siricij papæ tempotibus, circa annum Domini 388. De qua Hieronymus ad Cteſiphontem aduersùs Pelagianos in hunc modum ſcribit: Priſcillianus, cui iuncta Galla, germanam huc illucque currentem alterius & vicinæ hæreſis reliquit hæredem, &c. De hac vide plura in Agapetis, Elpidio, & Priſcillaniſtis.

GALATAE. 4.

Galatæ vndè dicti.

GAlatæ (vt diuus Hieronymus prologo ſecundi commentariorum ad Galatas ex Lactantij authoritate tradit) à candore corporis Galli, & Galli Galatæ antiquitùs vocabantur: & indè Galatia prouincia dicta, in quam Galli venientes, Græcis ſe miſcuerunt, ex quo quæ priùs Gallogræcia appellabatur, posteà Galatia nuncupata eſt. Tradunt nempè hiſtorici, Galatiam, poſt ingentes illas Alexandri victorias & auctas per Aſiam Macedonum vires, Græcos inſediſſe: quibus poſteà Galli ſe, & ipſi magno hominum numero Aſiam ingreſſi, coniunxerunt: vndè Gallogræci ſunt dicti, gens mixta: & regio, quæ mox creſcentibus Gallorum rebus Galatia fuit, anteà Gallogræcia dicebatur: ſed vtriuſq; vocis vſus apud ſcriptores manet. Nam Galli, cùm multitudine hominum laborarent, nec ſeipſos ferrent ampliùs, trecentis millibus contractis, Alpes tranſgreſſi, iuxta Padum conſedère. Deindè & Illyricum & Pannoniam, & florentiſſimum eo ſeculo Græciæ tractum ingreſſi, non Europæ ſolùm iam laboranti, ſed & Aſiæ terrori fuerunt: iamque illi Romam ſubegerant, niſi libertatem demùm Camillus vindicâſſet. Qua vtiquè tempeſtate (vt author eſt Iuſtinus libro vigeſimoquinto) ipſorum Gallorum tantæ fœcunditatis iuuentus fuit, vt Aſiam omnem velut apum examine aliquo implerent: denique neque reges Orientis ſine mercenario Gallorum exercitu vlla bella geſſerint, neque pulſi regno, ad alios quàm ad Gallos confugerint: Tantus terror Gallici nominis ſiue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur. Itaque in auxilium à Bithyniæ rege vocati, regnum cum eo, parta victoria, diuiſerunt, eamque Regionem Gallogræciam cognominauerunt. Hactenus Iuſtinus.

Gallogræcia nūc Galatia dicta.

Gallorum ſedes in Aſia.

Gallorum virtus & fama.

Hæc eſt Galatia, quam diuus Petrus præcipuus Apoſtolorum, epiſtola plena (vt Eraſmus inquit) apoſtolicæ maieſtatis erudijt: quam Paulus peragrauit & Euangelio ſuo Chriſtum purè docuit, ſecunda profectione ſua, atque item tertia, Galatiam prouinciam ingreſſus, Luca teſte Act.16 & 18. Indè factum, vt cùm Romam captiuus deductus eſſet, de gentis illius inconſtantia, & falſorum fratrum artibus admonitus, epiſtola ex vrbe miſſa, peracerbè eos, vt immemores apoſtolatus ſui & doctrinæ ſanæ, carpit, iniquè ferens, quòd tam citò aliud doctrinæ genus receperint, & pſeudoapoſtolis Euangelium anili operum iactatione ſubuertentibus, aurem præbuiſſent, cùm admoniti tamen toties fuiſſent: adeò certam firmamque & indubitatam eſſe ſuæ reuelationis doctrinam, quam cum præcipuis Apoſtolorum contulerat, vt anathema eſſe dicat, diuerſum docere aut tradere auſos: nec ſeipſum eximat vltioni,

Galatia à D. Petro & Paulo apoſtolis erudita.

Galatarum incōſtantia.

ſi di.

Galatæ cur ſtultitiæ ab Apſtoſtolo inſimulari. ſi diuerſam vnquàm atq; illos docuiſſet, tradat. Certè D. Hieronymus ſtultitiæ inſimulatos fuiſſe ab Apoſtolo Galatas putat, quoniam ſtoliditatem quandam barbaram redoluerint, & ad intelligentiam fuerint tardiores. Qua cauſa & Hilarius ipſe Gallus, & Pictauis genitus, Gallos in Hymnorum carmine indociles vocarit. Beatus Hieronymus author eſt, vel ſua ætate dogmatum impuritate quadam laboraniſſe Galatiam, & veſtigia apparuiſſe veteris ſtultitiæ. Cuius etiàm Diuus Paulus illos arguit, cùm ad eos ſcribens ità inquit: O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit vt non obediretis veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Quod perindè eſt ac ſi diceret: O verè ſtulti Galatæ, quibus res vſqueadeò abſurda perſuaderi potuerit, vt cùm Iudeos ab onere legis liberaret Euangelij fides, vos liberi nati, vltrò daretis vos in ſeruitutem? Quis fuit ille, qui veſtræ inuidens felicitati, qua hactenùs fruebamini per libertatem euangelicam, faſcino vos læſit, & iſtam incautauit demētiam, vt veluti Chriſto diffiſi, ad frigidæ legis præſidia confugiatis? Vbi nunc illa veſtra præclara fiducia, qua per mortem Chriſti ſperabatis perfectam iuſtitiam ac ſalutem abſque leg s auxilijs?

Galatę ſtultitiæ arguti à Diuo Paulo. Gala. 3.

Hieronym. Vndè Hieronymus ſuper Amos cap. 2. Qui ira, inquir, ingreditur eccleſiam, vt legem ſeruet cum Euangelio, cum patre Iudæo ingreditur ad puellam, id eſt, circūciſionem, & alias legis obſeruantias: ſicq; & pater Iudæus & imitator Chriſtianus, vna fornicatione contaminantur, Chriſtum putantes inſufficientem. Hinc Paulus: Si circuncidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. Quemadmodùm enim per Baptiſmum toti dicamur Chriſto, ità qui circunciditur, totus dedicatur legi. Hæc ille.

Gala. 5.

GAVDENTIVS DOnatiſtarum epiſcopus.

5.

GAudētius Donatiſtarum epiſcopus fuit tempore Auguſtini, circa annū Domini 405 ſub Imperio Archadij, & Innocentij primi pontificatu.

Hic contra eundem Auguſtinum cùm duas ſcripſiſſet epiſtolas, eidem duobus libris reſpondet Auguſtinus, in quibus ſuas abundè cōfutat inſanias falſas & impios errores. Aduerſùs quem etiàm & alios ſui ſimiles Donatiſtas, quidam tribunus imperialium mandatorum executor tum miſſus fuit, qui eoſdem compræhenſos & damnatos ferro & igni è medio tolleret. Vide hoc planiùs apud eundem Auguſtinum.

GENSERICVS *Aphricæ rex.*

6.

GEnſericus Vandalus, cùm à Vandalis Aphrica occupata fuiſſet, in eaq; illi ad maximas vires perueniſſent, & ingens terræ atque maris ibidèm ſibi ſubiceiſſent *, Regem ſe primus renunciauit, deteſtanda Arrij doctrina adprimè infectus, Theodoſij Iunioris Archadij filij, & Cæleſtini ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 427.

* dominiū.

Gotthi dudùm Arriani.

Ea nanque tempeſtate (vt horum hiſtoriam perſequens teſtatur Nicephorus li. 14. cap. 56) plurimæ maximæq; Gotthicæ gentes, in ſeptentrionali parte ad Iſtrum paſſim diſperſæ erant. Inter quas præcipuè quatuor, iudicio ipſarū, celebres fuēre, Gotthites ſcilicet, Viſſegotthi, Gepides & Vandali, non alia re quā nominibus ſolis inter ſe diſſidētes. Omnes enim lingua vna, & eodem viuendi inſtituto vtebantur, deteſtandam, vt iam diximus, Arrij doctrinam ſequentes, ſicutì in hiſtoria Gotthorum & Valentis infrà monſtrabimus: Hi Honorio & Archadio imperantibus Danubium trāſgreſſi, in finibus Romani Orientalis imperij conſederunt. * Gepides quidem, qui in duos populos diuiſi ſunt, Lōgobardos & Abares, oram eam quæ ad Singidonem & Sirmium eſt, incoluēre. Viſſegotthi autem, Alarico duce, Romam & Italiam populati, atque in Galliam indè profecti, cùm omnia iſthic in poteſtatem ſuam redegerunt, tum Cōſtantinum Britanniæ tyrannum occiderunt.

Gotthi, Viſſegotthi, Gepides, & Vādali, nomine ſolo diſſidentes.

Eorū migratio ab Iſtro.

al. * Gepidę Lōgobardi.

Abares.

Viſſegotthi.

Por-

Gotthi.

Porrò Gotthi, qui anteà Pannoniam, eiqúe circunquaque vicina loca occupauerant, Theodoſij iunioris decimumnonum ânnuum imperantis permiſſu in finitima Thraciæ regione habitârunt. Atque vbi iſthic annos quinquagintaocto tranſegêre, Zenone Romanum Imperium adminiſtrante atque iubente, Theuderichi principis eorum ductu indè tranſeuntes, Occidentale occupauerunt imperium.

Vandali.

Vandali verò, Alanis ſibi & Germanis qui nunc Franci dicuntur, coniunctis, Gongidiſclum (quem alij Madogiſclum vocant) ducem habentes, amnem Rhenum tranſiêrunt, atque in Hiſpania ſedes fixerunt: quæ prima ab Heſperio Oceano Europæ regio eſt. Defuncto tandē Gongidiſclo, Bonifacius quidam Occidētalis Libyæ à Romanis conſtitutus præfectus, eius filijs Gontari & Genſericho (alij Gizerichum nominant) qui tum paternum regnum adminiſtrabant, ſeſe perfidioſè coniungens, eos vt communiter ſecum bellum gererent aduersùs eoſdem Romanos, hortatus eſt: Heſperiam Libyā eis ſe daturum pollicitus, in tres ità diuiſam partes, vt cuique eorum pars vna ſorte cederet. His ergò conditionibus acceptis, Vandali freto tranſmiſſo, ex Hiſpania in Aphricam venére, eamque ab Oceano ipſo ad Tripolim vſque in ditionem ſuam redegêre.

Viſſegothi Hiſpaniam ſimul & Galliā obtinēt.

Cæterùm illis digreſſis, Viſſegothi ex Gallia in Hiſpaniam profecti, eam cepêre. Poſteà verò Galliam etiàm rursùs occupauêre. Intereà Gontare mortuo, Vandalorum regnum ad vnum Genſerichū peruenit. Qui eùm pugna forti Romanos deuiciſſet, illiq; fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent, tandèm Libya, quæ & Aphrica dicitur, omnis in poteſtate Vandalorum fuit: Genſericho ſolo, quemadmodùm dictum eſt, regnum apud eos obtinente. Ità à Vandalis Arriana perfidia infectis Aphrica occupata eſt. In qua (authore Paulo Diacono) Genſerichus Carthaginem & vrbes alias expugnauit: Hipponem quoquè Regium obſedit. Obſidionis eius menſe tertio, diuus Auguſtinus eius ciuitatis epiſcopus, Deum precatus, vt vel vrbem Hipponenſem ærumna expugnationis liberaret, vel ſi hoc non fieret, è viuorum ſe numero eximeret: ætatis ſeptuageſimoſexto anno clericatûs quadrageſimo in Chriſto obdormiuit.

Diuus Auguſtinus.

Genſericho rege Vandalorum Hipponem verbē obſidente, in qua epiſcopus erat, diem obijt, anno ætatis ſuæ 76.

Porrò Theodoſius Imperator hanc inſolentem barbarorum audaciam non ferens, claſſem maximā mille centum & ſeptuaginta nauium inſtruxit, eique Areobindum & Germanum præſtantiſſimos belli duces præfecit. Qui quum in Sicilia eſſent, Genſerichus ſibi metuens, ad Theodoſium legatos, qui de pace cum eo agerent, miſit: & claſſis Aphricam præternauigauit, quid Imperator ſtatueret, expectans. Verùm cùm neceſſitas alia ſuperueniſſet, Theodoſius pacem cum Genſericho fecit, & claſſem retrocedere iuſſit.

Attilæ Hunnorū regis expeditio aduersùs vtrunque Romanorū imperium.

Attilas enim Gotthus ex Gepidûm gēte originem ducens, Numedij filius, apud quem Hunnorum imperium erat, cum multorum millium exercitu ſimul contra vtrunque Imperium bellum mouit, expeditione & impetu incredibili & veterem & nouam Romam poteſtati ſuæ ſubijcere aggreſſus. Et quòd vir fortis & confidens admodùm eſſet, Thraciam ingreſſus vaſtauit: vrbibusque omnibus q̄ vel maritimæ, vel in cōtinenti ſitæ eſſent, ſubactis, ad Athyram amnem vſque omnia depopulatus eſt. Aduersùs quem, cū copijs non pœnitendis Theodoſius Aſparem & Areobindum miſit. Poſtquàm autem Attilas quotidiè viribus validior factus eſt, Theodoſius ei ſexiès mille auri libras, vt ditionis ſuæ finibus excederet, ſe daturum, atque inſupèr mille minarum ſtipēdium annuum penſurum eſſe pollicitus eſt, ſi decæterò ſorte ſua contentus quietusque eſſet. Ille auro eo accepto, Thraciam reliquit. Vbi autem vi magna in fines veteris Romæ irrupit, Aetius, primum Romæ dignitatis locum tenens, & barbari inſolentiam non ferens, ad Theuderichum Galliam adminiſtrantem, quā uis Romanis pro eo atquè ſuprà diximus, inimicum, ſe contulit: magniſque & varijs promiſſis barbaro perſuaſit, vt ingētes vires ſuas cum copijs ſuis coniungeret. Itaque ex improuiſo Attilam vltra Danubium caſtra habentem aggreſſus, ingentem cædem fecit, multaque hominū

Theodoſius pacē ab Attila auro redemit, eidēque tributū pendit.

Aëtius contra Attilam Theuderichum Gothum ſibi coniungit.

millia interemit. Vbì etiàm Attilas haſta confoſſus interijt, ſicutì & ipſe Theudericus ſagitta ictus occubuit. Irà ope diuina eo tempore & vetus & noua Roma, Gothorum oppreſſione liberata eſt. Et Genſerichus ſolus nationibus eis imperauit.

Genſerichi mors.

Qui (vt idem Nicephorus lib. 17. cap. 11. tradit) quum regnum vndequadraginta annis obtinuiſſet, tandèm mortuus eſt, reliquitque filium ſibi ſucceſſorem nomine Honorichum. Qui itidèm vt pater Arrianam religionem propugnans, Chriſtianos Nicena decreta fortiter defendentes, in Libya crudeliter tractauit, Arrijque opinionem profiteri coëgit. Qui verò mandatis eius parére nollens, eos innumeris affecit ſupplicijs, igni & aqua, & alijs acerbiſſimis tormentorum generibus è vita tollens. De quo vide loco ſuo, titulo quoquè de Gotthis, Vandalis, & Valente. Qui plura volet, legat Victoris epiſcopi Vticenſis hiſtoriam de perſecutione Catholicorum in Aphrica per Arrianos, tempore Genſerichi & Honorichi.

Honorichus Genſerichi filius Chriſtianorum perſequutor.

GEORGIVS ALExandriæ *epiſcopus.*

7.

GEorgius iſte ſectâ Arrianus, in locũ Athanaſij per Conſtantium Arrianis fauentem in exilium extruſi, ſubrogatus eſt, Liberij ſummi Romanorum pontificis, qui & ab eodem Conſtantio, ꝙ hæreſi Arrianæ virili & indomito animo reſiſteret, profligatus etiàm fuerat, temporibus, circa annum Domini 358. Sed eius hiſtoriam ex Nicephoro Calliſto audire operæprecium fuerit, quam ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 9 cap. 29. in hunc modum deſcribit:

Imperator, inquit, aduerſantis ſectæ importuna ſolicitatione tranſuersìm actus, priorem mutauit ſententiam. Suggeſſerant enim ei, Athanaſium rursùm Aegyptum & Libyam turbare. Addiderant etiàm, in parœcijs quæ iuriſdictionis eius non eſſent, epiſcopos & presbyteros deſignâſſe. Et quod omnium maximum ſocet, ipſum quoquè fratrem Conſtantem, ad inimicitias aduersùs cum concitâſſe.

Crimina iuſt aduerſarij Athanaſiũ apud Conſtantium.

Quibus criminibus apud Conſtantium (vt qui Euripus eſſet) effecêre, vt quæ Sardicę conſtitura fuerant, prorsùs aboleret: & eos qui per eam ſynodum reſtituti fuerant epiſcopi, exigi iuberet. Ità quoquè factum, vt calumnia ea apud Imperatorem Athanaſio intenta, tantum valeret, vt is quendam ſubmitteret, qui caput illi vbicunquè reperto amputaret: & cum eo Theodulo itidem & Olympio, eccleſiarũ quarundam in Thracia epiſcopis. Quam rem vbì Athanaſius pręſenſit, minis illius cedens, fuga vitæ ſuæ conſuluit. Poſt quã quidem fugam, Georgius in eius locum ſuffectus eſt: qui & eccleſias Aegyptis, eò quòd Arrianus eſſet, malè tractauit. Ille enim (vt eodem libro, cap. 49. idem habet Nicephorus) non eos modò qui diuerſum ab opinione ſua ſentirent, malè accipiebat, ſed Græcis quoquè ipſis grauis erat. Nam eos etiàm, ſicutì ipſi viſum eſſet, opinari atque ſentire volebat, & facere id nolẽtes perſequebatur: quin vniuerſæ quoquè vrbis eius plebi moleſtum ſe exhibebat, principum maximè virorum obiurgator, & doctis atque claris, quòd eos contemnebat, nec non multitudini ipſi inuiſus, velutì tyrannicus, & qui dominationem ſibi quaſi iure ſuo vendicaret. Inprimìs verò Græcæ ſuperſtitionis cultores exacerbauit, quòd eos patrijs ſuis ſacris operari, dieſque feſtos peragere prohibuit. Et militari ex Aegypto adducta manu, deorum imagines atque alia donaria, & quicquid prætereà in templis eorum eſſet ornamenti, diripiens abſtulit. Quæ ſanè omnia vt necaretur, cauſam præbuêre, ſicutì infrà oſtendemus. Quæ autem is commiſerit in orthodoxos, ea ex eiuſdem Athanaſij verbis, qui eis rebus interfuit, easque pertulit, rectiùs intelligentur. Nam in Apologetico libro, quem de fuga ſua inſcripſit, defenſionem aduersùs eos qui eum carpſerant inſtituens, mentionem quoquè eorum quæ tum ibì acta eſſent, facit, & hiſce vtitur verbis:

Conſtantius mutata ſententia reſtitutos paulo ante catholicos epiſcopos denuo extrudit.

Georgius Athanaſio fugato, eccleſiam Alexandrinam regit.

In Alexandriam inquit, rursùs irruerunt, qui nos vt occiderent, inquirebant. Et facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. Subitò enim milites eccleſiam circũuallârunt

Athanaſius de calamitatibus eccleſiæ Alexan.

drinæ, quas illa in fuga eius perulit.

uallârunt, & pro precatione bellum inſtiturum. Deindè quadrageſima ipſa, qui ab eis è Cappadocia miſſus fuerat Georgius ingreſſus, clades quas ab illis cognouerat, adauxit etiàm. Poſt paſchæ hebdomadam virgines in vincula conijciebantur, epiſcopi à militibus vincti ducebantur, pupillorum & viduarum domus & panes diripiebantur: impetus in ædes fiebant. Noctù Chriſtiani ſubmergebantur, domus reſignabantur: clericorum fratres pro fratribus periclitabãtur. Et dura quidem iſta: quæ verò ſubſequuta ſunt, duriora.

Ieiunium poſt Pentecoſten.

Hebdomata enim poſt ſanctam Pentecoſten, ieiunio abſoluto, populus ad cœmeterium oratum, propterea quòd communionem cum Georgio omnes auerſarentur, egreſſus erat: Atque eo cognito, improbiſſimus ducem Sebaſtianũ Manichæum excitauit.

Horrenda Arriani in Catholicos admittunt.

Et ipſe adeò cum ingenti militum, arma, ſtrictos enſes, arcus & ſagittas ferentium manu, ipſo die Dominico contra populum proceſſit, & paucis qui precabantur (plurimi nanque iam propter diei horam domum ſe receperant) repertis, talia ibì fecêre, qualia ab eis fieri decebat. Rogo enim accenſo, & virginibus ad ignem admotis, vt ſe Arrianæ fidei eſſe dicerent, cogebat. Atque vbi eas ſuperiores, ignemque nihil curare vidit, denudatis eis ità facies verberibus contudit, vt ad tempus aliquod vix cognoſcerentur. Et viris quadraginta cõpræhenſis, nouo eos diuerberauit modo. Virgis nanque è palmarum arboribus repentè deſectis, quibus adhuc acumina ſua ineſſent, terga eorum tam crudeliter conſcidit, vt quidam ex eis ſæpiùs à chirurgis propter acumina infixa curati: quidam verò, quòd curam eam ferre nequirent, mortui ſint. Reliquos verò ſimul omnes, atque vnà virgines in magnam Oaſim in exilium egit. Mortuorum porrò corpora primùm reddi ſuis non permiſerunt, ſed ea inſepulta, vt voluêre celârũt: quòd exiſtimarent crudelitatem tantam ſe occultaturos eſſe. Et fecerunt illi hoc, opinione ſua ſeducti, homines dementes. Dum enim defunctorum familiares lætarentur quidem propter confeſſionem obitam, lugerent autem propter corpora deiecta, magis ac magis impietatis ſimul & crudelitatis contra eos increbuit crimen.

Epiſcopi catholici ab Arrianis in exiliũ acti.

Confeſtim enim ex Aegypto & Libya exilio mulctârunt epiſcopos, Ammonium, Thmuim, Caium, Philonem, Hermen, Plinium, Pſenoſirim, Nilammonem, Agathonem, Anagamphũ, Ammonium alterum, Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum, & presbyteros Hieracem, & Dioſcorum. Eosq; tam acerbè exegêre, vt nonnulli quidem in itinere ipſo, quidam autem in exilio deceſſerint. Expulêre verò epiſcopos plures quàm triginta. Studio enim eis erat, iuxta Achab, ſi fieri poſſet, tollere veritatem. Et quæ Alexandriæ à Georgio ſunt acta, talia fuêre.

Crimina Georgij Alexandrini epiſcopi.

Hic etiàm (vt idem teſtatur Nicephorus libro eodem, ca. 38.) in Concilio Seleuciæ, iuſſu & temporibus eiuſdem Imperatoris Conſtantij celebrato, ab Aegyptijs in multis accuſatus & reus actus fuit: & potiſſimùm, quòd alienorum bonorũ rapinis gauderet, & contumelioſis quibuſdam hominibus delectaretur. Ob quæ crimina & alia quamplurima, quæ ibidèm illi obiecta fuêre, & quæ diluere non potuit, in eadem ſynodo dignitate ſua priuatus & excommunicatus eſt, cum alijs quibuſdam, donèc de criminibus illis intentis per cauſæ dictionem ſatisfaceret.

Item excõmunicatus & dignitate epiſcopali priuatus.

Cædes Georgij Arriani Alexandrini epiſcopi.

Quali autẽ morte vitam finiêrit, idem deſcribit Nicephorus libro decimo cap. 6. in hæc verba: Poſtquàm, inquit, Conſtantium deceſſiſſe, & Iulianum ad Imperij ſummam perueniſſe cognitum eſt, ſtatim impetu omni quicquid erat Alexandriæ græcæ ſuperſtitionis ſectatorum, ad ſeditionem prorupêre: & clamore vno incurſionem in Georgiũ, tanquàm eum intercempturi, fecêre. Et tum quidem à cæde abſtinuerunt, atque carceri eum incluſerunt: verùm nõ multò pòſt indè extractũ, ferro necârunt. Deindè camelo quaſi nouum quoddam clitellarum genus impoſitum, per medium forum, cadaueri per furorem & contumeliam impudenter inſultantes, duxerunt. Circa crepuſculum autem velutì ea iniuria ſatiati, quicquid à raptatione ea fuit corporis, igni combuſſerunt.

Georgius Alexandrinus odium Ethnicorũ in ſe ad cædem vſque concitauit.

Arrianis quidem hoc ſic Georgio, ab Athanaſij ſtudioſis accidiſſe videtur ſed res aliter habet. Nam ille, vt ſuprà diximus, odio ſuo Græcos in ſe concitauerat, eò quòd patria eorum ſacra inhibuiſſet, templa deorum deſtruxiſſet, ſimulacris conuiciando illuſiſſet, & bona eorum publicâſſet. Ad hæc inuidiam quoquè eius auxit, quòd multùm apud Imperatorem authoritate valuiſſet. Solent enim multitudini, qui aliquam obtinent poteſtatem eſſe exoſi. Inſupèr rum quoquè quòd Mithrio (in quo olim Græci Mithræ, quem Perſæ Solem eſſe putant, ſacrificantes homines mactabant, authore Socrate lib. 3. cap. 1.) actum fuerat, tumultum contra eum motum admodùm auxit. Nam locũ eum diù neglectum, Conſtantius eccleſię Alexandrinæ donauerat. Georgius autẽ eum repurgans, vt ædem ſacram Deo excitaret, ſubterraneum antrum reperit, in quo ſimulacra & alia quædam ſymbola & ſigna Græcarum nugarum & præſtigiarum, vt ità dicam, eorumque qui ſacris ab ipſis inſtituti atque initiati fuiſſent, erant. Quæ ſanè ridicula & noua cernentibus ſunt viſa, proindeque meritò per ludibrium irriſa. Græci autem pudore propter myſteria & arcana ſua reuelata affecti, conſertim manu coacta gladijs, lapidibus, & clauis imperum in Chriſtianos fecerunt, & multos occiderunt, quoſdam vulnerauerunt. & nonnullos etiàm ex eis ad dogmatis contumeliam in crucem egêrunt, atque abiêrunt. Georgius inceptum opus imperfectum reliquit. Græci porrò, Iuliani Imperio tanquàm opportunitate quadam oblata, pro eo atque volùêre vſi, ipſum etiàm Georgium interemêre. Hoc ipſum Imperator quoque literis ſuis, magìs ſcilicet populum Alexandrinum, quàm Chriſtianos incuſans, teſtatur: quod ille profectò non feciſſet, niſi eum veritatis vis coëgiſſet.

Mithrium, Solis templum eſt: Mithria. æ, Solis ſacra

Nõ orthodoxi Chriſtiani, ſed gẽtiles Græci Georgiũ necârunt.

Quas literas legere poteris apud eundem Nicephorum lib. 10. cap. 7.

GEORGIVS LAODIcenſis epiſcopus.

8.

HIc cum Acacianis Arriana Aëtianaque prauitate infectis, in conciliabulo Antiocheno ibidèm Euzoio Arrij olìm familiariſſimo eccleſias gubernante, & Imperatore Conſtantio præſente, in fidei formula primùm Arimini, deindè Conſtantinopoli edita, æqualitatis nomen inducere atque abolere conſtituit, ſub Liberij Papæ pontificatu; circa annum Domini 357. Tunc enim illi (authore Nicephoro li. 9. ca. 49.) non occultè, ſed propalam, citra pudorem, per omnia ſubſtantia ſimul & voluntate inæqualem patri filium, & ex non exiſtentibus genitum eſſe docebant & prædicabant, ſicutì & Arrius à principio opinatus eſt. His autem maximè ſuffragabantur, quicunque Aëtij ſententiam comprobârunt: qui primus poſt Arrium eiuſcemodi nomina in publicum produxit, & liberè cum magna confidentia promulgauit.

Aëtij ſentẽtia & Arrij, eadem.

Sed enim Arriani hi ab Homouſianis ſeu Conſubſtantialis profeſſoribus interrogati, cur nàm, cùm anteà in profeſſione fidei ſuæ, filium Deum ex Deo dixerint, inęqualem nunc, atque ex non exiſtentibus profiteri auderent: Propterea, reſponderunt, quòd & Apoſtolus Paulus: Omnia autem ex DEO, inquit. Proindeque vnum etiàm eſſe rerum omnium filium: & ob eam cauſam in fidei formulis addi illud. Secundùm ſcripturas Huiuſcemodi illi cauillationibus reſponſiones & refutationes ſuas inſtituêre. Quarum author Georgius Laodicenſis fuit, qui non benè loquutiones eiuſcemodi aſſequutus, ſuperioribus temporibus hęc Origenẽ inueſtigâſſe, & Apoſtolicas verborum proprietates fuſiùs interpretatum eſſe ignorauit. Cæterùm tametſi arroganter iſta in reſponſionibus ſuis iactarent, conuicia tamen multorum rum perferre, & per interrogationes eos vrgentibus ſatisfacere non potuerunt. Et quum quod in aduerſarios crimen regererent, non haberent, confirmata denuò

Quomodo Arriani inæqualitatẽ filij cũ patre, authore Georgio Laodicenſi defẽderint.

Arriani hac in parte ab Origene refutati.

mod, quam Conſtantinopoli ediderãt, formula, conciliabulum ſuum ſoluerunt, & ſe domum receperunt. Hæc Niceph.

GEORGIANI.

9.

Georgiani q & Iberes.

Georgiani ſunt ij, quos Iberes appellant Coſmographi. Gens barbara & bellicoſa, & quæ (authore Pio ſecundo huius nominis Romanorum pontifice in ſua Coſmographia) Armenico & Medico cultu vtitur, Scytharumque more viuit, quorum cognati ſunt & contermini. Habitat enim hæc natio in interiore Armeniæ parte, ad Septentrionem & Euxinum verſùs: quam magnus Pompeius Romano imperio ſubiecit: ſed ſub Cõſtantino Cæſare Helenæ filio & Syluestro Papa, vrbi Dei fœdera & fidem futuri regni ſuſcepit, circa annum Domini 325.

Georgianorum hæreſis.

Qui licèt hodiè Chriſtum colant, procul tamen ab Apoſtolica ſede, veritatis magiſtra, colunt: & barbaris circunfuſi gentibus, non omnem Euangelij puritatem ſeruant. Nam in Sacramentis & alijs pleriſque rebus, Græcorum errores ſequuntur, de quibus vide infrà. Eorum clerici rotũdas circunferunt coronas more noſtro, laici verò quadratas. Illuſtriores illorum mulieres, Amazonum inſtàr, armis in prælijs vtuntur. In officijs eccleſiaſticis & ſcriptis, quidam eorũ lingua Græca, alij Chaldaica vtuntur.

Georgiani à quo ſic appellati.

Georgiani verò appellantur, à diuo Georgio, quem velut præcipuum patronum & in ſuis prælijs contra paganos vel ut ſigniferum & propugnatorem ingenti honore venerantur. Quocunq; tendunt, turmatim incedunt, vexillum diui Georgij imagine inſignitum circumferentes, cuius ope & auxilio ſe in bello maximè iuuari credũt. Archiepiſcopum habent, qui in monte Sina clauſtrum diuæ Catharinæ incolit, cui per omnia, vt nos ſummo Romanorum pontifici, obtemperant. Cur verò tanto in honore diuum illum Georgium habeant, fit indè, quòd ille primus ad fidem Chriſti Armenos, Iberesq; conuerterit, diuinumq; dogma apud eos diſſeminauerit: quanuis Ruffinus & Sozomenus lib. 2. ca. 6. & ſequenti, & poſt eos Nicephorus li. 8. c. 34. mulierem captiuam tanti boni illis cauſam præſtitiſſe aſſerant. Quæ quum aliàs ſemper pudicè caſtèque vixerat, tum captiua quoque nihil de pietate ſanctioreque inſtituto remiſit. Nam diù noctuq; pietatis exercitia exhibebat, ieiunijs plurimùm vacabat, continueque precationibus inſiſtebat.

Iberes ſeu Georgiani Armeniæ populi, per mulierem captiuam ad Chriſtianiſmum perducti.

Ex quo quidem admirationi barbaris fuit. Quibus ſciſcitantibus, cur tantoperè ſeſe affligeret, ità ſe ſuum Deum colere reſpondit, qui Chriſtus eſſet. Nihil ex hoc ampliùs admirati barbari, quàm nouitatem nominis, mulierculam in honore habuerunt. Mos gentis erat, paruulos, cùm ægrotarent, per vicinas domos à matribus circumferri, remedia exquirentibus. Mater quædam cùm puerum aliquandiù circumtuliſſet, nec ſalutare quicquam inueniſſet, captiuam adiens, eius opem petijt. Illa ſe humani nihil ſcire teſtata eſt, ſed Deum quem coleret Chriſtum, deſperatã ab hominibus ſalutem poſſe conferre. Paruulumque cilicio ſuo ſuperimponẽs, & orationem ad Deum fundens, ſanum matri reddidit. Impleuit vrbem facti rumor, & ad Reginam perlatus eſt, quæ dolore quodam afflicta, ad captiuam ſe ferri curauit, cùm illa regiam domum ingredi recuſaſſet. Reddita eſt regina ſanitati, atque admonita vt in Chriſtum crederet, & eum coleret qui ſalutem præbuiſſet. Rogauit Regina virum, vt Chriſtianus efficeretur: quod quanquàm ille promiſiſſet, ſegnis tamen erat, nec ſæpiùs ab vxore commonitus baptizari curabat, non tam fidei hoſtis, quàm dubius. Contigit eum in altiſſimas ſyluas ire venatum: quò cùm perueniſſet, coorta ſubitò tempeſtate, ità tenebræ cuncta operuère, vt nec ipſe comites cerneret, nec cerneretur ab illis. Ignarus quid ageret, promiſſionis coniugi factæ recordatus eſt, Chriſtumque rogauit, vt ſi Deus eſſet, ex tantis eum periculis eriperet. Nec mora, dies reddita mundo eſt, & Rex ad vrbem incolumis perductus: qui Reginæ quæ geſta erant miraculi loco expoſuit. Vocatur captiua, audit conſilium eius: illa reijcienda idola, & Chriſtum colendum dicit, eique ſupplicandum, & baſilicam faciendam. Conuocato populo Rex Euangelium prædicat:

Miraculũ captiuæ mulieris pro Chriſtiana fide, apud Iberiã factum.

Rex Euangelium ſuis prædicat.

& nondùm ſacris initiatus, fit ſuæ gentis apoſtolus. Credunt viri per Regem, fœminæ per Reginam. Conſtituitur templum magni operis: & eleuato pertinaciter murorum ambitu, columnæ collocantur. Sed prima ac ſecunda erecta, tertia nullis machinis erigi poteſt, nullisq́ue viribus, cùm ad noctem vſque laboratum eſſet. Recedentibus cunctis, ſola captiua apud tēplū in oratione perſeuerat Poſtera die, prima luce redeunte populo, columna reperta eſt ſupra baſim in aere ſuſpenſa, quantum eſſet vnius pedis ſpatium. Magnificauerunt omnes Deum, veramq́ue captiuæ fidem recognouerunt. Quibus mirantibus ac ſtupentibus, ſensìm ſupra baſim ſuam nullo contingente depoſita eſt, & ſumma cum libratione deſcendit. Mox reliquæ columnæ magna facilitate erectæ & collocatæ ſunt: perfectum templum: & populi fide confirmata, ſuadente captiua, totius gentis legatio ad Imperatorem Conſtantinum mittitur: res geſta exponitur, & ſacerdotes petuntur, qui cœptum erga ſe munus impleant. Ferunt Conſtantinum non minùs hoc nunciolætatum, quàm ſi gentes Romano imperio incognitas, & ignota regna viciſſet, indeq́ue * Iberis iucundiſſimo vultu ſatisfeciſſe. Ruffinus in eccleſiaſtica hiſtoria hæc ſibi Bacchurium ipſius gentis regem narrâſſe affirmat virum fideliſſimum, cùm Hieroſolymis ſecum humaniter degeret. Hoc modo Iberes prædicationem Chriſti primùm ſuſceperunt: ſed temporum lapſu à falſis prophetis, vtì iam diximus, ſeducti, in hæreſim Armeniorum & Græcorum corruerunt: De quibus vide locis ſuis.

Vita principis, cenſura eit eaq; ppe tua: ad hanc dirig mur, ad hanc conuertimur. Plinius iunior.

Colūna in aere diuinitùs ſuſpēſa

* Iberibus. Ruffinus in eccleſiaſtica hiſtoria.

GEORGIVS DAVID.

10.

GEorgius Dauid, ſeu Dauidgeorgius, euius ſuprà hiſtoriam deſcripſimus, in Friſia nouus propheta emerſit anno Domini 1525. ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemente ſeptimo pontifice maximo.

Impia Georgij Dauidis dogmata.

1. Se DEI nepotem nuncupabat: & quòd cum feris & auibus quacunque lingua colloquebatur, ab ijs victum accipiens.

2. Aſſerebat cælum eſſe omninò vacuum, ſe autem ad id miſſum, vt filios regni cæleſtis hæredes adoptaret.

3. Mortuorum reſurrectionem, extremū iudicium, tum bonos & malos ſpiritus, vitamq́; æternam cum Saducæis negabat.

4. Matrimonium quoquè cum Bohemis & Adamitis improbabat, volens omnes mulieres eſſe communes cum Atheis.

5. Aſſerebat ſtultum eſſe, ſi quis putaret eſſe peccatum, abiurare Chriſtum coram hominibus: & ideò ſtolidos vocabat Apoſtolos & martyres, quòd ob eam querelā ſe occidi permiſiſſent.

6. Dicebat item cum Epicureis, non animum, ſed ſolam carnem, peccatum contrahere.

7. Quodq́ue animæ eorum quos infideles nuncupamus, æquè ſaluabuntur, atquè fidelium: & Apoſtolorum corpora æquè damnabuntur, atquè infidelium.

8. Se quoquè iactabat tertium Dauidem eſſe, qui ſuper terram regnare deberet. Aliaque multa planè abſurda & vana deblaterans. De quibus & alijs circa hunc hæreticiſſimum actis, videatur appendix Laurentij Surij Chronicis Naucleri adiecta, interimq́ue ſeorsìm aliquoties excuſa.

GILBERTVS PORRE-
tanus Pictauenſis epiſcopus.

11.

GIlbertus cognomento Porretanus, Pictonum epiſcopus fuit: vir quidem admodùm eruditus, vt qui ſex vltimorum prædicamentorum author extiterit: & in ſacrarum literarū palæſtra plurimùm exercitatus: ſed ſublimiora ſe ſcrutans, ad inſipientiam decidit, Cunradi tertij huius nominis Cæſaris Germani, & Eugenij tertij ſummi Romanorū antiſtitis tēporibus, circa annū Domini 1147.

Gilberti Porretani hæreſis.

Hic de ſanctæ Trinitatis vnitate & diuinitatis ſimplicitate, non ſimpliciter vt ſentit eccleſia, columna & firmamentum

to-

totius veritatis, ſentiebat, nec fideliter ſcribebat, ſed ſuis diſcipulis panes proponebat abſconditos, & furtiuas propinabat aquas, aſſerens relationes in diuinis non eſſe perſonis, ſed eas à foris exiſtere. De quo lege diuum Thomam prima parte, quæſt. 39. art. 6. Cùm verò ſuper hoc non minimum ſcandalum iamiam inualeſceret, Lutetiæ primò, deindè Rheniſ concilium coactum eſt ab Eugenio ſummo pontifice, ad quod accitus ille & euocatus, biduana diſputatione cum diuo Bernardo Claraualleñſi archimandrita habita, tandèm hæreſeos conuictus ab eo fuit. Sed quoniam nulla criminis aut ignominiæ nota ipſi inuſta eſt, ſed cauſam ſuã ad iudicium & arbitrium concilij & Papę permiſit, erroremq; ſuum in eo concilio retractauit, & palinodiam cecinit, ideò inter hæreticos habitus non eſt. Sæpè enim cordis oculus nube erroris obducitur, ità ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, vt author ſchiſmatis ad vnionem redeat veritatis.

Porretanus in concilio Rhemenſi à diuo Bernardo cõuictus.

GNOSTICI.

12.

GNoſtici ab excellentia ſcientiæ quã iactabant, ità ſe appellari voluère. Tam ſuperbo nempe titulo hæc lues hæretica populo ſe venditabat ab exacta rerum omnium (vt ipſi volebant) cognitione & ſcientia, vt Gnoſtici, id eſt, cognoſcentes ſiue ſcientes ſint nuncupati, ἀπὸ τῆς γνώσεως. Horum authorem alij Baſilidem, vt diuus Hieronymus de viris illuſtribus, alij Valentinum fuiſſe volunt. Philaſtrius autem & Auguſtinus libro de hæreſibus, aſſerunt illos à Nicolao diacono, de quo in Actis Apoſtolicis fit mentio, exortos eſſe. Irenæus tamen libro primo aduerſùs hæreſes, cap. 24. eorum principem fuiſſe Carpocratem adſtruit. Cui magis crediderim, quàm alij cuiuis, quòd vicinior temporibus, quibus emerſerunt Gnoſtici, extiterit. Exortos tamen diuus Hieronymus aſſerit, Adriani Imperatoris & Xiſti huius nominis primi Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 129. Hi quibuſuis alijs hæreticis vaniores & turpiores fuère: adeò quidem, vt cùm ab alijs per diuerſas terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur, nonnulli eos Borboritas vocitent, quaſi cœnoſos, ob nimiam vtiq; illam, quam in ſuis ſacris dicebantur exercere, fœditatem atq; turpitudinem: de quibus vide ſuprà, in Borborianis ſeu Borboritis, & Epiphanium, qui libr. 1. tom. 2. aduerſùs hæreſes, hæreſi 26. eorum execrandas turpitudines ad viuum deſcribit.

Quis Gnoſticorum dux & author.

Gnoſtici quo tempore exorti.

1. Dicebant autem Gnoſtici, animam eſſe aut Dei ſubſtantiã, aut ex Dei ſubſtantia: quod Diſtinct. 32 quæſt. 2 cap. Moſes, reprobatur in hunc modum: Contemplemur facturã Adæ. in Adam enim exemplum eſt datũ, vt ex eo intelligamus, quia iam formatum eius corpus ſuſcepit animam. Nam eam poterat Deus limo terræ admiſcere, & ſic formare corpus.

Gnoſticorũ hæreſes.

2. Docebant etiàm, authore Philaſtrio, omnia bruta rationis eſſe capacia, eaque æquè atq; hominem, non ſolùm ſentire, ſed etiàm intelligere.

3. Item aſſerebant creaturas factas eſſe à malo Deo. Hi enim duos ponebant deos: vnum quidem bonum, qui nihil harum rerum creaſſet: alterũ malum, à quo omnes creaturas proceſſiſſe dicebant. Hęc verò (vt inquit Philaſtrius) quæ ſequuntur, dogmata proponebant, quibus ſua deliramenta fulcire nitebantur. Antè erant ſolùm tenebræ, (dicebant) & profundum ex aqua, atque terræ diuiſio facta eſt in eorum medio, & ſpiritus ſeparauit hæc elementa. Tunc ergò tenebræ intuentes in ſpiritum, genuerunt quatuor Aeonas, & hi quatuor genuerunt item alios quatuor Aeonas. Hi autem dextra atque ſiniſtra (inquiunt) lux ſunt. Quandam verò etiàm concubuiſſe cum illa mulierem & virtutem dicunt, ex qua nati ſunt dij, & homines, & angeli, & ſeptem ſpiritus dæmoniorum. Addunt etiàm prophetas quoſdam natos de ea ſpecioſo nomine, & Barrabam. Alij autem Euangelium conſummationis, & viſiones inanes & plenas fallaciæ, & ſomnia videre diuerſa aſſerunt delirantes. Hæc Philaſtrius.

4. Di-

4. Dicebant rursùs nullum futurum eſſe iudicium, vt vel hac occaſione tanto faciliùs in quodlibet vitium ruerent, quanto minùs pœnam propter illud infligendam crederent.

5. Docebant deniquè, aliquas creaturas ex ſe malas, vtpotè productas non à Deo ſummo bono, ſed à quodam (vt iam diximus) alio omnium malorum principio, quod ſummum malum eſſe contendebant.

De his Nicephorus lib. 4. cap. 2. eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit in hæc verba: Atque equidem de Baſilide Irenæus itidèm agens, pudendum errorem eius in apertum produxit. Aequalem eiuſdem fuiſſe refert Carpocratem, eorum qui Gnoſtici appellantur, authorem & ducem: quem non puduit propalàm artem magicam exercere, quam pater eius Simon clam & ſubdolè profeſſus fuerat. Gloriam is aucupabatur, & ſeſe efferebat artibus curioſis, per eos quos ipſe conficiebat amores, per ſomniorum viſiones, & per aſſeſſores dæmones. Docebat quoquè omnem eos oportere perpetrare turpitudinem, qui ad perfectionem arcanorum ſacrorum ſuorum peruenire vellent: neque fieri poſſe, vt quiſquam eos effugeret, qui mundi principes apud eos appellarentur, niſi infandis fœditatibus omnibus ſatisfeciſſet. Hæc Nicephorus ex Irenæo Lugdunenſi quondàm epiſcopo. Ex quibus colligere licet cur Borboriani, id eſt, fœdi & impuri, ſint Gnoſtici appellati, nempè ex impudente & voluptuario eorum authore Carpocrate.

Carpocrates Gnoſticorũ author & dux, Irenæ. aduersùs hæreſes libr. 1. cap. 24.

De Gnoſticis noſtri temporis ſic nihil ominus ſcribit Lindanus in ſuo Dubitantio, dialogo ſecundo: Gnoſtici, inquit, à Nicolao diacono, gnoſin, id eſt, eximiam cælestium myſteriorum cognitionem iactante, dicti, animam humanam aiebant eſſe ex Dei ſubſtantia. Sic hodiè libertini animam omnem morientem ad Deum redire, illicq; reduniri fabulantur. Caluinus in inſtructione contra Anabaptiſtas.

Gnoſtici noſtri tẽporis.

GORTHAEVS. 13.

GOrthæus vnus fuit ex ſeptem hæreticis, qui (teſte Egeſippo, & Euſebio lib. 4. cap. 18) primi eccleſiam adhuc virginem inanibus & vanis corruperunt doctrinis, ſub Domitiani Neronis Imperio, & diui Petri Apoſtoli põtificatu circa annum Domini 51. Quorum tamen (authore eodem Euſebio) vnuſquiſque diuerſis corruptionibus fidei ſeorsùm ſchiſma cõponens, propriam ſectam & proprios habuit eiuſdem ſectatores. Horum primus, vt dicit Egeſippus, Thebutes plebeius fuit, quòd in petitione epiſcopatûs repulſam tuliſſet: a quibus & Simon eſt, vndè Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Doſitheus, vndè Doſitheani: & Gorthæus vndè Gorthæani: & Masbathæus, vndè Masbathæni. Ab ijs autẽ & Menandriani, & Marcioniſtæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, & Baſilidiani, & Saturniniani. Hi pro ſe quiſq; proprias ſeorsùm induxerunt opiniones. Ab his Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, Pſeudoapoſtoli, qui vnitatem eccleſiæ diuiſerunt pernicioſis ſermonibus, aduersùs Deum & aduersùs Chriſtum eius. Hæc ille.

Hunc alij Thebulim appellant.

GOTTHI. 14.

GOtthi, Vandali, Rugiani, Hunni, nõ vnius populi appellatione cẽſentur, (vt eſt author Carion Chronicorũ lib. 3.) ſed Gotthi Teutones ſunt ex Gotlandia inſula, qui Liuoniæ & Lituaniæ partem occupârunt. Nam vtraq; hæc regio Gotlandis exaduersò per mare ſita eſt: atque hinc eſt quòd rectè eos Procopius Cimmerios & Getas eſſe ſcripſit. Porrò hi Romanorum temporibus in Thraciam & Hungariam vſque progreſſi ſunt, quos Romani imperatores repellere ſæpiùs conati ſunt, ſed fruſtrà: quorum ſanè maxima prima pugna aduersùs eos ſub Decio fuit, in qua & cęſus eſt Decius. Poſteà verò etſi ab Imperatoribus Romanis multùm negocij factum ſit Gotthis, tamẽ in Thracia & Hungaria remanſerunt, & in Aſia quoque circa Conſtantinopolim regiones aliquot occupârunt. Hodiè etiamnũ fertur in Cherſoneſo Taurica habitare Gotthos, Teutonico idiomate vtẽtes, & Gotthos ſe appellare. Cæterùm eo tandèm modo Hungariam reliquerunt & Thraciam quoque, quòd ipſi primùm ſua

Gotthi qui & vndè.

Gotthi in Cherſoneſo Taurica.

ſua ſponte indè in Italiam,& poſteà in Hiſpanias profecti ſunt: poſteà à Vandalis & Hunnis ex Scythia venientibus, reliqui Gotthorum oppreſſi ſunt. Hunni ſedes in Hungaria fixerunt: illæ verò regiones quę partim circa, partim infra Hungariam ſitæ ſunt, à Vandalis ſunt occupatæ. Hæc Carion.

Quādò Gotthi Chriſtianiſmū amplexi ſunt.

Gotthi porrò & Saraceni (quemadmodùm author eſt Socrates hiſt. eccleſiaſticæ lib.4.c.33.& 36.) Valentis Imperatoris Arrianæ hæreſeos maximi adſertoris, à Decio (ſub quo primùm Gotthi aduerſùs Romanum imperium arma ſumpſerunt) quintidecimi temporibus, Chriſtianorum fidem amplexi ſunt, circa annum Domini 378. ſub Damaſi Papæ pontificatu. Nam ipſis Gotthis ab eodem Valente Imperatore poſtulantibus ſacerdotes, à quibus in religione Chriſtiana inſtituerētur, Arrianos doctores miſit, qui gentem barbaram & credulam hac contagione ità infecerunt, vt ab ea nunquàm diuelli potuerint, donèc Diui Gregorij Papæ opera ad catholicam fidem rediêre, circa annum Domini 591. ſub Mauricio Imperatore. Horum doctorum dux & anteſignanꝰ fuit Eudoxius Conſtantinopolitanus epiſcopus, qui Imperatori ſuggeſſit, vt Gotthi communicarent, cùm paulò antè doctrinæ ſanæ radijs imbuti, apoſtolicis dogmatibus paſcerentur. Communio, aiebat impius ille, vnius dogmatis firmiorem facit pacem: inferens, certamen eſſe verborum, non differentiam dogmatum. Quāobrem Gotthi maiorem patrem filio dicebant, vt habetur hiſtoriæ tripartitæ lib. 8. cap.13. Sed horum hiſtoriam clariùs deſcribit Nicephorus Calliſtus lib. 11. cap.48. in hunc modum;

Eudoxius Cōſtātinopolitanus epiſcopus perfidiæ Gotthorū dux & princeps.

Gotthorū hæreſis.

Gotthi, inquit, qui primùm vltrà Iſtrū domicilia habuêre, & alijs ibi barbaris imperauêre, ab Hunnis indè expulſi in Romanorum fines tranſiêrunt, Valentis imperatoris temporibus, qui in Oriente imperabat. Sunt autem Hunni iſti, quos veteres Nebros appellârunt, Riphæorum montium accolas: vndè Tanais fluuius ortum trahens, vndas ſuas in Mæotidem paludem prouoluit. Cùm itaque Gotthi fuiſſent ab his ſedibus ſuis pulſi, Iſtro trāſmiſſo, ad Romani imperij terminos conſedêre: & ad Imperatorem Oratores, qui ſe belli ſocios perpetuò Romanorum fore, iureiurando confirmarent, miſêre. Petebant autem illi, vt eis quo viſum eſſet loco, domicilia habere permitteretur. Legationis eius princeps fuit Vlphilas, eorum qui inter illos Chriſtiani erant, epiſcopus. Re ex ſententia eorum confecta, Thraciā colere iuſſi ſunt. Et aliquandiù ſimul & inter ſeipſos, & erga Romanos quieti pacatiq; fuêre. Deindè verò per ſeditionem inter ſe diſſidentes, in duas diſceſſêre factiones: quarum alterius Athanaricus (alij hunc Alarichum vocant) dux fuit: altera Fridegernis auſpicia ſequuta eſt. Et pugna inter ſe commiſſa acri, Fridegernes victus, auxiliares à Romanis copias per legationem petijt. Imperator ei auxilium ferre, quę tum ibi erant, copias iuſſit. Quibus fretus Fridigernes, prælio rurſùs cum aduerſarijs contendit, eoſq; victor profligauit. Vt autem is gratiam Valenti referret, & pignore aliquo, ſe illi modis omnibus ſincerè fidum & amicum fore confirmaret, eandem cum Imperatore de Deo opinionem ſuſcipere, atq; in eandem ſententiam, qui ſub eo eſſent, barbaros adducere ſtatuit. Id quod ſtatim, ſicuti volebat, confecit. Nam cum exercitu ſuo vniuerſo ad Arrianiſmum tranſit. Atq; hanc opinor cauſam fuiſſe, cur gens ea omnis Arrij fidem ſit ſequuta: eandem ab initio, quam Valens, opinionem profeſſa. Non hanc verò ſolam: ſed Vlphilas quoque acceſſit, qui apud eos epiſcopatum gerebat. Nam is primùm cum eccleſia catholica, in nullo ab ea diſſidens, communicauit. Et quum in ſynodo Conſtantinopolitana ſub Conſtantio (nulla tum conuentione intercedente cum Eudoxio & Acacio) eſſet, nihilominùs in communione cum epiſcopis Nicenam fidem propugnantibus permanſit. Poſteà verò Conſtantinopoli verſanti, quum Arriani dogmate ſuo diſſererent, & legationem ſe ei ex ſententia apud Imperatorem confecturos eſſe, ſi idem cum ipſis ſentire in animum induceret, pollicerentur, vtilitate ea illectus: aut etiàm fortaſsè, quòd melius eſſe, ſi ità de Deo opinaretur, cenſeret, cum Arrianis communicauit, & gētem vniuerſam hoc modo ab eccleſia vniuerſali abduxit.

Nebri, vel Neuri & Neuritæ, Hunni Riphæorum montium accolæ.

Vlphilas Gotthorū epiſcopus.

Gotthi, Valēte permittēte, in Thracia cōſīdent.

Bellum inteſtinum inter Athanaricū & Fridigernē Gotthos in Thracia.

Occaſio per quā Gotthi Arrianiſmū complexi ſunt.

Vlphilas quoq; vt Gotthi Arriani fierent plurimùm attulit momenti: qui & ipſe vtilitate temporali adductꝰ, hæreſim Arrij, catholica reiecta fide, eſt complexus.

Magna Vlphilæ authoritas apud Getthos.

Gotthi namq;, quòd ipſo authore atque duce,ad veriorem pietatem ſe contuliſſent,& illius beneficio, humaniore mãſuetioreque viuendi inſtituto vterentur, facilè admodùm ei parebant, & quocunquè ille duceret, ſequebantur: nihil mali eſſe,ex animo perſuaſum habentes, quicquid ille vel diceret,vel faceret:omnibusque id adeò æmulari volentibus, in commodum prorsùs atq; vtilitatem ceſſurum eſſe arbitrantes. Quinetiàm ingens ille perſæpè virtutis ſuæ ediderat ſpecimen, multis fortiter pro Chriſtiana doctrina priùs toleratis periculis,quàm gens ea,quæ tota ex græca ſuperſtitione pendebat, ad Chriſtianiſmum eſt conuerſa. Primus etiàm ipſis literas inuenit, & ſacras ſcripturas eis tranſlatas propoſuit. Atque equidem quam ob rem barbari pleriq; omnes Iſtrum accolentes, Arrij dogma ſequerentur, cauſa & occaſio hæc fuit. Hucuſquè Nicephorus.

Literarum Gothicarũ inuentor Vlphilas.

G R AE C I.

15.

Græci in primitiua eccleſia quàm famoſi in fide

GRæci licèt in primitiua eccleſia famoſi ac celebres in fide fuerint,præclaraſq; ciuitates & inſignes eccleſias atque doctores per multa tempora ſub eccleſiaſtica obedientia poſſederint:duræ tamen ceruicis & ſuperciliosi atq; arrogantes ſemper fuerunt:& vſque adeò ſanctæ Romanæ eccleſiæ infeſti & rebelles,vt nec illi, nec ſacrorum ſuorum conciliorum determinationibus atque decretis obtemperare vnquàm voluerint. Summum autem Pontificem Chriſti vicarium omneſque Latinos pro excommunicatis habent.Quorum vniuerſus error,teſte diuo Hieronymo lib.2.contra Iouinianum, ex Græco,Chaldæo,& Syro ſermone procedit.

Græcorum hæreſes.

1. Sicut autem negant beatitudinem cõferri iuſtis ante diem iudicij,ità quoq; negant pœnam infligi peccatoribus ante illum diem.

2. Damnant eos qui ſuffocata edunt,aut alias carnes in lege veteri prohibitas.

Matt 15.

3. Dicunt ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum,contra illud Chriſti:de corde exeunt cogitationes malæ,homicidia, adulteria,fornicationes,furta,& his ſimilia,quæ coinquinant hominem.

4. Negant ſpiritum ſanctum procedere à patre & filio: Adeò quidem,vt hæc fuerit vna ex præcipuis cauſis, propter quas à Rom. & Catholica eccleſia deſciuerint.

5. Aſſerunt ſacramentum Euchariſtiæ cõfici non poſſe in azymo pane,ſed præciſè in fermentato. Itaq; inter alia peruerſa dogmata,propter quæ ab eccleſia Romana diſceſſere, hoc vnum tuentur: Romanam ac Catholicam eccleſiam ſugillantes, quòd in pane azymo conficiat. Latinos omnes hac de cauſa (vt diuus Anſelmus in quadam epiſtola de azymo & fermentato teſtatur)Azymitas vocãt,eos anathematizant,&,teſte Guidone Carmelita,nõ permittunt Latinos ſacerdotes in eorum altaribus ſacrum myſterium conficere. Quòd ſi ipſis inſcijs aut inuitis eos celebrare contigerit, lauant altaria, quòd ea credant eſſe polluta ex falſo(vt aſſerunt) ſacrificio per ſacerdotem Latinum in azymo confecto.

6. Hi rurſùs ſic vinum in calice apponunt,vt nullam penitùs miſceant aquam, aſſerantq; eam minimè eſſe miſcendam. Hac in re Aquarijs hæreticis aduerſantes, qui in calicis conſecratione non eſſe apponendum vinum, ſed ſolam aquam affirmant.

7. Aſſerunt quoq; hoc præſtantiſſimum ſacramentum, in die Cœnæ Domini, feria videlicet quinta maioris hebdomadæ confectum eſſe excellentioris virtutis & efficatiæ, quàm alio quolibet die conſecratum : Adeò ſanè, vt (quemadmodùm Guido Carmelita ait) hac occaſione nulla alia die totius anni, quàm die Cœnæ Domini, hoc ſacramentum conficiant, confectumque hoc die per totum annum conſeruent, vt indè infirmis miniſtretur.

8. Item eſſe neceſſariò ſub vtraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini, communicandum: adeò quidem, vt qui ſub vna ſpecie tantũ communicat, etiàm ſi laicus ſit, peccare dicatur:quòd(vt aiunt)contra Chriſti præceptum agat,qui ſub vtraque ſpecie communicare præcepit.

9. Dicunt quoq; eos,qui aliquibus peccatis fuerint obuoluti, etiã ſi ad Dominicã menſam accedant, & à ſacerdote cõſe-

cra-

cratum panem accipiant, non recipere corpus Chriſti.

10. Dicunt licitum eſſe inimicum decipere: nec eſſe peccatum aliquod, ſi quis ſuo inimico damnum inſerat, etiàm ſi ad id agendum periurijs aut alio quouis mẽdacio iuuetur.

11. Primas nuptias admittunt, ſecundas tamen damnant.

12. Docent nuptiarum fœdus & vinculum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

13. Docent nullum eſſe Purgatorium locum, in quo animæ ab hac luce migrantes purgentur à ſordibus, quas in corpore cõtraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur.

14. Aſſerunt non eſſe neceſſariam rei furto ſublatæ reſtitutionem, vt quis vitam poſſit aſſequi æternam: Adeò quidem, vt eorum ſacerdotes, teſte Guidone Carmelita, pro furto, vſura, rapina manifeſta, nemini iniungant, vt quibus illa ſuſtulerint, ſatisfaciant aut reſtituant: ſed oleo ſimplici inungant raptorem, quem adſtringunt vt aliquam eius pecuniæ portionem illis diſtrabuat, quô illi abſolutionem impartiantur: ſicq; tandèm ea pecunia à fure aut raptore recepta, ipſum raptorem abſoluunt.

15. Cumque tollant Purgatorium, dicunt etiàm nihil prodeſſe defunctis orationes, ſacrificia, eleemoſynas, & huiuſmodi pia opera quæ à viuis pro illis fiunt.

16. Dicunt etiàm, extremæ vnctionis ſacramentum ægrotantibus non prodeſſe ad ſalutem corporis.

17. Dicunt deniq;, peccatum non eſſe, aliquid dare ad vſuram.

18. Sacramentum altaris paruulis ſuis mox poſt baptiſmum cõferunt per ſimplices ſacerdotes, cõtra Dei & eccleſiæ determinationem.

Græcorum & Latinorũ acerbitas. De his Hoſius libro quem de vtriuſque ſpeciei communione edidit, ſcribit in hũc modum: Tanta fuit quondàm inter Græcos & Latinos animorum acerbitas, eosque illi vſqueadeò abominabantur propter vnam voculam ad ſymbolum Conſtantinopolitanum adiectam, quemadmodùm in actis Lateranenſis concilij *Cap 4.* ſcriptum eſſe dicitur, vt ſi quandò ſacerdotes Latini ſuper eorum altaria celebraſſent, non priùs ipſi ſacrificare vellent in illis, quàm ea tanquàm per hoc inquinata lauiſſent. Quin & baptizatos à Latinis, auſu temerario rebaptizare præſumebant. *Græcorum auſ temeratis.*

Hos rursùs, libro de ſacerdotum coniugio, ſcribit totiès doctrinis varijs & peregrinis abductos à fide defeciſſe, vt quater deciès ad eccleſiæ corpus redeuntes, toti dem vicibus ab ea ſe præſciderint. *Græci quaterdecies ab orthodoxa eccleſia ſe præciderunt.*

GVIDO DE LACHA.

16.

IN hiſtoria ordinis Fratrũ Prædicatorum legitur, (vt habet Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hæreticorum) in epiſcopatu Brixienſi virum quendam fuiſſe tanta ſanctitate & vitæ puritate præditum (vt pleriſque videbatur) vt alter Ioannes Baptiſta ab illis haberetur. Adeò quidem vt eius nominis fama & celebritate plerique omnes eius prouinciæ allecti, ad eum velut ad ſanctum Dei hominem gregarìm confluerent qui tamen hæretica prauitate infectus erat: ſed qua hæreſi, & quo tempore id acciderit, ſubticet Bernardus. Cùm autem ille vita functus & honorificè ſepulturæ demãdatus eſſet, poſt aliquod tempus, fidei inquiſitor per teſtes fideles examine diligenti peracto, reperit illum fuiſſe hæreticum: ideoque de conſilio epiſcopi & aliorum prudentium virorum ſancitum eſt, vt eius cadauer effoderetur, & oſſa igni cremarentur. Populo itaque circunſtante, eius oſſa in ignem coniecta ſunt, quæ mox dæmones ex eodem igne in aerem attollentes, ea ſuſpenſa ſuper ignem tenebant, non tamen illi videbantur. Ex quo effectum, vt populus exclamaret, epiſcopum cum ſuis eſſe necandum, qui inuidia moti, ſanctum Dei virum exurere præſumpſiſſent, id Deo nolente neque permittente. Qua re exterritum epiſcopum, ſui bono animo eſſe deprecati ſunt, in hæc verba prorumpentes: Domine epiſcope, nè vlla re frangaris quæſumus, quandoquidem hic pro fidei tuitione adſumus: ſed *Vide quid hypocriſis efficiat.*

ad ſacrum peragendum te potiùs præpara, viſuri experientia ipſa, num Deus aliquod miraculum ſuper hac re exhibiturus ſit, nè fides in diſcrimen veniat ac periclitetur. Miſſa ea fuit de beata virgine: cumq; corpus Dominicum ſursùm ab epiſcopo leuaretur, dæmones in aëre exclamare auditi ſunt in hunc modum: O Guido & Lacha, te hucuſquè, quantum potuimus, defendimus, ſed ampliùs nõ poſſumus, quia maior nobis adeſt: moxq; in ignem oſſa ceciderunt & combuſta ſunt, & fides ab omnibus exaltata. Ex quo diaboli dolus facili negocio perpendi poteſt, qui hæreticum hominem vita functum defendit, quô plures animas decipiat.

Sacramenti euchariſtiæ efficacia.

GVILHERMVS *Cornelius Antuerpienſis.*

17.

GVilhermus Cornelius Brabantinus natione, in vrbe Antuerpienſi (vt Catalogus hæreticorum habet) in maxima ſimulatione & hypocriſi diutiùs cõuerſatus, præbendæ beneficium ſub paupertatis prætextu reliquit, quanuis eſſet totus luxuriæ deditus.

Guilhermi Cornelij hæreſes.

Hic autem adeò paupertatem extollebat, vt ea ſola omnia peccata, perindè atq; rubiginem igne, conſumi, & ante Dei oculos nulla habere adſtrueret.

Ideoq; meliorem eſſe publicam meretricem pauperem affirmabat, quouis caſto quantumlibet continenti, dum tamen aliquid in ſui retineat ſubſidium & iuuamen. Quibus argumentis inferre volebat, omnem prorsùs religioſum damnatum eſſe. Contra quam opinionem illud eſt, quod Dominus in Exodo ait: Pauperis nõ miſereberis in iudicio. Si pauperem Dominus damnari præcepit in iudicio, hinc colligere licet, fieri poſſe vt quis pauper ſit & reus.

Exod. 23.

De hoc porrò certiſſima relatione & experientia cognitum eſt, quòd cum mortem obijſſet, & cum honore in templo diuæ virginis ſepultus fuiſſet, quidam die tertia eandem ædem ſacram ingreſſus, corporeis oculis ipſius Guilhermi mauſoleum apertum & vacuum intuitus eſt, manifeſtiſſima ſignificatione præſagiens, ipſius damnationis euentum. Nam quatuor pòſt annis elapſis, reprobata nequiſſimæ hæreſis eius malitia, conuictaq; per venerabilem patrem Nicolaum Cameracenſem epiſcopum, eius cadauer ceu ſtirps inutilis (quemadmodùm Iſaias de Nabuchodonoſore loquitur) de ſepulchro proiectum & in cineres redactũ eſt.

Guilhermi Cornelij finis.

GVILHELMVS DE *ſancto amore.*

18.

GVilhelmus de ſancto amore, mendicantium monachorum acerbiſſimus hoſtis, ſuas hæreſes inſtituit atque promulgauit ſub Alexandro Papa huius nominis quarto, à quo & damnatus eſt per bullam quæ incipit, Romanus pontifex, Cunradi quarti Germani Cæſaris temporibus, circa annum Domini 1250.

Guilhelmi de ſancto amore hæreſis.

1. Hic monachos ex eleemoſyna in ocio viuentes, non ſaluari dicebat: aſſerens eos omnes citra vllum diſcrimen ad laborem manuum aſtringi, vt ex illo ſibi victũ compatent: nec poſſe illos alio pacto victum parare, quàm per laborem manuũ.

2. Dicebat quoque, hominem ſaluari non poſſe in ordine mendicantium.

3. Aſſerebat deniq; paupertatem habitualem eſſe licitam, non autem actualem: hoc eſt, licitam eſſe animi promptitudinem ad relinquendum omnia pro Chriſto cùm vrget neceſſitas: hac tamen neceſſitate ſecluſa, illicitam eſſe paupertatem, per quam quis renũciat omnibus quæ poſſidet, quò liberiùs illi, Deo ſeruire, liceat.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM, LIBER OCTAVVS.

DE LITERA H.

HAMSTEDII 1.

HAMſtedij ab Adriano Hamſtedio (vt author eſt Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2.) habēt originem ſpectantque ad tertiam noſtri temporis Euāgelicorū claſſem, eorum videlicet, qui Lutheri occaſione ab eccleſiſtica doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Luthero contraria.

1. Hic in Selandia, & indè profugus in Anglia (quemadmodum ex actis publicis Londinenſium colligitur & videre licet) vndè & ſententia Edmundi Londinēſis Epiſcopi ab officio ſuſpenſus, & ad publicè in eccleſia die Dominico reuocandum compulſus ac poſt contumaciam ex communicatus, & in exilium deiectus, ſentit cuiq; liberum eſſe infantes ſine Baptiſmo ſeruare ad aliquot annos, nec vlli cōſcientiam hac in re ad certum tempus adſtringi poſſe.

Hamſtedij hæreſis.

2. Item affirmabat, credere Chriſtum Dominum ex ſemine mulieris natum, ac humanæ carnis noſtrique generis participem factum eſſe, non fundamentum eſſe religionis Chriſtianæ, ſed ipſius fundamenti circunſtantiam quandam. Atque idcircò, qui Chriſtum ex mulieris ſemine eſſe negat, is non fundamentum negat, ſed vnam ex fundamenti circunſtantijs negat.

Habuit & alia ad Anabaptiſtas inclinantia, quos ſuæ eccleſiæ Londini ſtudebat conciliare. Hæc Lindanus.

HARMONIVS 2.

HArmonius filius fuit Bardeſanæ Syri, magni illius Ephraimi ambo diſcipuli: qui cùm eſſent facundia maximè præſtantes, deindè lapſi ſana excidêre fidei doctrina, Antonini Philoſophi Imperatoris, & Pij huius nominis primi Romanorum ſummi pontificis temporibus circa annum Domini 163.

De his ſic ſcribit Nicephorus hiſtoria eccleſiaſt. lib. 9 cap. 16 Diuini Ephraim, inquit, multi fuére diſcipuli, qui inſtitutionem & philoſophiam eius ſunt æmulati: in quibus celebriores extitêre Abbas, Zenobius, Abraham, Maran, & Simeon, apud Syros ingenti gloria viri: & alij quibus cum prætereà hunc vitæ modum illi communicauêre. In locis verò eiſdem, facundia maxima præſtantes, Paulonas & Anarad extitêre, qui poſteà lapſi ſunt à ſana fidei inſtitutione. Alij inſupèr apud Oſroenos fuêre, eodem præclari modo, Bardeſanes, & filius eius Harmonius. Et pater quidem nominis ſui hæreſim inſtituit: filius autem Græcis diſciplinis ſatis eruditus, patrijs vocibus legitimis modis muſicisque numeris incluſis, ordine circulari, eas cani inſtituit, quos ex eo tempore hucuſque Syri pſallentes vſurpant: nō illi quidem carminibus ipſis, ſicutì ſunt ab illo prodita, ſed ſonis tantùm eorum vtentes. Nam ille ad paternam delapſus hæreſim, eandē q; cum Græcis de animæ generatione & corporis interitu, necnon de futura regeneratione opinatus, lyricis modulis doctrinas eiuſmodi adſperſit. Quibus multi ex Syris propter verborum venuſtatem, & ſonorum numeros demulſi, paulatim opinionibus talibus recipiēdis ſunt aſſuefacti.

Nicephor.

Ephraimi diſcipuli.

Paulonas. Anarad.

Syrorum muſica.

Harmonij & Bardeſanæ hæreſis.

Cæterum diuus Ephraim ea re cogni-

Diuus Ephraim ca

mlns ac numeros Harmonij corrigit.

ta, quamuis Græcarum artium expers, Harmonij numeros moderatus eſt: atq; eiuſdem modulis, carminibus eccleſiaſticæ ſententiæ conſonis, adiectis, Syris ad hoc vſque tempus ea canēda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum inprimis celebrabat, & laudes præterea virorum, qui inſtituto * Deo placuere, cecinit, & ad Harmonij carminum leges cōpoſuit: à quibus, vt equidem puto, per æmulationis ardorem, poſteriores eccleſiæ cantores modulorum formulas mutuati magis etiam atque magis augere atq; ꝓpagare eas ſunt aggreſſi.

For. * hoc. A quib⁹ ecclesiæ cātores modulorum ſuorū formulas ſunt mutuati.

HELCHESAITAE.

3.

HElcheſaitarum hæreſis irrepſit ſub Gordiano Imperatore & diuo Fabiano ſummo pōtifice, circa annū Domini 240.

Helcheſaitarum hæreſis.

Hi (teſte Euſebio Cæſareenſi lib. 6. ca. 38.) diui Pauli ſcripta, & alia quædam à Spiritu ſancto tradita negabant. Quorū hæreſim tandem deuicit Origenes. De his vide plura in litera E titulo de Elcheſæis ſiue Elcheſaitis.

HELIOGNOSTICI.

4.

Solis cultores, Heliognostici dicti.

HEliognoſtici, qui & (authore Philaſtrio) Deuictiatici dicūtur, apud Iudæos idololatræ erant, qui Perſarū & Maſſagetarum gentilium more, à quibus etiam hoc didicerat, Solem colebant ac venerabantur, proptereà quòd illum omnia quæ Dei ſunt, ſcire dicerent & arbitrarentur: per illum ſolum homines lumine circunfundi & illuſtrari: per illum homines ſpirare, corporiſque & animæ vires poſſidere: illum ſolum gignendarū rerum vim habere: illum denique omnia huic vitæ neceſſaria miniſtrare. Vndè & Solem Deorum maximum eſſe credebant, eiuſque illi ſacrificabant. Ignari illi, aut potiùs ignorare volentes, hūc Dei fore miniſtrum, qui, quemadmodum ait Eccleſiaſtes, oritur & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem luſtransq; vniuerſa in circuitu pergit Spiritus, & in circulos ſuos reuertitur. De quo ſcriptum: Qui dicit Soli, oriri, & oritur: & non oriri, & non oritur. Et rurſus: Qui oriri facit Solem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Eccleſ. 1.

Iob 9.

Eccle. 24.
Matth. 5.

Quem nihilominus (vt ait idem Philaſtrius) Hermes ille vanus paganus Triſmegiſtus docuit, poſt Dominum omnipotentem non alium præter Solem debere ipſum & homines adorare. Qui cùm ad Celtarum (Perſarum potiùs dicerem: nā is Aegyptiorum rex fuit: Celtarum autē vno vocabulo, Germani & Galli à Græcis dicebantur Celtæ: qui poſteà vnius vocis mutatione, Galatæ ſunt appellati.) prouinciam perrexiſſet, id ipſum eos dignoſcitur docuiſſe, atque huic errori vt ſuccūberent, ſuaſiſſe. A quibus hoc mutuari Iudæi, Solem, cùm captiui tenerentur, eos adoraſſe dicit Ezechiel propheta: indeq; illos increpans & acriùs coarguens, conteſtatur crimen læſæ diuinæ maieſtatis incurriſſe, & proindè in ea mala quæ patiebantur, incurriſſe: Eius verba ſunt huiuſmodi: Et dixit Dominus ad me: Adhuc cōuerſus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domûs Domini interius: & ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulum & altare, quaſi vigintiquinque viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis. Et dixit ad me: Certè vidiſti fili hominis. Nunquid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerent abominationes iſtas quas fecerūt hic: quia replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares ſuas. Ergò & ego hoc illis faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miſerebor: & cùm clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. Hæc Ezechiel.

Hermes Triſmegiſtus docet ſolē adorandū. Hunc nos Gallicū fecimus ex Græco, anno Domini 1517.

Ezech. 8.

Porrò aduerſus hanc abominationē ſtat Domini præceptum in Deuteronomio, in hæc verba: Cùm reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarū, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, vt vadant & ſeruiant dijs alienis, & adorent eos, Solem & Lunam, & omnē mili-

Præceptū diuinū contra idololatriā. Deut. 17.

militiam cæli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael: educes virum & mulierem qui rem ſceleratiſſimã perpetrârunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur. Et Iſaias propheta varias cauſas enumerans, propter quas Iſraeliticus populus à Deo derelictus fuerit, præcipuam fuiſſe aſſerit idololatriam. Sic enim ait: Proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti ſunt vt olim, & augures habuerunt, vt Philiſtijm. Et aliquantulùm infrà: Et repleta eſt terra eius idolis. Opus manuum ſuarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir. Nè ergò dimittas eis. Et quamplurima alia, quæ ibi ſequuntur, ad idololatriã deteſtandam pertinentia. Iſa. 2.

HELVIDIANI.

5.

Heluidiani ab Heluidio hæretico dicti ſunt, qui Mariam Chriſtum peperiſſe virginem quidem aſſerebat at poſt cum marito cõgreſſam, protuliſſe fratres Domini, cõtra illud Ezechielis vaticinium, cùm ſub portæ templi inuolucro, de eius intemerata virginitate edisſeieret in hæc verba: Et conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc, clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi: &c. De quo vide in litera E. titulo de Eluidio, & in Antidicomaritis. Ezech. 4.

HEMEROBAPTISTAE.

6.

Hemerobaptiſtæ apud Iudæos hæretici fuerunt, qui & ſe, & ſua veſtimenta quotidiè abluebant, quemadmodùm author eſt Crinitus vndè & cognomen Hemerobaptiſtarum acceperũt. Sentiebant enim aliter non poſſe viuere hominem, niſi ſingulis diebus in aqua mergeretur, quò ita abluatur & ſanctificetur ab omni culpa. De quibus (teſte Nicephoro li 4 c. 7 eccleſiaſticæ hiſtoriæ) ſcribit Egeſippus, aliiſque Iudæorum hæreſibus, dicens: Fuerunt autem variæ quoque in circuncisione inter filios Iſrael aduerſùs tribum Iuda & Chriſtum ipſum ſententiæ & ſectæ: videlicet Eſſæorum, Galilæorum, Hemerobaptiſtarum, Maſbothæorum, Samaritanorum, Saducæorum, & Phariſæorum. Variæ apud Iudæos ſectæ.

HENRICIANI.

7.

Henriciani ab Henrico quodam genere Franco, natione & patria Toloſano dicti ſunt, anno 1126. ſub Lothario ſecundo Cæſare Germano, & Honorio ſecundo ſummo pontifice. Hic nõ eas ſolùm quas Petrus de Bruis (à quo nũcupati ſunt Petrobruſiani hæretici) hæreſes inſtituerat, amplexatus eſt, ſed multiplices alias ſuperaddidit. Quo verò tempore hic vixerit, & qualis fuerit, ex quadã epiſtola D. Bernardi, quam ad Ildefonſum Comitem S. Aegidij ſcripſit, liquidò conſtant, quæ eſt in ordine ſuarum epiſtolarum 148. in qua de hoc Henrico tunc adhuc ſuperſtite, hæc dicit: Baſilicæ ſunt ſine plebibus, plebes ſine ſacerdotibus, & ſine Chriſto deindè Chriſtiani. Eccleſiæ, Synagogæ reputantur: ſanctuarium Dei, ſanctum eſſe negatur: ſacra non ſacramẽta cenſentur: dies feſtiui feſtiuis fruſtrantur ſolennijs. Moriuntur homines in peccatis ſuis, non ſacra communione muniti: paruulis Chriſtianorum, Chriſti intercluditur vita, dum baptiſmi negatur gratia. Ad vocem vnius hæretici ſiluerunt omnes propheticæ & apoſtolicæ voces. Homo apoſtata eſt. qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad ſpurcitias carnis & ſeculi, tãquam canis ad ſuum vomitum, eſt reuerſus. Præ confuſione autẽ habitare inter cognatos & notos nõ ſuſtinens, vel potiùs non permiſſus ob magnitudinem criminis, ſuccinxit lumbos ſuos, & iter quà neſciebat arripuit, factus gyrouagus & profugus ſuper terrã. Cumque mendicare cœpiſſet, poſuit in ſumptu Euangelium: nam literatus erat. Et venale diſtrahens verbum Dei, euangelizabat, vt mãducaret. Si quid ſupra victũ elicere

Henrici vita ex diuo Bernardo.

Henrici hæretici apoſtaſia.

Euangelij venale fac

elicere poterat à ſimplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certè in vſus turpiores turpiter effundebat. Frequenter ſiquidem poſt diurnum populi plauſum, nocte ſubſequuta cum meretricibus inuentus eſt prædicator inſignis, & interdùm etiàm cum cõiugatis. Hactenùs Bernardus.

Henrici apoſtatæ hæreſes.

Hic cum Petro de Bruis eius commilitone & comparticipe aſſerebat, paruulis vſu rationis carentibus nihil prodeſſe Baptiſma: quòd paruuli rationis expertes, fidem habere non poſſent, nec credere Dei verbo quod illis fuerit prædicatum. Hoc porrò ſummè dicebant neceſſarium cuique baptiſma ſuſcipienti: adeò quidem, vt ſi quis ſine præuia fide baptiſma ſuſcepiſſet, nihil illud ei proficere impiè adſtruerent.

Hoſius.

De his Hoſius libro quem de ſacramento Euchariſtiæ ſeu Miſſæ ſacrificio edidit ſcribit in hunc modum: Ante quadringẽtos verò annos fuerunt Henriciani & Petrobruſiani, qui & veritatem corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia negarent & Miſſam nihil eſſe, nec celebrari debere contenderent. Contra quos ſcripſit Petrus abbas Cluniacenſis, vir & eruditione, & vitæ ſanctimonia admodùm præſtans.

Euchariſtiæ impugnatio per Henricianos.

Item Purgatorij, orationum & ſacrificiorum pro defunctis.

Rurſùs idem Hoſius libro de ſacramẽto pœnitentiæ: Quòd ſi ſcripturis, inquit, etiam probari Purgatorium non poſſet, cùm tamen vnanimes vno ore ſancti doctores omnes à Chriſto nato ad hæc vſq; noſtra tempora, vel pœnarum ignis Purgatorij, vel orationum & ſacrificiorum pro defunctis meminerint, cùm plerique eorum, nominatìm verò Auguſtinus & Ioannes Damaſcenus, etiàm libros de cura pro mortuis gerenda conſcripſerint: quis eſt qui dubitare queat, Apoſtolicam hanc eſſe traditionem, quæ tanto omniũ conſenſu tot ſeculis in eccleſia ſemper fuit obſeruata? Cui qui contradixit Aërius ante mille ducentos annos, pro hæretico habitus eſt, quod ſuperuacaneas eſſe diceret orationes & oblationes pro defunctis, ſicut apud Philaſtrium, Epiphanium, & Auguſtinum legimus. Ante quadringẽtos etiàm annos fuerunt Henriciani quidam & Petrobruſiani: qui cùm ad eundẽ lapidem offendiſſent, per Petrum Cluniacenſem & Bernardum abbatem Claraualenſem confutati ſunt. Hucuſquè Hoſius. De his vide in Petro de Bruis.

Aërius.

HERACLEONITAE.

8.

Heracleonitæ ab Heracleone quodam Secundi hæretici diſcipulo dicti ſunt: qui Valentini, Cerdonis & Marcionis, & idcircò Baſilidis eorum præducis hæreſim complexus, emerſit Antonini Philoſophi Imperatoris & Pij huius nominis primi maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circiter annũ Domini 154.

Hic porrò, teſte Philaſtrio libro de hæreſibus, principium eſſe vnum dicebat, quem Dominum appellabat: deindè de hoc natum aliud, deque his duobus generationem multorum principiorum fore aſſerebat, cum ſuis itidèm delirans doctoribus. Alij Hierarchitæ dicuntur, quos imperitè cum his confundit F. Bernardus de Luxemburgo in ſuo catalogo hæreticorum, quarè de his infrà ſuo loco dicetur.

Heracleõis hæreſes.

HERMAS.

9.

Hermas, vel, vt alijs placet, Hermias, vnus fuit ex ducibus Maſſalianorũ hæreticorum, qui Valentis & Valẽtiniani Imperatorum, & Siricij Papæ temporibus in mundum irrepſerunt, circa annum Domini 388.

1. Hic dicebat nullam vim aut vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem in homine habitantem effugare.

Hermæ hæreſes.

2. Baptizabant Hermiani non in aqua, ſed in igne, indè occaſionem ſumentes, quod Ioannes Baptiſta apud Matthæum de Chriſto loquens dixiſſet: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Matt. 3.

3. Malum dicebant aliquandò eſſe à Deo, aliquandò à materia. Quem errorẽ apertiſſimè damnat ipſe veritatis magiſter, dicens: Non poteſt arbor bona fructus

ctus malos facere. Aut ergò Deus bonus non eſt, aut mala producere non poteſt. At Deus bonus eſt: immò ille ſolus bonus eſt: quoniam ex ſe & à ſe bonus eſt: ergò ille mala facere non poteſt.

4. Docent præterea materiam elementorum, ex qua factus eſt mundus, non eſſe factam à Deo, ſed eſſe Deo coæternam.

De his ità ſcribit Nicephorus eccleſ. hiſt. lib 11. cap. 14. Iſti, inquit, numine quodam ſeſe afflari falsò arbitrãtur, dæmone quopiam vim in eis ſuam exercẽte: quam rẽ Spiritus ſancti præſentiam eſſe opinãtur. Qui verò in hoc vitio perfecti ſunt, manuum opus omne & laborem perindè atque improbitatem auerſantur. Itaque ſomno dediti, ſomniorum viſiones & phantaſias prophetiam vocant. Iſtius hæreſis duces fuère Dadoes, Sabbas, Adelphius, Hermas & Simeones, atque præterea alij. Qui quidem ab eccleſiaſtica communione ſeſe præſciderunt, nihil prorsùs vel prodeſſe, vel obeſſe diuinam eſcã dicentes. De quo Dominus Chriſtus inquit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, viuet in æternum. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Adelphio, Dadoe, Meſſalianis, Sabba, & Seleucianis.

Hæreſis eius authores.

Cõmunione Euchariſtiæ hi hæretici in adiaphoris poſuerunt.

HERMANVS RISſuich. 10.

Hermanus Riſſuich, quemadmodũ refert Bernardus de Luxemburgo in catalogo hæreticorum, Batauus fuit natione, quem Hollandinum vulgari nomine nuncupamus. Hic cùm in multos errores lapſus fuiſſet, indeque admonitus, & tandèm pœnitentia motus, palinodiã ceciniſſet, à Magiſtratu miſericordiam conſecutus, ad perpetuos carceres damnatus eſt, anno Domini 1499. ſub Maximiliano Imperatore Germano & Alexandro 6. Papa. Verùm cùm poſteà carceres euaſiſſet, in priorem dementiam relapſus, multa etiam longè peiora quàm anteà, effutiuit. Propter quæ iterùm captus anno Domini 1512. per hæreticæ prauitatis inquiſitores damnatus, & curiæ ſeculari traditus, eiuſdem iudicio viuus exuſtus eſt.

Hermani errores.

1. Inter eos itaque errores, in quos Hermanus iſte prolapſus fuit, vnus eſt, quo aſſerit angelos, ſiue boni ſiue mali ſint, à Deo creatos non eſſe, quòd nuſquàm (vt ait) hoc ſcriptura aſſerat.

2. Dicebat etiàm, animam per hominis mortem ſimul cum corpore interire: nullamque poſt hanc vitam, aliam fore particularem: vt mortuo Socrate, moritur anima eius, ſicut cum corpore incepit.

3. Dicebat itidèm nullum eſſe infernũ, & proindè noſtros irridebat, qui hunc exiſtimarent eſſe.

4. Item materiam ex qua elementa facta ſunt, non eſſe à Deo factam, ſed eidem eſſe coæternam: ideoque dicebat eam nõ incepiſſe per creationem, fabricatam à ſtulto Moſe, vt indiſtincta prodit biblia.

Horrendæ blaſphemiæ cõtra Chriſtum.

5. Chriſtum item (ô horrendam & inauditam blaſphemiam) fuiſſe ſtultum aſſerebat, & ſimplicem phantaſticum, & ſeductorem ſimplicium hominum: quinimmò ipſum damnãſſe vniuerſum mundum, & neminem ſaluãſſe. Quot nanque homines (dicebat impius ille) propter ipſum, ſuumque fatuum Euangelium interfecti ſunt?

6. Rurſùs omnia quæ Chriſtus geſſit, humano generi & rectæ rationi eſſe omninò contraria. Quapropter ipſum Chriſtum, filium Dei omnipotentis eſſe apertè negabat.

7. Moiſen à Deo, modo viſibili legem ſuſcepiſſe, eidemq; facie ad faciem loquutum fuiſſe, inficiabatur.

8. Dicebat quoquè, fidem noſtram fabuloſam eſſe, vt probat (aiebat) noſtra fatua ſcriptura, & ficta Biblia, & delirum Euangelium.

9. Item Euangelium noſtrum falſum eſſe, quòd qui potuit creare mundum ſine incarnatione, eundem quoquè ſaluare ſine incarnatione potuerit.

Omnes ergò iſtos articulos & conſimiles, impurus hic ore proprio & ſana mente coram inquiſitore, notario & teſtibus, confeſſus eſt, cum horum verborum adiectione: Ego quidem Chriſtianus natus ſum, ſed iam à Chriſtianiſmo deſciui,

Hermanus à Chriſtia-

niſmo reſilit. quòd omnes Chriſtianos amentiſſimos eſſe iudicem. Hæc ex fratre Bernardo Lutzenburgo.

HERMANNVS ITAlus. 11.

Hermãnus patria Italus, author fuit hæreſis Fratricellorum, quorum priùs meminimus. Huius corpus apud Ferrariam, iam viginti annis ſepultum, & qui pro diuo quodam colebatur, exhumari fecit & in cineres redigi Bonifacius octauus ſummus Romanorum antiſtes circa annum Domini 1297. ſub Adolfo Cæſare Germano, diligenti & accurata ſuper hac re habita priùs inquiſitione. Nec tamen ob hoc hæreſis ea extermi nari valuit, dicebantque eiuſdem aſſectatores nec Bonifacium, nec quenquam eius ſucceſſorem, iure & ordine creatum eſſe pontificem. Vndè & clàm conuenticulis initis, ſummis pontificibus aduerſari cœperunt: quanquàm magìs luxuriæ & libidinis blandimenta ſequi viderentur, quàm iuris pontificij quatere fundamenta.

Fratricelli ſummo pōtifici aduerſantur.

Eſt verò hîc annotandum, diuum Auguſtinum diuerſas epiſtolas ſcripſiſſe, in quibus contendit hæreticos poſt mortem etiàm anathematizandos eſſe, quanuis hac de re in vita ſua accuſari non fuerint. Talem enim, inquit, eccleſiaſticam traditionem non ſolùm ſancta Romana eccleſia aduersùs quoſdam epiſcopos, ſed & alij epiſcopi aduersùs alios ſeruauerũt. De hac re vide plura in Fratricellis.

Hæretici poſt mortẽ etiàm anathematizãdi.

HERMOGENIANI. 12.

Hermogeniani ab Hermogene quodam Afro, Sabellij aſſecla, dicti sũt, qui alio nomine Patropaſſiani, & Praxeani à Praxea quodam appellantur: Qui omnes idem ſentientes & diuerſa ab eccleſia catholica, ab eadem abiecti ſunt. Emerſerũt autem Galieni Cæſaris & Stephani huius nominis primi temporibus, circa annum Domini 260.

Hi vnam Patris, & filij, & ſpiritûs ſancti perſonam eſſe adſtruebant, perſonas confundentes, & quaſi de tribus vnam facientes.

Hermogenianorum hæreſis.

Filium Dei negabant fuiſſe Chriſtum, nec primogenitum omnis creaturę: ſimul & ſpiritûs ſancti tollentes intellectum, quemadmodùm Euſebius lib.7 cap.4. & 5. & Hilarius lib.6. de Trinitate teſtantur. De his vide plura in Patropaſſianis, & Sabellianis.

HERODIANI. 13.

Herodiani, authore Philaſtrio, ab Herode rege Iudæorum ſunt ità appellati. Hi reſurrectionem quidem confitebantur, legem & prophetas recipiebant: ſed Herodem Regem Iudæorum percuſſum ab angelo, vt Chriſtum ſperantes expectabant. Hæc Philaſtrius. Act.12.

De his habetur apud Matthæum in hunc modum: Tunc abeuntes Phariſæi, conſilium iniêrunt, vt caperent eum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cũ Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum: Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſus, &c. Et apud Marcum dicitur in hæc verba: Et introiuit iterum Ieſus in ſynagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. Et obſeruabant eum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in mediũ. Et dicit eis, Licet ſabbathis beneſacere, an malè? animam ſaluare, an perdere? At illi tacebãt. Et circunſpiciens eoscum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extendę manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi. Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebãt aduersùs eum, quomodò eum perderent &c.

Matt.22. Marc.12. Marc 3.

De Herode verò ſic habetur in Actis apoſtolicis: Herodes autem deſcendens a Iudęa in Cęſaream, ibi commoratus eſt. Erat Actor.12.

Erat autem iratus Tyrijs & Sidonijs. At illi vnanimes venerunt ad eum,& perſuaſo Blaſto, qui erat ſuper cubiculum regis, poſtulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali,& concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat,Dei voces,& non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expirauit. Hæc ibi. Ex quo quidem loco ſatis liquet,qui & vndè Herodiani dicantur.

Herodes p Deo habitus.

HERON APOSTATA *cum alijs eiuſdem perfidiæ.* 14.

HEron Thebarum apud Aegyptios creatus epiſcopus, caſu quodam ad Græcam ſuperſtitionem à Chriſtianiſmo defecit,tempore Iuliani Imperatoris itidem apoſtatæ,& Liberij Papæ, circiter annum Domini 365.

Hiſtoriæ hac tempeſtate maximè notandæ.

De hoc Herone,& aliquot alijs, vtpotè Iuliano ipſius deſertoris Imperatoris auunculo,& Felice imperialium theſaurorum curatore, & Elpidio imperatoriæ domus præfecto, quem lingua Latina rerũ priuatarum Comitem vocat,qui cùm grati oſi maximè apud Imperatorem eſſent, vt ei ampliùs adhuc gratificarentur, veram pietatem abiurauerant,ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ libr. 10. ca. 29. Iulianus, inquit, incendij Daphnæi templi & ſimulacri cauſam inquirens, Chriſtianos id deorum odio excitâſſe ſuſpicatus,tametſi à vicinis agricolis de cælo fulmine eam ædem tactam eſſe cognouit, non temperauit ſibi tamen, quin aduerſus vniuerſarum rerum Deum arma ſumeret. Itaque ſacra vaſa longè precioſiſſima eccleſiæ magnæ, quam Conſtantinus Magnus conſtruxerat,in fiſcum Imperatoris inferri mandauit: & foribus tẽpli, quod tum Arriani habebant, clauſis, nè quis eò ingrederetur, curauit. Cum Iuliano Felix & Elpidius, imperialiũ pecuniarum quæſtores, publicarum alter, alter priuatarum, in templum,id direptu ri,venerant. Horum Iulianus, difficili & incognito morbo mox correptus,ad dies quadraginta ità diſtentus iacuit, vt neq; loqueretur, neque ſentiret quicquam. Cauſa morbi erat,quòd ſacris vaſis, quæ terræ illiſerat,pro ſedili vſus fuerat: & epiſcopum Euzoium, qui piaculum tantum inhibere conatus fuerat, in caput vehementer verberauerat, dicto illo inſuper ingeſto, Chriſtianorum res à diuina prouidentia non curari. Ea valetudine paululùm recuperata, quum ſeipſum ob nefandam ſententiam ſuam condemnauit, tum vindictam diuinam,qua affligebatur,ſenſit. Et quum ità aduerſùs ſeipſum impiorum facinorum ſuorum teſtis ipſe eſſet, ventrem deindè eius putredo & omnis generis vlcera conuulſerunt, quæ ei mortem etiam attulêre. Viſceribus enim atque extis putredine ea corroſis,excrementa nõ iam per naturalia vim expellendi obtinentia membra egerebat: verùm os ſceleſtum,quod blaſphemiæ & maledictorum effecerat inſtrumentum, pars corporis obſcœna per quam excerneret,eſt factum. Pudenda ipſa, & qui circa ea ſunt meatus,corrupti itidem ſunt: earoq; eis in partibus putrefacta, in vermes abijt, & morbus ipſe medicorum arte longè fuit potentior. Illi enim reuerentia & metu imperatoris omnia experti ſunt, & omni remediorum ſpecie adhibita, pinguedineque precioſarum auium, quas dijs ſacrificabant, membris corruptis applicata, vermes profundiùs latitantes, in apertum quaſi quibuſdam illecebris euocare contenderunt. At illi in membris occultioribus ad carnem viuam magis magiſque prorepſêre, neque corrodere hominem deſtitêre, donèc violenta morte miſerum enecârunt. Porrò tanta calamitate propterea mactatum eſſe ferunt ex ira diuina, quòd ſic eccleſiæ & ſacris eius vaſis inſultauerit.

Iulianus auunculus Iuliani Imperatoris cũ Felice & Elpidio quæſtoribus imperialib. templum magnũ Antiochiæ diripiunt.

Iuliani auunculi ægritudo & mors horrẽda, ob templorum deprædationẽ & ſacrorum vaſorũ contemptum.

Felix autem vaſis tanti precij conſpectis (Conſtantinus nanque & Conſtantius liberaliſſimè ea comparauerant) arridens, & vrbanè iocans: Eccè inquit, qualibus vaſis MARIAE filius diui-

Felicis imperialium theſaurorũ curatoris in

Chriſtum blaſphemia.

na re peragenda colitur. Eamque nec ob aliã quampiam cauſam, ex interioribus eius venis vna quæ maxima eſſet, rupta, tanquàm per fiſtulam, ſanguinem per os eius emiſit. Sic & ipſe horrendum cernentibus omnibus ſpectaculum factus, non totum perdurauit diem: ſed circa crepuſculum, vnà cum ſanguine iam deficiente, ſimul etiam animam euomuit.

Eiuſdẽ miſerandus obitus.

Diuina in Elpidium vltio.

At tertius Elpidius, qui blaſphemus quoquè in Chriſtum fuerat, tardiùs ille quidem quam alij pœnas luit: ſed tamen inter eos qui tyrannidem affectarunt, deprehenſus, bonis omnibus exutus, graueſque ærumnas alias in carcere perpeſſus, turpiter vitam finijt, ſacer & deteſtandus ab omnibus iudicatus.

Præter hos alius quidam cum reliquis in eccleſiam, qui, donaria & res alias precioſas prædonum more auferentes, cumque qui ſacra vaſa curabat, contumelijs afficientes, vaſtarunt atque diripuerunt, ingreſſus: ſuper reliquas indignitates, veſte ſubducta, ſacrificij aram perulãtiſſimè comminxit. Verùm ilicò pergraues & acres pœnas tanti flagitij tulit. Per quæ enim peccauarat, ad interiora vſque viſcera putredine conſumptis membris, incredibilis indè vermium vis prognata, miſerandum in modum, vt dicere calamitatem eam pudeat, miſerum extinxit.

Fœdiſſima eius mors, q ſanctius altare perminxit.

Mors miſeranda Heronis, ex epiſcopo apoſtatę.

Sed & Heronem illum Thebis Aegyptijs ortum, qui epiſcopus creatus, caſu quodam ad Græcam ſuperſtitionem defecerat, ſubitò putrida inuaſit ægritudo, quæ totum illius corpus depaſta, abominationem eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus deſperatis, in viam eſt proiectus, nullam prorſus à quopiam miſerationem conſequutus Chriſtiani nanque perindè atque piaculum, omnibus modis eum ſunt auerſati. Græci autem hactenus tantum eum, quòd ſe errori & fraudi eorum ſubieciſſet, agnouerũt. Et Heron quidem acerbiſſimè & miſerrimè ita vita exceſſit.

Morbus Gallicus.

Theotecni apoſtatæ quoq; execranda mors.

Alius autem, Theotecnus ſcilicet quidam, & ij ſe à noſtra ad Græcam religionem prolapſus, carne eius omni putrida carie conſumpta, vermium materia factus eſt: & oculis illorũ morſibus amiſſis, moriens per inſaniam quæ eum corripuit, ſua ſibi dentibus eon ſciſſa atque deuorata lingua, è grauibus tormentis ad longè deteriores maioreſque cruciatus migrauit. Sed & alij inſuper talia quoque auſi, condigna ſceleribus ſuis tulere ſupplicia. Eiuſcemodi multa, eo tempore diuinum numen exhibuit miracula, commeritas iuſtaſque ab eis qui impudenter & apertè veram pietatem oppugnarunt, pœnas exigens. De quibus hactenùs Nicephorus.

HESHVSII.

15.

HEshuſij ſunt ſectã ſemilutherãi, ad ſecundam videlicet Euangelicorum noſtri temporis claſſem pertinentes: qui nimirum Lutheri placitis ſua quædam noua Euangelij prætextu aſſuunt.

Tilmannus Heshuſius à quibus accuſetur.

Dicuntur autem à Tilmanno Heshuſio, quem (teſte Lindano Dubitant.ij ſui dialogo 2.) Caluinus Seruetianum infamat, Boquinus Arrianum, Vuilhelmus Cleinvuizius verò præter peculatũ plurimis de fidei capitibus accuſat. Quibus hoc anno 1565. ſua reſpondit defenſione, obiecta inficiatus, niſi quòd illud, Trinitas eſt vnitas, negat ſe meminiſſe an dixerit in lectionibus: cùm ità diſertè doceat, de præſentia Chriſti corporis in cœna, obiectione quinta. Hæc Lindanus.

HIERARCHITAE.

16.

HIerarchitæ ab Hierarcha hæretico appellantur, qui Taciti Imperatoris & Eutychiani ſummi Romanorum pontificis temporibus floruit, circa annum Domini 279.

Hierarchitarũ hæreſes.

1. Hi (teſte diuo Auguſtino lib. de hæreſibus, cap. 47) carnis reſurrectionem eſſe futuram negabant.
2. Dicebant etiàm extremæ vnctionis ſacramentum à Deo inſtitutum non eſſe.
3. Item ad regnum cælorum non pertinere

tinere paruulos, quòd eis non ſint vlla certaminis merita, quo vitia ſuperent.

4. Lucernam inſuper (vt author eſt Hilarius lib 6. de Trinitate) de lucerna, & lampadem de lampade in duas diſtinguentes, errabant in diuinis circa filij Dei natiuitatem.

5. Monachos item & monachas, & qui coniugio addicti non eſſent, in ſuam communionem non recipiebant, contra illud quod in Actis apoſtolicis ſcribitur: In omni gente qui timet Deum, & facit iuſtitiã, acceptus eſt illi. Act. 10.

HIERONYMVS *Pragenſis*. 17.

Hieronymus Pragenſis (ſeu de Praga) hæreſiarcha, origine Bohemus, in concilio Conſtantienſi, quod ſub Sigiſmundo Cæſare Germano, & Ioanne vigeſimotertio huius nominis ſummo pôtifice, habitum eſt anno Domini 1414. damnatus, & cum Ioanne Hus ſ viuus exuſtus eſt De quo Aeneas Syluius de origine Bohemorum cap. 13. tradit in hunc modum: Hieronymus de Praga, inquit, & Ioannes Hus ſ vocati fuerunt ad concilium Conſtantienſe, Sigiſmundo Imperatore ſuadente. Hi fuerunt cæteris regni Bohemiæ doctores, & hæreſum principes habebãtur. Iohãnes ætate maior habitus, doctrina ac facundia ſuperior Hieronymus. Rogati à Patribus concilij fuerunt, nè plus ſapere quàm eccleſia, vellent, ſed ſaperêt ad ſobrietatem: peregrinas opiniones relinquerent: ingenia ſua, quæ erant nobiliſſima, Vuicleffitarum inſania nè fœdarent: & vt inuentiones ſuas vniuerſali cõcilio ſubmitterent. Steterunt in propoſito pertinaces Bohemorum animi, neq; victi rationibus vinci voluerunt: ſe veraces ſancti Euangelij æmulatores, Chriſtique diſcipulos eſſe dixerunt: Romanam eccleſiam, cæterasq; per orbem diſperſas, longè à traditionibus Apoſtolorum abijſſe aſſerentes. Primores itaq; magnæ ſynodi, vbi pertinaciam & immutabiles animos perditorum hominum animaduerterũt, membra eccleſiæ putrida, quæ ſanari non poterant: nè reliquum corpus inficerent, reſecanda cenſuerunt. Lata in cõſeſſu patrum aduerſùs contumaces ſententia, cremandos eſſe qui doctrinam eccleſiæ reſpuerent. Prior igitur Ioannes combuſtus eſt, Hieronymus diù poſteà in vinculis habitus, cùm reſipiſcere nollet, pari ſupplicio affectus ſub Sigiſmundo Imperatore, anno 1416. Qualia verò aſſereret dogmata, vide paulò infrà in Huſſitis & Vuicleffitis.

A patribus concilij Cõſtãtiẽſis monentur hæretici: ſed ecclesiam audire nolut.

HILARIVS. 18.

Hilarius Arrianus fuit ſectã, vixitque D. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi temporibus, ſub Theodoſij & Archadij Imperio, & Siricij pontificatu, circa annum Domini 400.

Hic, vt idem Auguſtinus lib. 2. Retractationum, cap 11 refert, cantibus ſacris eccleſiæ detrahebat, illosq; irridebat, & ea potiſſimùm quæ inter Miſſarum ſolennia, ante & poſt oblationem corporis Chriſti concinuntur, quòd in illis Chriſti, quem maximè deprimere cupiebat, vt Arrij dogmatis vehementiſſimus aſſertor, laudes & encomia celebrari audiret Vndè Diuus Ambroſius in quadam oratione, quæ epiſtolarum ſuarum libr. 5 inſeritur, contra Auxentium hæreticum de baſilicis tradẽdis, in Arrianos inuehens, ſic ait: Itaque & hodie cùm laudatur Chriſtus, Arrianorum amentia verberatur. Geraſeni præſentiam Chriſti ferre non poterant: iſti peiores Geraſenis, nec laudationẽ Chriſti ſuſtinere poſſunt, Vident pueros Chriſti gloriam concinentes, quia ſcriptum eſt: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: irrident iſtam ætatulam fidei plenam, cùm dicunt, Eccè quid clamant? Sed reſpondet eis Chriſtus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc eſt fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, clamabunt & ſenes. Hæc Ambroſius. Ex cuius verbis liquidò patet, Arrianos laudibus Chriſti in eccleſia decantatis detrahere ſolitos fuiſſe: non ſanè (vt credere dignum eſt) quòd laudes cantarentur, ſed quòd eiſdem laudaretur Chriſtus, & vt verus Deus extolleretur, quem puram ſolùm ac meram creaturam credebant eſſe.

Hilarij error. Ambroſius. Matt. 8. Mar. 5. Luc 8. Pſal 8. Luc. 19. Arriani laudib Chriſti detrahebãt.

HONORICHVS *Vandalorum rex.*

19.

HOnorichus quartus Vandalorum rex, quem alij Honorium appellant, Zenonis principis temporibus in Libya occidentali regnauit, Arrianorum perfidia mirandum in modum deprauatus, circa annum Domini 476. ſub Simplicij ſummi ſacerdotis Romanorum pontificatu.

Honorich. catholicorũ acerrim. pſequutor.

Hic, authore Diacono hiſtorico, quum maximè Arriana hæreſi infectus eſſet, idcoque Catholicorum perſequutor acerrimus, trecentos triginta quatuor epiſcopos orthodoxos Aphricæ in exilium ablegauit, hæreticorum ſuaſu & inductione. Hi enim quondam Principibus perſuadere conſueuerant, vt catholicæ eccleſiæ defenſores in exilium pellerentur, quò deſolatam Chriſti plebeculam, & ſuo paſtore orbatam, faciliùs ſeducerent. Sed huius Honorichi & Vandalorum hiſtoriam per Nicephorum Calliſtum ad viuum deſcriptam libr. 17. cap. 11 hic adſcribere non incongruum fuerit, quæ ſic habet:

Honorichi vita ex Nicephoro.

Archadio, inquit, & Honorio imperantibus, Vandali & Alani cum rege ſuo Gongidiſelo Hiſpania occupata, indè in Libyam occidentalem tranſierunt, eandemque poſſederunt. Gongidiſelus vbi fatis conceſſit, Gontaris & Genſerichus filij eius in regno ſucceſſerunt. Altero porrò ex ijs, Gontari ſcilicet, mortuo, ad vnum Genſerichum ſumma rerum Vandalicarum peruenit. Hic Carthaginem principē Aphrorum vrbem, ſedē regiam ſibi conſtituit. Ac deinceps Romam quoquè cepit, & mortuus eſt, quum regnum vndequadraginta annis obtinuiſſet. Reliquit autem is filium Honorichum, qui Arrianam religionem propugnans, Chriſtianos Nicena decreta fortiter defendentes, in Libya crudeliter tractauit, Arrijque opinionem profiteri coëgit. Qui verò mandatis eius parère nollent, eos innumeris affecit ſupplicijs, igni & aqua, & alijs acerbiſſimis tormentorum generibus è vita tollens.

Orthodoxi innumeris affecti ſupplicijs ab Honoricho.

Erant verò, quibus etiàm linguas ferro reſcidit: quos ſe Procopius, quum Conſtantinopolim veniſſent, vidiſſe ait, atque per colloquium conueniſſe, haud aliter, quàm qui nihil tale paſſi eſſent, verba facientes. Horum linguæ ex ipſo vſque gutture exciſæ erant: vocem autem tam claram & articulatam edebant, vt miraculum nouum ſpectantibus atque audientibus exhiberent. Meminit quoquè eorum in quadam conſtitutione Iuſtinus. Ex his (Procopius inquit) aliquantò pòſt duo, quod lubricitate lapſi eſſent, & rem cum fœminis habuiſſent, vocem prorſùs amiſerunt, martyrij gratia ampliùs apud eos manere nolente, ſed propter illorum degenerationem ab eis deſciſcente.

Chriſtiani catholici, excisis quoq; eorũ linguis diſertè loquuti.

Recenſet præterea aliud quoquè admiratione dignum, quod Deus eo ipſo tempore fecit in hominibus, non illis quidem ſacris noſtris initiatis, ſed qui tamen tum quæ ſancta eſſent, facere delegiſſent. Scribit nanque de Cabaone quodam, Maurorum eorum, qui circa Tripolim ſunt, duce. Cabaones igitur iſte (illi enim qui hæc perquàm luculenter commemorat, verbis vtar) poſtquàm Vandalos bellum aduersùm ſe mouere audiuit, hæc fecit: Primùm ciuibus ſubditiſque ſuis præcepit, vt ab iniquitate omni & cibo qui ad delicias faceret, abeſſent, omniumque maximè ſe à congreſſu mulierum abſtinerent: & binis caſtris poſitis, in alteris quidem ipſe cum viris in armis fuit, in alteris autem mulieres incluſit, mortis ſupplicium minatus, ſi quis fœminarum vallum ingreſſus eſſet. Sub hæc exploratoribus Carthaginem miſſis mandauit, vbi Vandali in expeditione militari in templum Chriſtianorum aliquod per iniuriam contumelioſè quidquam facerent, vt ipſi quidem ea quæ fierent, ſpectarent: poſtquàm autem Vandali ex co loco deceſſiſſent, diuerſa & contraria omnia in delubrum id, vndè illi abijſſent, facerent. Illud etiàm cum dixiſſe ferunt, ſe quidem Deum quem Chriſtiani colerent, ignorare: conſentaneum verò & par eſſe, ſiquidem quod diceretur, fortis potensq; eſſet,

Cabaones Libys infidelis ea q̃ Chriſtianorum ſunt religioſè faciens, ope Dei Vandalos deuicit.

ſet, vt quum contempores numinis ſui vlciſceretur, tum cultores tueretur. Itaque ſpeculatores poſtquàm Carthaginem venerunt, per ocium ibì quieuère, Vandalorum apparatum belli ſpectantes. Vbi verò exercitus eorum Tripolim versùs iret, viliori habitu ſumpto, ſubſequuti ſunt. Porrò Vandali die primo in Chriſtianorum templis manſerunt, & inductis in ea equis & iumentis alijs, nihil de iniuria contumeliaque aliqua reliqui quidquam fecère. Et laſciuia libidineq; ſua vſi, ſacerdotibus quos arripuiſſent, colaphos impegerunt, & plagis multis in tergo affecerunt, ſubſeruireq; eos ſibi coegerunt. Poſtquàm verò celerrimè indè diſceſſerunt, Cabaonis exploratores, quæ ipſis mandata erant, fecère. Templa nanque confeſtìm repurgârunt, & purgamentis alijsque rebus, quæ ibì minùs ſanctè poſitæ erant, cum cura & diligentia eiectis, ritè omnia diſpoſuère, lucernas omnes incendère, ſacerdotes veneratione ingenti coluère, & humanitate alia omni proſequuti ſunt. Argentū quoq; mendicis, qui circum ſacras ædes conſidebant, dederunt. Hoc pacto illi Vādalorum copias ſunt ſequuti. Et ab eo tēpore in profectione & itinere toto Vandali ad hunc ipſum modum peccauerūt. Speculatores verò peccatum eorum correxerunt. Sed enim cùm Vandali iam non longè ab eo quem petebant loco abeſſent, præuertentes eos exploratores, Cabaoni omnia ea, quæ & Vandali & ipſi in Chriſtianorum templis feciſſent, retulerunt, atque hoſtes iam propè adeſſe renunciārunt. Quibus ille rebus cognitis, pugna cum illis eſt congreſſus. In eo certamine multi Vandali (ſicut ipſe inquit) interfecti ſunt: multi ab hoſtibus capti, pauci ſanè ex eo exercitu domum reuerſi ſunt. Hæc Traſamundo Vandalo à Mauris acciderunt: qui non multò pòſt vitam finijt, quum viginti & ſeptem annis Vandalorum genti præfuiſſet. Ante hunc autem Gundamus Honorichi filius, Genſerichi autem nepos, duodecim, Honorichus verò octo annos regnum adminiſtrauit. Traſamundus iſte eximia forma, animique magni vir, ad Theudericum Gotthorum regem legationem, Amalaſuntham ſororem eius in matrimonium ſibi petens, miſit. Ille verò mille quoque dedit armatos; atque inſupèr quinque alia virorum millia, quæ ſatellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto, Hulderichus Honorichi ex Genſericho prognati filius regnauit: vir mitis, & Chriſtianis minimè grauis, & qui haudquaquàm facilè ad bellum mouendum excitaretur. Gelimer autem quidam ei genere propinquus, tyrannidi incumbens, Hulderichum, poſtquàm ſeptem annis regnaſſet, regno exuit. Is quòd ad res gerendas induſtrius eſſet. Gotthorum gentem attriuit. Hæc Niceph.

Vandali Hugoniſtis noſtris ſimiles, in orthodoxos, & corū tēpla contumelioſiſſimi.

Traſamūdꝰ Vandalus orthodoxorū hoſtis acerrimus, in Aphrica ducentos viginti epiſcopos in Sardiniam relegauit, quibus Symmachus

Romanorū antiſtes eleemoſynam quotidianā ſummiſit. Hæc Diaconus hiſtoricus.

De Traſamundo verò hæc addit Diaconus hiſtoricus: Traſamundus, inquit, deceſſurus, Hulderichum, quem alij Childericum appellant, ſacramento iuriſiurandi obſtrinxit, nè catholicis vnquam faueret. Nam propenſum eum ad illos complectendos eſſe animaduerterat. At ipſe regno potitus, epiſcopos orthodoxos ab exilio reuocauit, eiſq; eccleſias reformandas demandauit. Quæ res ei apud Vandalos Arrianos fraudi fuit. Hæc ille. De his vide plura in Genſericho, Gotthis, & Vandalis.

HVGONISTAE.

20.

HVgoniſtæ ſunt ex tertia claſſe Euangelicorum noſtræ tempeſtatis, eorum videlicet, quos ſuprà Antilutheranos nominauimus, vtpotè qui Lutheri occaſione ab Eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Luthero contraria.

De his ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Porrò, inquit, Caluini nomen nonnihil ſuperioribus diebus obſcurare cœperant, qui per Galliam vocantur Hugoniſtæ: incertum an ab Hugone quodam ludimagiſtello Pariſienſi, an ab Hugone illo Capeto, ex Comite Pariſienſi Francorum Rege: vel Caluiniſtæ per Galliam ſeditiosè libellis in vulgus ſparſis, ſuo tumultui pijs Eccleſiæ Catholicæ filijs tantùm non exitium minitanti adeoque intentanti, præ-

Hugoniſtæ vndè dicti.

prætexebant, quo Catholicis principibus Guiſianis, alijsq; aulæ gubernatoribus inuidiam conflarent.

Noui Sacramentarij cur per Galliam dicatur Hugoniſtæ.

Cæterùm Hugoniſtæ nunc paſſim noui vocitantur ſacramentarij, quòd (vti ait confeſſio Mansfeldenſis) noua quadam ſtropha, Sacramenti veritatem eludere conantur. Verbis enim præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti confirmant, ſed re ipſa negant. Hæc Lindanus. De qua re vide plura in Caluiniſtis, Oecolampadio & Zuinglio. Lege etiàm diſcurſum illum perelegantem, quem doctus ille & pius Claudius de Sainctes Pariſienſis theologus, Gallica lingua edidit, ſuper direptione eccleſiarum catholicarum per antiquos hæreticos & nouos Caluiniſtas anno Domini 1562. vbi Hugoniſtas ad viuũ depictos ſuis coloribus reperies.

HVSSITAE.

21.

HVſſitæ à Ioanne Huſs genere Bohemo appellati ſunt. Hic cùm impiam Vualdenſium & Vuicleffitarũ ſectam & inſaniam amplexatus fuiſſet, tanta dementia in eorum doctrina profecit, vt velut viperinum exitiale genimen, matris ſuæ eccleſiæ viſcera corrodere nunquàm ceſſarit, donèc in concilio Conſtantienſi damnatus, viuus exuſtus eſt ſub Vuenceſlao Cæſare Germano, & Gregorio huius nominis vndecimo, circa annum Domini 1377. Cœpit autem apud Pragenſes primùm publicè docere contra indulgentias pontificias: atq; ex hac occaſione pernicioſi tunc tumultus in Bohemia contra ſacerdotes & monachos excitati ſunt.

Huſſitarum origo.

Eorum verò inſania (vt ſcribit Aeneas Sylvius, qui poſteà Pius ſecundus Romanus pontifex dictus eſt, in de Origine Bohemorum, cap.17) talem ortum habuit: Quidam, inquit, nobilis Bohemus, ex domo quam Putridi piſcis vocant, apud Oxoniam Angliæ ciuitatem ſtudens, libros Iohannis Vuicleffi inuenit, & ſecum tanquàm theſaurum, patriæ ſuæ intulit, & hoc virus fœtidum tanquàm putridum piſcem in ſuos ciues euomuit: & poſt receſſum Teutonicorum de Praga ad Lipſiam, Ioannes Huſs de libris Iohannis Vuicleff multa attulit in medium, aſſerens in eis omnem veritatem contineri. Et ità multos ad ſe pertraxit, qui cœperunt latrare in ſacerdotes, & ab eccleſia catholica receſſerunt, & impiam Vualdenſium ſectam atque peruicaciam amplexi ſunt. Adeò quidem, vt ab iſto Iohanne omnes penè Bohemi inſecti fuerint. Qualiter verò in Concilio Conſtantienſi exuſtus ſit, ſuprà dictum eſt in Hieronymo de Praga.

Huius verò peſtiferæ & iam pridèm damnatæ factionis dogmata, talia fuerunt. Ioãnis Huſs errores.

1. Romanum præſulem reliquis epiſcopis parem eſſe.
2. Inter quoſuis ſacerdotes, nullum diſcrimen eſſe.
3. Presbyterum, non dignitatem, ſed vitæ meritum efficere potiorem.
4. Purgatorium ignem nullibì inueniri.
5. Mendicantium religiones, malos dæmones adinueniſſe.
6. Intra eccleſiam bonos & malos non eſſe, ſed in ea ſolos bonos contineri, illam quę eos tantùm complecti.
7. Sub vtraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini, neceſſariò communicandum eſſe.
8. Excommunicationem à ſummo Romanorum pontifice, aut ab alio quocunque eccleſiæ prælato inflictam, non eſſe timendam, quòd ea ſit (vt ait) cenſura Antichriſti.
9. Omnia neceſſitate abſoluta fieri, neq; poſſe aliter fieri, q̃ fiunt: ideoq; ſuperfluas & inutiles fore orationes quæ ad Deũ mittuntur. Quoniam ſi omnia (inquit) neceſſitate abſoluta fiunt, fruſtrà quis Deum pro ea re quæ futura ſit, orauerit, vtpotè quæ tametſi non oret, ſit euentura: aut ſi futura non ſit, etiàm ſi oret, nuſquàm ſit euentura.
10. Dicebat etiàm, eum qui à Deo prædeſtinatus eſt ad vitam, etiàm ſi mala opera agat, nunquàm poſſe eſſe membrum diaboli: & illum qui à Deo ordinatus eſt ad mortem, quantumcunquè benè viuat, nunquàm poſſe eſſe membrum Dei. Quã peſtilentiſſimam hæreſim (vt Alphonſus de Caſtro aduersùs hæreſes lib.12, ait) an-

Hæreſis prædeſtinatorũ.

no milleſimo quingenteſimo triceſimo. quarto amplexati ſunt aliquot vulgares & idiotæ homines in Hollandia & Phriſia, aſſerentes nulli hominum bonum opus prodeſſe, aut malum obeſſe: ſed omnia pendere ex ſola prædeſtinatione & præſcientia diuina. Quæ doctrina quot iuſtos homines à bonorum operum exercitio auocauerit, & peccatores ad quæuis ſcelera perpetranda impulerit, dici nō poteſt, vt ſunt homines ad quamlibet doctrinam eis propoſitam amplexandam, procliues atq; propenſi.

11. Dicebat rurſus, liberam eſſe cuilibet Chriſtiano verbi Dei prædicationem: adeò quidem, vt quantumlibet illi à ſuperiore interdicatur, nè id agat, illum tamen liberè & citra controuerſiam poſſe deprædicare verbum Dei.

12. Aſſerebat deniq; Sanctos ab hominibus neq; honorandos, neq; inuocandos eſſe, ſed ſoli Deo omnem honorem & gloriam deferendam.

11. Docebat quoq; duas naturas in Chriſto, diuinitatem ſcilicet & humanitatem, vnum efficere Chriſtum.

14. Item quòd quadragintaquinq; articulorum Ioannes Vuicleff condemnatio per doctores ſacræ Theologiæ facta, iniqua eſſet & rationi diſſentanea.

Reliquos huius errores qui in concilio Conſtantienſi damnati fuerunt, quære infrà in Vualdenſibus & Vuicleffiſtis: quos ſummatim ad triginta recenſet Ioannes de Turre cremata, ſub finem quarti libri ſummæ de eccleſia. Contra quos Andreas de Broda doctor Pragenſis, tempore eiuſdem concilij Conſtantienſis ſcripſit. Edidit quoquè tractatum de venerabili ſacramento corporis Chriſti, in quo luculenter & perſpicuè probat non licere laicis ſub vtraq; ſpecie communicare.

HVTITAE.

22.

HVtitæ ſunt ſectā Antilutherani, à quodam Ioanne Huto ſic dicti, qui (authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) ſeſe corporaliter populum Iſraeliticum iactitabant, Cananæorum omnium exciſores: diem Domini breui inſtare, ideoque omnia ante eius aduentum abligurienda. Vndè ad ſummam ſunt inopiam redacti, fruſtrà illum Domini diem intempeſtiuè expectantes. Hæc ille. *Hutitæ decoctores.*

HYMENAEVS.

23.

HYmenæus Apoſtolorum temporibus circa fidem naufragium fecit, ætate Domitij Neronis & Petri Apoſtoli, circa annum Domini 56. factusq; apoſtata & hæreticus, multos à veritate ſectanda auertit: iamiam reſurrectionem factam eſſe aſſerens, nec ampliùs futuram. De quo Diuus Paulus, ſuum exhortans Timotheum, ità ait: Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam malitiam: habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare. Hanc porrò blaſphemiam apertiùs explicat idem Apoſtolus in ſecunda ad eundem Timotheum epiſtola, in hunc modum: Prophana autem & inaniloquia deuita: multùm enim proficiunt ad impietatem. Et ſermo eorum vt cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem eſſe factam, & ſubuerterunt quorūdam fidem. Hi nempè dicebant non aliam reſurrectionem nobis ſperādam eſſe, poſteaquam iam reſurrectio in Chriſto completa eſſet.

Hymenæi hæreſis. *1.Tim.1.* *2.Tim.2.* *Hæreticorū ſermo vt cancer ſerpit.*

Tertullianus libro de reſurrectione carnis, refert quoſdam adhuc ſuo vixiſſe ſeculo, qui aſſererent, reſurrectionem eſſe factam. Nam reſurrectionem mortuorum, quam dicimus futuram, diſtorquebant in imaginariam ſignificationem: nullamque aliam futuram prædicabant, quàm eam quæ iam fit, facta que eſt, nimirùm cùm quis Dei ignorantiam habet, mortuus eſt Deo, & in errore ſepelitur, à quo redanimatus & reuiuificatus, Deo reſurgit, diſcuſſa morte & ſepulchri foſſa. Ex quo videre licet, quàm

Reſurrectionem iam factā aſſerētes *Reſurrectio mortuorū imaginaria.*

pernicioſum & canceris naturam ſapiat, ſeu quàm contagioſum ſit, profanas concertationes inquirere, relicta pura & ſimplici veritate. Meritò ergò ab apoſtolis arguuntur hæretici, qui relictis his quæ ab eis audiêrunt, noua inducebant, & indè fraternæ charitatis fœdera diſſipabant.

Hymenæi & Phileti hæ. eſim qui nūc approbant.

Sunt autem, qui hodiè huius Hymenæi & Phileti hæreſim approbant, de quibus ſic ait Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Hymenæus, inquit, & Philetus aſſerebant carnis reſurrectionem iam eſſe factam, aliamque non eſſe corporum expectandam. Sic ſanè quondàm Antvverpiæ ſtolidus ille Loiſtarum paterculus. Idem Libertini in Gallijs docent, teſte Caluino in actis Serueti.

Anno 60.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER NONVS.

DE LITERA I.

IACOBELLVS. I.

Iacobellus Miſnenſis patria, moribus non minùs quàm literis clarus, apud Pragam totius regni Bohemorum vrbem primariam, docendi munere functus eſt, tempore Ruperti (quem alij Robertum Bauarum vocant) Cæſaris Germani, & Alexandri quinti huius nominis ſummi pontificis, circa annum Domini 14.0. Hunc cùm Pragæ ſacris concioni' us præfectum Petrus quidam Dreſenſis Vualdenſium peſte corruptus, & patria ſua exactus, reperiſſet, (quēadmodùm Aeneas Sylius libro de origine Bohemorum cap. 35. teſtatur) producto Euangelij loco, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: erratum fuiſſe grauiter ab eccleſia catholica ei perſuaſit, quæ ſpeciei vnius tantùm cōmunione laicos eſſe contentos iuſſiſſet. Seque mirandum in modum mirari ait, hominem alioquì doctum, & qui pro ſancto haberetur, quique populi inſtituendi onus ſuſcepiſſet, non animaduertiſſe hūc circa communionem Euchariſtiæ errorem, qui iampridèm eccleſiam peſſundâſſet. His verbis commotus Iacobellus, cùm perquiſitis vetuſtis ſanctorum codicibus, communionem calicis aliquandò vſitatā planeq; laudatam inueniſſet, publicè populum admonet, nè deincèps communionem calicis, ſine quo ſaluari nemo poſſet, quoquo pacto negligeret. Cui ſtatìm aſſenſi ſunt omnes hæretici, non mediocri geſtientes lætitia, quòd articulum in Euangelica lege fundatum inueniſſent, per quem Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia argui pôſſet. Huic morbo iamiam ingraueſcenti inquiruntur remedia. Ad quæ adhibenda Ioannes 23. Romanorum antiſtes plenam remiſſionem peccatorum indulget his, qui pro tuenda eccleſia arma induerent. Recitatur in eccleſia Pragenſi decretum pontificis. Quod cùm quidam ſordidæ artis audiſſent, Ioannem papam Antichriſtum eſſe, ingenti voce clamârunt, qui Cruciadam contra Chriſtianos decreuiſſet. Vbi quidem ſatìs mirari nequeo, aliquos tam intemperantes eſſe & à ratione tam alienos, vt cùm in literis excellere videri velint, ſequantur nihilominùs iſtius Iacobelli & ſimilium hæreſes, in quibus nulla ſubeſt doctrina, nulla fama doctoris, nulla vitæ ſanctitas.

Ioan. 6.

Iacobelli peruerſum dogma.

ctitas, nullum deniq; ad ſuam doctrinam fulciendam miraculum: relictis D. Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, totaq; eccleſia Chriſti, cum omnibus Academijs & doctoribus, qui huic opinioni diſſentientem doctrinam concionantur ac prædicant. Vide eadem de re plura in Petro Dreſenſi, & Sataniſtis.

IACOBITAE.

2.

IAcobitæ ſiue Iacobini à quodam Iacobo, genere Syro, nuncupantur, qui tempore Mauricij Imperatoris, & Pelagij huius nominis ſecundi Romanorum pontificis emerſerunt, circa annum Domini 584.

1. Hi ſe primùm à D. Matthæo Apoſtolo ad fidem Chriſti conuerſos eſſe iactant: ſed tandèm inimico ſuperſeminante zizania in medio tritici, in hæreſim prolapſi ſunt. Dicebant nanq; non eſſe neceſſarium ſacerdoti confiteri peccata ſua, ſed Deo ſoli.

2. Paruulos ſuos (vt ait Bernardus à Luxemburgo in Catalogo hæreticorum) circumcidebant aduſtione quadam in fronte vel in genis impreſſa, hinc putantes originale peccatũ expiari, huic Chriſti dicto innixi, quod apud Matthæum habetur in Matt 3. hunc modum: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne: hoc ſolùm ad literam exponentes.

3. Vnam tantùm in Chriſto naturam profitentur.

4. Paruulos adhuc ad vbera pendentes, ſub vtraque ſpecie communicant, inſtàr Græcorum.

5. Non credunt ſanctam Trinitatem, ſed vnitatem ſolùm: in cuius rei ſignificationem, crucis ſignaculo vno digito ſe ſignant & muniunt.

6. Horum presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi omnes ſimul altari adſtant, ſimulque communionem recipiunt: ea occaſione, quòd tres Reges ſimul ad præſepium Domini, eidem munera obtulerint.

De his ità ſcribit Nicephorus libro decimooctauo, capite quadrageſimoquinto, hiſtoriæ eccleſiaſticæ: Quis verò, inquit, hic Iacobus fuerit, vndè Iacobitæ nomen acceperunt, æquum eſſe puto vt hic referam. Altiùs autem narrationem petam. Poſtquàm Eutycheti & Dioſcoro à ſancta quarta Chalcedonenſi ſynodo dignitas abrogata eſt, qui illorum dogmata defenderunt, facta ab eccleſia catholica defectione διακρινομένους, hoc eſt, ſegregatos ſiue ambigentes, ſeipſos appellarunt: neque vllo modo, vt quæ rectè in concilio ſancto ſtatuta eſſent comprobarent, adduci potuère. Ij in duodecim ſectas diſſecti ſunt: ex quibus multa millia hæreſum pullulàrunt. Ex quarum ſectatoribus quidam Eutychianiſtæ vocati ſunt, Alij Acephali, alij Monophyſitæ, alij Theodoſiani, alij Iulianiſtæ, alij Tritheitæ, alij Agnoëtæ, alij Theopaſchitæ, alij Armenij, alij Seueritæ, alij Aphthartodocitæ, alij Phantaſiaſtæ, alij Manichæi, alij Pthartolatræ, alij deniquè Scenolatræ ſunt appellati. *Multarum hæreſum author Iulianus Halycarnaſſeus*

Iacobus porrò, à quo nunc quoquè, vt iam diximus, Iacobitarum hæreſis denominata celebratur, Syrus genere fuit, obſcurus prorſus, & nulla gloria vir: qui etiàm Zauzalus propter ſummam tenuitatem eſt cognominatus. Hic Eutychetis & Dioſcori, Cnaphæique præterea Petri atque Seueri dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare ſtuduit. Eccleſia ſanè Catholica Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſubſiſtentiam vnam è duabus naturis conſiſtentem, Deitatis, inquam, & humanitatis profitetur: ità vt vtraque harum poſt vnionem proprietates ſuas ſaluas conſeruet, & duarum iſtarum naturarum, vnio mixtionem & confuſionem, mutationemque & alterationem nullam admittat. Ipſeque idem Deus ſit & homo, & voluntates virtuteſque operatrices duas, diuinam videlicet ſimul & humanam, habeat. Eutyches autem duas quidem & ipſe ante vnionem naturas dixit, deindè vnitas. Poſt vnionem autem in vnam eas naturam abijſſe, confuſaſq; eſſe, & mixtionem ſubijſſe, opinatus eſt: Adeò, vt & diuinitas ea quæ humanitatis fuère, paſſa ſit, & contrà. Proindè hæc ità opinantes, Monophyſitas & Theopa- *Cap. 52.* *Catholicæ eccleſiæ ſententia circa ſubſtantiam vnam è duabus naturis Chriſti.* *Eutychetis error.* *Monophyſitæ & Theopaſchitæ ijdẽ*

paſchitas diuini patres noſtri cognominauerunt. Ea ipſa opinione Dioſcorus Alexandriæ patriarcha, & Petrus Cnaphæus, Seuerusq; Acephalus, epiſcopi Antiocheni, atq; inſupèr alij tranſuerſim abducti ſunt.

Enimuerò eo, quem diximus, Iacobo Monophyſitarum opinionem apud Syros prædicante, magnum exortum eſt diſſidium. Nam qui rectæ opinioni adhæſerunt, Melchitæ appellati ſunt, quòd ſanctam quartam ſynodum & Imperatorem ipſum (Melchi enim Syris rex eſt) conſectarentur. Qui autem diuerſum ſenſerunt, multa variaque habuêre nomina. Iacobitæ tamen maximè ſunt cognominati, propterea quòd ei quem dixi, Monophyſitarum hæreſis ſtudioſo Iacobo adhærerent. Qui etiàm anathemati traditi ſunt, vt Monophyſitæ ſcilicet, & Theopaſchitæ.

Melchitæ apud Syros.

Poſteà verò aliud etiàm hæreſum examen ad ſe pertraxêre, quæ Trinitatem cõſubſtantialem credentes, vnam naturam poſt vnionem in Chriſto eſſe docuerunt, ſacram quartam ſynodum repudiantes, ac deincèps omnes ſanctos patres reijcientes. Et quod maximum eſt, diuinitati ipſius vnigeniti perpeſſionem tribuerunt, Terſancto illi hymno appendicem hanc, Qui crucifixus eſt pro nobis, annectentes. Talis Iacobitarum hæreſis radix extitit Iacobus autem Armeniorum quoquè ſectæ dux fuit. De qua vide ſuprà in Armenijs.

Iacobus Armeniorum hæreſis dux

IACOBVS PRAEPOſiti. 3.

IAcobus Præpoſiti, ordinis fuit Eremitarum ſancti Auguſtini. Flander natione, & ſectâ Lutheranus. Hic cùm apud Antvverpiam varijs in locis Lutheri dogmata loco Euangelij diſſeminâſſet, tandèm comprahenſus, & ad palinodiam decantandam damnatus, in maiori eccleſia Bruxellenſi, coram ingenti hominum multitudine, ſacra imperiali maieſtate cum ſua curia illic reſidente, ſolennem fecit ſuorum dogmatum reuocationem, circa annum Domini 1523. ſub Carolo quinto Cæſare Germano, & Clemente ſeptimo huius nominis ſummo pontifice.

Fuit autem eius reuocatio huiuſcemodi: Ego frater Iacobus Prępoſiti, religioſus ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, anathematizo omnem hæreſim eamque præcipuè de qua diffamatus ſum, quam frater Martinus Luther in ſuis libris & ad populum ſermonibus, his temporibus & docuit & tenuit, propter quam à ſede apoſtolica tanquàm hæreticus cum ſua doctrina damnatus eſt, maximè quo ad articulos in literis Apoſtolicis comprahenſos. Conſentio etiàm cum Romana eccleſia in omnibus quæ ad Chriſtianam religionem ſpectant: & confiteor quæcunq; ſedes Apoſtolica confitetur, & reprobo quæ reprobanda cenſet. Sentio prætereà & teneo prefatum Martinum cum ſua doctrina ritè atq; legitimè à dicta ſede condemnatum, eius libros, tractatus vel ſermones, tam editos quàm edendos, rectè vetitos legi, vel teneri, ac incendio tradi mandatos. Specialiter autẽ reprobo quoſdam articulos, quorum alios publicè prædicaui, alios priuatim & doloſè expreſſi, reliquos apud me ſenſi, iuxta formã quæ ſequitur:

Forma reuocationis errorum Iacobi Præpoſiti.

1. Tantùm tria eccleſiæ Sacramenta Baptiſma videlicet, Pœnitentia, & Euchariſtia, expreſſa in ſacra ſcriptura, ſunt diuinitùs inſtituta, reliqua autem quatuor humanitùs per eccleſiam,
2. Non eſt indulgentijs confidendum.
3. Papa indulgentias dare non poteſt.
4. Indulgentiæ non ſunt efficaces.
5. Nulli merita ſanctorum applicari poſſunt.
6. Omnia opera ſanctorum, peccata ſunt, & egent miſericordia ignoſcente & remittente.
7. Nullus eſt eccleſiæ theſaurus præter Chriſti merita, quæ duntaxat per ipſum Chriſtum vnicuiq; ſecundum ſuam fidem applicantur.
8. Lutherus cum ſua doctrina, non eſt legitimè per ſedem Apoſtolicam condemnatus.
9. Liberum arbitrium cauſa non eſt effectiua actuum ſuorum interiorum, ſed receptiua duntaxat, & vt ſolummodo

Articuli quos retractauit Iacobus Prępoſitus.

do paſſiuè ſe ad ea habeat.
10. Omne opus liberi arbitrij quantumcunque bonum, peccatum eſt, egens DEI miſericordia ignoſcente & remittente.
11. Quicquid agit homo ante iuſtificātem gratiam, peccatum eſt.
12. Vnica refectio, & à certis cibis abſtinentia tempore ieiunij, contra rationem præcipiuntur, & contra ſcripturam.
13. Chriſtiani ſunt liberi ab eiuſcemodi ieiuniorum obſeruantia, nec ipſa facit quidquam ad legis diuinæ obſeruantiam.
14. Dubium eſt, an homo ſe voto obligare poſſit ad ſupradictum ieiunium.
15. Papa vel eccleſia non vult nec quidem poteſt ſibi ſubditos ſub pœna peccati mortalis obligare ad hunc ſenſum, quod quis tranſgrediens præceptum hominis, peccet mortaliter.
16. Superiores non tenentur ſubditos obligare ſub pœna peccati mortalis.
17. Subditus ſui ſuperioris præceptum tranſgrediens ex ignorantia ſupina vel paſſione, ſecluſo ſcandalo, non peccat.
18. Papa de iure diuino non eſt caput eccleſiæ.
19. Petrus ſolo iure humano factus primus & ſupremus inter reliquos Apoſtolos: & idem cenſendū eſt de quolibet Petri ſucceſſore.
20. In omni foro tam exteriori quam interiori, omnes Epiſcopi ſunt æquales.
21. Concilium ritè congregatum, præciſè tantum decidere poteſt, quantum ſacra ſcriptura expreſſe continet.
22. Concupiſcentia quæ in baptizato relinquitur, eſt peccatum propriè dictum contra hoc, Non concupiſces.
23. Caro tali concupiſcentia infecta, ad omne opus liberi arbitrij concurrit, vndè quodlibet opus humanum, peccatum efficitur. Idem cenſendum eſt de martyrio Petri, & aliorum ſanctorum operibus.
24. Omnes laici ſunt ſacerdotes.
25. Qui manet in peccato mortali, non manet in baptiſmo, ſacerdotio, epiſcopatu, vel papatu.
26. Diſplicentia de peccatis admiſſis, non eſt via ad gratiam iuſtificantem, ſed è diuerſo, gratia eſt via ad ipſam diſplicentiam.
27. Dolor de vno peccato ſine dolore omnium, eſt peccatum.

Omnes igitur & ſingulos iam dictos articulos, ego Iacobus Præpoſitus improbo, reuoco, & condemno, quorum quidē aliqui ſunt notoriè hæretici & à ſanctis patribus reprobati, quidā verò ſcandalū & offenſionem pariunt, alij verò pias aures & ſimplicium mentes offendunt atq; ſeducunt: & omnes in ſumma veræ vnitati catholicæ obluctantur. Profiteor autem hęc omnia purè & ſine vlla coactione, aut conditione & ex ſynceritate animi, plane que de veritate edoctus, & in quæ iuro ꝑ ſanctam Trinitatem.

Quæ omnia cùm ab eo hoc ritu & ordine peracta fuiſſent, tandem in errorem priſtinum relapſus eſt, & in eundem lapidem offendit. Ex quo effectum, vt fratres illius conuentus, quos ille ſeduxerat, vinculis & cuſtodijs ſint mancipati, & conuētus eiſdem ex mandato Adriani ſexti ſūmi Romanorum pontificis, apud Antuerpiam funditus deletus ſit & ſolo adæquatus. Hæc ex Bernardo à Lutzemburgo in catalogo hæreticorum.

IACOBVS IVSTVS.

4.

IAcobus Iuſtus inter Begardos, quorū ſ priùs meminimus, quiq; Germaniam inferiorem incoluiſſe dicti ſunt, primicerius & anteſignanus fuit, tempore Ludouici Cæſaris Germani, & Ioannis huius nominis vigeſimiſecundi Papæ, circa annum Domini 1314.

Hic cum aſſeclis & collegis dicebat, ꝑ Begardorum hæreſibus omnes condemnatos, ſiue religioſi, ſiue laici eſſent illi, tā per ſummum pontificem in curia Romana, quàm alibi per fidei inquiſitores, beatos fore, & eſſe martyres Chriſti. Sed eorum hæreſes fuerunt tandem Valentiæ damnatæ per fratrem Nicolaum Roſellium Prædicatorij Ordinis inquiſitorem, qui poſteà Cardinalitiam dignitatem pro meritis aſſecutus eſt, & per epiſcopū Hugonem Souelletonem. Horum hæreticorum tres iam vita defuncti, excommuni-

cati per eoſdem fuère,& vt impœnitentes damnati, Guilhermus videlicet, Gilibertus,& Bartholomeus Fauſtus, & quidam alius,cuius nomen ignoratur. Iacobus verò Iuſtus,ſeptis murorum incluſus fuit, vbi & miſeram vitam finiuit. Hæc ex Bernardo à Luxemburgo. De his vide plura in Begardis & Beguinis.

IBAS EDISSENVS *epiſcopus.*

5.

IBas Ediſſenus epiſcopus fuit & hæreticus tempore Zenonis Imperatoris & Simplicij Romani pontificis,circa annum Domini 476.

Hic in quinta Synodo Conſtantinopolitana ſub eodem Iuſtiniano coacta, cui affuerunt patres 165. cum Theodoro & Anthemio eiuſdem factionis hominibus, hæreſis damnatus eſt, quòd epiſtola quadam ad Marim Perſam ab eo ſcripta denegaret Domini verbum de ſancta genitrice ſemperque virgine Maria incarnatum hominem factum. Dicebant nempe impij iſti.Mariam virginem hominem tantum, non Deum , peperiſſe, ideoque illam non Theotocon, ſed Chriſtotocon, appellandam,purum hominem ex ea natum eſſe, quem templum appellabant, ſolummodo adſtruentes, tanquam alio Deo verbo,& alio homine exiſtente.

Ibæ epiſcopi hæreſis.

Sanctum quoq; Cyrillum Hieroſolymorum epiſcopum illis refragantem,velut hæreticum reprehendebant culpabantq; Epheſinam ſanctam primam ſynodum , quòd tanquam ſine præiudicio & indicta cauſa Neſtorium gradu mouiſſet & anathemati ſubieciſſet.

De his ità ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib.17.cap.27. Itaque epiſcopatum veteris Romæ adminiſtrante Vigilio,nouæ autem primùm Mena, deinde Eutychio: Alexandriæ Apollinari, Antiochiæ Domino . Hieroſolymorum autem Euſtathio : quum eis etiam adeſſet Gregorius Agrigentinus, vir vitæ ſanctitate, eloquentia, & veritatis doctrina omnibus propè ſuperior : Imperator Iuſtinianus ſanctam quintam Oecumenicam ſynodum, epiſcopis eccleſiarum omnium euocatis.coëgit. Ea coacta, Iuſtinianus,quidnam de rebus Theodori Mopſueſtienſis & Theodoriti, eiuſdemque ſcriptis, quæ aduersùs duodecim capita ſancti Cyrilli compoſuit, & prætereà de Ibæ ad Marim Perſam miſſa epiſtola diſcerent, interrogauit. Atque vbi multa Theodori & Theodoriti dicta,& lecta,clarè ſatis demonſtratum eſt, non tum ſolum,verùm anteà etiam dudum Theodorum Mopſueſtienſem ab eccleſia proſcriptum,& ex ſacrarum tabularum albo eiectum eſſe, hæreticoſque etiam poſt eorũ mortem damnandos eſſe: nulla interpoſita mora, Theodorum ipſum,& prӕterea quæcunque Theodoritus contra duodecim diui Cyrilli capita & rectam fidem ſcripſiſſet, atque inſuper Ibæ epiſtolam, anathemati ſubiecerunt, decreto in hæc verba compoſito. Quum magnus Deus & ſaluator IESVS CHRISTVS iuxta euãgelicam parabolam &c. Et deinceps: Condemnamus verò,& anathemate confodimus, præter omnes alios hæreticos, à ſanctis quatuor concilijs, & à ſancta catholica & apoſtolica eccleſia condemnatos atque anathemate ſingulatos, Theodorum etiam, qui Mopſueſtiæ epiſcopus dictus eſt, impiaque eius ſcripta : & quæ impiè quoquè Theodoritus aduersùs rectam fidem,& duodecim capita eius, qui in ſanctis eſt Cyrilli, & contra priorem ſanctam ſynodum Epheſinam : denique quæcunque idem Theodoro & Neſtorio patrocinatus ſcripſit. Adhæc anathemate ferimus impiam etiam epiſtolam,quæ ab Iba ad Marim Perſam conſcripta eſſe dicitur. Hæc quidem ſic acta.

Sancta quinta vniuerſalis ſynodus Conſtantinopoli coacta.

Vide cauſã cõcilij talis cogendi, in titulo Theodori Mopſueſtienſis epiſcopi.

Damnantur impia ſcripta Theodori, & Theodoriti Cyri epiſcopi,& Ibæ Edeſſeni.

ICONOCLASTAE *ſeu Iconomachi.*

6.

ICònoclaſtæ ſiue Icònomachi, Imaginum demolitores, vel ruptores appellantur. Hæc porrò heræſis primum cœpta eſt circa annum Domini 719.tempore Gregorij ſecundi huius nominis maximi Romanorum pontificis,& Leonis tertij Imperatoris, qui & Iconomachus appellatus eſt,hoc eſt,imaginum impugnator,

Leo tertius imperator, Iconomachus.

chus appellatus.

tor, propterea quòd imagines & ſtatuas ſanctorum è templis auferri & incendi mandârit. Aduersùs quam hæreſim ſeptima Synodus Nicena a trecētis & quinquaginta epiſcopis celebrata fuit: de qua non incongruum fuerit, quæ ſcripſit Photius, quanuis verbis paulò amplioribus, hic adſcribere, quoniam ad hæc noſtra quoque tempora, in quibus cum eodem Leone & eius ſequacibus Caluiniſtę & Sacramentarij omnes cupiunt eas abolitas, valdè ſunt accommodata.

Photius.

Hoc ſacrum, inquit, magnumque concilium recèns patefactam & barbaram hęreſim, quæ ab impijs & execrandis hominibus parta erat, diuina communiq; ſententia ſimul cum ipſius authoribus condemnauit. Infelices enim homines iſti, verbis non confitentes ſe Chriſto vero Deo noſtro maledicere, factis omnia in eum maledicta & linguæ petulantiam congeſſerunt. Cumque illum ſine medio & ſine aliquo velo contumelia afficere non auderent, per venerandam imaginem, omnem Chriſto inimicæ mentis cupiditatē expleuerunt. Adorandam enim Chriſti imaginem, per quam idolorum error excluditur, (proh nefarium ſceleratæ atque impiæ linguæ cogitationiſque ſonum) idolum appellauerunt, & omnibus ipſam ignominijs afficientes, & per plateas ac vias publicas trahentes, & pedibus conculcantes, in ignem coniecerunt: ſpectaculum Chriſtianis hominibus miſerandum, & ſola Chriſti hoſtium impietate dignum. Eadem & in reliquas ſacras imagines contulerunt, cùm celeribus pedibus ſanguinem funderēt, ditiſque manibus ac impuris labris petulantiam exercerent, nec vllam tanti furoris atque dementiæ ſatietatem caperent homines peſſimi. Sacras Chriſtianorum notas & effigies, non minùs quàm ſi gentium eſſent abominationes, immò verò magis publicè deteſtabantur. Ex quo bellum grauiſſimum aduersùs Chriſtum & ſanctos eius commouebatur. Omnibus enim perſpicuum eſt, honorem imaginibus habitum, ad eos tranſire, quos illæ referunt. Verùm iſti noua Iudæorum Chriſti hoſtium progenies, dum Chriſti atque ſanctorum eius imagines afficiunt contumelia, ea perficiunt, in quibus patres ipſorum defecerunt. Irruunt enim in facinus Iudæorum, ſingularique alacritate patres ſuos ſuperare conantur. Et dum non audent in medio Chriſtianorum, labris etiàm Chriſtum abnegare, in eundemque ipſum Iudaicum paternumque zelum deprehenduntur incidere, & adulterinam etiàm hanc oſtendunt imitationem: nec vllo cōſiſtunt loco, ſed tanquam veneno hæreſis ebrij, huc illuc iactantur & ruunt. Chriſtianos enim ſe eſſe profitentur, & aduersùs Chriſtum debacchantur: Iudæos ſe appellari nolunt, & imagines oppugnantes, zelum ipſorum, Chriſto inimicū imitantur & ſuperant. Idololatriæ nomē vitant, & ſe in ipſos Chriſtianos, diuinaq; Chriſtianorum ſanctaque myſteria nihilo idololatris leniores præbent.

Contra demolitores & impugnatores, cōtēptoreſque imaginis Chriſti & ſanctorum.

Sententia Synodi Nicenę contra Iconoclaſtas.

Quamobrem ſanctum & Oecumenicum concilium eos qui adulteræ iſtius & multis fœminibus commixtæ opinionis ignobilitatem fugere noluerūt, tanquam nothos & à fideliū nobilitate alienos, inſolubilibus anathematis vinculis cōſtringendos iudicauit. Imaginem autem Chriſti veri Dei noſtri, ex Apoſtolorum & ſanctorum patrum traditionibus, & ſanctorum oraculorum teſtimonijs, ad honorem & venerationem illius quam ipſa refert, adorandam atque colendam ſuffragijs omnibus cenſuit, & confirmauit: cùm adoratio nimirùm atque honor adhibeatur eodem modo, quo in alijs ſacris notis & formis ſanctiſſimæ latriæ vtimur. Neque enim in illis conſiſtimus, honoremque & adorationem concludimus, neque ad alios & diuerſos fines diſtrahimur: ſed per diuerſum & ſingularem ipſorum cultum & adorationem, quæ cernitur, ſacra conuenientique ac minimè diuiſa ratione animos noſtros ad inuiſibilem illam ſingularemque atque vnicam diuinitatem dirigimus. Sic venerabilem crucem adoramus, in qua Domini corpus extenſum eſt, & ſanguis ille, quo mundus vniuerſus purgatus eſt, emanauit: & ligni natura illius fluxibus irrigata, pro morte vitam perpetuam tulit. Sic crucis ſignum adoramus, quo dæmonum agmina fugantur, & varij curantur

De veneratiōne ſanctæ crucis.

tur morbi, cùm ſemèl in ipſo exemplari gratia & virtus exhibita ſit, & vſq; ad exēpla ſimilis vis ſe diffundat.

Qua ratiōe honos imaginibus tribuatur, & reliquijs & tēplis, & ſepulcris ſanctorum

Hæc igitur ſingula, nempe Chriſti imaginem, & ipſam crucem, crucisq; notam, cultu adorationeque proſequentes, honorem & adorationem non in ipſis concludimus, ſed ad eū dirigimus, qui propter incredibiles diuitias amoris erga nos, factus eſt homo, & mortem propter nos pertulit contumelioſam. Sic & ſanctorum tēpla, & ſepulcra, & reliquias, ex quib⁹ morborum curationes emanant, fideliter adoramus, Chriſtum verum Deum noſtrum, qui gloria ipſos affecit, collaudantes & celebrantes. Et ſi quid ijs in myſticis & ſanctis noſtris ſacrificijs ſimile eſt, per munus & gratiam in illis exhibitam, præcipuum authorem & præcipuam cauſam agnoſcimus & commendamus. Quapropter & diuinus & ſanctus ille beatorum ac ſacrorum virorum cœtus, non ſolùm imaginē Chriſti, quemadmodùm diximus, verum etiàm immaculatiſſimæ ſemperque virginis Mariæ & dominæ noſtræ Dei genitricis, & ſacras ſanctorum omnium imagines, pro ratione excellentiæ & ſanctitatis exemplarium colendas & adorandas communium oraculorum decretis conſtituit & confirmauit. Per ipſas enim ad præſentiam quodammodò atque congreſſum, animi ducimus intentionem: & per hanc diuina naturamque ſuperante coniunctione copulamur cùm illo, qui ſummus eſt rerum expetendarum.

Hæc igitur ſapienter diuineque, ſeptimum illud Concilium decreuit atque cōſtituit. Quo quidem facto, omnem hæreticam peſtem ac turpitudinem à grege ratione prædito depulit, propriumque decus & pulchritudinem eccleſiam recipere oſtendit. & tanquàm ſponſam nō in fimbrijs aureis, ſed intelligibilibus decoratā imaginibus, ad Chriſti ſponſi dexteram conſtitutam, hilaribus & lætis oculis toti fidelium multitudini conſpiciendam honorandamque demonſtrauit. Hucvſque Photius.

Vſus ſacrarum imaginum.

De hac re rursùs, hoc eſt, de vſu ſacrarum imaginum, Nicephorus eccleſiaſticę hiſtoriæ lib. 6. cap. 16. ſcribit in hunc modum: Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiusque adeò Chriſti, & eius quæ eum ſupra naturæ captum mirificè genuit virginis matris, coloribus adumbratas imagines, plurimas ad hunc vſque diem conſeruatas eſſe nouimus. Ac Lucas quidē apoſtolus primus ipſas accuratè, opus id exorſus, manibus ſuis depinxit: deindè verò ex veteribus alij quoquè viri, pro eo atquè par erat, veluti ſeruatores ſuos in ſignis & picturis ſeruantes, idem fecère: ethnica quidem illi fortaſsè conſuetudine ducti, & morem eum colere ſoliti, abſque tamen neceſſaria obſeruatione id tradiderūt. Sed eccleſia indè acceptum magìs atque magìs adauxit (prouidētia Dei curante atque diſponente) non modò effigies & ſtatuas, verùm etiàm veſtes, baculos, & lectos ſanctorum illorum virorum conſeruans ad memoriam eorum ſempiternam. Sicutì & Iacobi thronum ad multa tempora ſeruatum eſſe ſcimus, quem fratrem ipſum Domini, primum Hieroſolymorum epiſcopum, ab ipſo Chriſto & Apoſtolis creatum eſſe, ſacra monumenta tradidere. Venerati ſunt enim hunc ſucceſſores eius aſſeruatum, ſatìs apertè declarantes, quo cultu & ſtudio Deo dilectos viros ſint proſequuti. Quemadmodū id ad nos quoquè eſt tranſmiſſum, apud quos multa etiam memoriæ gratia aſſeruantur. Verùm de his hæc dicta ſufficiāt: Hactenùs Nicephorus.

Lucas eas primus pinxit.

Vſus defunctorum ſanctorum monumētorū.

Thronus Iacobi fratris Domini.

Fuerat autem iam anteà damnata hæreſis hæc Iconomachorum à Gregorio tertio, qui Leonem etiàm Imperatorem, per quem euerſæ fuerant imagines & eiectæ, ſicuti ſuprà diximus, percuſſit anathemate. Quod idem ſtatuit contra filium eius Conſtantinum, qui ſui patris impietatem fuerat imitatus, Stephanus Papa tertius. Leo enim Imperator inuito pontifice Romano, (vt author eſt Carion lib. 3. Chronicorum) concilium Byzantij 1338. epiſcoporum celebrauerat, vbi ſtatutum fuit, è templis imagines tollendas & comburendas eſſe. Quod videns Gregorius tertius ſummus pontifex, Romæ aliam ſynodum celebrat, præſentibus Italiæ p̄latis, in qua ſtatuitur, maiore, quam vnquàm anteà, cultu imagines ſanctorum obſeruandas eſſe: & pontifex imperatori Leoni id facere recuſanti, ſacris interdixit:

Leo Imperator eiecit imagines è templis, eiusque filius Conſtantinus, vndè vterque excommunicatus.

xit. Quæ res vna fuit ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini. Nam ſummus pontifex (teſte Platina & Sabellico) Leone Imperatore neglecto, Carolum Martellum Franciæ magnum principem contra Longobardos, qui iam pacem cum Romanis, reiecto imperatore, ſancierant, in Italiam vocat, à quo ea contra eiuſdem Imperatoris inſultus ſeruata eſt, & parére ſummo antiſtiti eccleſiæ coacta.

Caroli Martellus Italiæ profectus.

Memoriæ etiàm produnt hiſtoriæ, diuum Gregorium huius nominis primū, Serenum quendam epiſcopum Maſſilienſem per epiſtolam redarguiſſe, quòd inconſiderato zelo, ſanctorum imagines confregiſſet, timens nè à populo adorarentur. De qua re, de Conſecratione diſt. 3. cap. Perlatum, dicitur in hunc modum: Nam quod legentibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus: in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. Et ca. Venerabiles: Chriſtiani venerantur ſanctorum imagines in memoriam ſanctorum, & recordationem primitiuorum olim factorum, id eſt, rerum geſtarum. De hac re vide plura in Conſtantino Imperatore, Leone tertio, Vualdenſibus, Ioanne Vuicleffio, & Xanaia Perſa.

Serenus Maſſilienſis epiſcopus à diuo Gregorio ob eiectas diuorū imagines redargutus.

De Iconomachis verò noſtri temporis ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. Crucis ſignum, inquit, vt maledictum fugiunt Iudæi, nec in fronte pingere volūnt: ità & Euangelici noſtri temporis crucis figuram multis in locis abolent, & tanquàm maledictum in fronte ferre aut pingere horrent: adeò vt Lutherus ipſe feſtum Crucis, tanquàm ſemijudæus anathemate damnauerit. Feſta ſanctæ Crucis, inquit libro de Miſſandi formula anno 1524. anathema ſunt. Brentius verò cum alijs quibuſdam impijs, Catholicos ob pias ſanctæ Crucis cæremonias ſacrilegæ magiæ accuſare non veretur, atque plùs quàm Iudaicè pias eccleſiæ cæremonias & conſecrationes, quæ teſte diuo Auguſtino non ſine cruce conficiuntur, exagitat, ſubſannat, exibilat.

Crucis ſignū exhorrēt Iudæi & noſtri tēporis Euangelici.

Feſtū ſanctæ Crucis, Luthero eſt anathema.

Brentius.

Imagines Iudæi non ferunt, vti nec Zuingliani ſiue Caluiniani, quemadmodùm Synagoga Geneuæ loquitur, nullā omnino habens Turcico more vllius rei imaginem. Hæc Lindanus. Et Staphylus de Lutheranorum inter ſe concordia: Iconoclaſtæ, inquit, ſunt qui Chriſti, omniumque ſanctorum imagines è templis eijciunt, ſuas autem & vxorum ſuarum effigies elegantiſſimè & amatoriè depictas reponunt, ſicuti quondam fecit Simon Magus & pellex ipſius Helena, vt Nicephorus teſtatur. Idem noſtri Euangelici prophetæ faciunt etiàm. Exempla eorū teſtantur. Hæc Staphylus.

Imagines.

IDOLOLATRAE hæretici. 7.

Idololatræ hæretici dicuntur, quòd dogmata ab eccleſiæ definitione aliena, velut deos quoſdam nouos, recentesque, & quos non coluerunt patres eorum, ſequantur. Vndè Vincentius Lirinenſis, aliena ab eccleſia dogmata, vetus Teſtamentum deos alienos appellare ſcribit, quòd ab hæreticis ipſorum opiniones haud aliter obſeruentur, quàm à gentilibus dij ſui. Quod itaque legitur in Deuteronomio, Si ſurrexerit in medio tui prophetes, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur deos alienos quos ignoras, non audies verba prophetæ illius, quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrùm diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra: per deos alienos, extraneos errores dicit ſignificari, nouos quoſdam & inauditos: quos propterea ſpargi nonnunquàm patitur DEVS, vt probet conſtantiam noſtram in diligendo ſe, & in adhærendo ſanæ doctrinæ. Quemadmodùm enim à Paulo ſcriptum eſt, Oportet & hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Ob hoc (ait Vincentius Lirinenſis) hæreſeōn non ſtatìm eradicantur authores, vt probati, manifeſti fiant: id eſt, vt vnuſquiſque quàm tenax & fidelis, & fixus Catholicæ fidei ſit amator, appareat. Et reuerà cùm quædam nouitas ebullit, ſtatìm cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum: tunc

Deut. 13.

Dij alieni, errores extranei ſunt.

1. Cor. 11.

Hæreſes & errores quos patitur & ſuffert Deus.

Ff ſine

ſine magno molimine excutitur ab area, quod nullo prodere intrà aream, tenebatur. Nanque alij prorsùs auolant, alij verò tantummodò excuſſæ, & perire metuunt, & redire erubeſcunt, ſaucij, ſemineces, & ſemiuiui: quippe qui tantam hauſerint veneni quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere ſinat, Hæc Lirinenſis.

Quomodo peccatur cõtra primum præceptum

Ex his (inquit Hoſius in explicatione ſecundi præcepti) perſpicuum eſſe poteſt, quòd non tunc ſolùm peccatur contra præceptum, quo vnum Deum colere iubemur, quandò vel planetæ, vel aſtra, vel reliqua Gentium dæmonia coluntur, aut cùm adorantur idola manufacta: verùm etiàm cùm adorantur idola vitiorum, multoq́; deteriorem eſſe ſimulacrorum cultum, quo ſua quis phantaſmata colit, & quo ſuas impoſturas pro verbo Dei populo venditat, quàm ſit is, quem ſuis Gentes præſtant ſimulacris. Nam quòd primo præcepto prohiberi quidam putãt ſanctorum inuocationem & imaginum venerationem: quandoquidem non alia ratione ſancti qui cum Deo viuunt, quã ij qui conſtituti ſunt adhuc in corpore mortis huius, inuocantur, hoc eſt, non tanquàm largitores, ſed tanquàm interceſſores: deindè verò qui tribuitur honos imagini, non aliò quàm ad prototypum refertur: ſicut etiàm à Baſilio legimus annotatum: cùm nemo tam ſit lapis, vt lapidibus & lignis ineſſe putet ſenſum: nihil contra primum præceptum peccatur, ſi ſanctis & eorum imaginibus debita veneratio præſtatur, modò nè in homine, né ve in ſtatua, aut depicta tabula aliqua, ſed in ſolo Deo ſpes omnis & fiducia collocetur. Vndè ſanctam Synodum ſeptimam, cuius ſuprà mentionem fecimus, exclamâſſe legimus: Quicunque ſententias ſacræ ſcripturæ de idolis, contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quòd imagines Chriſtiani vt deos adorant, anathema. Quod ſimiliter in octaua factum repetitur.

Baſilius in libro de Spiritu ſancto ad Amphil. cap. 18.

Synodus ſeptima, Acti. 7.

Synodus 8. Actio. 10.

Cæterùm hominis alicuius verbum, contra receptam eccleſiæ totius doctrinam pleraque omnia docentis, tanquàm DEI verbum amplecti, & adorare illud quod ab eo ſcriptum eſt, ſeque coram eo incuruare, quæ eſt, ſi hæc non ipſiſſima idololatria? Quid enim aliud faciunt hoc genus homines, quàm quod ſcribit Hieronymus, pro Chriſto adorant Antichriſtum? Dicit Lutherus: Quod ego doceo, DEI verbum eſt, & purum Euãgelium: ſtatim adorant, & incuruantur coram idólo. Dicunt idem Zuinglius & Caluinus, dicunt Anabaptiſtæ, dicunt alij quoquè hæretici: mox hominis, vel diaboli potius per hominem loquentis verbum, pro Dei verbo, proq́ue Chriſti Euangelio miſeri amplectuntur & adorant. Horrenda hæc eſt idololatria, ac velis, quod aiunt, remisq́; fugienda. Quid enim ex eo conſequitur aliud, quam cùm vnaquæque ſecta ſuum verbum, verbum Dei eſſe iactet, vt iſti tot deos habeant, quot ſunt hæreſiarchæ? Quos videre licet, neglectis veterum orthodoxorum ſcriptis, in quibus cum doctrina certabat vitæ ſanctimonia, non aliundè iam ferè, quàm ex impuriſſimi alicuius hæretici libris opinionem ſuam confirmare, nec minore authoritate, quæ ab illo dicta, quàm quæ in Canonicis libris ſcripta ſunt, proferrre. Huc idololatriæ cæcas hominum mentes, præſtigijs dæmonum adductas eſſe videmus.

Mera idololatria.

Idololatria horrẽda, quod falſam doctrinã pro Euangelio recipit & adorat aliquis.

Peccant igitur contra præceptum hoc, qui & colunt ipſi ſua phantaſmata, & coli volunt ab alijs, tanquàm idóla, & quod ipſi ſentiunt, DEI verbum vocant & Euangelium: vt ſic eueniat quod à propheta ſcriptum eſt: Vocauerunt in terris nomina ſua. Haud aliter enim iſti diuinitatis opinionem affectant, quàm feciſſe ſcribit olim in Libya Pſaphonem quendam Tyrius ille Maximus, qui quàm plurimas aues cepiſſe dicitur, vocales & humani ſermonis dociles, easq́ue ſonare docuit hæc verba: Magnus Deus Pſaphon: atque ita doctas emiſit in montes. Illæ verò quæ didicerant, canebant, ac reliquas item aues eadem ſonare docebant. Porro Libyes cùm ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, Pſaphoni rem diuinam facere decreuerunt, & cum

Pſal. 48.

Hæretici diuinitatis nomen affectant.

in

in deorum numerum retulerunt. Sic iſti, cupientes & ipſi in deorum numerum referri, verbo ſuo verbi DEI titulum prætenderunt, atque vt verbum Dei vocaretur à rudibus, perſecerunt: à quibus iam pro dijs quibuſdam eos coli videmus. Neque verò ipſi tantum hæretici, ſed & qui dogmata eorum recipiunt, atque ea tanquam Dei verbum amplectuntur, violati præcepti huius rei ſunt. Hæc Hoſius.

Hæretici & qui eorum errores ſequuntur idololatræ ſunt.

Rurſus idem in Parænesi & peroratione libri de Cæremonijs eccleſiaſticis & Traditionibus humanis, ita inquit: Iam verò ſi verbi DEI appellatione, quod nūc (proh dolor) non rarò fit a multis, verbū hominis dignati fueritis, videte, nunquid non germana ſit hæc idololatria. Fugite idola per Deum immortalem. Non eſt Deus Caluinus, nō eſt Deus Lutherus, non eſt Deus Bucerus, aut quicunque tandem alius ex illis, qui multo crudeliùs Chriſti corpus ſanctiſſimum tractauerūt, quàm illi ipſi qui Chriſtum in crucem egerunt. Tunc enim venerunt impij milites, & non fregerunt crura Chriſti: nunc venerunt iſti ſpeciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, & diruperunt, ac in multas partes conciderunt totum corpus Chriſti: vnam, ſanctam, catholicam, & Apoſtolicam eccleſiam. Integrum Chriſti corpus inter manus perſequutorum in cruce permanſit: & inter manus Chriſtianorum non eſt iam integrum corpus eccleſiæ. Quamobrem eorū ſectatores eſſe nolite, per quos tam nefarium ſcelus patratum eſſe videtis: ſed Spiritum ſanctum per ſuum vas electum, vos vt idem ſapiatis monentem, audite. Non vt ſuam quiſque propriam confeſſionem adſerat, ſed vt qui vos eſſe Chriſtianos profitemini, (libet enim receptum hoc nomen potius vobis tribuere, quo ſuperſtitibus etiam Apoſtolis Antiochiæ primum eorum vſi diſcipuli leguntur, quam nouum aliud heri, quod aiunt, & nudiuſtertius à nouarum rerum ſtudioſis vſurpari cœptum) vt idem ſapiatis qđ veſtros vel communes noſtros potius Maiores, Chriſtianos citra dubitationem illam ſapuiſſe cernitis, qui nos præceſſerūt eum eodem ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Procul à vobis abſit hæc impietas, vt patres veſtros, auos, proauos, atauos, idola coluiſſe, & nūc demum Chriſtum predicari cœptum eſſe, nunc demū veſtris oculis Euangelij lucem affulſiſſe, hoſtibus veritatis, & inimicis crucis Chriſti credere animum inducatis, &c. Lege illic reliqua, ſcitu atque notatu digniſſima.

Idololatria quæ. *Ioann. 19.* *2. Timo. 3.* *Ro. 12. 15.* *1. Cor. 13.* *Philip. 2. 4.* *2. Timot. 6.*

IENENSES.

8.

IEnenſes ſunt ſectā Lutherani, ex claſſe nimirum eorum, qui impuram Lutheri pſeudomonachi ſectantur doctrinam.

Hi, teſte Lindano, dialogo ſecundo ſui Dubitātij, Ducum Vinarienſium confeſſionem profeſſi, nouem Lutheranorum ſectas damnant, inter quas recenſent Vuittembergenſes & Lipſenſes. Hæc Lindanus.

Nouem Lutheranorū ſectas damnant Ienenſes Lutherani.

IGNOITAE.

9.

IGnoitæ (authore Iſidoro lib. 8. Etymologiarum, cap. 5) ab ignorantia dicti ſunt, propterea quod ignorantiam & inſcitiam DEO impingant. Dicunt enim filium Dei diem vltimum ignorare, verbo Chriſti moti, quod apud Matthæum dicit in hunc modum: De die illa & hora nemo ſcit, neque angeli cælorum, niſi ſolus pater. Et apud Marcum expreſſe nominatur filius, vbi ſic dicitur: De die autē illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque filius, niſi pater. Quod perinde eſt ac ſi diceret, Alphonſo de Caſtro interprete aduerſùs hæreſes lib. 5. Nulla ſollicitatio vos angat de diei illius notitia, quoniam illam nullus habet: neque à meipſo petatis, quoniam nec ego etiam ſcio. Non quòd ipſe ſimpliciter & abſolutè neſciret, ſed quia tametſi ſciret, non tamen vt illis reuelare deberet: quemadmodùm, ſi quid tibi ita ſecreto commiſſum eſt, vt nulli alteri reueles, & poſteà quiſpiam eadem de re à te ſciſcitetur.

Ignoitarū hæreſis. *Matth. 24.* *Mar. 13.* *Quomodo intelligendum illud filius neſcit extremum diem.*

tur:reſpondebis, & meritò, te id neſcire: quoniam etſi ſcias, non tamen ſic ſcis, vt reuelare debeas & poſſis. Sacra porrò ſcriptura cū pro hominibus erudiendis facta ſit, eodem more loquendi vtitur, quo homines loqui ſolent. Quapropter (vt ait beatus Auguſtinus in libris de doctrina Christiana) eiſdem tropis, figuris, & metaphoris vtitur, quibus noſtra communi loquendi formula vtimur. Filius ergo Dei fatetur ſe neſcire diem illum, quia etſi ſciat, non ſic tamen vt reuelare debeat.

Act. 1. Quod manifeſtè oſtendit illa ſententia: Non eſt veſtrum, noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Noluit autem illis apertè dicere, ſcio, ſed nolo vobis reuelare, ne illos hoc reſponſo triſtes & mœſtos redderet, aut minus ergi ſe ipſum affectos hac occaſione efficeret. De qua re longius diſputat diuus Hilarius ſub finem libri noni de Trinitate.

Quis autē fuerit huius hæreſis primus inuentor, aut quo tempore cœperit, non prodit Iſidorus, neq; apud alium quempiam inuenire adhuc potui.

ILLYRICANI.

11.

Illyricani cum Luthero dicunt bona opera non eſſe neceſſaria ad ſalutem.

ILlyricani ſunt ſecta Lutherani, ex eorum ſcilicet caterua, qui iactant & ſectantur doctrinam per Lutherum aliosve adulteratam: à Matthia Illyrico homine Sclauo appellati, qui eius dogmata (vt teſtatur Lindanus Dubitanti ſui dialogo 2.) contra Melanchthonem & Vuirtembergenſes ſectantur de Seruo arbitrio quod opera bona non ſint neceſſaria ad ſalutem ſecundum Lutherum. Hunc interalia etiam renouaſſe Arrij doctrinam, talemq; eum eſſe ab Academia Vuittembergenſi damnatum teſtatur Staphylus defenſione ſua. Ad huius claſſicum etiam Manſfeldenſes eccleſiæ, ſuam ediderè cōfeſſionem contra Vuittembergenſes & Lipſenſes. Quomodo verò Illyricus probris inſectatur Adiaphoriſtas, vide Hoſium libro primo de hæreſibus noſtri temporis.

INDIANI.

12.

Indianorū errores.

INdiani, qui & Abaſini dicuntur, ad ditionem Presbyteri Ioannis, quem vulgo dicunt, ſpectant: Christianos quidē ſeſe profitentes, & per beatum Thomam Apoſtolum ad Christi fidem conuerſos, ſed qui ab erroribus prauis non ſint alieni. Hi nempe circuncisionem recipiunt, & adurunt paruulos ſuos in frontibus calamo ferreo in modū crucis. In fermēto conficiunt: Sub vtraque ſpecie communicant. De quibus vide etiam in Coptis, Iſinis, & Mandepolis.

INSABBATATI.

13.

Inſabbatati vnde dicti.

INſabbatati ſunt ex factione Vualdenſium, ſic appellati, quòd qui inter eos perfectiores ſunt, ſignum quoddam in ſuperiore parte ſui ſotularis, quem ſabbatem appellant, deferre ſolerent.

Emerſerunt autem Frederici primi Imperatoris Germani, & Alexandri tertij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1160.

1. Hi iuramentum quodlibet quocunque caſu reſpuunt.

Inſabbataiorū hæreſes.

2. Nullam orationem, præter eam quā Dominicam appellamus, admittunt.

3. Omne humanum iudicium ſubterfugiunt.

4. Carnes omni die, ſine vllo diſcrimine aut delectu comedunt, omni libidini prorſus dediti.

5. Quando menſæ accumbunt, ſic eam conſecrare ſolent: Qui benedixit quinq; hordeaceos panes, & duos piſces in deſerto diſcipulis ſuis, benedicat hanc menſam nobis. Quando verò ab eadem menſa ſurgunt, illud Apocalypſeos dicere conſueuerunt, Benedictio, & claritas, ſapientia, & gratiarum actio, & virtus, & fortitudo ſit Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.

Eorum menſæ conſecratio.

Apoc. 7.

INTERIMISTAE.

14.

INterimiſtæ ad ſecundam claſſem Euāgelicorum noſtri temporis ſpectant: de

de quibus Lindanus in Dubitantio ſuo dialogo ſecundo ſcribit in hunc modum:

Semilutherani qui dicti.

Semilutheranos, inquit, dicimus, qui Lutheri placitis ſua quædam noua, Euangelij prætextu, aſſuunt. Horum varia eſt natio, ſed primas facilè ferunt Interimiſtæ:

Interimiſtæ duplicis generis.

qui duplicis ſunt generis. Alij enim INTERIM Auguſtanum ſectantur, anno 1548 confectum, vbi poſt mortem Lutheri, falſi quidam fratres (ait Palladius, de ſuis loquens Euangelicis) iniquitatis mercede conducti, cum aduerſarijs (Catholicos dicit) conuenerunt, & libellum INTERIM, ait, compilarunt. Alij dicuntur

Adiaphoriſtæ.

Adiaphoriſtæ ſiue Lipſenſes ab INTERIM Lipſenſi, quòd Adiaphora, id eſt, indifferentia habeant eccleſiæ & Conciliorum Conſtitutiones atque cæremonias: quas qui vel obſeruat, vel violat, mutatue, nihil peccat. Horum diſciplina plurimos nacta eſt diſcipulos, quos Amſdorffius in Confeſſione puræ doctrinæ, ſcribit ſimulare & diſſimulare omnia, atque ſe comparare, quaſi Imperatori obtemperent, in eiuſque gratiam Miſſam & veterem religionem rurſus amplexos fuiſſe, neque id tamen facere, ac nihilominùs in Lutheri diſciplina permanere velle. Hæc Lindanus.

Hoſius.

Hoſius quoquè libro primo de hæreſibus noſtri temporis, de his ſcribit in hæc verba: Poſt illam, inquit, admirabilem victoriam, in qua Deus ipſe pro miniſtro ſuo Cæſare cauſam ſuam agente pugnauit, ſtatim in tres ſectas Lutherana ſecta

Lutherana ſecta in tres ſectas diſſecta.

diſſecta eſt. Nam alij facti ſunt Interimiſtæ, alij Adiaphoriſtæ. Interimiſtæ porrò

Interimiſtæ duplices.

duplices: vni ex permiſſu Cæſareæ Maieſtatis, qui nulla in re alia ſe Lutheranos profitebantur, præterquàm quòd neque calicis vſum à laicis intermitti, nec vxores à ſacerdotibus relinqui volebant. Quòd ad reliquos ritus & doctrinā attinet, quin per omnia cum orbe reliquo Chriſtiano conſentirent, non recuſabant. Hos ex comitiorum decreto ſaltem ad Oecumenicum vſque Concilium tolerandos eſſe Cęſar cenſuit. Sed vbi Chriſtiani totius orbis Oecumenici decreta non valent, cur ibi plus ponderis habere debeat, quod in vno aliquo regno aut imperio fuerit conſtitutum? Quanuis itaq; Mauritius princeps elector, non grauatim Comitiorum imperialium decreto ſe pariturum oſtenderat,

Lipſenſes Theologi nouum condunt Interim, vt ſint ſecundi generis Interimiſtæ.

auſi tamen hoc ſibi ſunt arrogare Lipſici Theologi, vt libellum qui Comitiorum decreto fuerat approbatus, arbitratu ſuo corrigerent, & nouum INTERIM conſcriberent. Ac quod ad ritus quidem & cæremonias attinet, de ijs non magnoperè cū Chriſtianis contendebant, ſed plus tamen aliquid ſibi de Lutheri doctrina, quàm fuit ab INTERIM illo Cęſareo permiſſum, reſeruare conabantur. Quamobrem in hoc imperiali libello ſubſcripſerunt, vt contenti docere, fide nos iuſtificari iuxta Paulum: quod erat additum à Luthero, ſola fide, id reijcerent: quòd addi aliquod verbo Dei, nefas eſſe iudicarent. Viſum eſt autem illis & hoc eccleſiæ dogmā potiùs amplectendum, quàm diuerſam Lutheri, ad iuſtificationem opera eſſe neceſſaria, neque totam noſtram iuſtitiam in ſolius Chriſti iuſtitia ponendam eſſe. De pœnitentia quoquè receptam eccleſiæ partitionem admiſerunt: ſeptem eſſe ſacramenta conceſſerunt: Miſſam abolitam reſtituerunt: vulgares Lutheri cantilenas fermè prorſùs aboleuerunt: Epiſcoporum etiàm iuriſdictioni quò minùs parerent, cauſam non dixerunt. Hæc ſunt quæ in illo Lipſico INTERIM contineri ſcribit Mathias Flaccus Illyricus in quadam adhortatione ſua ad eccleſias Miſnicas.

Et in libro de expreſſo Dei verbo idem dicit Hoſius: In Germania cōſcripta fuit quædam INTERIM religio, (quam rectè, nolo dicere) ſed fuit authoritate comitiorum ab omnibus propè recepta; paucis quibuſdam exceptis. Num autem à quib. recepta eſt, apud eos legitimum ſacerdotium & ſacrificium, iuxta formulam in eo libello præſcriptam, fuit reſtitutum? Nihil minùs. Etiā Interimiſtæ, æquè ſunt & fuerunt, vt alij Lutheriſtæ, niſi quòd à carnibus alicubi abſtinent in quadrageſima & profeſto ſabbato, & rem diuinam, vel prophanam potiùs, nè dicam ſacrilegam facientes, lineis ac ſacerdotalibus alijs indumentis nonnullis in locis vtuntur. Hactenùs Hoſius.

Interimiſtæ æquè ſacrilegi vt alij Lutheriſtæ.

De his vide ſuprà in Adiaphoriſtis.

INVISIBILES.

15.

INuiſibiles ſunt ex Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtri ſeculi ſecta: qui, authore Staphylo, docent, nullam eccleſiam eſſe viſibilem: ſiquidem Deus ſolus nôrit, qui ſint ipſius. Ità Lutherus & Melâchthon initiò, vt eſt in Apologia Auguſtanæ confeſſionis. Sed hunc errorem licet ipſi tacitò retractârint, cum nihilominùs retinent Illyricani, Suencfeldiani, Oſiandrini, & Anabaptiſtæ. Hæc Staphylus.

IOACHIMVS ABBAS.

16.

IOachimus, * Florenti cœnobij, quod eſt in Calabria, Abbas, indeq; oriūdus, & monachus ordinis ſancti Benedicti, floruit ſub Henrico ſexto huius nominis Imperatore Germano, & Cæleſtino tertio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1195.

Ioachimi abbatis ſcripta.

Hic (Guidone Carmelita teſte) multa ſcripſit, in quibus quam leui eſſet ingenio, plùs ſatis oſtendit, quoniam in omnibus ferè libris ſuis, quò ſe futurorum præſcium commonſtraret, conſueuit miſcere prognoſtica, quod maximæ leuitatis & gloriam affectantis indicium eſt, potiſſimumque cùm aliter ſe in poſterum rei euentus habuerit, quàm ipſe prædixit. Nā, vt reliqua taceam, Fridericum Imperatorem, hoſtem eccleſiæ futurum, cùm vigilando ſomnians prædixiſſet, omnes tamen hiſtoriæ illum ad mortem vſque in pace & tranquillitate eccleſiæ permanſiſſe tradunt.

Ioachimi errores circa tres hominis ſtatus

Hic ergò Ioachimus inter cæteras fabulas, quas populo Chriſtiano ingerere ſolebat, vna eſt, qua tres hominis ſtatus eſſe dicebat. Primum quidem, in quo homines ſecundùm carnis ſtatum vixerunt, quem ab Adamo ad Chriſtum vſque deducit. Secundum verò, in quo mediam inter carnem & ſpiritum vitam homines duxerunt: & hunc à Chriſto vſque ad diuum Benedictum protendit. Tertium dicebat eum, in quo viuitur & viuetur ſecundùm ſpiritum: quem deducit à diuo Benedicto, ſub cuius diſciplina militabat, ad finem mundi vſq;. His autem tribus ſtatibus, tres ordines hominum adaptat, coniugatorum, clericorum, & monachorum. Coniugatorum ordinem dicit initium ſumpſiſſe ab Adam, & fructificâſſe ab Abraham. Ordinem autem ſacerdotalem ab Ozia, qui de tribu Iuda incēſum Deo obtuliſſe traditur, incepiſſe: fructificaſſe verò à Chriſto, qui rex eſt & ſacerdos. Ordinem deniq; monachorum à diuo Benedicto viro ſanctiſſimo inchoatū eſſe, ſed fructificâſſe cœpiſſe ipſius Ioachimi abbatis, vt de ſeipſo teſtificatur, temporibus. Primo ergò ſtatu lex carnalis data eſt, vt ille aſſerit: Secundo lex ſpiritualis, vtputa Euangelium, quod tamen per Apoſtolos non iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tantùm ſecundùm literam prædicatum fuit. Sed in tertio, quem ponit, ſtatu idem Euangelium fore prædicādum dicit iuxta ſpiritualem eius intelligentiam, & hoc per monachos illos diui Benedicti. Hæc ex Alphonſo à Caſtro lib. 3. aduersùs hæreſes. Cuius erroris confutationem lege ibidèm.

Aſſerebat itidèm, authore Bernardo à Luxemburgo, eſſentiam generare eſſentiam, quemadmodùm Deus generat ac producit Deum. De quo habetur Extrà de Summa Trinitate, in hunc modum: Damnamus ac reprobamus libellum ſeu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans eum hæreticum & inſanum, &c. Et infrà: Si quis igitur ſententiam vel doctrinam præfati Ioachim defendere vel approbare præſumpſerit, tanquàm hæreticus euitetur. Hæc ex Canone ſecundo actorum cōcilij generalis & œcumenici Lateranenſis 2. ſub Innocentio 3. celebrati.

IOANNES DE LEIden, *Anabaptiſtarum Rex.*

17.

IOannes de Leiden, primò ſartor fuit profeſsione, deindè plurium hæreticorum ex Zuingliana & Caluiniana ſecta prodeuntium factione, Anabaptiſtarum

rum Rex conſtituitur circa annum Domini 1534 ſub Imperio Caroli quinti Cæſaris Germani, atque pontificatu Pauli huius nominis tertij Romanorum pontificis.

Horrenda Anabaptiſtarum ſecta, quandò incepit.

De hoc atque adeò Anabaptiſtarum ſecta, ſic habet appendix ad Carionis Chronica: Eodem anno, hoc eſt 1534. in principio Ianuarij horrenda illa Anabaptiſtarum ſecta vireſcere & creſcere cœpit in Vueſtphalia: qui adiuti à quibuſdam factionis ſuæ hominibus per ſeditionem & vim Monaſterium Vueſtphaliæ vrbem occupârunt: quam quaſi Capitolium quoddam, aut arcem Sion parauerunt, & nouam Hieruſalem vocauerunt. Ibì omnibus ciuibus qui huic ſectæ aduerſabantur, eiectis, & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam poteſtatem conſtituto, (ſic enim faciliùs ſe errores ſuos gladio & vilatè ſpargere & propagare poſſe ſperabant) regem ex ſeipſis creauerunt ſartorem quendam, qui pro libidine ſua complures vxores duxit, quarum aliquæ poſteà illius mandato ſunt decollatæ.

Ioannes de Leidē ſartor Anabaptiſtarum rex.

Habuit hic rex ſuos conſiliarios & prophetas, qui abſurda & inuſitata multa quæ proponebant, ſibi per ſomnum diuinitùs reuelata eſſe dicebant. Atque miſeri illi homines adeò agreſtem & beluinam vitam duxêre, tantamque turpitudinem exercuêre, vt me verbis pudeat exprimere: vnde & omnes facilè colligere poſſunt, ſatanam per eos locutum & tumultuatum eſſe.

Satanismus Anabaptiſtarum.

Humanum enim eſſe non poteſt, cùm omnes humanas ordinationes, virtutem, honeſtatem, & diſciplinam ſuſtulerint, & prorsùs aboleuerint: ſed eſt horrendum diuinæ iræ exemplum ſuper eos qui veritatem, & veram Dei agnitionem contemnunt, quomodò à Deo deſerti, in varios errores incidant, & ad flagitia ingentia à ſatana propellantur.

Horrendum diuinæ iræ exemplum.

Porrò cùm iam magna multitudo hominum in vrbe congregata eſſet, Lantgrauius Heſſiæ ſeditioſos illos & epiſcopum Monaſterienſem amicè inter ſe placare & reconciliare ſtuduit. Verùm cùm hoc fruſtrà tentatum eſſet, neque vlla admonitio locum haberet, Epiſcopus ſeueriùs quàm anteà, & vi contra eos agere coactus eſt. Multorum igitur principum auxilijs adiutus, nempè archiepiſcoporum Colonienſis & Treuirenſis, & Ducis Geldrenſis, item Lantgrauij Heſsiæ, vrbem cinxit obſidione.

Monaſteriū vrbs Anabaptiſtarū receptaculum, ab epiſcopis obſidione vallata.

Vbi illi ſummis, vt poterant viribus ſe defendentes, obſidionem vſque in annum proximè ſequentem pertulerunt: etſi inicrim magna fame vexarentur, ità vt & ſenes decrepitos & imbelle vulgus eiecerint è ciuitate, nè alijs commeatus deeſſet. Qui egreſsi, herbas, & gramina, vt bruta, depaſcebãt: quapropter milites miſericordia moti, eos ad deditionem vrbis amicè hortati ſunt Sed obſtinati ſpiritu & prophetijs quibus agitabantur, vrbem dedere noluerunt, donèc tandem ipſo die Ioannis Baptiſtæ, anno 1535 non ſine proditionibus, portæ vrbis apertæ ſunt. Vbì omnes hoſti reſiſtentes, interfecti ſunt, & rex ipſe & eius conſiliarij Krechting & Knipperdilling capti, & proximè ſequenti anno 1536. ignitis forcipibus lacerati, & è turri in caueis ferreis, alijs in exemplum & terrorem, ſuſpenſi ſunt.

Ea capta, omnes reſiſtentes trucidati.

Hæc breuiter dicere volui de horrenda illa ſeditione Monaſterienſi, quò omnibus poſteris proponatur, vt falſam doctrinam & ſeditiones fugiant, & in timore Dei viuentes, veræ doctrinæ & paci ſtudeant. Reliqua vide in Anabaptiſtis Qui plura adhuc de hac re volet, legat doctam illam Guilhelmi Paradini, noſtri temporis hiſtoriam. Item librum decimũ hiſtoriæ Ioannis Sleidani, qui de Anabaptiſtis totus conſcriptus eſt.

Atrox de cõſiliarijs Ioã. de Leiden ſupplicium.

IOANNES OECOlampadius. 18.

IOannes Oecolampadius Sacramentariorum dux fuit, eorum videlicet hæreticorum, qui hac noſtra tempeſtate Lutheri occaſione ab eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Luthero cõtraria. Hic ergò anno Dom. 1525. Carolo V. huius nominis Cæſare Germano Imperante, & Clemente ſeptimo ſummum põtificatum agente, primus omnium cum Vdalricho Zuinglio, ſcriptis libellis damnatum Berengarij errorem Baſileç renouare

uare auſus eſt, in participatione cœnæ Dominicæ non diſtribui verum corpus & ſanguinē Chriſti. Tametſi anno ſuperiori idē hoc odioſum argumentum inſanus homo Andreas Caroloſtadius iam antea propoſuerat.

Sectæ Sacramentariorū q̄ variæ.

De hoc Ioanne Oecolampadio ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. Cæterùm, inquit, hæc Sacramentariorum doctrina, tam fuit vel a ſui exordio variè diſſecta, vt intra biennium in ſex aut ſeptē ſectas fuerit diſſipata, quemadmodum inquit Lutherus ſermone ſuper Sacramēto, Haganoæ anno 1527. habito. Immo infinita penè eſt hac in parte (aiunt Bremenſes concionatores ad Vueſtphalum, confeſſione de ſancta Euchariſtia) opinionum varietas apud eos. Vndè fit, vt varia etiàm ſortiantur nomina. Iſtorum quidam ſunt dicti Oecolampadiani, à Ioanne Oecolampadio Brigittano apoſtata, qui vt ſuum nomen varijs de Græco tranſlationibus audacia planè ſacrilega mutilatis & corruptis contaminauit: ita enim à magiſtris ſuis inter ſe diſcordibus diſſentientē, alij Sacramentariorum duces facilè obſcurârunt, tametſi affectatæ tyrannidis Eraſmus Roterodamus eum, vti & Zuinglium, accuſârit epiſtola ad Goclenium. Sanè qui illum Baſileæ nouerūt, teſtes ſunt, quantum imperij in magiſtratum ſibi vſurpârit. Qui eius nutibus non parebat, mox ordine mouebatur: qui eius auaritiam odiſſet, quòd domum domui, agrum agro copularet, non impunè ferebat. Eius metaphoram ſiue tropum, quo corpus Domini eſſe voluit pro figura & ſigno corporis, dudùm exploſam, nunc Petrus Martyr reuocare molitur, (à quo ſunt Martyriani) quòd Deum negant facere potuiſſe, vt vnum corpus ſit in pluribus locis.

Oecolampadiani.

Oecolampadius affectatæ tyrānidis accuſatus.

Mors Oecolāpadij ſubitanea.

Rurſùs idem Lindanus eodem Dubitantio, dialog. 1. Nunc, inquit, de Oecolampadij ſubitanea morte quid attinet commemorare? Quem aiūt ad vxoris latus in lectulo depræhenſum mortuum, ſiue ſub vitæ finem deſperâſſe, & ignitis Satanæ telis & haſtis confoſſum, vti Lutherus ait libro de Miſſa priuata, ſubitò perijſſe, Alij ſuis ipſius ſuorumve manibus clàm eſſe peremptum, animamq; effudiſſe ſcribūt. Quos omnium execratione bonorum refutandos putauit Simon Grynæus in eius vita, & Tigurini ſua Confeſſione vaniſſimam illam (vt aiūt) Lutheri calumniam. Hæc Lindanus.

Errores Oecōlampadij.

1. Eius errores ſunt huiuſmodi: Primò docet cum Manichæis, nullo pacto bellum eſſe gerendum. In hoc tamen differt à Manichæis, quòd Moſen eorum more non reprehendit, quòd bella geſſerit, quoniā, inquit, tunc temporis Dei aut iuſſu aut permiſſu præliari licebat. Nunc verò (ait) cùm Chriſtus bellum prohibuerit, iam amplius non licet Chriſtianis vllo modo bellum inire & conflictari.

Cōtra ſacramentū Euchariſtiæ.

2. Negat verum Chriſti corpus realiter in Sacramento Euchariſtiæ ſub panis, & ſanguinem ſub vini ſpeciebus contineri. Is enim ea verba Chriſti quibus quotidiè id ſacramentum conficitur, ſcilicet, HOC EST CORPVS MEVM, ſic exponit, id eſt, hoc ſignificat corpus meum: vel, hoc eſt figura corporis mei. Vt autē hoc clariùs pateat, verba eius referam. Tempus eſt, inquit, vt accedamus ad id in quo ſtatus eſt ſermonis: nempè vt probemus verba cœnæ Dominicæ eodem tropo dicta, quo illa quæ Apoſtolus dixit, Petra autem erat Chriſtus: hoc eſt, petra ſignificabat Chriſtum, vel erat figura Chriſti. Nā in hoc, totum diſſidium eſt. Si enim hyparticôs & ſubſtantiuè abſq; tropo expoſuerimus, Eſt: aſſeremus corpus Chriſti in altari non tantùm ſacramentaliter, vt vocant, ſed tam verè ac in cælo eſt, adeſſe. Sin noſtra conuenit expoſitio, de tranſſubſtātiatione, vel de conſubſtantiatione (vti liceat aduerſariorum verbis) ſuſpicandum nihil. Ità ſæpè ex minimis verbulis ſummæ quæſtiones emergunt. Neq; in hoc contenderim, ſi quis per corpus magis figuram corporis intelligi, quàm verbum Eſt, velit per Significat, interpretari, Nam idipſum mihi arridet: vtrunq; tamen probo, eò quòd eundem ſenſum reddit, ſiue Eſt, Significat interpreteris, ſiue corpus figurā & ſacramentum corporis. Nos ſenſum, non verba, quærimus. Hucuſquè Oecolampadius.

1. Cor. 10.

3. Et quia dicebat Chriſtum in Euchariſtia minimè contineri, ideò eam nullo pacto adorandam eſſe contendebat: cri-

men

men idololatriæ ob hoc illis impingens, qui eam vlla ratione aut venerarentur, aut adorarent.

Contra libe rũ arbitriũ.

4. Dicebat item cũ Luthero & Melanchthone, hominis arbitrium non eſſe liberum: illud non agere, ſed pati citiùs contendens.

Contra ſanctorum venerationẽ.

5. Dicebat deniquè ſanctos non eſſe ab hominibus honorandos, neque eos orare oportere: idque potiſſimùm in ea, quam ſuper Iſaiam prophetam edidit, expoſitione ſæpiſſimè inculcat. De hac re vide plura in Vualdenſibus, Vuicleffitis, Huſſitis, Bohemis, & Luthero, qui omnes cum Euſtathio & Vigilantio in hunc lapidem offenderunt.

IOANNES SPANGE- *bergus.* 19.

Ioãnis Spãgebergi hæreſes.

IOannes Spangebergus ex Lutheranorum familia fuit: emerſitque Caroli quinti Imperatoris Germani, & Pauli tertij Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1536. Hic libro quodam à ſe edito, quem Margaritam Theologiæ inſcripſit, aſſerit nihil eſſe bonum & Deo gratum, niſi quod ab illo mã datum atq; præceptum eſt. In eadem enim Margarita, titulo de conſilijs, de paupertate verba faciens, vbi quæſtionem ſibi propoſuit, eidem reſpondet in hæc verba: Quotuplex eſt deſertio facultatum? Duplex. Altera fit noſtra electione ſine mandato Dei, de qua Matthæi quintodecimo dicit Chriſtus: Fruſtrà me colunt mandatis hominum. Altera, quæ habet mandatum Dei & vocationẽ: vt quum tyranni cogunt aut facultates amittere, aut ab Euangelio diſcedere, aut deficere. Hanc laudat Chriſtus: Qui reliquerit, inquit, agrum, domum, & cætera propter Euangelium, hoc eſt, propter confeſſionem Euangelij, centuplum recipiet. Hæc ille.

Marc 15.

Mat. 10.

Contra bona opera & meritum.

2. Dicit item eodem libro, titulo de bonis operibus, nullum humanum opus, quantumlibèt bonum, eſſe vitæ æternæ meritorium, neque ad vitam æternam aſſequendam neceſſarium. Cuius verba ſunt huiuſmodi: Nequaquàm ſentiendum eſt, quòd propter dignitatem & munditiam bonorum operum, detur vita æterna. Sed eſt beneficium gratuitum, & datur per miſericordiam propter Chriſtum. Et ratio eſt, quia noſtra obedientia ſemper adhuc eſt immunda, nec placet propter ſeipſam, ſed placet propter CHRISTVM. Et aliquibus interiectis, ſubdit: Nec eludi nos ſinamus cauillatione, quæ fingit ſynecdochen, videlicet etiàm ſi bona opera non ſint totale meritum, tamen eſſe aliquod partiale, & minùs principale meritum: quia ſic niteretur fides illo partiali, quod eſt impoſſibile. Eſt enim contradictio, ſtatuere quòd gratìs accipiamus vitam æternam per miſericordiam propter Chriſtum, & imaginari quòd noſtra obedientia mereatur vitam æternam. Et poſt pauca iterùm ait: Sic ergò ſentiendũ eſt, etſi noſtra obedientia non eſt meritum vitæ æternæ, nec propter eam ſaluamur, ſed propter Chriſtum gratìs: tamen eſt debitum quod neceſſario ſequi debet, & meretur præmia corporalia & ſpiritualia, quæ partim in hac vita, partìm poſt hanc vitam reddentur. Hæc Ioannes Spãgebergus. Quibus quidem verbis fatetur neceſſaria opera ad vitam æternam conſequendam, cùm ait obedientiam eſſe debitum quod neceſſariò ſequi debet, illamque mereri præmia corporalia & ſpiritualia, tamen apertè negat illam mereri vitã æternam. Eadem dixiſſe Caluinum ſuprà retulimus, ſed aſſertione vtriuſq; & mendaci & contradictoria.

3. Docet etiàm in eadem Margarita Theologica, titulo de pœnitentia, nullum peccatorem iuſtificari poſſe, niſi ſe eſſe iuſtificatum crediderit: nimirùm quia illa fides illi deſit, quæ (vt exiſtimat) eſt pars pœnitentiæ. Eius verba ſunt eiuſmodi, vt primò dicat, duas eſſe tantùm pœnitentiæ partes, videlicet contritionem & fidem: Deindè quærens quid ſit fides pœnitentiæ pars, reſpondet in hæc verba: Eſt fiducia qua credit vnuſquiſque ſibi remitti peccata propter Chriſtum gratis.

Contra iuſtificationem.

Hæc fides ſtatuere debet in ſpecie ſibi remitti peccata. Et rurſùs titulo de operibus, quæſtione quinta: Non poteſt, inquit, fides exiſtere cum mala conſcientia, quia fides eſt fiducia, quòd Deus ſit nobis pro-

Fidei diffinitio omnium ferè noſtri temporis hæreticorum.

propitius: mala conſcientia iudicat contrarium. Item, qui non agunt pœnitentiam, ſed indulgent vitioſis cupiditatibus, non retinent fidem. Et eodem libro, titulo de fide: Fides, inquit, non tantùm eſt notitia hiſtoriæ de Chriſto, ſed eſt vera fiducia cordis, quæ aſſentitur promiſſioni Euangelij, præcipuè autem ſignificat fiduciam miſericoriæ promiſſę propter Chriſtum. Hæc ille.

IOANNES VVICLEFfus. 22.

IOannes Vuicleffus, à quo Vuicleffitæ hæretici, Anglus fuit natione, profeſſione ſacerdos, & artium magiſter, ingenio quidem valdè acri, & eloquentia non mediocri: multaque ſcripſit volumina, quibus eccleſiam Catholicam non modicùm inſectatus eſt. Nam in illis varia & & impietate plena dogmata ſparſit, de iure tum diuino tum humano, de eccleſia, de monachis, de cæremonijs, de decimis, de obedientia, & alijs multis quæ infrà ordinè dicentur. Floruit autem tempore Caroli quarti Germani Cæſaris, & Clementis ſexti ſummi Romanorum antiſtitis, circiter annum Domini 1352. Contra hunc & ſuos aſſeclas Thomas Valdenſis ſcripſit anno 1410.

Ioānis Vuicleffi vita.

De hoc Ioannes Nider in form. libr. 3. ſcribit in hunc modum: In Anglia, inquit, infrà ſexaginta annos viuebat quidam ſacerdos ſecularis, artium profeſſor, acer ingenio & eloquentia lepidus, ſed errore, ſcriptis, & vita nedùm hæreticus, ſed & hæreſiarcha, Ioannes Vuicleff dictus: qui ſuis libellis in Anglica & Latina doctrina noua editis, rempublicam ſubuertere molitus eſt, & cuius articuli valdè occulti ſunt. Hieronymus de Praga in Anglia ſtudēs, huius venenum auidè hauſit, & poſteà Pragæ copioſè effudit. Hæc ille. Tandèm verò Deo miſerante apud Conſtantiam generale concilium coactum eſt, pro totius eccleſiæ per huius hæretici impiam doctrinam iamiam diſſipatæ reunione atque reformatione: in quo inter reliqua ibidèm acta, quadragintaquinque articuli ex eius libris excerpti, condemnati fuēre. At verò quoniam tunc temporis idem Vuicleffus iam vita functus erat, habita priùs diligenti & accurata examinatione ſuper eius finali impœnitentia ac peruicacia, concilium cenſuit eundem Ioannem fuiſſe hæreticum, idcoque eius oſſa iuſſit (ſi quoquo modo ab alijs fidelium corporibus poſſent diſcerni) effodi & exhumari, atque extra eccleſiam proijci. Hæc porrò omnia in octaua eiuſdem concilij ſeſſione acta fuēre. Eiuſmodi autem articuli ſunt hi:

Articuli Ioannis Vuicleffi cōdemnati in cōcilio Conſtantienſi, numero 45.

1. Subſtantia panis & vini materialis poſt conſecrationem remanent in Sacramēto Euchariſtiæ.
2. Accidentia panis & vini non manent ſine ſubiecto in eodem ſacramento.
3. Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identicè & realiter in propria pręſentia corporali.
4. Si epiſcopus vel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, non baptizat.
5. In Euangelio ſundatum non eſt, Chriſtum Miſſam inſtituiſſe vel ordináſſe.
6. Deus dedit obedire diabolo.
7. Si homo debitè contritus fuerit confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.
8. Si Papa malus eſt, & per conſequens membrum diaboli factus, ſuper fideles poteſtatem non habet ab aliquo ſibi datam, niſi fortè a Cæſare.
9. Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in ſummum pontificem, ſed more Græcorum viuendum eſt moribus proprijs, ſine vlla coactione ſuperioris imperantis.
10. Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.
11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſì priùs illum ſciat excommunicatum à Deo: & qui aliter excommunicat, ex hoc efficitur hæreticus & excommunicatus.
12. Prælatus excommunicans clericum, qui ad regem vel regis Concilium prouocauit, ipſe proditor eſt regis & regni.
13. Qui propter excommunicationem hominum concionari deſinunt, vel audire

re Dei verbum, ſunt re ipſa excommunicati, & in die iudicij proditores Chriſti habebuntur.

14. Licet cuiuis diacono vel presbytero prædicare verbum Dei abſq; ſedis Apoſtolicæ ſiue epiſcopi catholici permiſſu & authoritate.

15. Domini temporales ad arbitrium ſuum poſſunt bona temporalia ab eccleſia auferre, ijs qui ea poſſident, habitualiter, id eſt, non ſolùm actu, ſed habitu, delinquentibus.

16. Populares & ſubditi poſſunt pro arbitrio ſuo dominos delinquentes corrigere.

17. Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, quas etiàm parochiani poſſunt, propter ſuorum prælatorum peccata, ad libitum ſuum illis auferre.

18. Speciales orationes vni perſonæ per prælatos vel religioſos applicatæ, non plùs illi proſunt, quàm generales, cæteris paribus.

19. Ille qui Fratribus religioſis eleemoſynam confert, eo facto excommunicatus eſt.

20. Si quis religionem priuatam, qualiſcunq; ſit, ſeu poſſeſſiones habentium, ſeu mendicantium ingreditur, hoc facto ad Dei mandatorum obſeruationem redditur ineptior & inhabilior.

21. Sancti qui religiones priuatas inſtituerunt, ſic eas inſtituendo peccauerunt.

22. Religioſi in religionibus priuatis degentes, à religione Chriſtiana excluduntur.

23. Fratres religioſi manuum labore ſibi victum comparare tenentur, & nō per mendicationem.

24. Qui fratribus religioſis in temporalibus ſubueniunt, omnes ſunt Simoniaci tū etiàm religioſi ipſi, qui ſe pro illis orare vouent & adſtringunt.

25. Oratio præcisè nulli valet aut prodeſt.

26. Omnia abſoluta neceſſitate eueniunt.

27. Confirmatio, ieiunium, clericorum ordinatio, locorum conſecratio reſeruantur Papæ & epiſcopis, ob lucri temporalis & honoris ambitionem.

28. Vniuerſitates, ſtudia, collegia graduationes, & magiſteria, ab eiſdem Papa & epiſcopis ſunt vana gentilitate introducta, & non plùs eccleſiæ proſunt, quam diabolus.

29. Excommunicatio Papæ vel cuiuſcunque Prælati, non eſt metuenda, quòd cenſura ſit Antichriſti.

30. Clauſtra fundantes, & ea ingredientes, peccant, & ſunt viri diaboli.

31. Clerum ditare, eſt contra regulam Chriſti.

32. Syluester Papa & Conſtantinus Imperator, errârunt eccleſiam dotando.

33. Quotquot ſunt ex mendicantium ordine, ſunt hæretici, & qui eis eleemoſynas erogant, ſunt excommunicati.

34. Religionem aut aliquem ordinem ingredientes, inhabiles ſunt ad diuinorū præceptorum obſeruationem, & ex conſequenti ad regni æterni conſequutionē, niſi ab eo ſtatu reſilierint, aut prorsùs defecerint, vel exciderint.

35. Papa cum omnibus ſui ordinis poſſeſſiones habentibus, ſunt hæretici, eò quòd contra ius diuinum poſſeſſiones habeant, & non ſolùm ij, ſed omnes qui illis côſentiunt, Domini videlicet ſeculares & laici.

36. Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſatanæ, nec eſt Papa immediat⁹ vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

37. Epiſtolæ decretales ſunt apocryphæ, abducuntq; à Chriſti fide quamplurimos, ex quo ſtulti habentur clerici, qui eis operam dant.

38. Imperator Conſtantinus cæterique temporales Domini, vt eccleſiam bonis temporalibus dotarent, à diabolo ſeducti fuerunt.

39. Electio Papæ à Cardinalibus, eſt à Cacodæmone introducta.

40. Credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias, non eſt de neceſſitate ſalutis.

41. Error eſſet non minimus, ſi quis per Romanam Eccleſiam intelligeret vniuerſalem Eccleſiam, aut concilium generale, aut primatum ſummi pontificis alias particulares excellere.

42. Fatuum eſt, credere indulgentias Papæ & epiſcoporum aliquid momenti habere.

43. Iuramenta quæ fiunt ad humanos contractus & commercia ciuilia roboranda, illicita ſunt.
44. Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus, niſi pœnituerint, damnati ſunt, quòd religiones & inſtituerint, & intrârint, & poſſeſſiones temporales eas habere voluerint & permiſerint.
45. Ex quo concludendum, à Papa vſque ad vltimum religioſum, omnes fore hæreticos, & omnes religiones indifferenter introductas eſſe à diabolo.

Hæc ſunt impia illa ſceleſti Vuicleffi dogmata, à concilio Conſtantienſi damnata. De hoc vide plura in Sacramentarijs.

IOANNES DE ROCſeſana. 21.

IOannes de Rocſeſana (authore Aenea Syluio, libro de origine Bohemorum) ſucceſſor fuit & aſſertor maximus erroris Vuicleffi & Ioannis Huſſi, Sigiſmundi Imperatoris Germani, & Martini quinti ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annū Domini 1430. Eſt, inquit Aeneas Sylvius, oppidum Pragenſis eccleſiæ, cui Rocſeſana nomen eſt. Ex hoc loco puer obſcuris parentibus, ſenſuque tenuiſſimo natus Ioannes nomine, Pragam venit, mendicatuque victum quærıtans, grammaticam & dialecticam didicit, fuitq; Iacobelli auditor. Presbyter ordinatus, verbum Dei prædicare Pragenſibus cœpit, & pſeudo eorum Apoſtolus factus eſt.

Ioannis de Rocſeſana hæreſes.

1. In concilio Baſileenſi inter alia deteſtabatur imagines in eccleſijs.
2. Dicebat quoquè laicos ſub vtraque ſpecie communicare debere. Contra quem Ioannes Rhaguſius patriarcha ordinis fratrum Prædicatorum diſputauit.
3. Addidit prætereà Dei eccleſiam ex ſolis prædeſtinatis & in gratia exiſtentibus conſiſtere, & quòd mali ad eam non pertinerent. Cumque ad concilium Baſileenſe cum ſuis aſſectatoribus Bohemis veniſſet, & vt à ſua impia ſententia reſiliret, fuiſſet à patribus admonitus, & ſanæ doctrinæ acquieſceret, id ei nunquàm perſuaderi potuit: ſed velut filius inobediens & pertinax, cum ſaluo conductu illinc cum ſuis receſſit. Indeque mente ſuperba & vana opinione inflatus, in dies peior & venenoſior efficitur: adeò quidem, vt monachos dæmones nouos appellaret, aſſerens eos in hoc quotidiè incumbere, vt nos à veritate auerterent, & abducerent.

Deteſtatur monachorū ordinem.

IOANNES VVESTphalus. 22.

IOannes Vueſtphalus ſeu de Vueſtphalia ſuperiore, Germanus natione fuit & profeſſione doctor theologus, diuerſis in locis concionator inſignis habitus, ſed interim Lutheri hæreſi admodùm infectus. Qui cùm multos libros compoſuiſſet, ob varias hæreſes in eis repertas, ex Inquiſitorum hæreticæ prauitatis ſententia, Moguntiæ exuſti ſunt, tempore Caroli huius nominis quinti Cæſaris Germani, & Clemētis ſeptimi ſummi Romanorum pontificis, circa annum Domini 1533.

Errores autem quos in iudicio interrogatus proprio ore confeſſus eſt, ſunt huiuſcemodi.

Ioannis Veſtphali errores.

1. Dicebat inprimìs, quòd ſpiritus ſanctus procedat à filio, non haberi expreſsè in ſacra ſcriptura.
2. Quòd eccleſia Chriſti poteſt errare, & errauit, nec tanta ſit eius authoritas & certitudo, vt errare non poſſit.
3. Dicebat etiàm hunc Athanaſij verſiculum, quem in ſymbolo ſuo protulit, Sicut anima rationalis & caro &c. erroneū ac falſum eſſe.
4. Quòd concilia generalia non ſunt congregata in ſpiritu ſancto.
5. Quod non omnes tenentur ſanctionibus conciliorum obedire.
6. Quòd pontifex Romanus legitimè inſtitutus, non ſit vicarius Chriſti.
7. Quòd Apoſtoli & eorum ſucceſſores prælati eccleſiæ, non habent à Chriſto authoritatem canones ſeu leges condendi.
8. Quòd prælatis non licet nouæ legis tempore conſilia per Chriſtum data pro præceptis ſtatuere, quò iugum Chriſti amarum faciant, & onus Euangelij graue

hac

hac quidem ſententia damnans quaſcun que religiones & regulas per ſanctos patres inſtitutas, & à ſede Apoſtolica approbatas.

9. Dicebat quoq; omnes presbyteros & epiſcopos eſſe æquales dignitate & authoritate, & quòd vel potentia diuitiarũ, vel paupertatis humilitas, inferiorem vel ſublimiorem epiſcopum faciat.

10. Item quòd vnus epiſcopus ſit ſupra alios, & Papa ſupra omnes, non à Chriſto, ſed hominum electione conſtitutum eſſe.

11. Dicebat rurſùs nullos vnquàm Chriſtianos, quantumcunquè doctrina exculti fuerint, habuiſſe authoritatem exponendi verba Chriſti, immò nec ipſammet vniuerſalem Eccleſiam id facere potuiſſe.

12. Item confeſſus eſt nullum eſſe peccatum originale, nec paruulos recenter natos, aut etiàm conceptos illud contrahere, nec credendum eſſe Auguſtino hoc aſſerenti.

13. Rursùs quòd nulla ſit rationabilis cauſa, qua adduci debeamus ad inſtituendam legem continentiæ clericorum.

14. Tum quòd Chriſtus nullum inſtituit ieiunium quadrageſimale, nec ieiunio ſuo quadraginta dierum dedit exemplum ieiunandi: immò neminem teneri famem ſufferre propter ieiunium, eò quòd hac occaſione vitam ſuam immineret.

15. Dicebat demùm aquam ſacram, quã luſtralem nominamus, non pluris eſſe virtutis & efficaciæ, quàm aliam quamuis & communem aquam.

16. In eo tractatu, quem de indulgentijs eccleſiæ inſcripſit, aſſerit theſaurum meritorum ſanctorum non poſſe per Papam diſtribui: nec etiàm penſationem pœnarum pro peccatis debitarum, poſſe fieri per pœnas quas ſuſtulit CHRISTVS: & quòd Indulgentiæ ſunt piæ fraudes fidelium.

17. Item publicè concionatus eſt ſermone quodam, quem de paſſione CHRISTI in die Paraſceues aliquando habuit, in hæc verba: Crucifixerunt, inquit, eum. quis autem ſcit, an funiculis ipſum alligauerunt cruci, an clauis affixerunt?

Hi ergò ſunt articuli, qui (authore Bernardo de Luxemburgo ſacrarum literarum profeſſore, Ordinis Prædicatorij in ſuo Catalogo hæreticorum) per fratrem Gerardum de Elthen inquiſitorem fidei, & patrem Iacobum Sprenger, doctores itidèm ſacræ paginæ, eiuſdem Ordinis Prædicatorij, conuentùs Colonienſis, ex Ioannis de Vueſtphalia libris excerpti ſunt.

IOANNES DE ZISCHA. 13.

IOannes Ziſchanus ſeu de Ziſcha, Huſſitarum hæreticorum capitaneus, nobili genere natus, ſed ingenio malo prauoq;, emerſit Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Ioannis 23. ſummi Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 1411. Hic aliquot annis in regia aula à pueritia educatus fuit, altero quidem orbatus oculo, quem pugnans ibidèm amiſit. Sicque effectum, vt cæcorum exercitus, cæcum ducem ſequeretur. Cumq; militum ordinibus longo tempore præfuiſſet, eoque ductore Bohemi ſemper redirent ex prælio victores, angelum de cælo miſſum in hoc homine loqui ſunt tandè arbitrati: ſed quàm falsò & temerè, rei euentus plùs ſatis pateſecit. Infectus nanque Huſſitarum veneno, rapinarum auidus, ità in Dei eccleſiam ſæuijt, vt Crucifixi imagines vbicunquè locorum repericbat, perfringeret. Carthuſienſes apud Pragam in fugam adegit, eorumque monaſterium funditùs deleuit. Poſt quę omnia tandèm peſte tactus, animam infelicem exhalauit. Cumque ægrotans rogaretur ab amicis, vbinàm ſepeliri vellet, ferunt illum iuſſiſſe ſuis, vt cadaueri ſuo pellem adimerent atque detraherent, carnes autem volucribus & feris obijcerent: ex eadem pelle tympanum facerent, eoque duce belligerarent: futurum vt arriperent fugam hoſtes, quamprimùm eius tympani ſonitum intelligerent.

Bohemorũ cæcitas & faſcinatio.

Ioannis de Ziſcha inſania circa ſacras Chriſti & ſanctorũ imagines.

IOANNES ROATIVS. 24.

IOannes Roatius, Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Iohannis vigeſimitertij huius nominis ſummi Romanorum pontificis extitit temporibus, circa annū Domini 1412. Hic porrò (authore Aenea Syluio lib de origne Bohemorum, ca. 2.) nobili quidem loco natus fuit, vt iam dictus Ioānes de Ziſcha, ſed ingenio malo, & mente peſſima. Non longè autem a montibus Cuthnis intrà ſyluas caſtellum ædificauit, quod montem Sion appellauit, aſſerens ex eo loco veritatem aliquandò prodituram, quæ gentem Boihemiticam libertate donaret. Vicinis infeſtus, prædas agitabat, inſtantibus nonnullis baronibus, quibus pax noxia, bellum ſalubre videbatur. Cumque itinera quæque infeſta redderet, Sigiſmundus Imperator eius caſtrum obſideri iubet. In qua obſidione capitur caſtrum, & ipſe Roatius cum latronibus qui illi fauebant, & in quocunque flagitio eum comitabantur, circiter triginta, in vincula Pragæ coniectus, ſuſpendio tandèm vitam finiêre dānati ad furcas, in quarum ſublimiori Roatius appenſus eſt. Reliqua vide infrà in Medio ſacerdote, qui ex eorundem latronum & hæreticorum numero vnus erat.

Caſtrum Ioannis Roatij ſicariorū omnium receptaculū.

Roatius cū ſuis aſſectatoribus in crucē actus.

IOANNES PRAEMONſtratenſis ordinis monachus. 25.

DE hoc Ioanne Præmonſtratenſi idem Aeneas Syluius eodem libro de origine Bohemorum, ſcribit in hunc modum: Per idem fermè tempus ſurrexit & alius pſeudoſacerdos apud Pragam Ioannes nomine, ex ordine Præmonſtratenſium impius monachus, & ad omne ſcelus audax. Qui cùm apud ſanctū Stephanum in Piſcina concionaretur, neque eum audienti populo benè ſapere de doctrina Chriſtiana videretur, indè abactus, monaſterium Carmelitarum inuaſit: & cùm hæretici inſultum facerent contra conſules ciuitatis, & ſeptem ex eis ex altiſſimis feneſtris in forum præcipitati eſſent, dirum ſpectaculum præbuêre, ſtante in eodem foro Ioanne monacho, & ſacrum Chriſti corpus ſanguinario populo oſtentante. Puto verò eum exortum fuiſſe Sigiſmundi Imperatoris & Ioannis 23. ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1412.

Hæreticorū inſultus cōtra cōſules Pragenſes duce Ioanne monacho Præmōſtratenſi.

IOANNES DE POliaco. 26.

IOannes de Poliaco Theologus Pariſienſis, varios ſeminauit errores circa audientiam confeſſionum auricularium, tempore Ludouici Bauari Cæſaris Germani, & Ioannis vigeſimiſecundi huius nominis, circa annum Domini 1323. Qui ab eodem Papa etiàm damnatur in Extraua. cap. Vas electionis. Et quo cogēte, à ſententia deductus eſt, & iuſſus palinodiam canere.

Errores Ioannis de Poliaco.

1. Aſſerebat autem ille primùm, fratribus mendicantibus confitendum non eſſe de peccatis: quod ſi quis hoc feciſſet, ad paſtorem & curionem redeundum, eaq; iterùm eidem confiteri oportere, tanquā proprio ac peculiari ſacerdoti.

2. Secundò, dicebat quòd ſtante ſtatuto, Omnis vtriuſque &c. Romanus pontifex non poteſt facere quin parochiani teneantur quotoquoque anno proprio ſacerdoti omnia peccata ſua confiteri: immò nec Deus ipſe (inquit) id efficere poteſt, eò quòd illud contradictionem implicet.

3. Tertiò, quòd Papa non poteſt dare generalem poteſtatem confeſſiones audiendi, quin nec Deus ipſe, ſed confeſſus habenti generalem facultatem & licentiam, tenetur rurſùs proprio ſacerdoti confiteri, quem parochialem curatum ſeu curionem appellat. Qui omnes articuli ſunt falſi, erronei, & à ſacra doctrina deuij, & authoritate Apoſtolica damnati.

IOANNES PHILOponus Alexandrinus grammaticus. 27.

IOannes Philoponus Monophyſitarū & Tritheitarū hæreſum dux fuit, Phocæ Imperatoris, & Sabiniani Romano-

norum pontificis temporibus, circa annum Domini 1504.

Ioannis Philoponi hiſtoria.

Huius Ioannis Philoponi hiſtoria à Nicephoro Calliſto ad viuum deſcripta eſt eccleſiaſticæ ſuæ hiſtor. lib. 18. cap. 46. in hunc modum: Porrò, inquit, hæreſis iſta Monophyſitarum exquiſitior ſubtiliorq́; alijs fuit, quòd authores defenſoresq́; habuerit viros ſapientes, & potiſſimùm Ioannem Philoponum, qui in Ariſtotelis perplexitatibus maximè deſudauit. Sed de eo, quis fuerit, latiùs dicendum eſt. Is genere fuit Alexandrinus, & philoſophus ſummus. Quanuis autem ſtylo dictioneque ſua nō admodùm ſit laudatus, in diſputationibus tamen, argumentorumq́ & demonſtrationum probationibus, ſanè quàm fuit admirandus, in Platonis & Ariſtotelis doctrina maximoperè verſatus. Quapropter eorum, potiſſimùm verò Ariſtotelis obſcurè dictorum luculentiſſimas reliquit enarratiões, quæ hodiè quoquè extant. Hic etiàm impio Sergio Cōſtātinopolitanę tū eccleſiæ hierarchæ, admonitus ab eo, vt hæreſim huiuſmodi cōſtitueret, librum acutiſſimum compoſuit, qui διαιτητὴς, hoc eſt, arbiter, ſiue de vnione inſcriptus, decem capitulis omnem eā hæreſi contexit. Ad comprobandum autem piaculare ſuum dogma, omnem ꝑrſùs accuratiſſimè mouit philoſophiam. Multa prætereà alia ſcripta Philoponus iſte edidit, & Græcos & hæreſes reliquas, & ad alios quoſdam, in quibus hæc etiàm impium dogma inſtituens, refert: Omnia hæc ſenſui atque oculis ſubiecta corpora, iuxta materiam & formam, ex eo quod non eſt, in id quod eſt, producta, à Deo ſunt: corruptibiliaq́ue ſunt, & corrumpūtur, ſecundùm materiam & formam. Pro hiſce verò corporibus corpora alia viſibilibus iſtis longè præſtantiora, incorruptibilia & ſempiterna à DEO conduntur. Ad hæc, conſummationem ſiue interitum viſibilis huius mundi, ac rurſùm noui mundi creationem alteram, aſſerit. Statuit etiàm mortuorum reſurrectionē eſſe, rationalium videlicet animarum cū corruptibili corpore indiſſolubilem vnionem.

Ibi. cap. 47. ſequenti.

Sergius Cōſtantinopolitanus epiſcopus admonet Ioānē Philoponū, vt librū edat de hæreſi Monophyſitarū.

Ioānis Philoponi acutè quidem, ſed nō rectè dictum.

Quibus ſententijs renitens Conon, ipſum iuxtà & lucubrationes eius, ſicuti à me dicetur, reiecit: quanuis eas anteà receperit. Conon ipſe corpora dixit non ſecundùm materiam, ſed tantùm iuxta formam occidere, eaq́ue denuò conformari, præſtabiliorem ſpeciem materia ipſa recipiente. Mundi ille quoquè creationem iuxta materiam & formam, interitum autem eiuſdem iuxta formam ſolummodò, non autem ſecundùm materiam, fore dicit. Reſurrectionem verò mortuorum, eſſe corporis iſtius cum anima rationali vnionem indiſſolubilē decernit.

Conon aduerſarius Philoponi.

Enimuerò Philoponus præter ea quæ diximus, hæc quoquè philoſophatur, ſeu potiùs, vt veriùs dicam, nugatur. Itaque natura quælibet non ſimpliciter id, quod eſt, dicitur, ſed dupliciter. Vno enim modo, cùm communem cuiuſlibet naturæ rationem ipſam per ſeipſam contemplamur, veluti hominis aut equi naturam in nullo indiuiduorum extantem: Alio verò modo, quum eam ipſam communē naturam in indiuiduis exiſtentem, & particularem, maximè in quolibet eorū ſubſiſtentiam recipientem, neque cuipiam alij, præterquàm illi ipſi ſoli decætero cōuenientem conſideramus. Quod nanque in me eſt animal rationale & mortale, nulli reliquorum hominum cōmune eſt. Neq; quæ in hoc ipſo animante eſt natura, in alio quopiam fuerit. Quòd verò has ipſas notiones de naturis & ſubſiſtentijs eccleſiæ doctrina habeat, ex eo conſtat, quòd naturam quidem patris & filij & ſpiritusſancti profitemur, tres autem horum ſubſiſtentias ſiue perſonas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadam à reliquis diſcernitur. Quænam etenim ſit natura vna diuinitatis, quàm communis diuinæ naturæ ratio, ipſa per ſeipſam conſiderata, & nuda contemplatione à proprietate cuiuſque diſcreta? Et quòd propriè & peculiariter rurſùm naturæ in quolibet indiuiduorum ſiue ſubſiſtentiarum communem, propriam atque peculiarem cuiuſlibet factam, quæ nulli deincèps alij, quod ſub communem ſpeciem cadat, coaptari poſſit, contemplamur, ex eo patet, quòd in dua-

Eiuſdē Philoponi ſubtiles nugæ de ſententia Monophyſitarum.

bus

bus Chriſti naturis vnionem, diuinitatis, inquam,& humanitatis, docemus. Non enim communem, quam in ſancta Trinitate conſideramus diuinitatem, incarnatam eſſe dicimus, (ſic etenim & patris & ſpiritûs ſancti incarnationem prædicaueremus) ſed neque communem humanæ naturæ rationem vnitam eſſe Deo verbo opinamur. Eo nanque pacto, & qui ante verbi aduentum extiterunt, & qui poſteà futuri erant, hominibus omnibus, vnitum eſſe Dei verbum rectè dicatur. Cæterùm ſatis liquet, nos hic diuinitatis naturam dicere eam, quæ eſt in ſubſtantia verbi, non communis diuinitatis naturam. Itaque etiàm vnam naturam Dei verbi incarnatam eſſe profitemur, diſcretè eam à patre & ſpiritu ſancto ſecernentes: ità vt hic quoque communem naturæ rationem, propriam iam Dei verbi eſſe intelligentes, verbi naturam incarnatam dicamus. Et naturam itidèm humanitatis vnitam verbo dicentes, particularem maximè illam ſubſiſtentiam, quam ſolam ex omnibus verbum aſſumpſit, ſentimus.

Cap. 41. Sed Philoponus cum ſectatoribus ſuis, communem humanam naturam, ipſamque etiàm diuinam, quam indiuiſibilem dicimus, in plurimas partitur perſonas, diſcernens eam, & ſingularìm indiuiduis tribuens, & tribus ſuperſubſtantialis naturæ ſubſiſtentijs diſpertiens. Id verò ipſum à rectè ſentientibus prorsùs eſt alienum: quemadmodùm hoc magnus in theologia vir Gregorius clariſſimè, in libro ad Euagrium monachū de diuinitate ſcripto, adſtruit. Quinetiàm poſt illum eruditi quidam homines, ea quæ perperàm à Philopono prolata ſunt, refellerunt. Et quum plerique alij ſcriptis ſuis ea oppugnârunt, tum Leontius monachus omnium maximè egregium librum triginta capitum cōtra illum conſcripſit, quo ſimul & hæreſim eam prorsùs euertit, & piam noſtram ſententiam valdè confirmat. Poſt hunc & admirandus ille diaconus atque referendarius Georgius Piſides, æqualis ſiue coætaneus illius, quanuìs ætate aliquanto iunior, Iambis pulcherrimis, quos ſcribere conſueuerat, cum dicta hæreſi cōgreſſus, rem ſeriam ludicro temperando, ad hunc modum refert, abſurditatem illius refutans:

Refutatores Philoponi.

Gregorius Nazanzen.

Leontius monachus

Georgius Piſides.

Vnam atque mox vnam lapillo computat.
At vnam & vnam fortè ſi vnam dixeris,
Pueri vel ipſi tale dictum riſerint.

Quod autem verſiculis his expreſſit, ſic habet: Profiteris, inquit, Philopone, philoſophorum omnium laborioſiſſime & ſapientiſſime, duas naturas in verbo vnitas eſſe: vnam diuinitatis, & vnam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conueniſſe, quomodo duas in vnam rursùs contrahis? Vna nanque & vna, duæ ſunt, non vna. Itaque ſi quis in eadem ſubiecta re, duo quædam prædicādo indicet, eaq; ipſa rursùm in vnum redigat, ridendum ſe meritò præbeat. Huc-uſquè Nicephorus. De hac hæreſi vide plura in Monophyſitis, & Theopaſchitis, & ſuprà in Iacobitis.

IOVINIANVS.
28.

Iouinianus, à quo Iouinianiſtæ hæretici, Rom. vrbis monachus extitit, ſed monachatu reiecto, multos errores in eccleſiam inuexit tempore B. Hieronymi, quem etiàm ille penitùs deuicit, ſub Theodoſio ſecundo Cæſare & Siricio maximo Romanorum pontifice, circa annū Domini 395.

1. Hic (teſte diuo Auguſtino libro de hęreſibus ad Quoduultdeum, cap. 82.) aſſerebat quoſcunque cibos quolibet etiàm die, ſine vllo delectu aut diſcrimine, omnibus licere, quanruml ibèt per eccleſiaſticas ſanctiones fuiſſent prohibiti. Iouiniani hæreſes.

2. Item omnes beatos pares eſſe in gloria, neque vllam fore in cælis præmiorum differentiam, eò quòd nullam diceret eſſe meritorum in hac vita diſparitatem: Adeò vt, ſimilitudine ducta, adſtrueret, quòd quemadmodùm iuſti pares ſunt in meritis & præmijs, ità omnes peccatores pares eſſe in peccatis & in pœnis. Vbi quidem ille, Stoicorum philoſophorum more, omnia peccata æqualia eſſe volebat.

3. Dicebat rursùs eos qui plena & integra fide per baptiſmum renati eſſent, non

poſſe

poſſe poſteà peccare, nec gratiam in eo baptiſmo ſemèl receptam, poſtmodùm amitti poſſe, nec ità à diabolo tentari, vt ab eo ſuperarentur.

4. Dicebat etiàm ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum: in cuius erroris confirmationem illud Pauli adferebat ab eo malè intellectum: Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. *1 Tim. 4.*

5. Liberum etiàm hominis arbitriũ tollit, cùm ait, eũ à gratia baptiſmatis ſuſcepta, non poſſe ampliùs peccare.

6. Diuus quoquè Auguſtinus libro de hæreſibus illi impingit, quòd dixerit beatam Dei genitricem fuiſſe à viro ſuo Ioſeph carnaliter cognitam poſt Chriſtum natum. Quod tamẽ illi non aſſcribit beatus Hieronymus, qui contra eum duos libros compoſuit.

Iouinianus licet omnibus ſuaderet matrimonium contrahere, nunquam tamẽ id facere voluit.

7. Docuit poſtremò virginitatem non eſſe apud Deũ maioris & excellentioris meriti, quàm coniugium, ſed pares dixit eſſe nuptias virginitati. Qua doctrina imbutæ multæ virgines Deo ſacratæ, prouectæ etiàm ætatis, poſthabito voto quod emiſerant, poſteà nupſerunt. Ipſe tamen Iouinianus licèt monachatum depoſuiſſet, vxorem ducere noluit: non quòd maius ſe apud Deum meritum habiturũ indè ſperaret, ſed ne nuptiarum pateretur moleſtias.

S. Thomas Aquinas.

Beatus Thomas eo tractatu quem cõtra detrahentes religioni edidit, cap. 6. in hunc modum de Iouiniano tradit: Sciẽdum eſt, inquit, hæreticum quendam fuiſſe Romæ antiquis temporibus, Iouinianum nomine, qui in hunc errorem lapſus eſt, vt diceret omnium baptizatorum, qui ſuum baptiſma ſeruarent, vnam in regno cælorum eſſe remunerationem: ex quo intantùm proceſſit, vt diceret virgines, viduas, & matrimoniò coniunctas, quæ ſemèl in Chriſto fuerunt lotæ, ſi non diſcrepent cæteris operibus, eiuſdem meriti eſſe. Et quòd inter abſtinentiam ciborum & perceptionem eorum cum gratiarum actione, nulla ſit differentia. Matrimonium per hoc virginitati adæquans, & conſilium de virginitate ſeruanda tollens atque euacuans.

De Iouinianiſtis noſtri ſeculi.

De Iouinianiſtis verò noſtri temporis ità ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. Iouinianus, inquit, virginitatem negabat præſtare matrimonio. Id Lutherus nouus euangeliſta ſuo probat epithalamio, quo plurimas deuotas Chriſto ſponſas in nefaria pellexit adulteria. Eius quoquè exemplum imitati plerique omnes Euangelicorum concionatores, ſuorum rei votorum, carnales amplexantur nuptias, obliti certam ipſos manere damnationem, quòd primam fidem Deo ſanctè promiſſam, irritam fecerunt, ac ſacrilegè violârunt. *1. Tim 5.*

ISINI. 29.

Iſinorum hæreſis.

Iſini, quemadmodùm ſuprà in Coptis diximus, hæretici ſunt Indiam incolentes, ſectam quidem per ſe habentes, & qui maiori ex parte in Aegypto ſubditione Soldani degunt. Hi porrò cùm ſuos infantes baptizant, eorum presbyteri ferro quodam igne candeſcenti & peracuto, ſignum crucis frontibus infantulorum velut characterem quendam imprimunt. Reliqua vide in Coptis.

IVDAS ISCARIOtes. 30.

Iudas Iſcariotes, hæreticorum omniũ Euangelicæ legis & à fide Chriſtiana defectorum primus fuit, diuo Hieronymo teſte, qui ſuper Matthæum de eo ſic ſcribit: Miſer Iudas ea infidelitate qua Dominum tradidit, putabat ſigna quæ viderat facere Saluatorem, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. *Hieronymus* Hic porrò (vt verbis Nicephori vtar, quibus in ſua hiſtoria eccleſiaſtica lib. 1. cap. 30. vtitur) ab ipſo Caipha ſummo illius anni põtifice, & improbo ſcribarum conſilio corruptus, & quaſi morbo auaritię corrept⁹, qui dicendorum tacendorumq; ac rerum prætereà omnium cum reliquis diſcipulis particeps à Seruatore fact⁹ fuerat, quũ alienum ſeipſum & expertẽ diuinæ gratiæ, per excellentem malignitatem ſuam reddidiſſet, poſt lotionem ipſam, atq; arcanorum ſacrorum initiationem, vitalẽque ipſum panem, viuus etiamdùm in poteſtatem inimici captus peruenit, cui ſe anteà quoquè voluntatis animiq; de- *Nicephorus*

ſtinatione dediderat. De quo item Alexāder Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, Alexandro Conſtantinopolitano ſcribens, apud Tripartitam hiſtoriam cap. 14. ita ait: Contriſtamur itaque pro Arrianorum, qui abdicati & anathematizati ſunt ab eccleſia, perditione, & maximè quia & ipſi aliquandò quæ eccleſiæ ſunt, audiērūt, & nunc ab ea prorsùs exiliērunt: non tamen admiramur Hoc enim & Hymenæus & Philetus paſſi ſunt, & ante eos Iudas: qui quum eſſet ſecutus Saluatorem, poſteà proditor factus eſt & apoſtata. Hęc ille.

Iudaiſtarū hæreſis.

Ab hoc autem Iuda exorta eſt hæreſis, authore Philaſtrio, quam nos Iudaiſtarū appellare poſſumus, eorum videlicet qui aſſerunt, Iudam bonum opus feciſſe cùm Saluatorem tradidit. Hic enim, inquiunt, nobis omnis ſcientię bonæ author extitit, per quem cæleſtia nobis myſteria manifeſtata ſunt. Virtutibus ſiquidem in cælo volentibus pati Chriſtum, & ſcientibus quod ſi fuiſſet paſſus, vitam hominibus daturus eſſet: quod ſciens itidem Iudas, nimirum quòd ſi fuiſſet paſſus Chriſtus, ſalutem hominibus allaturus eſſet, ex hoc effectum, vt hac de cauſa Saluatorem tradiderit Quod aſſertionis impiæ malum, quibuſdam vanis ac vecordibus quaſi veriſimile videtur eſſe, cùm tamen ſit in omnibus contrarium & execrabile, & propheta Dauid multò antè, & Dominus ſaluator poſteà idipſum damnauerit, & beati Apoſtoli ſententiam Dominicam aduersùs eum confirmauerint, atque docuerint. Hæc Philaſtrius.

Pſal. 68. & 108. Io nn. 13. Act. 1. 2.

De Iſcariotiſtis verò noſtræ tempeſtatis Staphylus libro de Lutheranorum inter ſe concordia, ſcribit in hunc modum: Iſcariotiſtæ, inquit, ſunt qui negant à Iuda Iſcariote verum corpus Domini acceptum in cœna Domini. Ita ſcribit Suenckfeldius in libello ad hac quæſtione inſeripro, & Caluinus in ſua vltima admonitione contra Vueſtphalum, & alibi. Hæc Staphylus.

Iſcariotiſtæ noſtri ſeculi.

IVDAEORVM HAE-
reſes. 31.

An Iudęi hęretici dici debant.

LIcèt Iudæi non ſint propriè hæretici, nimirùm quòd in iure Canonico diſtincta ſit rubrica quę de Iudæis habetur, ab ea quæ de Hæreticis eſt, nihilominùs tamē diuo Thoma dicente 22. quæſt. cauſ. 9. artic. 6 Iudæorum infidelitas & cōtan acia poteſt dici hæreſis, in eo quod Chriſtianæ fidei in figura ſuſceptæ omnino renitatur Illi enim figuram fidei euangelicæ in veteri lege ſuſceperunt, quam malè interpretantes corruperunt. Quo fit, vt diuus Auguſtinus in Sermone aduersùs quinque hæreſes, Iudæos inter hæreticos ponat. Et Origenes Homilia quadam in Matthæum, de falſis prophetis verba faciēs, per quos multi in perditionē abominabilem eſſent abducēdi, dicit eos primū in Iudæa apparuiſſe, & ex ijs prorupiſſe. De quibus etiam ſic ſcribit Egeſippus: Fuerunt autem, inquit, variæ quoquè in Circunciſione inter filios Iſrael aduersùs tribum Iuda & Chriſtum ipſum, ſententiæ & ſectæ: videlicet Heſſæorum, Galilæorum. Hemerobaptiſtarum, Maſbotheorum, Samaritanorum, Saducæorum, & Phariſæorum.

Inter Iudæos variæ hęreticorum ſectæ.

Iudæorum itaq; hæreſes ſunt inter reliquas hæ præcipuæ.

Iudæorum hæreſes.

1. Nouum inprimis Teſtamentū prorsùs reſpuunt.
2. Articulos fidei niſi creationis nō credunt.
3. Chriſtum dicunt purum fuiſſe hominem, ſeductorem, falſum prophetam, aliū Meſſiam, in lege promiſſum venturum expectantes.

Hinc eſt quod ſummus pontifex Romanus Iudęos punit, ſi contra legem peccent in moralibus q̄ immutabilia perſeuerant, tum ſi contra legem ſuam hæreſes inſtituant & doceant. Qua ratione moti Gregorius nonus & Innocentius quartus, librum quem Iudæi aduersùs Chriſtianos ediderant, & Talmud inſcripſerant, exuri mandârunt, propterea quòd multis hæreſibus adſperſus eſſet. Quæ quales erant, facilimum erit colligere ex his, quæ recenſet Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, cùm Iudaiſmum per Euangelicos noſtri temporis inuectum Euangelij titulo, probat in hæc verba:

Liber Talmud. cōbuſtus ex mandato ſummorū pōtificū. Editus autē fuit à duob. Rabbinis circa annum Domini 406.

Iudaiſmum, inquit, per noſtræ tempeſtatis Euangelicos non exiguis partibus

Iudaiſmus per Euāgeli

eſſe

nos inuect. Euangelij titulo Trinitas.

eſſe prætextu Euangelij inuectum, nunc paucis exponemus.

4. Non eſſe in ſancta Trinitate perſonas tres, ſed vt Deum vnum, ità & perſonam vnam Iudæi blaterant. Idem Seruetus libro tertio de Trinitate.

Ieſus Nazarenus an Meſſias.

5. Ieſum Nazarenum non eſſe verum illum prophetam Meſſiam, & Emanuelẽ promiſſum, Iudæi ſuæ impietatis habent fundamentum: quod & ſuis perſuadere cōatus eſt Dauidgeorgius, vt aiunt Baſilienſes in eius vita. Se enim eſſe verum illũ tertium Dauidem promiſſum, & alia blaſphema ſuprà commemorata cùm de eo loquuti ſumus.

Chriſtus an alia perſona.

6. Chriſtum non eſſe perſonam aliam à patre Iudæi credunt: ſic & Illyricus & Seruetus λόγον Verbum apud Ioannẽ Euãgeliſtam negant ſignificare perſonam à patre aliam, vti Staphylus ait, eaq; de cauſa Matthiam Illyricum fuiſſe condemnatum ab Academia Vuittembergenſi. Similiter & Philippus Melanchthon de eodem teſtatur epiſtola ad Superintendentes Saxoniæ, anno 1557.

Chriſtus an Deus.

7. Chriſtum non eſſe verum & natura DEVM Iudæi aiunt, vtì & Seruetus, Suenefeldius, Adam paſtoris, & Euangelici alij Sabbatarij, non rectè de Chriſti diuinitate ſentientes, teſte Staphylo de Sect.

Vſuræ licitæ Iudæis & euangelicis

8. Vſuras eſſe licitas Iudæi non ſolùm ſentiunt, ſed tota ipſorum vita, quæ ex eis conſtat, loquitur, quibus omnes ferè mundi totius nationes exhauriunt. Has etiàm Euangelij prætextu licitas docet Bucerus commentarijs in Matthæum, & Molinæus de eo quod Intereſt. Immò Lutheri mandato ſeſe vſuras exercere dictitat ille N. Paſtor ad Hyeræuadum, vt ait Querela Lutheri pridèm in lucem edita.

Matrimonij leges.

9. Matrimonium ſecundùm Moſaicas leges in affinitatibus colunt Iudæi: ſic & Melanchthon in locis communibus, anno 1552. vult ſeruandas Moiſis leges, non eccleſiæ canones.

Matrimonium an diſſolubile.

10. Matrimonium propter adulterium diſſoluunt Iudæi, ità vt liceat etiàm aliam ducere. ſic & Euangelici eadẽ de cauſa diſſoluenda docent, ità vt perſonæ innocenti liceat alteri nubere, vt author eſt Melanchthon in locis communibus anno 1552. & in Examine ordinandorum. Vndè & factum legimus, vt quidam intrà ſemi-annum tres duxerit Geneuæ vxores, quod ſecundũ Euangelium duas probârat adulteras, Caluino iudice,

Iudicialia ſecundum Moiſem exercenda.

11. Leges iudiciales & forenſes ſecundùm Moiſen ſeruãt Iudæi: ſic & Carolſtadius leges iudiciales Moſaicas volebat ſeruandas, vt ait Melanchthon Apologia Auguſtana in articulum 16. Rursùs libro Chronicorum 3. non volebat videri prorsùs abolere leges, ſed contendebat oportere iudicia exerceri iuxta forenſes leges Moiſis.

Canon ſcripturarum.

12. Scripturarum Canonem habent ſuum Iudæi à Chriſtianis diuerſum. Itaque Euangelici Iudæos ſequi mâlunt, quàm Chriſtianos in eijciẽdis à Canone, vti Machabæorum & Eccleſiaſtici librum. Hos enim reijciunt cum Iudæis Euangelici. Sic & in ſuſcipiendis libris ſacris Iudæos imitantur, vti duos libros poſteriores Eſdræ Bullingerus contendit eſſe Canonicos, cõtra catholicæ Chriſti eccleſiæ decreta.

Senſus ſcripturarum.

13. Rursùs loca ſcripturarũ mâlunt Euangelici cum Iudæis contra Chriſtum aut ſacroſanctam Trinitatem peruertere, vti Oecolampadius cum Aquila illud Eſaiæ 7. Eccè iuuencula concipiet. Sic Caluinus teſtimonia de perſonarum Trinitate & Chriſti diuinitate ab omnibus Chriſtianis interpretibus ſic intellecta, veluti Iudæorum patronum agens extenuat, ait Heshuſius de erroribus Caluini in fine ſuæ confeſſionis de Euchariſtia.

Sacramento deriſa.

14. Iudæi ſtatim à reſipiſcentia atque à dolore de peccato, aiunt remiſſum peccatum, nullam agentes pœnitentiam, neq; confitentes, vt ait Poſtellus: ſic & hodiè paſſim omnes Euangelici, pœnitentia, quæ eſt in ieiunio, fletu & planctu, exploſa: confeſſione, quem Chriſtus & Apoſtoli tradiderunt, eccleſiæ, irriſa atque exturbata, nullis ſuis animorum vulneribus adhibent remedium ſalutare quod verè ſanet. Sed quæ nunc diximus, fidei capita contingunt. Quòd ſi & cæremonias cogites, videas Euangelicos pluſquam ſemi Iudæos.

Concordia Euangelicorũ cũ Iudæis in cæremonijs.

15. Ad Chriſti mentionem non inflectunt genua Iudæi, quemadmodùm ait diuus Hieronymus lib.3. in Eſaiam: ſic & Euãgelici pias tollunt venerationis & reuerentiæ cæremonias, nolentes ad Chriſti nomen genua inflecti, aut caput aperiri: tametſi Lutherus id laudet probetque, libro de Concilijs.

Nomẽ Ieſu & Mariæ execrantur.

16. Nomen Ieſu execrantur Iudæi, fœdis nominibus eam & ſanctam virginem matrem blaſphemantes: ità & per Friſiam nomen Ieſu quod Chriſtiani vel admirantes, vel imprecantes vſurpare ſolemus, illi præpoſterè ſua ſuperſtitione videntur corrupiſſe, nè in vanum homines verè ſuperſtitioſi tam ſacrum nomen videantur ſumpſiſſe.

Eodẽ planè errore nec ſalutati in Dei nomine reſalutant, ſed mutatis Chriſtianis ſalutandi & imprecandi formulis, in Dei aut Ieſu nomine vſitatis, illi reddũt, Bona dies: pro, Deus rependat: illi, Habeo gratiam. Taceo maledicta, quæ pluſquàm Iudaica in Virginem matrem miſeri euomunt Anabaptiſtæ.

Crucis ſignũ exhorrẽt.

17. Crucis ſignum vt maledictum & anathema fugiunt Iudæi, nec in fronte pingere volunt: ità & Euangelici crucis figuram multis in locis abolent, & tanquam maledictum in fronte ferre aut pingere horrent: adeò vt Lutherus ipſe feſtũ crucis tanquàm ſemiiudæus anathemate damnauerit.

Imagines.

18. Imagines Iudæi non ferunt, vti nec Zuingliani ſiue Caluiniani, quemadmodùm ſynagoga Geneuæ loquitur, nullam omninò habens Turcico more vllius rei imaginem.

Sabbatizantes.

19. Sabbatizantes etiàm hodiè Iudæos videas, quos Euangelicorum quidã imitati cum Iudæis ſabbata colunt, vt ait Staphylus in Apologia. Docuit enim Carolſtadius, nullum feſtum præter ſabbatum colendum, quemadmodum author eſt Eraſmus Alberus contra Carolſtadium.

Meſſiæ aduentus.

20. Meſſiam non veniſſe aiunt Iudæi, ſuum Antichriſtum expectantes: ſic & Bucerus ſub mortem, Ieſum Nazarenum dixit nõ eſſe illum Saluatorem, quem Deus promiſit patribus. Dauidgeorgius quoq; negabat Meſſiam noſtrum Ieſum Nazarenum eſſe illum adeò magnificè promiſſum, verumque mundi Saluatorem.

Finis mũdi.

21. Finem mundi futurum aiunt Iudæi ſecũdùm Eliæ prophetiam intrà annos 500. id eſt, ſexto millenario: ſic Lutherus & Melanchthon ſuis in Chronicis, quæ Carionis nomine edidiſſe Melanchthonem ait Lutherus præfatione ſui Chronici Germaniæ.

Circũciſio.

22. Porrò nè quid Iudæis ſaluum relinquant Euangelici, inter eos etiàm eſt reperire, qui circuncifionem carnis reuocent. Vndè & circunciſos quoſdam narrat Hoſius.

Mannarij.

23. His non abſimiles ſunt, qui manna in cœna Dominica ſeſe edere adfirmant, nè quid à Iudæis varient. Hucuſq; Lindanus.

IVLIANVS HALICARnaſſeus 32.

IVlianus Halicarnaſſeus multarum hæreſum author fuit tempore Phocæ Imperatoris & Sabiniani ſummi Romanorum pontificis, circiter annum Domini 604.

Mores & fidei corruptio ex nimia licẽtia.

De hoc ità habet Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib.18.cap.45. Hoc tempore, inquit, quam quiſque voluiſſet, placitam ſibi ſumebat poteſtatem. Et propterea quòd quilibet, quod ſibi viſum eſſet, fidei inſertum voluit, quamplurima defectorum & hæreticorum turba exorta eſt: Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Armeniorum, Seueritarum, & Aphthartodocitarum, initio à Iuliano Halicarnaſſeo ſumpto: qui creatum quidem Domini corpus eſſe opinatus eſt, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe docuit. Horum cohortem, qui eis aduerſati ſunt, Phantaſiaſtas & Manichæos vocauerunt, quemadmodùm & illi rurſùs hos Phthartolatras & Scenolatras nominarunt. Vide reliqua in Monophyſitis & Seueritis.

Iuliani Halicarnaſſei hæreſis.

IVLIANVS EPISCOpus Capuanus. 33.

IVlianus epiſcopus Capuanus (authore Gennadio) vir quidem fuit acer ingenio, & in diuinis ſcripturis admodũ eru-

eruditus, ſed qui Pelagij hæretici dogma mordicus tuebatur tempore diui Auguſtini, qui etiàm vehementiſſimus eius impugnator extitit, contra quem & reliquos item Pelagij affectatores Hypognoſticon volumen ſex libros complectẽs idem Auguſtinus ſcripſit. Sed cùm ipſe Iulianus eã Pelagij hæreſim defendere ac propugnare omni ratione niteretur, aduersùs eundem Auguſtinum aliquot libros compoſuit. Hic, eodem teſte Gennadio, cùm tẽpore famis & anguſtiæ indigentibus omnes facultates ſuas erogâſſet, tot nobiles & præcipuè religioſos viros hac ſua miſeratione ad ſe pellexit, vt eos tandèm ſuæ hæreſis fautores & ſocios effecerit. Vixit autem ſub Archadio Imperatore, & Innocentio primo huius nominis ſummo pontifice, circa annum Domini 405.

Hypocriſis hæretica.

Aſſerebat autem ille cum ſuo authore Pelagio, abſque gratia Chriſti hominem poſſe omnia Dei præcepta implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi. Vide reliqua in Pelagio & Cæleſtino.

Iuliani hæreſis.

IVLIANVS APOſtata Imperator.

34.

IVlianus Apoſtata Conſtantij Imperatoris nepos, & frater Galli, ab eodem Conſtantio adoptatus fuit. Circa annum Domini 357. monachus factus eſt, & ſanctioris religionis maximus ſimulator, cùm à pueritia ſceleratiſſimus eſſet, & in arte magica inſtructus. Eruditione porrò tanta erat, vt adoleſcens in eccleſia Nicomediana publicè ſacras literas prælegerit. Erat enim ingenio ſublimi, callido, & literarum ardentiſſimo: adeò quidem, vt ſi ingenium indolemq; egregiam ad verã pietatem, quam puer imbiberat, conuertiſſet, inter egregios principes adnumerari potuiſſet, inquit Egnatius. Poſteà Athenas profectus, philoſophiam didicit. Cæterùm circa Phlanonem inſulam in occidẽtalibus partibus, ex inſidijs Euſebij eunuchi trucidato eius fratre Gallo, miſſus eſt à Conſtantio in Gallias & Germaniam, & non procùl ab Argentorato triginta millia Alemanorum proſtrauit: qua de cauſa Argentorati ſubitò militum ſauore Imperator eſt deſignatus.

Iulianus doctus.

Iulianus. Argẽtorati imperator deſi-

gnatus: alij tñ Pariſijs Auguſtum ſalutatum à militibus dicunt.

Porrò cùm ob varietatem opinionum ſummæ inter Chriſtianos diſſenſiones eſſent, propter quas alij deſperabant, alij prorsùs à religione Chriſtiana ad idolorum cultum deſciſcebant, Iulianus quoq; apoſtata factus eſt. Erat enim ætate iuuenis, & Rhetorum ac philoſophorum conſuetudine vtebatur, qui ex rationis humanæ captu de Deo diſputabant. Tam impudenter autem & apertè (vt author eſt Nicephorus li. 10. cap. 3.) imperio potitus, dicitur religionem abiurâſſe, vt ipſum etiã pernegauerit Chriſtum, & ſacrificijs quibuſdam dæmonumq; deteſtandis inuocationibus & victimarum ſanguine ſacrum abluerit lauacrum, atque ſeipſum à myſtorijs eccleſiæ exaurhoratum, excluſerit: & deinceps non modò priuatim, ſed publicè etiàm, quæcunque Græcis permittuntur ſacra & ſacrificia, eis vteretur. Enimuerò ſolennem ei hoſtiam mactanti, in extiſpicijs, crucis ſignum corona circundatum apparuiſſe dicitur. Quod eis, qui illi operam dabant, non paruum incuſſit timorem, Chriſti potentiam doctrinamq; noſtram perpetuò duraturam, ſuſpectã habentibus: quòd corona victoriæ ſignum eſſet & circularis forma omni ex parte initium capiens, atque in ſeipſam definẽs, finem nullum portenderet. At ſacerdos qui ſacro præfuit, nè ea re perturbaretur, illum admonuit: victimam enim nouum quiddam oſtendere, Chriſtianum ſcilicet dogma iam comprimi, & ad ſeipſum reuerti, circulo, nè ſicuti priùs, finibus nullis conſtitutis, quocunque vellet loco longè lateq; propagaretur, in anguſtum redactum.

Iuliani apoſtaſia.

Crux coronata ſe in extis victimæ ſacrificanti apoſtatæ exhibet.

Siniſtra eius portenti expoſitio.

Alio item tẽpore, quum celebre aliquod adytum diuinationis gratia ſubiret, & ſubitò ſeſe horrenda quædam ſpectra ingererẽt, eius rei propter quam ingreſſus fuerat oblitus, (ætate enim prouectiore ad idolorum ſacra ſe contulerat) quòd in rebus dubijs & periculoſis, crucis ſignaculo tanquam præſenti auxilio vti conſueuiſſet, veluti diſcrimine circunuentus, ad conſuetum præſidium confugit. Per timorem enim ſe Chriſti ſigno conſignauit, & confeſtim omnia euanuêre. Ità res quæ tentata fuerat, infecta tum permanſit. Sa-

In ipſa idolomania Iulianus ſpectris diabolicis cõterritus, ſignaculo crucis ea fugat.

eri verò eius antiſtes, quòd quid ageret, ne ſciret, cauſam autem cur dæmones diſparuiſſent, non ignoraret: aufugerũt illi, inquit, quod ſignum hoc perinde atq; execrandum piaculum odere. Et admonitũ illum, vt fortis eſſet animo, neque quicquã Chriſtianæ rei exhiberet aut cogitaret, rurſùm ad ſacrum id duxit.

Propter Iuliani defectionem Chriſtiani maximoperè ſibi metuunt.

Chriſtiani vbi hæc audiêre, non mediocriter ſunt perculſi. Metuerunt enim ſibi: & Imperatorem ſacris eiuſcemodi addictum videntes, in perſecutionis timorẽ inciderunt. Et exſpectatio periculorum, periculis ipſis maior fuit. Quum enim aliquandiù tam ærumnas & calamitates dedidiciſſent, vel ſola veterum malorum recordatio eos terrês, metu contrahebat. Omnes certè animis conſternati erant, quòd tantum Imperatoris eius in religionem odium cernerent, qui antea Chriſtianus fuiſſet, parentibus pijs & dogmatis ipſius ſtudioſis progenitus, iuxta eccleſiæ mores & conſtitutiones productus, ſacris literis edoctus, & à ſacerdotibus & epiſcopis educatus. Quapropter tantam illius immutationem inſuſtentabilem fore, putabant.

Idololatriã Iulianus, quoàd poteſt, in integrum reſtituit.

Porrò cùm ſolus rerum potiretur, ſtatìm quæcunque in Oriente idolorum tẽpla reliqua fuêre, aperuit: & quæ neglig&tiùs curata fuiſſent, inſtaurari iuſſit. Si quæ aiunt prorsùs diruta eſſent, denuò ea extrui præcepit, aras repurgauit, & veteres reditus nobis auferens, illis rursùm ſacrauit. Antiquos vrbium ritus, priſca ſacrificia, & veſanas ineptias renouauit. Neque eum puduit publicè dijs ſacrificare: Et identidèm libans, qui cum eo eiuſmodi ſacris vacabant, eos maximis eſt proſequutus honoribus. Rerum ſacrarum præfectis, ſacerdotibus, & canephoris, quæ conſuetudo priſca tulerat, dedit. Et authoritate ſua eos confirmauit: id quod ante Conſtantinum Imperatores quoquè alij fecerant. Rebus eiuſmodi vacantibus, immunitatem tributorum ſanctione dedit: annonam templorum ſacrorumque miniſtris donauit: & vt cathari, hoc eſt, puri ſiue ſacroſancti eſſent, lege lata cauit, & ab alijs hominibus eos ſecreuit. Nili cubitum Serapidi deo reſtituit, & vetuſta prætereà patriaque iura, quæ Conſtantinus,

Canephoræ, hoc eſt, Caniſtriferæ. Philochorus enim dicit, Erichthonio regnante, Athenis primùm cõſtitutum eſſe, vt virgines dignitate præſtantes, caniſtra Iunoni deẽ fer

ciues ſuos ad veram pietatem cohortans eccleſiæ Chriſti tribuerat. Vrbibus, quàs ſacra Græcorum ſequi cognouiſſet, quas volnêre donationes affatim dedit: quas autem in Chriſti religione ardentiores eſſe ſciret, infeſtus eis fuit, neque ad eas diuertere voluit. Et perſæpè quum legationes ad eum propter caſum aliquem qui incidiſſet, prouinciales mitterent, preces eorum reiecit. Quod ſanè ciuitati Niſibenæ accidit. Quum enim expeditionem aduersùs eos Perſæ ſuſceperunt, & ipſi ea de cauſa Oratores ſuos ad eum miſerunt, non modò auxilium eis ferre noluit, ſed etiàm minatus eſt, ſe vrbem eam oculis non viſurum: neque eò venturum, vt quę ſacra deteſtata eſſet, neque templa deorũ aperire, aut Græcorum religionem ſuſcipere vellet. Neque ab initio per miſericordiam humaniorem ſe erga Chriſtianos exhibuit, minusque grauiorem veteribus perſequutoribus: ſed quòd nihil momenti Græcorum ſuperſtitioni conſtituendæ, Chriſtianorum intolerabilia etiam ſupplicia afferre, quinetiam dogma noſtrum maiora per ea capere incrementa ſciret. Ingens enim ex eo Chriſtianis acceſſit gloria, quòd ex eis multi fortiter mortem ſibi obeundam duxerint. Præterea verò laudem eam nobis inuidit. Et à tormentis quidem & igne, & ferro, & pelagi vndis abſtinuit: neque viuos vel in barathrum coniecit, vel in terra defodit, quæ alij ante eum perſecutores fecerant, quòd hæc neceſſario animi ſententiam non mutarẽt: cohortationibus verò & perſuaſionibus multitudinem ad impietatem pertrahendam eſſe cenſuit. Eo modo facilè ſe ſuperiorem fore, & quod vellet, effecturum eſſe ratus eſt: aut fortaſsè, vt admirandus eſſe, & præter expectationem perhumanus in eos videretur, non ſtatim vim eis adhibendam eſſe putauit.

Eiuſmodi agitans conſilia, qui à Conſtantio in exilium pulſi propter religionem fuerant, omnibus poteſtatem redeundi fecit: & quorum bona publicata fuerant, ea illis reſtituit. Edicta publicata, nè Chriſtiani iniurijs afficerentur, néve per vim aut contumeliã ad ſacrificia adigerentur. Si qui verò ſua ſponte ad aras accedere vellent, eos priùs deorum placandorum

tent. In quibus ex erãt quæ ad ſacrificia in Panathenaicis alijsq; conuentibus peragenda pertinebant. Cicer. Habe canephoras, Deorũ ſimulacra reſtitue.

Quo conſilio Iulianus humaniorẽ ſe primùm erga Chriſtianos eſſe aſſimulârit.

Arrianos & alios hæreticos ab exilio reuocat.

doctorum gratia luſtrari purgarique debere. Annonam & immunitatem, quam Conſtantinus pro ſua erga DEVM obſeruantia clericis conceſſerat, ipſe abrogauit, & in publicos prouentus retulit. Quæ verò viduis & virginibus propter inopiam cleri, alimenta e publico largienda deſtinata erant, ægrè & difficulter exigebantur. Cōſtantinus nanque cum eccleſias conſtitueret atque ordinaret, ex cuiuſque vrbis prouentibus toti clero, quantum ad vitam tolerandam ſatis eſſet rerum neceſſariarum tribuit, eamque rem ſanctione legis confirmauit, quæ hucuſquè conſeruatur. Sub Iuliano exactio eorum prouentuum dura admodum et grauis fuit, ſicuti id exactorum ipſorum teſtantur monumenta.

Clero Iulianus annonã ſuã adimit.

Cæterùm parùm fuit tyranno, tam hoſtili eſſe erga nos animo, niſi ſuum aduerſùs eccleſiam odium, ad excidium eius prorſùs conuerteret. Quæcunque enim ei ſuppeditabant ſacra vaſa & donaria, ea abſtulit, & in idolorum delubris repoſuit. Vim etiàm illam eis adhibuit, qui ſub Cōſtantino & Conſtantio templa deorum euertiſſent, vt vel ea celeriter reſtaurarēt, vel æſtimationem ſtructuræ eorum perſoluerent. Sin hoc minùs facerent, vt duriùs acciperentur, & in vincula conijcerentur, mandauit. Vndè illud ſatis conijcere licet, in eo quidem illum veteribus perſequutoribus, quòd corpora cum contumelia non excruciauerit, mitiorem fuiſſe: rebus autem alijs, modis omnibus illos exuperâſſe. Omni nanque ex parte eccleſiam affligere manifeſtè eſt viſus, & vno tantùm modo humanior iudicatus, quòd Epiſcopos ſub Cōſtantio exilio mulctatos, reuocauit, & in vrbes ſuas redire permiſit. Atque id ille non miſericordia fecit, ſicut colligere eſt: ſed vt Epiſcopos inter ſe committens, ad inteſtinum armaret bellum, & ſuis ipſa diſſidijs eccleſia labefactaretur. Fortaſſè etiàm, vt Conſtantium apud Romani Imperij ſubditos, in odium & inuidiam adduceret: tum Græcos, qui eiſdem ſecum operarētur ſacris, fauore proſequens: tum Epiſcopos, qui propter Chriſtum afflicti eſſent, ab iniuria vindicans. Itaque eunuchos quoquè

Sacras Chriſtianorum ædes Iulianus diripit.

Qua re mitior, qua item ſæuior prioribus eccleſiæ perſequutoribus is fuerit.

Quur epiſcopos idem ab exilio reuocauerit.

imperiali aula exegit. Euſebium autem, qui primum in ea locum tenuerat, morte etiam mulctauit. Cui aliam quoquè ob cauſam infenſus fuit: ſuſpectum enim veluti fraternæ necis ſuaſorem, habuit.

Syrum autem Aetium, authorem & ducem hæreſis Eunomij, & Conſtantij ſententia; qui eum propter familiaritatem Galli, ſuſpectum quoquè habuerat, damnatum, & in exilium actum, perquàm benignis literis reuocauit, & publica vectura reduxit. Propter Conſtantium quidem, Eleuſium etiàm Cyzicenum impenſis proprijs, quam ſolo æquauerat ſub Conſtantio Nouatianorum eccleſiam, vno atque altero menſe reſtituere iuſſit. Sed & ex alijs plurimis rebus æſtimare eſt, propter Conſtantij odium, quum multa in nos ipſum duriter feciſſe, tum quæ ab alijs quoque fiebant, eis delectatum eſſe.

Aetius ab exilio reductus.

Imperator itaque tam infeſto cùm eſſet in Chriſtianos omnes (quos Galilæos appellabat) animo, opportunitate eā arrepta, quamuis quod eis criminis loco obijceret, non habebat: tamen quòd ſacrificare noluiſſent, conſtitutione ſanxit, ne illi cum alijs rempublicam adminiſtrarent, neve honores caperent, aut in aula imperatoria mererent. Cōuentibus ſolennibus & foro eos exegit. A iudicādi quoque munere, & magiſtratibus dignitatibusque gerendis remouit. Et legem talem ferens, illud addidit: Chriſtianas ſanctiones ſtatuere, gladio aduerſus eos vtendum non eſſe, qui capitalia crimina cōmitterent. Occaſionem quoque ſuam eſſe ratus, bellum quod contra Perſas, qui Orientem percurrebant, gerendum erat, quòd ſine pecunia nihil ſe rectè geſturum exiſtimaret, dolū, vt eam à Chriſtianis exigeret, eſt commentus. Et quicunque dijs ſacrificare nollent, eis pecuniæ mulctam grandem dixit. Itaque cernere tum erat perquàm acerbam Chriſtianorum condemnationem, à quibus ea etiàm quæ minimè habebant, exigebantur, quum quidem alij omnes pro bonorum ſuorum facultatibus tributum penderent. Ità Imperator ſubitò per iniquam pecuniæ exactionem copioſus eſt.

Cap. 24.

Iulianus Chriſtianos ab aulæ dignitatibus & reipublicæ adminiſtratione remouet.

Ideā Chriſtianis ſub prætextu Perſici belli ingentem extorquet pecuniam.

eſt factus. Quo tempore etiàm Græci liberè, quodcunq; illis viſum eſſet, facientes, nobis inſultabant. Et vndiquaquè philoſophorum colluuies confluebat, qui vetera Gentilium ſacra renouabant, extiſque inſpiciendis & haruſpicinæ vacabant: adeò vt pueros maſculos & fœmellas puberes atq; incorruptos, ad aras deorũ mactarent, & carnes eorum deguſtarent. Atque hæc quum alijs in vrbibus, tum maximè Athenis & Alexandriæ fecerunt.

Præfecti prouinciarum Chriſtianos maximè affligunt.

Porrò prouinciarum rectores talem Imperatoris religionem, opportunitatem ſuam eſſe cenſentes, grauiùs etiàm quã Imperator iubebat, Chriſtianos affligebant, ampliorem pecuniam extorquentes, & plagas etiàm eam ob cauſam corporibus ingerentes. Quod Imperator cognitum paruifecit, & Chriſtianis eum accedentibus, moleſtiamque propterea ei faceſſentibus reſpondit: Lex vobis à Chriſto tradita eſt, vt malè tractati, fortiter ærumnas feratis, & iniuria affecti, nè reſponſetis.

Cap. 25.

Iulianus ſucetuti Chriſtianæ liberalibus Græcorũ ſtudijs interdicit.

Ad hæc, nè Chriſtianorum pueri Græcis diſciplinis erudirentur, aut poëtas ſcriptoreſque eorum legerent, ſcholáſve publicas frequentarent, lege cauit: Nè linguis eorum, inquit, acumine perpolitis, facilè diſputatoribus noſtris reſiſtere, & ſacra quidem ſua amplificare, religionem autem noſtrã refellere facilè queant. Non paruũ enim ei dolorẽ mouére Gregorius & Baſilius Cappadoces, qui omnigenam artem ſuam rebus multis declarauerant, eius temporis oratores longè ſuperantes: præcipuè Gregorius, q. verba etiàm varijs poëmarum generibus incluſit, eaque verſus nominauit: & alij quamplurimi ſpectati viri, quorum nonnulli Nicenam ſequebantur fidem, quidã Arrij opinionem comprobabant. Imperator nanque eas ipſas literas irridens, & religionem noſtrã ludibrio habens, ad primarios eius temporis Antiſtites hęc verba de libris noſtris ſcripſerat: Legi, Cognoui, Damnaui. Ad quem nomine omnium quendã ità reſcripſiſſe ferunt: Legiſti, ſed nõ Cognouiſti: ſi enim cognouiſſes, non damnaſſes. Baſilij verò reſponſum id eſſe dicunt, qui eo tẽpore Cappadociæ eccleſias epiſcopus curauit. Neq; adeò diſſentaneum eſt, id ſcriptum eius eſſe. Sed ſiue illius, ſeu alterius ſit, admiratione dignus vir talis eſſe videtur, & dicendi libertatis & eruditionis cauſa.

Iulianus libros Chriſtianorũ ridet & damnat.

Iulian. Chriſtianorum fidẽ ſcriptis etiàm libris oppugnat.

Vehementer ſanè ſcriptis etiàm editis Chriſtianorum fidem oppugnauit. Aduersùs ea Cyrillus ſcripſit diligenter. Reſpondit & Nazianzenus Iuliano. Graues admodùm fuerunt Chriſtianis callidæ & contumelioſæ cauillationes Iuliani, adeò vt publicè aduersùs tam pernicioſum Euangelij hoſtem orationes ac ſupplicationes fierent. Tandèm cùm Perſiam eſſet profectus, ingenti à Chriſtianis pecunia extorta, in ſolitudine quadam trucidatus eſt: vbi quidem Chriſtus inſigne potentiæ ſuæ miraculum exhibuit, & vindictæ diuinæ aduersùs impios iudicium non minimum oſtendit. Nam cùm in diſcrimine ſummo Romanus exercitus, tridui iter per ſolitudinem progreſſus, fraude atque ſeductione ſapientis cuiuſdam ſenis, qui vitam pro communi Perſarum libertate deuouerat, verſaretur, difficultate itineris & alimentorum penuria confectus, & tandèm ſplendida Perſarum acies derepẽtè adfuiſſet, & prælio ingenti vtrinquè cõmiſſo, turbidus ventus vehementer flare incepiſſet, ad poſtremum effectum eſt, vt denſa nube cælum atque ſolem is ventus obſcurârit, puluerem in aërem ſublatum ventilârit, caliginemq; & tenebras ingẽtes excitârit. Et Perſicus exercitus in noſtros irruens, ſocios atque auxiliares ſecum Saracenos haſtatos adduxerat. Horum aliquis haſta protenſa, Imperatorem grauiter vulnerat: membrana ea quæ peritoneum dicitur, & extra omnia intrinſecùs tegit, ità diſrupta, vt cuſpide extracta, incrementa ſanguine mixta eam ſint conſecuta. Percuſſori ex Imperatoris ſatellitibus quidam caput amputauit. Sozomenus tamen percuſſorem Iuliani poſt vulnus illi inflictum laruiſſe, & equo admiſſo fuga ſibi cõſuluiſſe dicit. Imperatorem autem ità lethaliter vulneratum, ſcuto impoſitum ſatellites eius in tabernaculum imperatorium detulerunt. Porrò nonnulli qui vulnus vndè peruenerit, prorsùs non viderunt, à quopiam familiarium ſuorum inflictum eſſe exiſtimauerunt. Atque alij quidem Perſam, alij Saracenum: ſunt qui Ro-

Iuliani mors exemplum vltionis.

Iulianus lethaliter vulneratus annum agens alterum & trigeſimũ.

Romanum militem eum occidiſſe affir-
mant, indignatum videlicet, ſicutì veriſi-
mile erat, quòd imprudenti temeritate &
glorioſa audacia tantum perdidiſſet exer-
citum. At enim quemadmodùm veriſſi-
ma & conſtantiſſima, quæ ad nos quoquè
peruenit, vbiquè obtinuit ſama, vindicta
diuina Iulianum trucidatum eſſe conſtat,
percuſſoremque eius, libri nobis clarum
illum & magnum Mercurium eſſe pro-
dunt. Hæc Nicephorus lib. 10. cap. 34.

Mercurius Iuliani percuſſor.

Tradunt autem eum tum ex inflicto
vulnere cùm iaceret, & animam ageret,
manum ſanguine plenam ad cælum pro-
ieciſſe, & dixiſſe: Viciſti tandèm Galilæe:
Chriſtum ſignificare volentem, quem Ga-
lilæum appellabat. Proindè factum eſt
impietate Iuliani, vt imperium à nobi-
liſſima Conſtantini familia tranſlatum
ſit.

Libanij oratio de ſunere Iuliani.

De huius impij principis morte lugu-
brem compoſuit orationem Sophiſta Li-
banius, qui eius fuerat præceptor & in li-
teris inſtitutor, quam Iulianum ſiue fune-
brem querelam inſcripſit, in qua multas
eius laudes recenſet, & res quoquè geſtas,
prout viſum eſt ei, commemorat. Mentio-
nem quoquè faciens librorum eius, quos
aduersùs Chriſtianos compoſuit, ſacra
Euangelia oppugnans, & velutì falſa ea
eſſe refellere tentans. Vbi etiàm, quòd ea
ludibrium nugasque eſſe ille demonſtra-
uerit, tradit. Mortuum autem eum (quē-
admodùm Gregorius Nazianzenus in In-
uectiua ſecunda cōtra eundem Iulianum
& Græcæ religionis ſectatores, de eo re-
fert) mimi & homines ridiculi, cum omni
ſcenica fœditate duxerunt, funusque e-
ius proſequuti ſunt, tibijs canentes & ſalti
tantes, religionisque abiurationem, belli
cladem, & mortem ipſam, probroſè ei ob-
ijcientes, Quid enim mali paſſus non eſt?
Quid verò non audiuit earum rerū, quas
genus id hominum iuueniliter audet?
Quod iniuriam pro arte habet, donèc eū
Tarſenſis vrbs excepit, neſcio quomodò,
aut quam ob cauſam ad contumeliam ta-
lem condemnata. Ibì ille tumulum habet
inhonoratum, & ſepulcrum exercrandū
maximè & deſpuendum, neque pij alicu-
ius oculis conſpiciendum. Et ſicutì ego
quidem de quopiam audiui, ne ſepulcrū
quidem eum recepit: verùm eius cauſa cō-
mota terra, cadauer eius excuſſit atque
reiecit, vt hoc ſit futurorum ſuppliciorum
quaſi quoddam prēludium. Et quidem ſic
qui imperauerit, ſic bellum geſſerit, ſic
quoque turpiter vitam finiuit. Hæc Nazi-
anzenus.

Porrò quomodò Iuliani tempore Iu-
dæi ipſius nutu atque adeò fauore freti,
templum Hieroſolymitanum ædificare
conati ſunt in odium Chriſtianorum, &
quomodò item terræmotu & igne prohi-
biti fuerint, qui nôſſe volet, legat Rufini
eccleſiaſticam hiſtoriam lib. 10. cap. 38. &
39. Et item Nicephori lib. 10. ca. 32. De hoc
vide infrà in Mari Chalcedonenſi epiſco-
po & Porphyrio.

IVSTIFICATORII *hæretici.* 35.

IVſtificatorij hæretici ſunt ex Luthera-
norum ſecta, eorum videlicet qui iuſti
ficationem noſtram nihil aliud eſſe
volunt, quàm peccatorum remiſſionem,
& cum Deo patre reconciliationem. Qui
tamen quàm toto (quod aiunt) cælo ab-
errent, hinc videre licet, quòd hac ſola re
conſiſtere iuſtificationem arbitrantur, ſi
vetus homo noſter exuatur, cùm contrà
neceſsè ſit inſupèr indui nouum, qui ſecū-
dùm Deum creatus eſt in ſanctitate & iu-
ſtitia veritatis. Non enim ſatis eſt, autho-
re docto illo ac pio Hoſio, lib. de fide &
ſymbolis, veterem Adam eieciſſe, niſi no-
uum etiàm Adam præthereà Chriſtum cō-
plectamur. Non tantùm peccato mo-
riendum, ſed viuendum eſt etiàm Deo in
Chriſto Ieſu. Non ſufficit à peccato libe-
rari, ſeruos etiàm oportet fieri iuſtitiæ:
non commori tantùm, hoc eſt, defungi
peccatis, verùm & reſurgere cum Chriſto
opùs eſt. Illud itaque merito Chriſti paſ-
ſionis nobis obtigit, quòd ſumus mortui
peccatis, quod vetus noſter homo crucifi-
xus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vl-
trà non ſeruiamus peccato. Verùm hoc
ſatis non eſt. Neceſsè eſt præthereà, vt quo-
modò Chriſtus ſurrexit à mortuis per glo-
riā patris, ita & nos fide accenſi, ſimul cū
eo reſurgentes, in nouitate vitæ ambule-
mus, parati omnia facere & pati pro ea fi-

Iuſtificatio noſtra includit tria, ſcilicet peccatorū remiſſionē cum Deo patre recō-ciliationē, & vitam nouam in Chriſto.

de,quam ipſe tradidit, quam in ſymbolo poſteà comprehenderunt Apoſtoli:quòd certi ſimus, tametſi propter eam fidem corpus noſtrum occiſum fuerit,nihilominùs facturum Deum,vt ſuis promiſſis maneat,vtq; exciter nos,ſicut excitauit Chriſtum in vitam æternam. Atque hoc eſt quod vocat Paulus iuſtificari, poſt adeptã peccatorum remiſſionem, in eiuſmodi vitæ nouitate ambulare. Non vt Confeſſioniſtæ,qui eodem authore lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis, vinginti opiniones, teſte Oſiandro, de vno dogmate Iuſtificationis afferunt: ac Philippi Melanchthonis diſcipulorumque eius quatuordecim enumerat in eo libello,quem contra Nycticoracem quendam ſcripſit. Nã ſimul vt (inquit) locum aliquem in ſcripturis vider ũt, in quo iuſtitiæ mentio fieret, iſtatìm nouam ex eo iuſtificationem

Viginti opiniones Confeſſioniſtarũ de vno dogmate Iuſtificatiõis.

1. ſunt fabricati. Verbi gratia: legit aliquis, Credidit Abraham DEO, & reputatum

Gen. 15. Rom. 4.

eſt illi ad iuſtitiam quam ex hoc vno loco duo collegit iuſtificationis genera: vnum ex verbo, Credidit, vt diceret, fidem eſſe
2. noſtram iuſtitiam: alterum ex verbo, Reputatum eſt, vt diceret, DEVM iuſtitiam ſuam nobis imputare, nos pro iuſtis habere,etiamſi non ſimus, atque hanc eſſe iuſtitiam noſtram.

3. Legit alius, Iuſtificati ſumus per ſanguinem eius: ſtatim ex eo collegit, quòd precioſus Chriſti ſanguis ſit noſtra iuſtitia.

4. Legit alius, Sicut per vnius inobediẽtiam peccatores conſtituti ſunt multi, ità per vnius obedientiam iuſti conſtituẽtur multi: mox docuit, Obedientia Chriſti, eſt iuſtitia noſtra.

5. Legit alius, Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: Reſurrectio, inquit, Chriſti eſt iuſtitia noſtra.

6. Legit alius, Spiritus ſanctus arguet mundum de iuſtitia, quia vado ad patrẽ: affirmant ilicò, quòd Chriſti tranſitus ad patrem, eſt iuſtitia noſtra.

7. Legit alius, quòd efficimur iuſti abſque meritis ex gratia Dei: non dubitauit affirmare, quòd gratia & miſericordia Dei ſit iuſtitia noſtra.

8. Legit alius, Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum: eueſtigiò docuit, remiſſionem peccatorum eſſe iuſtitiam noſtram.

9. Legit alius, Liuore eius ſanati ſumus: aſſeruit ilicò, quòd vulnera Chriſti ſunt iuſtitia noſtra.

Iam igitur enumeráſſe ſe ſcribit nouem genera iuſtificationum, è ſcripturis collecta, malè inter ſe cohærentia, neque tamen omnia ſe adhuc recenſuiſſe. Enumerat deincèps, quæ è ſuo quiſque capite cõfinxit.

10. Aliqui, inquit, dicunt, quòd iuſtitia ſit opus Dei, quod ipſe in Chriſto operatur.

11. Alij, quòd nos Deus ad æternam vitam recipit.

12. Alij, quòd meritum Chriſti.

13. Alij, de media quadam iuſtitia loquuntur, quam tamen explicare nequeunt.

14. Alij docent, quòd eſſentialis iuſtitia Dei creat in nobis aliam nouam creatam iuſtitiam Sic Oſiander quatuordecim opiniones de iuſtificatione recenſet, & quam ipſe profert, eſt quintadecima. Iuxta numerum autem, cuius meminit in cõfutatione ſcripti, quod contra ſe Philippus Melanchthon ediderat, erunt omnes viginti & vna. Ex quo videre licet, ſi ſic ipſi diſſident inter ſe, non de lana caprina, quod dici ſolet, ſed, quod ipſimet fatentur, de præcipuo doctrinæ Chriſtianæ loco, qui ſummam Euangelij totius in ſe continet, quàm tutum ſit, de quocunque tandèm Chriſtianæ doctrinæ capite diſceptetur, à ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ deficere: & animam vnius alicuius iſtorum fidei committere, qui nupèr exortus, non modo cum ſuæ congregationis proceribus, ſed ne ſecum quidem ipſe per ſæpè conſentiat, ſicut in hoc ipſo capite de Iuſtificatione totiès eſt à Philippo Melanchthone variatum. Certum eſſe dicit argumentum Lutherus, quandoquidem ſeptem aut octo ſectas enumerauit Sacramentariorum, doctrinam eorum ab authore ſatana profectam eſſe, quòd in ipſo ſtatìm exordio ſit in tot capita diſſecta. Atquì nos non ſeptem, ſed bis aut ter ſe-

ptem

Triginta-ſex pugnãtes opinio-nes de com-munione vtriuſque vel alterius ſpeciei.

ptem Lutheranorum ſectas de vno ſaltẽ iuſtificationis articulo, qui ſummam Euangelij continet, receuſuimus. In vniuerſum autem de rebus etiàm alijs diſſidentes, quater ſeptem vna minùs. Collegit ciuis quidam Hallẽſis homo laicus Gaſpar Querhamer, trigintaſex loca Lutheri inter ſe pugnantia ſuper vno duntaxàt articulo, qui eſt de communione vel vtriuſq; vel alterius ſpeciei ſacramenti Euchariſtiæ. Quòd ſi trigintaſex has opiniones ad iſtas viginti ſeptem, quas enumeramus, addendas quis putauerit, erunt ſexagintatres. Quàm multæ ſunt autẽ ſectæ, quæ nos adhuc fugiunt? Et erit quiſquam qui dubitet, quin & hæc Lutheranorum doctrina ſit ab authore ſatana profecta? Hactenùs Hoſius.

Lindanus.

Iuſtificatorij qui ꝓpriè appellantur.

De his rurſùs Iuſtificatorijs ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Iuſtificatorios, inquit, haud immeritò appelles omnes, qui Lutherum ſequuti magiſtrum, de iuſtificationis modo diſſentiunt. Ex varijs enim ſui hæreſiarchæ verbis & inconſtantibus, varium quoquè diſcipuli concipiebant ſenſum. Cùm enim Oſiandro ſe opponerent, dux Pruſſię anno Domini 1541. à Lutheranorum Prędicatoribus (ſic enim nunc gaudẽt illi appellati paſtores ſectarum) iudicium petijt ſuper iuſtificationis modo: qui omnes ecclesiarum ſuarum nomine ità reſponderunt, vt plus eſſet ipſis inter ſe, quàm cum Oſiandro, mutuæ diſſenſionis. Priuatam enim quiſque iuſtitiæ definitionẽ obtrudebat, omnes contrariam, nullus Catholicam.

IVSTINA VALENtiniani *Imperatoris mater*. 36.

Peſſimè ibi res gerũtur vbi fœminæ arrogantes regnant,

IVſtina Imperatrix, mater fuit Valentiniani Imperatoris fratris Gratiani Cæſaris, Arrianæ hæreſeos alumna, quam ſectam etiàm, teſte Rufino eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſecundo, capite decimoſexto, armis defendit poſt mortẽ mariti ſui magni Valentiniani Imperatoris, ſub filij ſui Valẽtiniani Iunioris Imperio, Sirieij ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 388.

Socrates.

De hac ſic habet Socrates Tripartitæ hiſtoriæ libro nono, capite vigeſimo: Iuſtina, inquit, Valentiniani mater quum eſſet Arriana, viuo quidem marito lædere non valuit Orthodoxos. Eo mortuo, & filio valde iuuene Mediolanum veniens, Ambroſio epiſcopo erat infeſta,ità vt eum mitti iuberet in exilium. Cumque de Eccleſia iuberetur exire Ambroſius, Ego, inquit, hoc ſpontè non faciam, nè lupis ouium ſepta contradere videar, aut blaſphemantibus D E V M. Hic, ſi placet, occide: hoc loco mortem pronā ſuſcipiam voluntate. Cumque populus ſingulariter diligẽs Ambroſium, repugnaret, & trahentibus eum in exilium valdè reſiſteret, magis hinc indignata Iuſtina, vocauit Beniuolum tunc Quæſtorem *, iubens vt velociter proponeret legem, quæ fidem prolatā Arimini confirmaret. Cumque ille hoc agere declinaret, (erat enim Orthodoxus) maioribus eum cingulis inuitabat. Beniuolus autem diſcingens ſe, balteum ante pedes Auguſtæ proiecit, dicens, non illum honorem, neque maiorem velle ſe pro impietatis habere mercede. Cumque ille hoc facere omnibus modis recuſâſſet, inuenti ſunt alij, qui nequitiæ iuſſionibus miniſtrarent.

*quique in decuria ſcribarum, in ſacrarũ conſtitutionum tabulario militabat.

Iuſtina filij ſui nomine conſtitutionem cõtra catholicos per alios notarios præſcribit.

Inter hæc nunciatur, Gratianum Imperatorem dolo tyranni Maximi ab Andragathio duce fuiſſe occiſum. Quo ſacto, ad præſens contra Ambroſium ira Iuſtinæ quieuit. Porrò Valentinianus, licèt inuitus, tempore neceſſitatis flexus, in Maximi conſenſit imperium. Cumq; audiſſet tyrannus ille quæ contra Ambroſium magniloquum Prædicatorẽ veritatis rurſùs agerentur, ſcripſit Valentiniano, vt bellum quod agebatur contra eccleſias, ſolueretur, monens vt paternam non amitteret pietatem: adiecitque etiàm minas belli: & niſi quieſceret, verba operibus adimpleret.

Mors Gratiani Imperatoris.

Quamobrem ſumens exercitum, venit Mediolanum, vbi tum ille degebat. Porrò Valentinianus cognoſcens eius inuaſionem, ſugit in Illyricum, experimento cognoſcens, quæ matris conſilio ſu-

Theodoſius tyrannires ſecūdas & Valentiniani casū, perſequuti oni orthodoxorum adſcribit.

ſtineret. Porrò Theodoſius, quem Valentinianus velut prudentem & fortunatum principem, imperij conſortem creauerat, & in Orientem miſerat, audiens quæ à Iuſtina fuerant geſta, & à Maximo tyranno ſcripta, fugienti Valentiniano reſcripſit, non eſſe mirādum ſi imperatori quidem terror, tyranno verò poteſtas accreſceret, cùm Imperator pietati rebellis extitiſſet, tyrannus verò ei auxilia commodaret: & proptereà ille quidem fugeret nudus, iſte verò armaretur aduersùs nudum. Ille enim, inquit, rectæ fidei opinioni ſubſidiū fert: Imperator verò, dum rectam ſententiam oppugnat, contra Deum bellum mouet. Et tu quidem cæleſti armatura nudatus, fugæ te commiſiſti: ille autem recta opinione munitus, ſuperior eſt, & herum ſuum vincit. Prorsùs enim veræ pietati, author & legiſlator eius, adeſſe ſolet. Atque hæc quidem, quum longè adhuc abeſſet, Theodoſius ad Valentinianum ſcripſit.

Summa edicti quod contra catholicos edi iuſſit Iuſtina imperatrix.

Edicti porrò, quod aduersùs orthodoxos epiſcopos Iuſtina conſcripſit, hæc ſumma eſt: Conſtituit, vt tutò atq; liberè, qui eadem ſentirent, quę epiſcopi Arimini, ac deindè etiàm Conſtantinopoli congregati ſtatuiſſent, conuentus haberēt. Quòd ſi qui diuerſæ eſſent opinionis, illis obſiſterent, & aliud quàm noua iſta Imperialis conſtitutio mandaret, petere auderent, eos morte mulctandos eſſe ſanxit.

Conſerat autem mihi, quæſo, pius prudensque lector eum tyrannide hac per circunſtantias omnes ſeditionem & rebellionem Gallicam, eiusq; exitum, quem anno 1562. in hoc Galliæ regno & anteà per totam Germaniam, vidimus, & experti ſumus noſtro maximo malo, et rem prorsùs eandem inueniet.

FINIS LIBRI NONI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER DECIMVS.

DE LITERA L.

LAMPERIANI.

1.

LAmperiani à quo denominationem habeāt, & quo tēpore fuerint, nuſquàm reperi. Hi tamen cum Vuicleffis concurrunt, cōmunem cū eis opinionē habentes. Ex quo colligere licet, eos fuiſſe Caroli quarti Germani Cæſaris, & Innocentij ſexti papæ temporibus, circa annū Domini 1352.

Lamperianorum hæreſis.

Seſe tamen Lamperiani Apoſtolicos, & ad Apoſtolorum ordinem pertinere, iactitabant.

Nihil verò eſſe faciendum ex neceſſitate, ſed omnia debere fieri liberè & citra vllam coactionem aſſerebant, hac ſola prophetæ ſententia moti: Voluntariè ſacrificabo tibi. Psal. 53.

Qua etiamnùm ratione ducti, omnia vota aſpernabantur & cōdemnabant, ea nihil prodeſſe dicentes, quòd neceſſitatem & coactionem quandam viderentur hominibus inferre: quodque eorū votorum fundamentum, ſanctorum patrum obſeruationi eſſet contrarium.

LEO TERTIVS ET *quartus Imperatores.*

2.

LEo tertius, Iſaurus ſiue Conon cognominatus, imperiū inuaſit, abſtulitq; à Thodoſio tertio, ſub Gregorio ſecundo huius nominis Romanorū ſummo pontifice, circa annum Domini 719.

Hic

Leo cur Iconomachus appellatus, dictꝰ & Theomachos.

Hic appellatus eſt Iconomachus, hoc eſt, imaginum expugnator, proptereà ꝙ imagines ac ſtatuas ſanctorum è templis auferri & incendi mandârit. Quarũ perdendi (vt inquit Ioannes Baptiſta Egnatius libr. 2 de Romanis principibus) tantus hominem ardor inuaſerat, vt Iudæis duobus gratificaretur, qui illũ tantò antè imperaturum prædixerant, vt & Conſtantinopolitanum pontificem, Germanum nomine, aduerſantem, ſede extruſerit, & Romanum antiſtitem obſiſtentẽ compræhendi iuſſerit. Propter quam etiàm hæreſim (Platina teſte) à Gregorio papa huius nominis ſecundo, & Imperio & communione fidelium priuatur.

Conſtantinus quin.

Conſtantinus quintus (vt ſuprà in eius titulo retulimus) Imperator, qui elephantiæ morbo correptus interijt, huic etiàm adhæſit hæreſi. Cui item inhæſit & Leo quartus Imperator, huius Conſtantini filius.

Leo quartus.

Irene imperatrix.

Vxor tamen iſtius Leonis Irene dicta, Leone defuncto, curam gerens Imperij, filij ſui Conſtantini ſexti nomine, concilium in Nicena vrbe ſecundum, quod ſeptimum habetur, congregari fecit, in quo à trecentis & quinquaginta epiſcopis eodem cõuenientibus definitum eſt, vt qui ſacras imagines delendas dicerẽt, perpetuo anathemate notarentur. Hãc tamen eccleſiæ definitionem Conſtantinus ſextus grandæuus factus, quorundã malorum hominum perſuaſione deceptus, recipere noluit. Quæ res fuit vna ex præcipuis cauſis, propter quas à Græcis Imperatoribus defecerunt Latini. De huius Leonis quarti morte ſic tradit idem Egnatius: Sed breuì (inquit) pœnas luit. Caput enim impium carbunculi apoſtemate ſtatìm intumuit. Tandèm ardentiſsima febri ſubſequuta, impium ſpiritum nefarius exhalauit, imperij anno vno. De hac hæreſi vide plura in Iconomachis.

LIBERI. 3.

Liberorũ errores.

Liberi hæretici, ſunt ſectâ Antilutherani, & ex Anabaptiſtarum ordine. Hi enim libertatem eſſe dicunt, vt author eſt Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, cùm quis ab obedientia principum, à decimis & cenſibus atque redditibus ſeſe eximit & emancipat.

2. Docent rursùs, coniugia eſſe inter fratres ſpiritualia. Vndè & vxores habent communes, nec patiuntur eas ſuis maritis * infidelibus debitum reddere. Hæc omnia eſſe Patris voluntati, in aiunt.

* id eſt, nõ ſuæ ſectæ,

3. Hi ſeſe poſt anabaptiſmum negant poſſe peccare, carnem tantùm peccare.

4. Quinimmò arrogantiæ typo tumidi, ac tantum non crepantes, eò perfectionis ſeſe ſimulant peruenire, vt non ſolùm DEO ſimiles ſeſe iactitent, ſed ſcribant etiàm ſeſe iã indigetatos, vti habet impij cuiuſdam eorum libelli titulus, qui ſe deificatum aſſerebat. Iſte ex arte filatoria, vndè Amſterodami victitabat tantus repentè Theologus euaſerat, vt hæc de ſe iactare auderet. Hæc Lindanus.

LIBERTINI. 4.

Libertini, eodem Lindano authore, à libertate, quam prædicant Euangelicam, appellantur. Hos Petrus Viretus libro ſecundo, quem de Miniſterio verbi edidit, facit Catabaptiſtarum prolem. Fanaticum, ait, hominum genus, in quo iurè credas reuixiſſe Gnoſticos & Valentinianos, quibus nihil æquè diſplicet, nihil magìs improbatur, atque ſimplex, proprius, & germanus ſcripturæ ſenſus. Illis Chriſtus eſt Satanas, & contrà, vitium virtus, & virtus vitium. Nihil enim ex eorum ſententia peccatum, niſi eorum opinione, qui ſe peccare putant. Verus Dei timor, & eo imbuta conſcientia, pro inferno illis habetur. Pro paradiſo autem, conſcientia diuini iudicij contemptrix, ſecura, ſtupida, & conſopita. Hæc Viretus.

Libertinorũ germana deſcriptio. Eorum impij errores.

Hoc nomine varias ſectas ſibi vſurpare in Brabantia & Hollandia indicat Caluinus libro contra Libertinos, ſuppreſſa furoris huius origine: ſed in Gallia appellatos ait Quintiniſtas, à quodam Quintino ſartore Picardo, qui illic eas ſparſerit cum quodam Coppino Inſulano. Horũ ſententiam collectam ait idem Caluinus ex Cerdoniſtarum, Manichæorum, Marcioniſtarum, & Gnoſticorum delirijs atque abominandis voluptatibus. Omnia ſimulare & diſſimulare, pro fundamento ſui iaciunt Euangelij, quò faciliùs ſpiritua-

Quintiniſtæ.

Spirituales cur appellari volunt Libertini.

ritualesſ(ſic enim ſe præ cæteris admirantur, quòd ſpiritum ſequantur viuificantem) decipiant carnales, id eſt, non ſuæ haræ porcos.

Omnibus ergò ſacris tam Catholicorum, quàm Euangelicorum ſeſe intrepidè miſcent, omnique impietati ſectarum omnium conſentiunt. Scripturas rident, ac pro fabulis habent. Literæ enim ſe negant obnoxios, qui iam ſpiritum ſequantur viuificantem. Quinimò ille Quintinus vnumquenque Apoſtolorum aliquo notabat ſcommate, Paulum vocans vas fractum, Petrum Chriſti abnegatorem, Ioannem iuuenem ſtolidulum, Matthæum fœneratorem.

Blaſphemiæ Libertinorum in Apoſtolos.

Ad hæc vnum ſtatuunt tantùm ſpiritum eſſe immortalem Dei, qui ſit & viuat, opereturque omnia in omnibus. Angelos fingunt nihil eſſe, nihil peccatum, nihil animas noſtras, nihil etiam eſſe malum, ſed Deum eſſe peccati authorem. Quod ipſum (ait Caluinus) à Simone mago ſumpſit originem. Quod operæpretium eſt aduertere, vt & ipſum agnoſcat Caluinus Simonianum, vti Seruetus illi obiecit, cùm idipſum doceat, quemadmodùm ſuo loco ſuprà dictum eſt.

Caluini in Deum blaſphemia.

Porro Libertini aſſerunt Chriſtum eſſe redemptorem noſtrum, quia tanquàm typus nobis eſt propoſitus, in quo contemplemur ea; quæ ad ſalutem noſtram requirit ſcriptura. Itaque Chriſti paſſione & morte fuiſſe tantùm nobis figuratum ſalutis noſtræ myſterium. Vndè & quidā eorum negant Chriſtum obijſſe in cruce, ſed opinatione. Cuius ſententiæ duos fuiſſe Valentinianæ ſupplicio extremo affectos, ibidèm ait Caluinus.

Chriſtum negant Libertini verè paſſum.

Cæterùm ſuam ſpiritualem regenerationem in eo collocant, nè vlla re, nec peccati remorſu, nec Dei timore, nec iudicij terrore tangantur. Vndè docent omnia homini eſſe licita ſine vlla exceptione, omneque genus viuendi probant. Lenonem ſuo volunt fungi munere, fures audacter furari iubent. Matrimonia diſſoluunt quæ appellant carnalia, vbì vxor mariti ſui tædium ceperit. Vndè promiſcuos laudant concubitus: modò alter altero ſit contentus, id vocant ſpirituale matrimonium.

Omnia omnibus licere, quæ libent, aiūt Libertini.

Communionem ſanctorum interpretantur communionem bonorum temporalium: ideoq; quantum quiſq; poteſt vt rapiat, ſuadent.

Cōmunio ſanctorū.

Reſurrectionem dicunt iam eſſe factam, neq; aliud expectandum iudicium. Iam Chriſtianos reſurrexiſſe, cùm animā humanam ſciant iam factam eſſe illam Dei ſpiritum immortalem, immò in Dei eſſentiam redire, vndè (inquiunt) exijt: eiq; ità iungi, vt vnicus ſpiritus maneat. Hæc de Libertinis Caluinus.

Reſurrectio mortuorum.

Aliud Libertinorum genus recenſet Bullingerus libr. 2. contra Anabaptiſtas, qui Deo peccatum aſſcribunt, ac operatū eſſe peccatum Cain, Saul, & Iudæ. A qua blaſphemia quàm diſſentiat Caluinus, ſuprà diximus. Reſurrectionem carnis negant etiam.

Libertinorum aliud genus q Deo peccatum aſſcribit.

Alij verò nimìs ſpiritualem faciunt: alij denique nimis carnalem, quaſi ebrius poculum, epulo caponem aſſum manu tenens reſurgeret.

Eſt aliud genus Libertinorum, quod Dei miſericordiam omnibus omninò hominibus adeoq; dæmonibus poſt iudiciū pollicetur.

Omnes homines, etiā dæmones, ſaluandos.

Poſtremum genus eſt, quod vetus teſtamentum planè reijcit, neq; eius teſtimonia ad fidem Chriſtianam confirmādam recipiunt, ſolo contenti nouo teſtamento: ſed ità tamen, ſuo vbi id ſapit palato. Hactenùs Lindanus.

LICINIVS IMPERAtor. 5.

Licinius Imperator ex Dacia oriundus fuit parentibus armentarijs: ex quo etiàm ei Armentarij cognomē inditum remanſit. Hic cùm priùs ſectator dogmatis Chriſtiani fuiſſet, voluntate mutata, in paganiſmū conuerſus, ſummus perſequutor eccleſiæ & ſacerdotum extitit, nouis Chriſtianis maximè infenſus ſub Miltiade ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 312 Huic cùm priùs Conſtantinus magnus ſororem ſuam Conſtantiam in matrimonium dediſſet, Imperij ſocium eundem effecit, in Orientemque ad Nicomediam miſit. Sed is cùm magnitudinem imperij mo-

Licinij inſidiæ aduerſùs Cōſtantinum.

moderatè perferre non poſſet, rebellionem exitiumq; aduersùs eum, à quo ſumma acceperat beneficia, molitur, conatumque ſuum, occultè Chriſtianos, quorum Conſtantinus ingens amator erat, occidens, ac multos ex eis in rationem martyriorum referens, declarat. Apud quem cùm Conſtantinus neque cohortando, neque ſuadendo, neque adeò territando, vt à cœpto deſiſteret, aliquid efficeret, poſtremò bello eum aggreſſus, ad Chryſopolim Bithyniæ, prælium cum eo committit: in quo ſuperatus ille, in poteſtatem quidem Conſtantini peruenit: Vitam tamen, victore donante, recepit, & Theſſalonicæ ſub cuſtodia ſeruatur. Vbì verò tum quoquè ad res nouas reſpectare depræhenſus eſt, ipſe in ſe ipſum ferrũ pertraxit. Quam ob rem ſecuri percuſſus, ſibi ipſi quidem vitæ finem, tyrannidi verò & idololatriæ bellicũ motũ creauit.

Licinij deditio.

Licinius literarum oſor accerrimus.

Hic, vt author eſt Egnatius, literis adeò infeſtus fuit, vt virus ac peſtem publicam eas appellaret, illarum tam expers vt ne decretis quidem ſubſcribere poſſet Sed quali vita, moribus, & conditione fuerit, latiùs ex Nicephoro Caliſto audiamus. De quo libro ſeptimo capite 44. ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcribit in hunc modum: Cùm Conſtantinus ſaluberrimas leges conſtitutionesque ferret, & vberrimè nobis Deus pacem, cæleſtisque gratię libertatem prolixiſſimè dediſſet, id ferre non potuit antiquus ille generis noſtri hoſtis. Continuò enim occupauit Licinium, cumque à recta ſententia abductum, ad inimicitias aduersùs Conſtantinum ſuſcipiendas permouit: quem ille, quòd magnam in bello contra Maximinum geſto gloriam conſequutus fuerat, quum Imperatoris nomine decorauit, tum ei Nicomediæ Heracleæ, quæ ad Thraciam eſt, atque Orientis ditionem permiſit. Licinius autem, quum ea quæ prioribus tyrannis acciderant, nôſſet: (quæ quidem eum, vt ſaniora ſequeretur conſilia, abundè ſatis admonere poterant) & quum ſororis Conſtantini maritus eſſet, dignitateque & gloria ab illo ſecundas obtineret, imitatione eius abiecta, tyrannos, quorum euerſionem atque interitũ, ſi quis alius, & ipſe maximè viderat, æmulari maluit. Quapropter quũ omnia paruipendit, tũ affinitatem etiã & fœdera iureiurãdo confirmata contẽpſit, varios aduersùs Conſtantinũ dolos ſtruens, & benefacta mala gratia compenſare ſtudẽs. Ac primùm quidẽ inſidias occultãs, & amicitiã ſimulãs, ſæpè fraudibus illũ aggreſſus, nihil tamẽ egit. Inexpugnabili enim vi, vtpotè Deo charus, munitus erat: & quæ hoſtis ipſe in cordis latebris alia ſuper alia ſtruebat, facilimè ipſe in lucẽ producta coarguebat atq; opprimebat. Tã præſens illi diuini cultùs & pietatis armatura auxiliũ ad ſalutẽ attulit. Atq; ipſe quidẽ, qui in tanta apud Deũ eſſet gratia, occultos illius conatus ad hũc modũ effugit. Ille aũt ꝙ inſidiæ clandeſtinæ ei minùs ex ſententia ſuccederent, Deo illas in apertũ pertrahente, citra diſſimulationẽ propalàm ſe aduersùs Conſtantinũ, fortaſsè aũt dicere licet, etiã aduersùs rerũ omniũ Deũ, quẽ ab eo coli ſciebat, armauit.

Licinij contra Cōſtantinum res nouæ.

Licinij aduersùs Cōſtantinum ingratitudo.

Primùm igitur paulatìm Chriſtianos, qui ſub ditione eius erant, premere atq; oppugnare eſt aggreſſus. Deindè mẽte ab inſita ſibi inſania captus, manifeſtã contra eccleſias commouit perſecutionem: futurum ratus, vt Conſtantinus, religione periclitante, ſummo afficeretur mœrore. Neque eum latebat, eccleſias pro illo orare, atq; ſtudere vt ſub illius eſſent imperio. Inprimìs verò delectu inſtituto, Chriſtianos oẽs è domo familiaq; ſua exegit: milites q; qui dæmonibus ſacrificare nollent, honore dignitateq; ſpoliatos exauthorauit. Mox leges illegitimas & iniquas tulit, in cuſtodijs cõcluſis miſericordiam oẽm claudens: & Chriſtianis depræhenſis eaſdem quas maleficis, pœnas decernens.

Licinius Chriſtianos perſequitur, & quarè.

Quid ego nunc dicam, quæ ille priùs inaudita de coniugijs ſtatuerit? Quæ nouo quodam modo in defunctos admiſerit? Quantam auri & argenti vim à ciuibus exegerit? Vt nouas agrorum menſiones inſtituerit? Aliasque adinuentiones excogitârit? Et delationes illuſtri loco natorum & magna gloria virorum receperit? Quorum vxores per repudium ab eis ſeparatas, impotentibus atque impudicis ad ludibrium dedit. Quid etiam dicam, quibus ipſemet in extrema etiàm ſenecta vel virginibus vel coniugibus quo-

Fœda eiuſdem tyrannis.

quotidiè libidinoſiſſimè illudens. exatiare tamen impotentem ſuam petulantiã non potuerit? Sed enim quę ſequuntur flagitia eius, parua hæc & nihili quæ diximus, eſſe coarguunt.

Licinij in epiſcopos ſæuitia.

Poſtremò nanq; furori ſuo longè maximo quaſi victus cedens, vim omnem in epiſcopos conuertit, quos miniſtros Dei eſſe ſciebat. Horum præclariſſimos quoſque clàm fraudulenter enecauit, cædisq; nouus planè & inſolitus modus fuit. Ac quæ in Ponto & in vrbibus circùm Amaſeam is peregit, ſæuitiam atq; crudelitatem omnem longè ſuperant. Eccleſiæ nãque partìm à radicibus ipſis euulſæ & ſolo æquatæ, partìm clauſæ prorſùm ſunt. Sacerdotes autem magno cum contemptu perindè atque malefici quidam, grauiora etiàm quam homicidæ, propter innumeros eis illatos cruciatus paſſi, tandèm ferro in minutas partes diſſecti, in mare, vt piſcibus eſca fierent, proiecti ſunt. Nam aliorum piorum cædes quis enumerare queat? Solitudines etiàm tum & montes inculti pro vrbibus frequentabantur. Atq; ad hunc modum cùm animatus eſſet, quocunq; ſe conferret, diripiebat omnia & vaſtabat.

Theodoti ducis martyrium.

Quo tempore etiàm exercitûs dux Theodorus martyrio eſt defunctus, ſpectata fortitudine vir, qui Heracleæ in Ponto habitans, Mariandynorum genti præerat: & quòd euocatus ad Licinium non veniſſet, * hoſpitem ipſum habuit, eiusque deos comminutos egentibus dedit. Hunc Licinius etiàm ſi egregiè charum habuerit, multis tamen affecit cruciatibus. Nam & in crucem eum egit, & ſubulas in meatus ſecretiores corporis eius immiſit, poſtremoq; capite truncauit. Cuius corpus poſteà in patriam eius Euchaitem magnificè deportatum, & ibi inſigni templo cohoneſtatum eſt.

* hoſtem

Baſileus Amaſenus epiſcopus, martyr.

Poſt Theodorum & Baſileus Amaſenus epiſcopus, quum priùs intolerabilia tormenta eſſet perpeſſus, capitale ſubijt ſupplicium.

Sebaſtiẽſes 40. martyres.

Sebaſtia quoq; vrbs in ſtagno ſuo quadraginta illos egregios & diuinos viros per frigus & vndam mirificè Deo totos holocauſti inſtàr oblatos vidit, quum Lyſias adhuc & Agricolaus ſatellites propugnatoresque eius ſuperſtites eſſent, inueniendisque aduersùs martyres nouis cruciatibus apprimè pollerent. Illorum porrò coniuges, quæ & ipſæ quadraginta numero fuère, Heracleam Thraciæ abductæ eſſe feruntur: atque ibi cum Amone quodam diacono tormentis, quæ quiſquam exprimere poſſit maximis, generosè & fortiter toleratis, cum pulchra profeſſione, per gladium victimæ Deo ſunt oblatæ.

Coniuges eorundem itidem 40. martyres. Amõ martyr.

Ad extremam ergo dementiam ruẽs, ità vt cœperat, defectionem ſuam à fide in apertum perferre pertexit: & ad manifeſtam idololatriam conuerſus, ſacrificijs & victimis mactatis, ſe faciliùs rectiusque bellum eo modo expediturũ arbitratus, dæmones euocauit. Dicunt quoque ſeductum eum à quibuſdam, qui victoriam ei pollicebantur. Mileti oraculum Apollinis Didymæi ſiue gemelli conſuluiſſe, eique de belli euentu percontanti, à dæmonio reſponſum eſſe verſibus hiſce:

Licinius apoſtata oracula de belli euentu conſulit.

Te grandæue pater iuuenilis pugna fatigat.

Et tua fracta iacet ſenio grauiore poteſtas.

Pius planè Conſtantini animus.

Conſtantinus porrò Imperator DEO chariſſimus, verecundia quadam, ſingularique humanitate & modeſtia præditus. talia cùm de eo audiret, ſeipſum primùm continuit, vicemq; eius qui indignus erat, cui quiſpiam condoleret, admodùm eſt miſeratus. Poſtquàm verò ad conatus illius hoſtiles nihil ſupereſſet, rabiesque contra Chriſtum ſuſcepta magis magisq; procederet, moderatam pro conſuetudine ſua aliquantum contrahens mentem, & humanitatem iuſtitia temperans, ſubueniẽdum eis eſſe qui ab illo tam crudeliter vexarentur, ſtatuit: illud certum compertumque habens, fructum pietati ſuæ, victoriam, cælitùs contra hoſtes ſuos propoſitum eſſe. Quamob cauſam honeſtatis virtutiſq; amori militiæ vitiorumque odio miſto, vnà cum pio filio Criſpo, contra Licinium ſalutari armatura duce & auxiliatrice proceſſit. Et tandèm ambo acie ſtructa, ad Chryſopolim Bithyniæ vrbem cum illo prælium commiſere: omnibusq; rebus eis ritè atq; feliciter cedentibus, victoriam ab hoſte fortiſſimè

retulére, peditatu illius omni navalique ſubſidio in fugam verſo.

Ille porrò cùm quid faceret, non videret, ſeipſum victorib. dedidit: ille, inquã, qui paulò antè minas ferociter ſpirauerat, atq; omnia poteſtati ſuę ſubijcere contenderat. Imperator ſanè more ſuo ſoliro vſus, vitam quidem illi donauit, eumque ſub cuſtodia eſſe Theſſalonicæ mãdauit. Vbi verò ille à moribus ſuis conſuetis nõ diſceſſit, & fraudulenter inſidioſa conſilia captans, barbarorumq; multitudinem mercede conducens, vt bello reſtaurato cladem acceptam ſarciret, ad res nouas rurſùm ſpectare depræhenſus eſt: Imperatoris iuſſu vitam ferro cæſus amiſit, idem ſcilicet, quod priores tyrãni, paſſus. Quandoquidem enim illorum malis & aduerſis rebus edoctus, ad frugem & officium non redijt, eandemq; quam illi, impietatem ſequutus eſt, non immeritò in eaſdem fœdas calamitates decidit. Statuæ quoq;, & quæcunq; imagines eius in muris poſitæ, atq; inſertæ fuerãt, euerſæ, erutæ atq; abolitæ ſunt. Atq; ille quidem ità victus occubuit. Hactenùs Nicephorus.

Victoria Conſtantini aduerſus Licinium.

Memoria eiuſdem damnata.

LOISTAE. 6.

Eligij Loiſtæ hypocriſis & diſſimulatio.

Loiſtæ ex numero ſunt noſtri temporis Euangelicorum, à quodam Eligio Antvverpienſi dicti, qui (authore Lindano. Dubitantij ſui dialogo ſecundo) omnia ſimulans & diſſimulans, in tẽplis verſabatur: ſacerdoti ſacrificanti deſeruiens, teſſeram calicis ſacri veſtibus innotatam in erroris priſtini pœnitentiam circunferebat: ſed habitum, non animum, mutans, Deum hominesque ridebat, impium illum Lucianum atq; Doletum Gallum multis ſuperans paraſangis. Hæc Lindanus.

LOLLARDI. 7.

Lollardi ex Anglia & Vuiclephiſtarũ ſecta originem duxerunt: quanquã ſui authoris errori per omnia non adhæſerint. Nam hæretici hoc ſemper habent peculiare, vt vnitatem doctrinæ & opinionis tenere neſciant. Emerſerunt aũt Caroli 4. Imp. Germani, & Innocentij 6 papæ temporibus, circa annum Domini 1360.

Hi porrò aſſerunt aquam benedictam non maioris fore virtutis & efficaciæ q̃ ſit ea quæ benedicta & ſacrata non ſit: quòd (vt aiũt) benedictionibus & exorciſmis noſtris res facere meliores non poſſimus, quàm DEVS eas per naturam condiderit. Quapropter benedictiones omnes quæ fiunt ſuper vinum, panem, aquã, oleum, ſal, & ceram, eccleſiæ muros & pauimenta, veſtes, mitram, calices, & his ſimilia, eſſe potiùs opus necromantiæ aſſerunt, quàm veræ & Chriſtianæ pietatis: quoniã (vt aiunt) per huiuſmodi exorciſmos & benedictiones, honos creaturis exhibetur, qui ſolius creatoris eſt: cùm creditur, maioris illas eſſe virtutis, quàm ſint in natura propria, vtpotè quòd in creatura ſic benedicta nulla videatur mutatio facta, ſed ſola falſa fides, quod in arte diabolica præcipuum eſt. Hæc eſt Lollardorum & Vuiclephiſtarum de hac re ſententia.

Lollardorum hæreſis.

LVCIANVS CONſtantinopolitanus epiſcopus. 8.

Lucianus Cõſtantinopoli poſt Eudoxium, cuius erat ex ſorore nepos, Eunomianæ ſectæ præfuit, ſub Archadio Cæſare & Siricio Romano pontifice, circa annum Domini 398.

De hoc ſic ſcribit Nicephorus libr. 13. cap. 1. Macedoniani autem, inquit, eo tempore, hoc eſt, ætate Archadij Imperatoris, Conſtantinopoli parùm valuére: quibus hoc nocebat, quòd epiſcopum ſuum non haberent. Ex eo nanque tempore, quo eis ſub Conſtantio ab Eudoxio popularibusq; eius eccleſiæ adẽptæ fuerant, ſub ſolis presbyteris ad præſens vſque imperium (nimirùm Theodoſij iunioris) conuẽtus ſuos habuére. Poſt Eudoxij autem mortem qui Conſtantinopoli Eunomianæ ſectæ præfuerat, in locum eius Lucianus quidam fuerat ſurrogatus, Eunomij ex ſorore nepos. Hunc quòd in auaritiam, & cognata illi crimina alia delapſus eſſet, eamque ob cauſam pœnas ſe daturum ſuſpicaretur, ab Eunomianorum factione reliqua deſciuiſſe, ſodalitatique ſuæ præijſſe, & non contemnendæ cohor deficit, & ſic

Macedoniani.

Lucianus Eunomij ex ſorore nepos à reliquis Eunomianis

tis ducem factum eſſe dicũt, omnibus pr. ſùs qui varijs infamibusq; dictis obruti eſſent, ad ipſum confluentibus. Hæc Nicephorus.

suam ſibi inſtituit hæreſim.

LVCIFERIANI.

9.

LVciferiani, à Lucifero quodam Caracalitano in Sardinia epiſcopo nominati ſunt, qui, teſte Auguſtino libro de hęreſib. c.8. ſola ambitione motus, ſuã hæreſim populo obtruſit, Conſtantij Imperatoris, & Liberij ſummi pontificis Romani temporibus, circa annum Domini 365.

Dicebant autem Luciferiani, animam hominis de carnis ſubſtãtia propagatam eſſe.

Lucifer Caracalitan. epiſcopus: alij legunt Caralitanus.

De hoc autẽ ſic ſcribit Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 10. cap. 14. Poſt Athanaſij, inquit, reditum, etiam Lucifer Caracalitan. in Sardinia, & Euſebius Vercellenſis Libyum qui in Italia ſunt, epiſcopi, Imperatoris Iuliani literis reditu eorum probato, Thebis ſuperioribus in Orientem peruenère. Nam à Conſtantio, perpetuo mulctati fuerant exilio. His porrò quum inter ſe conueniſſet res Eccleſiæ cõſtituere, Euſebius Alexandriam conceſſit, vt cum Athanaſio conuentum cogeret, & ſynodi Nicenæ decreta ſtabiliret. Lucifer autem Euſebio (ita enim vtrique placuit) diaconum, qui ſynodo adeſſet, vicem ſuam attribuit, per quem recipiebat, ſe rata habiturum quæ ibi conſtituerentur. Ipſe verò Antiochiam profectus eſt, vbi eccleſiam non parùm perturbatam inuenit. Erant enim tum populo diſſidia, quòd non ſolùm ab Arrianis, quibus Euzoius præfuit, diſſentirent, verum etiam eos qui Melitij partes ſequebantur, eandemq; quam ipſi obtinerent ſententiam, non reciperent. Quum is autem nõdùm ab auxilio reuerſus eſſet, Lucifer, Paulino in locũ eius ſubſtituto, indè diſceſſit. Euſebius Alexandriæ, vnà cum Athanaſio, animo magno concilium coëgit Et conuenère eò epiſcopi multi, quibus quum magnus Athanaſius præiret, non ſolùm Nicenam fidei profeſſionem roborârunt, ſed etiàm ſermonibus, quæſtionibusque de rebus neceſſarijs pluri-

Lucifer Antiochiæ Paulinum Melitio ſubſtituit.

Synodus Alexandrina Athanaſio præſidente.

mis habitis, eas deciderunt.

Quo tempore diuinitate etiàm Spiritus ſancti perpenſa, conſubſtantialem eum, & eiuſdem honoris cum patre & filio, ſunt profeſſi: & trinam vnius deitatẽ eſſentiæ, Τριάδα, hoc eſt, Trinitatem nominârunt. Perfectum quoq; hominem quẽ Deus ſuſcepit Verbum, & animo & ore vno deprædicârunt: & quidem non tantum carnatum ſolùm, verum etiàm anima intellectuali animatum: quemadmodùm & veteribus, qui de diuino numine philoſophati ſunt, viris placitum eſt. Non enim illi fidem aliquam recèns excogitatam eccleſiæ tradiderunt, ſed quam eccleſia antiquitus à Maioribus accepit: & quæ olim ſancti viri, qui prudenter & piè res Chriſtianorum ſacras tractantes prodidère, Irenæus videlicet Lugdunenſis epiſcopus, Clemens ſtromatum contextor, Apollinaris Hierapolitanus, & qui antiquitùs eccleſiæ Antiochenæ præfuit Serapion, ea illi explicata confirmârunt. Iſti ſiquidem omnes quos modò recenſuimus, atq; itidèm alij, in lucubrationibus ſuis, Verbum quod hominem aſſumpſit animatũ, quippe ipſis conſubſtantialem, tradiderunt.

Trinitas Τριὰς ὁμοούσιος ὁμότιμος.

Deus Verbum hominem animatum aſſumpſit.

Cæterùm Lucifer, vbi electionẽ Paulini Euſebio diſplicere intellexit, perindè atq; iniuria affectus eſſet, ægrè rem ferens ſuccenſuit, neq; ad communionem cum Euſebio venire voluit. Et quaſi in ſynodo non ritè res acta eſſet, decreta eius per calumniam reijcere inſtituit. Et quum multa quę damnum, vt fieri ſolet, afferebant, per triſti eo tempore mouerentur, multos etiàm ab eccleſia ea res alienauit. Qua de cauſa noua quoq; rursùs hæreſis extitit, a Lucifero appellationem ſortita. Quæ ſanè parùm decentem iræ cauſam habuit. Suo enim ipſius laqueo captus tenebatur, qui diacono ſuo miſſo, ſe probaturum quæ ſynodus conſtituiſſet, profeſſus fuerat. Et ipſe quidem eccleſiæ ſententiam retinens, ſimultatemq; remittens, ad ſedem ſuam in Sardiniam ſe recepit. vbi Valentiniano regnante obijt. Qui verò cum eo dolore ſe affectos exiſtimabant, in Oriente relicti, ſectam ſibi ſuam conſtituerunt & longo tempore eccleſiam oppugnârunt. Hæc Nicephorus.

Lucifer ab Euſebio Vercellenſi diſiunctus.

Luciferianorum hæreſis in Oriente.

LV-

LVCAS STERNBERger. 10.

LVcas Sternberger anno Domini 1561 ſub Ferdinando Imperatore Germano & Pio quarto Papa in Olomucenſi Morauię oppido emerſit: qui (vt author eſt Staphylus de Lutheranorum inter ſe concordia) coniectus in carcerem apud Sternbergenſes, atque alijs locis non paucis concionatus, Euangelicumque ſe eccleſiaſten & Lutheri ac Melanchthonis diſcipulum profeſſus: doctrinam hanc, quæ ſequitur, ceu purũ putũ Dei verbum, publicitùs populo amplectendã tradidit.

1. Primò quidem docuit ille propalàm atque confeſſus eſt, eos omnes qui ſanctæ Trinitatis nomen confitentur & colunt, tres Deos falsò cõminiſci, cùm ſit Trinitatis nomen ſuperuacaneum & inane, quòd in ſcripturis ſacris nomen Trinitatis nuſquàm expreſſum ſit, nec niſi vnus Deus ſit in cælo. Itaque vetuit ille, nè præclara illa cantio, O veneranda Trinitas, cãneretur, atque eius loco cantari iuſſit, O venerãda Dei bonitas. Optat etiàm, vt dæmones omnes Trinitatem abducãt & abſportent: neſcire ſe, inquiens, vtrùm fœmina vel mas ſit: perſuaſum aũt ſe habere, Trinitatem illam quandam fœminam fuiſſe, quæ tres maritos habuerit.

2. Secundò faſſus eſt & tradidit, Chriſtum non fuiſſe verũ Deum, ſed hominẽ duntaxàt inſtar aliorũ mortalium. Si enim Deus ille fuiſſet, oportuiſſe illum è cælis demigrare in terras, atque interìm angelicis ſpiritibus, mundi adminiſtrationẽ demandare. Natum illum eſſe non niſi ex Maria & Ioſepho fabro lignario, cum eodemq; illud opificium exercuiſſe in triceſimum vſq; ætatis annum. Docet prætereà Chriſtum non propria virtute diuina, ſed virtute omnipotentis ſurrexiſſe à mortuis, nec vllum feciſſe miraculum alia quàm Dei præpotentis operatione & efficacia, vt qui illum præ cæteris prophetis pluribus auxerit donis & muneribus: atque ob vitam honeſtè & ex virtute actam, tum demùm illum filium adoptàrit, cùm à Ioanne in Iordane baptizaretur, idque hac voce cælitùs lapſa, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: atque ità Chriſtum eſſe quidem Dei filium, ſed ſecundùm animam duntaxàt, eò quòd hanc illi in cruce reddiderit & cõmendàrit.

3. Tertiò, ridet ille Spiritum ſanctum, dicens, eum nihil eſſe aliud, quàm columbam: aſſerens etiàm, nihil in ſcripturis ſacris neque veteris neque noui Teſtamenti de illius diuinitate haberi: neq; conſtare quid ſit Spiritus ſanctus: & potiusque ſe velle redire ad cœnobium, quàm credere in Spiritum ſanctum.

Obſerua doctrinam Lutheri, Nihil tenẽdum, præterquam ꝙ in Biblijs iuſſum vel vetitum ſit

4. Quartò, non vult ille ſummis vehendam laudibus Dei genitricem eſſe virginem perpetuam, ſed priùs eam habuiſſe duos aut tres filios, nihilque eam diſtare à reliquis fœminis: atque eam ob rẽ nullo neque illam, neque alios ſanctos honore afficiendos, nullaq; vel illius vel diuorum feſta celebranda. Prætereà Dominico die operandum, ſabbato verò feriandum eſſe, quòd ſabbati dies in ſacris literis expreſsè iuſſus ſit coli: de Dominico autem nihil præſcribatur vel conſtituatur. Vt enim Lutherus docuit, nihil neq; recipi neq; obſeruari oportere, niſi quod in ſcriptis diuinis Deus ipſe diſertis verbis vel præceperit, vel prohibuerit.

5. Quintò, idem ille etiàm ſacrum reijcit Baptiſma, appellans illud Satanicam inſtitutionem, affirmansq; eos omnes ꝗ hoc tingantur lauacro, non niſi ad tartarum & ſempiternam damnationem baptizari. Diuinitùs enim non baptiſmum, ſed circumciſionem eſſe inſtitutam.

6. Sextò, quòd ad ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramentum attinet, nõ poteſt ille deridendo ac irridiculè illud tractando & indè loquẽdo, animum explere ſuum. Ait Iudæos paſcha vel agnum paſchalem iam comediſſe, ſi quid reliquum fuit, id igne concremàſſe. Ad extremum fatetur ſe idem de hoc ſentire Sacramento, quod Melanchthon ſenſerit. Cùm enim aliquã dò quoſdam haberet communicantes, pauciores tamen quàm putaret ipſe, alios omnes accerſiuit, his ad illos verbis vtẽs: Venite huc, non enim poſſum illum deuorare ſolus. Porrò quod ad reliqua ſacramenta attinet, per omnia Lutherum ſuũ agnoſcit præceptorem, à quo hanc ipſam doctrinam acceperit.

Has autem iam memoratas hæreſes in Morauia extare, & permultos ijs miſerandum in modum ſeduci & euerti, res ipſa loquitur. Turcis quoque & Mahometico Alcorano hoc quintum Lutheri euangelium viam in Germaniam aperire & cõmunire, illi quibus Mahometanũ pariter & Lutheranum dogma perſpectum eſt, ſecum penſitare poterunt.

Atqui itametſi Lutherani, quò ſe ſuumq. purgent & excuſent euangelium, Lutherũ obijciãt haſce iam dictas à Luca Sternbergenſi propagatas hæreſes neutiq̃ commentum eſſe, nec docuiſſe vnquam, nec ità ſenſiſſe, iurè illis & poteſt & debet eiuſmodi reſponſum reddi: quamuis Lutherus expreſſè hæc non docuerit, quod tamen probabilem habet dubitationem, & nihilominùs vberem & plùs ſatis multam tum hiſce tum alijs quibuſcunq, factionibus & erroribus eum & anſam & materiam præbuiſſe eo ipſo, quòd ſcribit & blaterat, nihil in Eccleſia recipiendum vel retinendum, ſeruandumq; quod non in diuinis literis perſpicuè, luculenter, & expreſſè habeatur.

Quid verò aliud agit Lucas iſte Sternbergius, quò omnem Chriſtianæ religionis noſtræ aboleat & extinguat veritatẽ, niſi quòd ait, Vbinàm ſcriptum eſt? Vbinàm ſcripta loquuntur diuina, tres eſſe perſonas? Vbinàm legitur, Chriſtum in diuinæ humanæq; naturæ vnione alterã eſſe in Trinitate perſonam? Chriſtum eſſe naturalem ac verum Dei filium, & non ſecundùm ſempiternam ipſius diuinam generationem eſſe creaturam? Vbi in ſcripturis expreſſum eſt, Spiritum ſanctum non ipſum eſſe patrem ſempiternum? Vbi diuinis eſt literis annotatum, Mariam Chriſti matrem & ante & poſt partum intemeratam tum fuiſſe, tum permãſiſſe virginem? Quo loco in Biblijs legere eſt, Sabbatum abrogandum, Dominicumq; diem inſtituendum?

Quis tandem hæreticus non idẽ poſſit dicere de quibuſlibet catholicæ fidei noſtræ articulis? Quæ enim ſcriptura tradit, aiunt Anabaptiſtæ, infantes baptizandos eſſe? Et Zuingliani, Quæ ſcripta diuina, inquiunt, verum corpus, & non figuram corporis Chriſti, in Cœna Domini adeſſe confirmant? Atque Lutherani, Quis ſcripturæ locus, aiunt, teſtatur Chriſtum in cœna Miſſam inſtituiſſe? Itaque ſi nulla hæreſis alia à Luthero excitata eſſet, abundè id ſufficeret, quòd docuit nihil amplectendum, nihil obſeruandum eſſe, præterquàm quod Deus ipſe expreſſè, liquidò, ac luculenter in ſacris Biblijs ſiue iuſſerit, ſiue prohibuerit.

Huic verò iam commemoratæ hæreſi, alia quædam ſecta planè contraria, nupèr admodùm Pinczouiæ in Polonia emerſit. Quo loco duo quidem noui prophetæ Petrus Statorius & Georgius Brandata, tradunt non vnum eſſe Deum, ſed tres deos, haud ſecùs inter ſe diuerſos atquè ſint homines tres: attamen filium aliquanto minorem eſſe patre & Spiritu ſancto. Item, Symbolum illud in catholica Chriſti eccleſia cantari ſolitum, non Athanaſij, ſed Sathanaſij eſſe dicendum. Sciſcitantibus autem quibuſdam Poloniæ proceribus ex eodem Petro Statorio & Georgio Brandata, vndè hoc dogma hauſiſſent, videlicet nouum inprimis & in Polonia hactenùs incompertum, reſponderunt purum putum eſſe Euangelium, adeoque ipſiſſimum Dei verbum, & eandem omninò doctrinam, quam ipſi à ſuis præceptoribus, nempe Caluino, Bullingero, Petro Martyre, VVolfgango Muſculo ſint aſſequuti. Quòd verò ea hactenùs in Polonia & paſſim apud omnes inaudita fuerit, id eam habere rationem, quòd præpotens DEVS tam inſignem theſaurum, his demùm extremis temporibus per fideles miniſtros ſuos mundo voluerit reuelare. Teſtantur hæc & ſcribunt de Petro Statorio & Brandata dominus Staniſlaus, Matthias Stanitzkybaro, & Franciſcus Stancarus patentibus literis ſuis ad ſuprà memoratos Doctores Zuinglianos hoc anno 1561. datis, & per proprium nunciũ miſſis. Hactenùs Staphylus.

LV.

LVDOICVS ALEMANI. 11.

LVdoicus Alemani, natione Italus ſectâ Zuinglianus, hoc anno 1566. apud Lugdunum famam ſibi ex impugnatione Caluinianæ doctrinæ & eiuſdē præſtigiarum detectione, quò purum Zuinglianiſmum ſtatueret, comparauit, quemadmodùm doctus ille & pius Claudius Sanctesius in Examine doctrinæ Caluinianæ & Bezanæ teſtatur. Ità enim de eo loquitur: Iam, inquit, cœperūt hoc anno Lugduni Caluiniſtæ ab alijs defectionem facere, authore Ludoico Alemani Italo, aperire oculos, & intueri verborum effaſcinationes atque præſtigias, quibus ſuorum mentibus illudunt impoſtores Caluiniani. Nam ſi quis ſcripta Caluini & Bezæ diligenter obſeruârit & contulerit, triplicem opinionem de re quam aequiramus in Cœna, depræhender.

Vnam, quæ videatur ipſiſſimam carnis & ſanguinis ſubſtantiam polliceri.

Alteram, quæ nudam ac meram gratiam per mediatoris Christi carnem quaſi percolari ad nos effingat.

Tertiā, quæ nihil noui fateatur ex Cœna referri, quod non alibi & anteà compararetur, præter panis & vini pauxillum de manibus impuri alicuius nebulonis & circulatoris miniſtri acceptum.

At Ludoicus cum ſuis aſſeclis ſine verborum inuolucris & circuitu maluerunt ad primam Zuinglij opinionem redire, quæ ſimpliciter & ingenuè concedit, ſpiritualiter tantùm Chriſtum in cœna manducari, & beneficia omnia merito paſſionis eius ſumi, potius quam per fidei imaginationē ſomniare ſe veram ipſam carnem Chriſti degustare, quam nō propiùs re ipſa attingant, iuxta Caluini doctrinā, quàm ſummi cæli verticem. Has ergo poſitiones edit puri Zuinglianiſmi apud Lugdunenſes Ludoicus reſtaurator.

Ludoici Alemani poſitiones pro Zuingliana ſecta contra Caluinia.

1. In hoc ſacramento Cœnæ, nulla nobis ad edendum aut bibendum datur ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti.

2. Neque etiàm per fidem, ſeu incompræhenſibili modo, vt vocant.

3. Quia hoc totum imaginarium, & repugnat apertiſſimo Dei verbo.

4. Hanc autem manducationem corporis & ſanguinis Chriſti, ſpiritualem tantum eſſe contendimus.

nam & Bezanam.

5. Ad quam pij veram fidem ac pœnitentiam afferre debent, gratiarumq; actionem beneficiorum quæ accepimus à Deo per Chriſtum.

6. Chriſtus licet à ſuis fidelibus non ſit abſens, tamen illius ſubſtantiale corpus conſtanter affirmamus non eſſe præſens in hac cœna.

Caluiniſtarum ſynagoga Ludoicum illum conatur omnibus modis à reuelandis ſuis myſterijs & verborum effaſcinationibus reuocare, aut violentia opprimere, quaſi iam ſola regnum in Gallia poſſideat. Ille magis & audaciùs crepat verbū Dei, quàm ipſa: tuetur ſe Pacificationis publico edicto, quo ſe in libertatem conſcientiæ aſſerat: ſibi iuris tantum eſſe oſtendit redeundi ad primam Zuinglij ſententiam, quantum alijs fuit deſerta Eccleſia catholica, in hanc vel illam ſectam abeundi. Gloriatur inſuper, vt audio, magis ingenuè ſe agere cum mundo, quem nolit verborum ambiguitatibus fallere, neque quicquam Caluini conſenſioni cum Tigurinis contrarium afferre, neque ſectam alienam ab intima Caluini doctrina introducere, cum ab eo ſcriptū didicerit, Chriſtum ſola gratia & virtute nobiſcum manſurum in æternum: ab eademq; videat diſtingui duplicem præſentiam & abſentiam corporis Domini, realem ſiue ſubſtantialem, quæ cælo contineatur, & ſpiritualem, ſiue (vt ita loquamur) virtualem, quam collocat in Cœna. Eccleſiæ Caluinianæ Rabini, qui Lugdunum occupant, breuem conſcripſerunt & ſparſerunt admonitionem, qua ſtudent demonſtrare & refellere Ludoici errorem, & in ea mirè amplificant ſubſtantiæ carnis Chriſti participationem: ſed fumum vendunt, cùm ad fidei imaginationem reuoluuntur, & ſubſtantiæ toto cælo à nobis remotæ vmbram cogitatione ſectentur. Vide reliqua ibidem lectu digniſſima. Hæc Claudius Sanctesius.

In Harmonia, ad locū, pauperes habebitis ſemper vobiſcum.

LVCILIA.

12.

Lucilia Donati adiutrix.

Vcilia Aphricana fuit genere, Donati hæretici adiutrix, vtpotè cuius opibus (vt author idem Hieronymus ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos) Donatus per Aphricam, vt infelices quoſq; fœtentibus & putidis aquis pollueret, adiutus eſt. Et ſic duplex ſexus vtrunq; ſupplantat. Verba D. Hieronymi ſunt, cum hæc ita ſe habeant, quid volunt miſerę mulierculæ oneratæ peccatis, quæ circunferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, & cæteri muliercularū ſocij prurientes auribus, & ignorantes quid audiant, quid loquantur, qui vetuſtiſſimum cœnum, quaſi nouam ſuſcipiunt temperaturam: qui iuxta Ezechielem, liniunt parietem abſq; temperamento, & ſuperueniente veritatis pluuia, diſſipatur? Simon magus hæreſim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omniū immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem quæ decipiendos ſibi animos præpararet. Apelles Philemonem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, immundi ſpiritus prædicator multas eccleſias per Priſcam & Maximillam, nobiles & opulentas fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam. Arrius, vt orbem deciperet, ſororē principis antè decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium, mulier virum, cœcum cœca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimum & ex mago Epiſcopum, cum iuncta Galla non gente ſed nomine, Germanam huc illucque currentem, alternis & vicinæ hæreſeos reliquit hæredem. Nunc quoque myſterium iniquitatis operatur: Duplex ſexus vtrunque ſupplantat, vt illud propheticum cogatur aſſumere: Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias ſuas, non cum iudicio. In dimidio dierum derelinquet eas, & nouiſſimum eius erit inſipiens. Hæc ille. Emerſit autem illa Conſtantij Imperatoris & Liberij Papæ temporibus circiter annum Domini 358.

LVCIANVS.

13.

Luciani errores.

Vcianus à quo Lucianiſtæ, Marcionis diſcipulus, Valentini, Cerdonis & Baſilidis hæreſim cum ſuo doctore ſequutus eſt, ſub Antonino Pio Imperatore, & Pio huius nominis primo ſummo pontifice Romano, circa annum Domini 156.

1. Hic, authore Diuo Hilario libr. 6. de Trinitate, & Irenæo libr. 3. cap. 3. vetus Teſtamentum aſpernabatur atque reijciebat.

2. Duos deos, vnum iuſtum, & alterum iniuſtum ſtatuebat, à quibus bona & mala prouenirent omnia.

3. Chriſtum non verum hominem fuiſſe aſſerebat cum Montano & Apelle, ſed putatiuè tantum & quaſi per vmbram apparuiſſe: ideoq; cum paſſum fuiſſe vmbraliter, & non in vera carne. Vide reliqua in Marcione, cuius hic erat diſcipulus.

LVCIVS ALEXANdrinus epiſcopus Arrianus. 14.

Veius Alexandrinæ eccleſiæ obtruſus potius, quam legitima electione ſuffectus epiſcopus, fuit prauitatis Arrianæ ſectator acerrimus, Valentis Imperatoris Arrianæ itidèm hæreſeos, adſertoris maximi, & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annū Domini 378.

Lucij impium dogma.

Eius impium dogma tale erat, vt diceret filium non nôſſe ſuam ſubſtantiam ſicuti eſt: eum aſſerens propter nos factum eſſe, vt nos per eum tanquam per in-

ſtrumentum crearet Deus. adeò quidem, vt nequaquam ſubſtitiſſet, niſi nos Deus facere voluiſſet.

De hoc ita ſcribit Theodoritus Tripartitæ hiſtoriæ lib. 7. c. 37. Cũ igitur in Alexandria victor Athanaſius, poſt multa certamina innumerasque coronas, vitæ finẽm ſuſcepiſſet, & ad laborum ſuorum præmia demigráſſet, ſuſcepit Petrus vir optimus præſulatum, quem dudùm ille beatus elegerat, cunctis conſentientibus, & ſacerdotibus & nobilibus, cunctaque plebe, & fauore ſuo propriam oſtendentibus voluntatem. Is enim Athanaſij ſudorum particeps fuit, & cùm eſſet in ciuitate, & cùm diuerſa latibula peragraret, multifariaque pericula cum eo ſuſtinuit. Quapropter cuncti ſacerdotum concurrentes, dignum hæredem Petrum Athanaſij clamauerunt. Cumque eum in pontificali ſede conſtituiſſent, repentè Iudex prouinciæ, Paganorum populum congregans, & pariter Iudæorum, eccleſiæ ſepta circumdedit, Petrum exire præcipiens, nolentemque interminatus eſt ſe indè illum abſtracturum. Faciebat hoc, Imperatori placere volens, quum ei contraria ſapientes calamitati ſubmitteret. Petrus itaque vir admirandus, inſperatum reſpiciens bellum, latenter egreſſus eſt, & conſcendens nauem, profectus eſt Romam.

Petrus Athanaſio ſuccedit.

Iudex Aegypti Palladius religione paganus aduerſus Petrũ.

Transactis verò diebus paucis, Euzoius ab Antiochia venit cum Lucio, & eccleſias ei contradidit: cuius etiam impietatem Samoſata noſcitur experta. Populus autem doctrinis primùm Athanaſij ſatiatus, deindè faſtidiens cibum ſibi offerri contrarium, ab eccleſiaſticis collegijs ſe ſubtraxit. Porrò Lucius armigeris vtens cultoribus idolorum, alios verberabat, alios ſuſpendebat, alios cogebat effugere, aliorum verò inſtar barbarorum vaſtabat domos. Sed hæc melius vir mirabilis Petrus in ſua narrabit epiſtola. Ego tamen vnũ è ſceleribus Lucij priùs referens, ex epiſtola Petri colligam, quæ per impietatem operatus eſt.

Qua crudelitate Lucius Alexandriam fuit introductus.

Viri quidam in Aegypto conuerſationẽ imitantes angelorum, & ciuitatis euitantes turbas, vitã agere in eremo potiùs elegerũt, arenoſamq́; terram & ſterilem, umà Lu. frugiferã reddiderunt, fructum videlicet cio deſtinã Deo ſuauiſſimum virtutis eorum & optimum referentem. Cuius vitæ multi quidem videntur eſſe authores. Sed à puero creuit Antonius ille celeberrimus, monachis virtutem luctaminis ſpiritualis oſtendens. Huius ergò loci tunc incolas ſequaces Antonij infelix Lucius expulit, eorũque ſanctiſſimos præſules Macarium venerabilem, aliumq́; Macarium, Iſidorũ, & cæteros ſpeluncis ſuis eijciens, in quandam inſulam quæ ab impijs inhabitabatur hominibus, deſtinauit: quippe quæ nũquam magiſtrum ſuſceperat pietatis. Cumq́; nauis ad littus inſulæ perueniſſet, dæmon qui ab illis honorabatur, relinquens idolum vbi dudùm habitare conſueuerat, filiam ſui ſacerdotis inuaſit, & bacchantem illuc vſque perduxit, vbi nauis aduenerat monachorum. Tunc dæmon vtens lingua puellæ, clamabat, ſicut in Philippis per pythoniſſam. Audiebantque cuncti viri ſimul & mulieres, dæmone proclamante: ó potentiam veſtram, ò miniſtri Chriſti: Vndique à vobis expellimur, à ciuitatibus atque vicis, à montibus ſimul atque collibus, ab eremo quoq́; quę priuata putabatur hominibus. Sperabamus in hac inſula commorantes, à veſtris iaculis liberari, qua ſpe noſcimur eſſe fruſtrati. Huc vos perſecutores miſerunt, nõ vt vos vexarent, ſed vt nos per vos expellerent. Eccè recedimus ab hac inſula: virtutis enim veſtræ radijs iaculamur. Hæc dicentes & his ſimilia, puellamque in terram proſternentes, ipſi quoque omninò diſparuerunt. Tunc ille ſacratiſſimus chorus oratione ſacta ſuſcitauit puellam, & ſuo patri ſanam valentemq́; reſtituit. Verùm illi qui miraculum conſpexerãt, ad ſanctorum prouoluti pedes, ſalutis viaticum ſe percipere ſupplicabant. Et templum quidem dæmonum deſtruxerunt: doctrinæ verò radijs illuminati, ſacri baptiſmatis gratia ſunt potiti. His in vrbe nunciatis, omnes populi congregati, Lucio detrahebãt, dicẽtes irã ſibi imminere diuinitùs, niſi ſanctorũ reuerteretur chorus. Sic itaq́; metuẽs tumultũ ciuitatis Lucius, ſacratiſſimos viros ad ſuas ſpeluncas redire

Quæ miracula geſſerint eremitæ in exili-

Lucius Macariũ & Iſidorum in exilium relegat.

Dæmon queritur de ſanctis viris.

redite præcepit. Et hæc quidem ſunt, digna, quæ abominationem illius impietatis aperiant.

Quædam capita literarū Petri Alexandrini pontificis, in quibus Lucij mala referuntur.

Verumtamen temeritatis illius ſcelera literæ Petri illius admirabilis clariùs edocebunt: quarum ego prolixitatem effugiens, quædam tantùm capita excerpſi, quę ſunt huiuſmodi: Prouinciæ, inquit, iudex Palladius cùm eſſet religione paganus, & idola ſemper adoraret, contra Chriſtum ſæpiùs pugnare conabatur, & colligens prædictum populum, impetum fecit aduersùs eccleſiam, perindè ac ſi barbaros ſubdere niteretur. Tunc itaque multa crudelia geſta ſunt, quæ ſolùm dictare volēs, ipſa rei memoria dolore maximo ſum commotus, & fluxum protuli lachrymarum, diuque haud potueram pati, nisi diuina ratione animum releuâſſem. In eccleſia enim quę Theone vocatur, ingreſſa multitudo, pro verbis honorabilibus, idolorum fauoribus exultabant: Pro ſacrarū lectione ſcripturarum, turpes manuum plauſus agebantur: infractæque cum turpitudine voces, contra Chriſti virgines cō tumelias dicunt, quas lingua hominum proferre non patitur. Audiens enim vnuſquiſque ſapientum talia, claudebat aures: & magis optabat eſſe ſurdus, nè huiuſmodi verba audire cogeretur. Sed vtinàm verbis peccando quieuiſſent, & non actu verborum turpitudinem ſuperâſſent. Tolerabilis nanque detractio eſt huiuſmodi, apud quos Chriſti ſapientiæ & doctrinæ cultus inhabitat. Hi ſiquidem iræ vaſa ad perditionem ſacta, ſubſannantes & horribilem ſonum de naribus emittentes, & vt ità dicam, fœtorem veluti de quodam cuniculo profundentes, veſtes ſanctarum Chriſti virginum dirumpebant, quarum continentia formam ſanctorum imitabatur angelorum. Et ſicut habet natura, nudas per totam circunferentes vrbē, ſicut volebant, eis cum turpitudine illudebant. Si quis autem eos tunc compatiendo prohibuiſſet, vulneribus maceratus agebatur. Væ illis cladibus. Muliæ ſiquidē violentia corporis ſuſtinuēre corruptionem: pluriniæ vectibus in capite cæſæ, ſine voce manſerunt: quarum etiam funera ſolenni ſepulturæ tradi prohibita ſunt. Multa denique corpora hactenùs à parentibus ingemiſcentibus inquiſita, reperiri non potuerunt.

Hortenda ſcelera erga ſacras & Deo dicatas virgines patrata.

Eorū quæ per Galliā acta ſunt anno Domini 1562. germana imago.

Sed cur parua de magnis loquor? Cur in iſtis immoror, & non potiùs ad neceſſaria iam recurro? in quibus benè noui, quòd mirabitur quilibet nobiſcum, obſtupeſcēs patientiam Domini, eò quod non repentè vniuerſa concluſerit. Quæ enim nunquàm facta ſunt, neque per ſcripturas patrum noſtrorum diebus audita, hæc ſuper ipſum altare impij committebant. Velut enim in ſcena turpi conſiſterent, puerum quendam naturam maſculi denegantē, & vtentem veſte fœminea, inunctis oculis, & vultu ſerico colore depicto, & vt apud prophetam ſcriptum eſt, idolum fœminei ſchematis ſuper ipſum altare, vbi aduentū Spiritûs ſancti inuocamus, circuitus huc & illuc agere, & manibus ſaltationē celebrare fecerūt, ridentes, nefandaſq; emittentes voces. Qui rurſùs hoc paruum iudicantes, & præterita decóra quàm turpia magis exiſtimantes, quendam ex ſuis turpitudine notiſſimum, veſte genitalibuſque nudatum, in ſede ponentes eccleſiæ, concionatorem turpem contra Chriſtum impudenter eleuauerunt. Pro ſacris enim verbis, ille ſcelera proferebat: pro honeſtis, laudabat luxuriam: pro pietate impietatem, pro continentia fornicationem & adulterium, maſculorum concubitum, furtum, cibos, potum, vitæ huic vtilia proclamabat.

Lucius paganorū, & Chriſtum ridentium fautor, in eccleſiam Alexandrinam introducitur.

Hiſ ità geſtis, & me ab eccleſia recedente, (quippe cùm illic ſtare non poſſem, vbi militum inuaſiones, vbi populus pro ſeditione redemptus largitate pecuniarum, & gentilium multitudo magnis promiſſionibus adeſat) noſter quidē ſucceſſor miſſus eſt, epiſcopatum velut mundanam cōparans dignitatem, quidam Lucius, lupi nequitiam & actus habere feſtinans: non orthodoxorum epiſcoporum concilio, non decreto veracium clericorum, non petitione populorum electus, ſicuti conſionantur eccleſiaſticæ ſanctiones. Non quiſquam epiſcoporum, non presbyterorum, non diaconorum, non populi multitudo, non præcedebant eum monachi hymnos decantantes ſcripturarum, ſed Euzoius erat cum eo, pridem quidem dānatus cum Arrio in ſancto Niceno maximoq;

Euzoius Arrij ſocius, Lucij ſuā

ſimilis introductor.

moque concilio : nunc autem per patrocinia Antiochenſium vaſtator eccleſię, ec comes largitionum, ac militum dux in omni impietate notiſſimus, nomine Magnus, qui Iuliani temporibus Barytictū incen[illegible]s eccleſiam, beatæ memoriæ Iouiniani temporibus, ex proprijs facultatibus eam reparare coactus eſt, ità vt penè caput tunc amitteret, niſi multorum labore imperialem clementiam metuiſſet.

Magnus comes largitionum, militum Dux, eccleſiæ vaſtator.

Conſiderare quidem hæc veſtrum Zelum, & ad vindictam excitari depoſco, quanta & qualia ſint tunc commiſſa contra Dei eccleſiam, cùm talis aduersùm nos fuerit Tyrannus excitatus. Is enim Lucius, qui per veſtram religionem & omnes orthodoxos epiſcopos frequenter abdicatus eſt pro rationabilibus cauſis, nunc adſtitit ciuitati, & non ſolùm ſicut blaſphemus & inſipiens dicit in pſalmis: Non eſt Deus verus Chriſtus, ſed etiàm in opportunitatibus eſt corruptus atq; corrupit, gaudens in blaſphemijs contra eos qui ſaluatorem colere comprobantur. Quum enim Paganorum ſenſibus ſit vicinus, recentem præſumit erroneus colere Deum. Nam alij coram eo laudes huiuſmodi proclamabant: Benè veniſti epiſcope, qui filium non defendis: vel vt alij legunt, qui filium negas. Alij dicebant: Te Serapis amat, & huc introduxit, ſimulacrum vtiquè Paganorum nominantes.

Quas laudes proclamabant Arriani & Pagani Lucio, cū primùm obtruſus fuit in epiſcopatum Alexādrinum.

Inter hæc eodem momento prædictus Magnus, impietatis eius ſocius indiuiſus, armiger amatiſſimus, & miniſter crudelitatis eius, collecta multitudine populorum, presbyteros atquè diaconos decem & nouem numero comprehendens, quorum quidam octogeſimum tranſcenderant annum, tanquàm captos in quodā ſcelere & Romanorum inimicos, legibus coarctabat, neſciens Chriſtianorum legis virtutem, & Apoſtolorum fidē per patres traditam nobis. Hæc etiàm clementiſſimum principem Valentem grata habere pronūcians: Flectimini, inquit, miſerrimi, & Arrianorum concordate dogmatibus. Flectimini, ignoſcet enim vobis diuinitas, licèt veræ religioni cultū exhibeatis, non ſponte, ſed violenter hoc facientes. Neceſſitati nanque relinquitur

Magni ducis in orthodoxos minæ & ſæuitia.

defenſio: ſpontaneam verò voluntatē accuſatio digna ſubſequitur. Quapropter huiuſcemodi rationes præ oculis habentes, promptè ſequimini, & dogmati Arriano ſubſcribite, quod nunc prædicat Lucius: benè ſcientes, quòd ſi obediatis, pecunias, quæſtus, honores ab Imperatore percipietis: Reſiſtentes verò, carceres, ſupplicia, tormenta, flagella, vincula ſuſtinebitis. Pecunijs ſimul, poſſeſſionibusque priuati, & poſteà pulſi, loca crudelia inhabitare damnabimini. Sic iſte fortiſſimus ſeductor, minas ſeductioni contemperās, inuitabat atque cogebat, vt omnes à pia ſententia deuiarent.

Magnus conatur catholicos, ſed fruſtrà, in Arrianiſmum inducere.

At illi nihil amarius exiſtimantes, quā pietatis proditionem, huiuſmodi reſponderunt verbis, virtute fortiq; ſenſu ſeductionem minasq; ſubdentes: Quieſce iam quieſce his nos terrere ſermonibus, ceſſa verba vana proferre. Nos neque nouum, neque recentem colimus Deum. Et licèt inaniter furias, teque concutias ſicut vehemens ventus, in dogmatibus pietatis tamen ad mortem vſque conſiſtimus: non impotentem, non inſipientem, non ſine veritate aliquandò fatentes Deum: non aliquandò quidem exiſtentem, ſicut impietas Arrij temporalem prædicat filium. Si enim creatura eſt, ſecundum eius veſaniam, filius, non exiſtens cum patre, etiàm pater aliquandò non fuit, quippe filio non exſtante ſecundùm eos aliquandò. Si verò ſemper eſt pater, exiſtente videlicet ex eo vero filio, & non ſecundùm generationis fluxum, (Deus enim impaſſibilis eſt) quomodò non eſt inſipiens atque veſanus, qui hoc de filio profitetur, dicens: Erat quandò non erat, per quem omnia vt ſint, per gratiam cōſtituta ſunt? Noſtri ſiquidem patres (à quibus iſti cadentes, iuſtè ſine patre ſunt facti) in Niceam venientes, & anathematizantes Arrij ſectam, cuius nunc iſte iuuenis patronus exiſtit, non alterius ſubſtantiæ, quam tu fateri nos cogis, ex natura patris eſſe dixerunt, ſed ex eius eſſentia. Quod benè & cū pia mente intelligentes, ex plurima ſacrorū verborum collectione, conſubſtātialem eſſe profeſſi ſunt. Talia autē & his ſimilia dicētes, per multos dies coërcuit, putans à pia eos ſententia poſſe mutari,

Orthodoxorum ad Magnum ducem & Arrianos conſtantiæ & fidei Chriſtianæ plena reſponſio.

Sanctiſine vllo terro. re Nicenã fidem pro. fitentur cotàm Ma. gno largiti. onum co. mite.

Qui magìs velut in ſtadio fortiores effe. cti, terroremq; conculcantes, & ſeipſos pa trum rationibus coarmantes, validiorem habuerunt de pietate ſenſum, virtutis ex. ercitiũ ſua pericula iudicantes. Hæc Theo doritus apud Tripartitam hiſtoriam li. 7. cap. 40. Vide ibidèm reliqua notatu & lectu digniſſima.

De hoc item Lucio Ruffinus in hæc verba loquitur: Eo tempore, inquit, Lucius Arrianæ partis epiſcopus poſt fugas ciuium & exilium, poſt cædes & tormenta flammasq;, quibus innumeros condemnauit, ad monaſteria furoris ſui arma cõuertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit: tria millia ſimul vel ampliùs viros per totam eremum diſperſos aggredi tranſmittit armatam manum. At illi contra gladijs obiectabant ceruices, nihil aliud dicentes, niſi, Amice, ad quid veniſti? Hæc Ruffinus. De hac immanitate vide plura in Valēte Imperatore Arriano.

LVTHERANI. 15.

Lvtherani à quodam Martino Luthero noſtri temporis hæreſeon architecto, natione Germano, patria Iſlebienſi Saxoniæ vrbe, dicti ſunt. Qui cũ ſub inſtituto fratrum eremitarum diui Auguſtini aliquãdiù vixiſſet, tandèm ab eodèm ſuo patre Auguſtino degenerans, q hæreticorum acerrimus hoſtis fuit, hic filius degener, ſummus hæreſiarcha euaſit, ab indulgentijs ſuorum errorum initium auſpicatus, quibus totam penè Germaniam, & exindè ferè vniuerſum orbē Chriſtianũ infecit, Maximiliani Cæſaris Germani Imperatoris, & Leonis decimi huius nominis ſummi Romanorũ pontificis tēporibus, circa annum Domini 1517.

Hic cum prius Ludder infauſto fœdoque nomine vocaretur, ſe poſtea Lutherũ quaſi purum appellauit: quem tamen Eraſmus epiſtola ad Goclenium, ex ipſius ſcriptis ſe deprehendiſſe affirmat, virum eſſe ſceleratiſſimum. Ipſum tamen putiſſimum Euangelij doctorem vocitant ſui aſſeclæ. Sed ſimili ſtoliditate olim Manichæum, i. inſanientem, ſui. immutato etiàm nonnihil infauſto nomine, dicebant Mannachęum, quaſi manna fundentem, vt dicetur in Manichęis. Sed antequam eius vitam deſcribamus, errores eiuſdem ordine alphabetico numerare operæpretium fuerit, quantùm ex eius libris, & eorum qui aduersùs cum ſcripſerunt, colligere potuimus, qui ſunt huiuſcemodi.

1. Primò itaque aſſerit, quod credens ſe abſolutum, abſolutus eſt, quantumlibet contritio deſit, & quod abſolutio cenſenda eſt efficax, non quia fit, à quocunque tandèm fiat, erret vel non erret, ſed quia creditur. Abſolutio.

2. Dicit item puerum ac mulierẽ æquè abſoluere, vt Papam. Vt autem clariùs eius inſana mens pateat, illius verba ſuper hac re refetã, quæ ſunt huiuſmodi: In ſacramento pœnitentiæ ac remiſſione culpæ, non plus facit Papa, aut epiſcopus, quàm infimus ſacerdos: immò vbi non eſt ſacerdos, æquè tantùm quilibet Chriſtianus, etiamſi mulier aut puer eſſet.

3. Ait non licere Chriſtianis bellum gerere in Turcas: quòd ſit (vt inquit) repugnare voluntati Dei, viſitanti & corrigẽti iniquitates noſtras per illos. Bellum.

4. Item aſſerit in nullo ſacramento imprimi characterem: immò hoc aſſerere, eſſe ait meram nouorum Theologiſtarũ fictionem atque commentum. Character.

5. Rursùs quoſlibet cibos quolibet etiàm die, omnibus ſine diſcrimine aut delectu eſſe licitos, quantumlibèt per eccleſiaſticas ſanctiones fuerint prohibiti. Cibus.

6. Dicebat quoque concilium generale quantumlibèt probè (vt decet) congregatum, poſſe in fide & moribus errare, & Conſtantienſe erràſſe in condemnatione Ioan. Huſſi. Cõcilium.

7. Negat confeſſionem auricularē eſſe à DEO inſtitutam, ſed ſola humana conſtitutione ſtabilitam aſſerit. Confeſſio.

8. Dicit confirmationem neque eſſe ſacramentum, neque gratiam conferre, ſed meram eſſe cærēmoniam & ritum quendam. Confirmatio.

9. Docet Contritionem & peccati deteſtationem, quę ab horrore gehennæ incipit, eſſe peccatum: tantum abeſt vt illã probare velit. Vt autem eius inſana mens pateat, illius verba referam: Cõtritio, inquit, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem pecca- Contritio.

catorum , qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ.ponderando peccatorum grauitatem,multitudinem, fœtorem,amiſſionem æternæ beatitudinis, & acquiſitionem æternæ damnationis:hæc cōtritio facit hypocritam,immò magis peccatorem.

Eccleſia. 10. Aſſerit rurſùs intra eccleſiam non eſſe bonos & malos,ſed ſolos bonos ad illam pertinere.

11. Docet neque apoſtolos neque eorū ſucceſſores prælatos eccleſiæ , habere à Chriſto authoritatem condendi canones ſiue leges.

12. Item eccleſiam ipſam,hoc eſt,eccleſiaſticos viros,nullas poſſe nec debere diuitias poſſidere , nec agros, nec poſſeſſiones vllas:quòd (vt ait) Apoſtoli, quibus primores eccleſiæ ſucceſſerūt,pauperes fuère,nihil penitùs poſſidentes.Perſuadens interìm principibus,vt bona eccleſiaſtica diripiant,quod in multis Germaniæ ſuperioris & Galliæ oppidis factum eſſe per ſuos affectatores,nemo non nouit.

Euchariſtia. 13. Dicit quoquè,in Euchariſtia poſt factam conſecrationem manere eundem panem,qui antè conſecrationem ibidèm erat:hac ratione motus,quod ſæpè in nouo teſtamento hoc ſacramētum appellatur panis, vtì in actis Apoſtolorum dicitur: (Act.20.) Vna autem ſabbati cùm conueniſſemus ad frangendum panem , Paulus diſputabat cum eis, profecturus in craſtinū. (1.Cor.10.) Et in prima ad Corinthios epiſtola: Panis quem frangimus,nónne participatio corporis Domini eſt ? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus,omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. (1.Cor.11.) Et in eadem epiſt.Quotieſcunquè enim manducabitis panem hunc & calicē bibetis, mortem Domini annunciabitis donèc veniat Sic ergò dicit Lutherus eſſe verba cōſecrationis intelligenda: Hoc, i. hic panis ,eſt corpus meum: Hic,i. hoc vinum,eſt ſanguis meus. Verba nanque diuina(inquit)accipienda ſunt iuxta grāmaticæ nudam intelligentiam: ità vt nō liceat ei per angelum, neque per hominē vim vllam fieri,nè detur occaſio aduerſarijs ſcripturas eludendi. At vis(ait)fit verbis diuinis,ſi quod Chriſtus dicit panem, hoc nos dicamus intelligi panis accidentia:& quod ille vinum vocat, hoc nos dicamus eſſe tantùm vini ſpeciem. Omnibus ergò modis(inquit)panis ac verum vinum ſupereſt in altari, nè verbis Chriſti fiat vis,ſi ſpecies ſumatur pro ſubſtantia . Nullam enim tranſſubſtantiationis (inquit)Euangeliſtæ fecère mentionem. Sed hoc recens quoddam inuentum eſt, nempe trecentenarium,(vt ait) nec amplius. Ecce quibus præſtigijs confidit Lutherus ſeducere tot ſapientes viros, quot ſunt in eccleſia Credit fortè omnes nos infantes eſſe adhuc in cunabulis, vt ſimilibus nenijs decantatis valeat nos dementare.

14. Aſſerit prætereà ad Euchariſtiæ receptionem, præparationem non oportere fieri per peccatorum ſuorum diſcuſſionem,& eorundem confeſſionem: nec vllam pœnitentiam requiri,ſed ſolam fidē, qua ſcilicet credant & confidant accedētes, ſe gratiam ibì conſequuturos. Eius verba ſunt hæc : Magnus error eſt eorum qui accedunt ad ſacramentum Euchariſtiæ, huic fiduciæ innixi , quòd ſint confeſſi , quòd non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, quòd præmiſerint orationes ſuas & præparatoria : Omnes illi iudicium ſibi manducant & bibunt. Sed ſi credant & confidant ſe gratiam ibì cōſequuturos,hæc ſola fides facit eos puros & dignos. Hæc Lutherus.

15. Lutherani etiàm docēt corpus Chriſti verum non eſſe in Euchariſtia,niſi tantùm in vſu, hoc eſt, quādò quis vtitur ea, accipit, & edit. Aliàs autem extra communionem corpus Chriſti in ea non eſſe contendunt. Ideoque eam non eſſe vnquàm ſeruandam in altari,aut in quocūque alio loco poſt Miſſæ celebrationem propter quamcunq; futurā neceſſitatē.

16. Item docet Lutherus, neceſſaio oportere vnumquenque Chriſtianum,cuiuſcunque conditionis ſit & ſexus , ſub vtraque ſpecie,panis ſcilicet & vini,communicare : adeò quidem, vt qui ſub vna tantum ſpecie communicat, etiam ſi laicus ſit,eum peccare aſſerat, quòd (ait) contra Chriſti præceptum agat, qui ſub vtraque ſpecie communicare ſuis præcepit cum ait : Niſi manducaueritis carnem filij hominis , & biberitis eius ſan- (Ioann.6.)

guinem, non habebitis vitam in vobis.

Excommunicatio.

17. Ait ruſus, excommunicationem non ſolum non eſſe timendam, ſed cum gaudio ſuſcipiendam & procurandam.

Fides.

18. Docet quoque ſola fide iuſtificari homines, eaque de cauſa ait opera nõ eſſe neceſſaria ad vitæ æternæ aſſecutionẽ, quod ſi fiant, nullo pacto hominem inde iuſtificari contendit.

19. Docet etiam fidẽ amitti per quodlibet peccatum mortale. Hæc porrò hæreſis neceſſario ſequitur ex proximè præcedenti. Nam ſi ſola fides (vt ait idem Lutherus) iuſtificat, ergo omnis fidelis eſt iuſtus: & inde vlterius ſequitur etiam neceſſario, quòd nullus qui non eſt iuſtus, ſit fidelis. Putat enim Lutherus ex fide neceſſario naſci charitatem, & tantam eſſe fidei & charitatis connexionem, vt altera ſine altera eſſe non poſſit. Verba enim Lutheri in libro de decẽ præceptis ſunt hæc: In nullo alio meliùs deprehenditur fides, quàm in operibus charitatis,

Ioan.13.

dicente Domino: In hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Et in libro de Libertate Chriſtiana iterùm ait: Deus pater in fide omnia poſuit, vt ſi quis hanc habuerit, omnia habeat. Hæc Lutherus.

Fiducia.

20. Adſtruit nullo pacto licere, fiduciã gratiæ aut gloriæ aſſequendæ collocare in noſtris operibus.

Futurum cõtingens.

21. Item quod omnia quæ fiunt, tam abſoluta neceſſitate fiant, vt impoſſibile ſit aliter fieri, quam fiunt.

Gratia.

22. Docet, omnem hominem iuſtum ſcire ſe eſſe in gratia, ac eſſe certum de ſua iuſtitia.

Ieiunium.

23. Ait ieiunium nullius eſſe meriti apud Deum. In cuius erroris confirmationem, illud Pauli, non ſanè ab eo intellectum, affert:

1.Timot.4

Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt.

Indulgẽtia & ſatiſfactio.

24. Et cùm Purgatorium admittat, negat tamen vllam fore pro peccatis ſatiſfactionem. Dicit enim illum obligatum non eſſe ad alicuius pœnæ ſatiſfactionẽ, qui à culpa fuerit abſolutus: indeque adeò eum liberum eſſe ab omni pœna. Ex quo colligit, indulgentias nullius eſſe momenti: ſed eas aſſerit pias eſſe fraudes fidelium.

Iniuria.

25. Dicit non licere Chriſtianis, petere coram iudice iniuriç reparationem, quãuis is ipſe ſuis in ſcriptis mille conuicijs afficiat, qui vel extremis digitis (vt dicitur) eum tetigerit.

Liber manuum.

26. Eos qui prædicationi verbi ſtudent, non vult ad laborem manuum arctari, reliquos autem omnes cuiuſcunque fuerint conditionis, cogunt Lutherani, vt artificiolo aliquo victum ſibi comparent: adeò quidem, vt apud eos non liceat vllo pacto ex mendicitate viuere, ne monachis quidem ordine & profeſsione mendicantibus.

Liberum arbitrium.

27. Docet hominis arbitrium non eſſe liberum, nec habere vllam actiuitatem in ſuis operationibus: quòd non illud hominem agere, ſed potiùs pati contendat.

28. Quinimmò, hominem poſt diuinç gratiæ amiſſionem, aſſerit non poſſe aliud facere, quàm peccare.

Mẽdicitas.

29. Dicit mendicitatem eſſe lege diuina prohibitam.

Meritum.

30. Item nullum eſſe hominis meritum ad gloriam conſequendam. Tantum enim gratiç tribuit, vt nullum locum relinquat libero arbitrio.

Miſſa.

31. Non ſolũ negat Miſſam eſſe à Chriſto inſtitutam, ſed eam præterea negat eſſe ſacrificium: immò quod multo [illegible] ius eſt, illam negat eſſe aliquod bonũ opus, tanto odio illam proſequens, vt aduerſùs eam librum ſcribere non erubuerit, cui titulum fecit, De abroganda Miſſa.

Lutheri exorcizandæ blaſphemiæ cõtra Miſſam.

Eius verba eo in libro ſunt hçc: Miſſç, quas ſacrificia vocant, ſumma ſunt idololatria & impietas: immò Miſſarum vſum nomine ſacrificiorum, & ſacerdotum titulo tenere, eſt negare Chriſtum. Et in libro de captiuitate Babylonica: Impijſſimus abuſus eſt (inquit) in eccleſia perſuaderi, Miſſam eſſe opus bonum & ſacrificium. Et ruſus in eodẽ libro: Miſſa eſt ſumma peruerſitas. Hæc Lutherus. Quæ profecto tam blaſphema tamque horrenda ſunt, vt hoc in loco citare noluiſſem, niſi ipſa me eius perfidiæ & impoſturæ cõmõſtrãdæ ratio ad hoc adegiſſet: & vt lector

indè

in ſe perpendat, nihil à me confictum Luthero mendaciter tribuere, ſed id ſolum referre, quod ille ſuis proprijs verbis explicuit.

32. Dicit prætereà, Miſſam non poſſe offerri pro peccatis, nec poſſe prodeſſe viuis aut defunctis, ſed ſoli ſacerdoti: immò impium eſſe aſſerit, ſi Miſſa canatur pro peccatis.

Monachatus. 33. Item aſſerit, non eſſe licitum, hominem adſtringere ad aliquid agendū præter id quod Dominus nobis præcepit, ſed liberè eſſe viuendum cuilibet, & non ſub legibus humanis. Quapropter liberam tribuit monachis poteſtatem exeundi è monaſterijs, & vxoris ducendæ, ſi velint. Immò in plurimis & Germaniæ & Galliæ oppidis monachi adacti fuere propria deſerere monaſteria, quod in illis degere eis tutum non eſſet, nec permiſſum, niſi exuta cuculla & vxore ducta.

Mulier. 34. Cum Pepuzianis aſſerit, mulieres iuſtè poſſe ad ſacerdotium promoueri.

Nuptiæ. 35. Docet in nuptijs nullum fore ſacramentum, illam maris & fœminæ indiſſolubilem coniunctionem eſſe ſacramentum inficians, neque per eam vllam Dei gratiam conferri. Cumq; alibi ſacramēta ſic pertractet, vt ex illis aliquod neget eſſe inſtitutū in ſignum, in alio neget promiſſam gratiam: in matrimonio vero negat vtrunq;.

Obediētia. 36. Negat inſuper, prælatis eccleſiæ præſtandam eſſe obedientiam, niſi in his ſolum quæ in ſacra ſcriptura ſunt apertiſſimè expreſſa. Quo ſcelerati & facinoroſi homines (quales ſunt plerique omnes, qui huic ſuæ factioni adhærent) facilius ac liberius quæ volunt, ſcelera perpetrent: verentes interim, ne propter eadē ſua facinora & venenoſas doctrinas, quas vbiq; locorum diſſeminant, ab eccleſiæ prælatis, iuxta illis à Chriſto collatam poteſtatem, puniantur.

Opera. 37. Non ei ſat fuit, humana opera reijcere tanquam ad ſalutem conſequendam inutilia, (vt ait) niſi illa quoque damnaret, aſſerens omnia opera cuiuslibet hominis, quantumlibet etiam recta ſint, eſſe peccata. Iuſtum quippe hominem dicit peccare in omni bono opere. Sed ſolam ait fidem ſine operibus ſufficere ad vitam æternam conſequendam. Nam ſi bona opera noſtra mererentur vitam æternam, non ſolis Chriſti meritis ſaluaremur.

38. Ordinis porrò ſacramentum ſic tractat, vt illum ab eccleſia procul reijcere conetur. Dicit enim ordinem neq; eſſe ſacramentum, neq; in eo eſſe vllam imparitatem, vt vnus ordo ſit alio vel dignitate vel poteſtate maior aut eminentior: ſed omnes Chriſtianos dicit eſſe in eodē ordinis gradu. Ordinis ſacramentū.

39. Adeò autem Papæ odium imbiberat, vt ſi etiam in cineres redigeretur, ad eum inſectandum reuicturum ſe putaret & aſſereret. Omnium enim ſuorum ſcriptorum is vnus eſt ſcopus, vt Papam, ſi poſſit, à ſua ſede deijciat ac deturbet, omnemque quam à Chriſto in terris habet, poteſtatem adimat. Et vt hoc conſequeretur, nihil intentatum reliquit, nullumque non mouit lapidem. Nam pro hac re tuenda, totam eccleſiæ domū ſubruere & funditus euertere modis omnibus curauit. Dicit enim, pontificum nomen inane prorsùs eſſe, nec quicquam vera re aliud eſſe quàm regnum Babylonis, & potentiam Nimbroth robuſti venatoris: mera tyrannide factum fuiſſe aſſerēs, vt Papa ſuper reliquos epiſcopos fuerit exaltatus. Papa.

40. Negat eſſe tres pœnitentiæ partes, ſed optimam pœnitentiam dicit eſſe nouam vitam. Quem errorem ex ſuo cudit cerebro, nec ex alterius vetuſtioris hæretici officina deprompſit, cuiuſmodi ſunt tres aut quatuor ex illis penè innumeris, quos ſuis libris inſerit, quos non exhauſit ex putidis illis veterum hæreticorum lacubus, qui iam olim ab eccleſia exacti fuere. Pœnitētia.

41. Immò ait, eam pœnitentiam quæ ex timore gehennæ oritur, eſſe non ſolum inanem, verum etiam noxiam.

42. Docet, nullum eſſe in tota lege Euangelica præceptum: ad hunc ſolum finem vniuerſam ſuam doctrinam dirigere viſus, vt homines ab omni via veritatis auertat, & ad quæuis pertrahat atq; impellat flagitia. Præcepta.

43. Item ait, Deum nobis præcepiſſe ſeruatu impoſſibilia, de duobus præce-

ptis decalogi exemplum proferens, de præcepto videlicet dilectionis Dei, & de præcepto, Non concupiſces. Hæc enim duo dicit non poſſe in hac vita ſeruari.

Purgatorium. 44. Quanuis Purgatorium fateatur, negat tamen illud in ſacris literis oſtendi poſſe. Qua in re ſatis mirari nequeo, quo pacto ſuæ ſententiæ fuerit oblitus Lutherus, qua docet nihil eſſe credendũ, quod aperte non poſſit ex ſacris literis colligi.

45. Docet rurſùs, animas in Purgatorio poſſe adhuc mereri ac demereri: indeque tanquàm ex corrupto fonte aquam hauriens, colligit illas non eſſe de ſua ſalute ſecuras.

46. Docet item, animas in Purgatorio ſine intermiſſione peccare, quandiù quærunt requiem & horrent pœnas: eò quòd (vt ait) quærant, quæ ſua ſunt, contra Dei voluntatem.

Sacerdotiũ 47. Aſſerit omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, & æqualem omnes obtinere poteſtatem, nulla prorsùs ſtatús aut ſexús diſcretione habita. Ità tamen, vt nemini liceat illa poteſtate vti, niſi ex communitatis conſenſu: Quia (vt ait) quod eſt omnibus commune, nullus ſibi ſingulatiter vendicare poteſt, nisì vocetur. Poteſtas ergò hæc, iuxta Lutheri ſententiam, primo ad communitatem ipſam deriuata fuit, deindè ab ipſa communitate in eum qui ſacerdotio fungeretur. Verba Lutheri in libro de Captiuitate Babylonica ſunt iſta: Eſto itaque certo certior, & ſeſe talem agnoſcat quicunque ſe Chriſtianũ eſſe cognouerit, omnes nos æqualiter eſſe ſacerdotes, hoc eſt, eandem in verbo & ſacramento quocunque poteſtatem habere. Hæc Lutherus. Deindè dicit, nihil eſſe ſacerdotium niſi poteſtatem concionandi, & ſacerdotis officium conſiſtere in ſola doctrina.

48. Eccleſiam autem irridens, quòd cogat ſacerdotes abſtinere ab vxoribus, eorum cœlibatum reprehendit, dicens eos cælibes eſſe non debere. Vt verò quod verbo docebat, opere confirmaret, (quemadmodùm infra in eius vita dicetur) monialem quandam ſeductam matrimonio ſibi copulauit, ex qua etiàm aliquot ſuſcepit filios. Cuius exemplo motus idem fecit Ioannes Oecolampadius, qui monachus fuerat ordinis diuæ Brigidæ. Eidem errori adhæſit verbo & opere VVolffgangus Capito Argentinenſis. Quo motuo, eius vxorem accepit Martinus Bucerus monachus & ipſe ordinis ſancti Dominici. Et hoc idem fecerat pr... ùs Andreas Carolſtadius, idemq; fecerũt ferè quotquot Lutherano nomine cenſentur ſacerdotes & monachi.

Lutherus monialem duxit vxorem, & plures aliì ſacerdotes eius exẽplo ducti.

Sacramẽta 49. Negat vllum ſacramentum conferre gratiam ſuſcipienti, quantumlibet ad illud ſuſcipiendum animam ſuam quis præparet. Eius verba ſunt hæc: Hæretica eſt, ſed vſitata ſententia, ſacramenta nouæ legis conferre gratiam his qui non ponunt obicem. Hæc Lutherus.

Sancti. 50. Docet, ſanctos non eſſe ab hominibus neque honorandos, neque inuocandos: quò ſic vel tandèm hic viuentes, ſanctorum qui in cælis ſunt, defraudet auxilijs.

Satisfactio 51. Docet, non opùs eſſe peccatori vlla ſatisfactione pro peccatis commiſſis ac perpetratis: quòd (vt ait) dimiſſa culpa, omnis etiàm pœna quæ culpę debebatur, remiſſa quoq; fuerat.

Scriptura 52. Quantùm verò ad ſcripturas ſacras ſpectat, D. Iacobi epiſtolam non recipit, cuius rei cauſam in eius vita infrà videre licet.

53. Dicit etiàm, ſcientias omnes ſpeculatiuas, errores eſſe dicendas.

54. Tot deniq; ſunt peruerſa peruerſi Lutheri dogmata, vt vix ſit res vlla ad fidem aut probos mores ſpectans, de qua non docuerit impium aliquid Lutherus. Malè porrò ſentit de virtute fidei, peiùs docet de charitate, ſed peſſimè de Spe.

Spes. Dicit enim, ſpem non procedere ex meritis. Non mirum autem videri debet, quòd hæc doceat: quandoquidem fieri nequit, vt ex impuro & corrupto fonte, pura emánet aqua, aut ex putida arboris radice, boni fructus proueniãt. Lutherus nempè dixerat, omnia noſtra opera nihil prorsùs valere, quantumuìs recta: nam omnia opera noſtra dicit eſſe peccata, ex quo conſequitur, nullum iam (iuxta eius ſententiam) debere fidere operibus, aut propter illa aliquid à Deo ſperare conſequi. Totã enim ſpem ſuã Lutherus in fide collocat,

ſig-

ſicq́; (vt dudùm diximus) fidē extollit, vt prorsùs operibus detrahat: & ob hanc cauſam docet nequaquam ſpem noſtram eſſe in operibus figendam. Ex quo quidem fit, vt dū nimium fidei tribuit, ſpem oēm euertat. Loco nempè ſpei, docet præſumptionem, cum homines abſq; operib. do... gloriam ſperare. Sed hæc omnia planiùs ex eius vita cognoſcentur, quā VVilhelmus Damaſi Lindanus epiſcopus Ruræmundenſis poſt Ioannem Eccium, & Ioannem Cochlæum mirè depinxit eo libello, quem Dubitantium inſcripſit, miſitq́; ad vniuerſos Germaniarum & Galliarum fratres catholicos, in hunc modū: Cùm tranquillus, inquit, multos annos ferè ſeptingentos totus ageret orbis Chriſtianus, vnoq́; Chriſti nomine cenſerentur Chriſtiani omnes, qui vt vnius fidei conſenſu, ità Sacramentorum atque rituum doctrina vnum erāt corpus, quod nihil præter Bohemiæ diſſidium vexabat atque perturbabat, ſub annum Domini 1515 Martinus Lutherus Iſlebienſis Saxo poſt iuris ſtudium, vbi fuiſſet ictu fulminis in agro proſtratus, adeoque ſodalis interitu perterræfactus, D. Auguſtini regulam annos iam decem profeſſus, recèns Roma ante biennium reuerſus, doctorq́; ſanctæ Theologiæ Erfordiæ creatus, magnas ſanè in catholica Chriſti eccleſia per Saxoniam dedit turbas. Nouas enim variasq́ue per illud tempus quæſtiones non tam ingenij confidentia, aut doctrinæ præſtantia, quàm contentionis ſtudio riuandiq́; libidine iam annos aliquot in Ariſtotele, & illius ætatis ſophiſmatibus haud infeliciter exercitatus, ſpargere aggrediebatur, non ſolùm VVittenbergæ, vbì ſanctam Theologiam profitebatur, ſed Heidelbergam quoq; curſitabar, vaniſſimum gloriæ quæritandæ mancipium diſputaturiens, atque themata valuis figens de libero arbitrio, de operum meritis, de indulgentijs, de pœnitentia, & iuſtificatione, ac de illo in primis articulo Symboli, Credo remiſſionem peccatorum. Quem vt ſenſu nouo atq; alijs inaudito, veteribusq́ue ignoto, ita à deliro quodam ſene Auguſtiniani ordinis hauſto vbì deprauâſſet, magnam iſtam exitialemq́ue Germanijs mouit tragœdiam,

Lutherus fit monachus ex iuriſta anno 1504.

Anno 1510. mittitur Romam, cauſarum patronus.

Anno 1512. fit doctor Theologię.

Ann. 1514. nouas ſerit dogmatū quæſtiōes.

quæ vtì rei eccleſiaſticæ peruerſionem, ità imperij etiàm labefactationem complexa videri queat. Vndè Lutherum turbarum omnium Germaniæ cauſam eſſe fatetur Camerarius, (ſi fidem meretur Ioannes Stoltzius) culpamq; omnium ærumnarum, quibus adhuc conflictatur reſpublica, transfert in illius contentiones. Ità enim eſt in Lutheri defenſione aduersùs Quærelam.

Ioachimus Camerar. Lutherum facit omnium turbarum authorem, teſte Stoltzio.

Illud ergò nouæ doctrinæ genus cùm magna ingenioli oſtentatione, maximaq́ue iactaret verborum contētione Lutherus, contigit Leonem Romanum pontificem templi Romæ D. Petro à Iulio ſecundo inchoati tandèm abſoluendi, aut (vti ait Tilius) Turcici belli cauſa, indulgentias atque peccatorum condonationes, ſiue pœnarum relaxationes elargiri: quas archiepiſcopo Moguntino per Germaniam credidit diſtribuendas. Has Auguſtiniani commendatas ſolebant populo proponere. Verùm Moguntinus hoc tempore illas ad Dominicanos tranſtulit inuulgandas: vndè ſimultas inter illorum mendicantium ordines haud ſanè leuis exorta fuit. Lutherus vt erat ingenio acri, vbi quæſtum ad ſe ſuosq; redire ſolitū aliò cum animi dolore, reiq́ue culinariæ detrimento videret tranſlatum, cùm nō valeret eripere, ſtuduit ſaltem impedire, alijsq; optatam illam prædam imminuere, vt ſi totam non excuteret, ſaltem maiori ex parte auerteret. Publicè igitur in indulgentiarum vim atque efficaciam eſt inter concionandum magna cum animi contentione inuectus. Huic turbæ frigidam ſuffundebat Staupetius Auguſtinianorum prouincialis, vehementer illis obtrectans, earumq́; vim extenuans: contrà Tetzelius Dominicanus ſua pro authoritate illas propugnabat. Mutuis ergò contrarijsque aſſertionibus populo Saxoniæ dubitandi anſam præbuère, opinionibus per contentionum ſtudia in peius declinantibus: cùm Lutherus initiò indulgentiarum potiùs abuſum, quàm legitimum earum vſum, quem antè laudarat, fuerit inſectatus: qui & ipſe cum ſuis ob earum promulgationem maximoperè ſperatum ſoliti iam quæſtùs lucrum, multò ſanè maximum captârat. Hac inter

Occaſio cur Lutherus, à catholica exiuerit eccleſia.

Anno 1516 contra indulgentias dudùm à ſe laudatas Lutherus inuehitur.

ter ipſos igitur oborta cum infirmorum ſcandalo contentione de indulgentiarũ viribus atque efficacia, eccleſiæ pax atq; fidei vnitas dolendum in modum cum certa plurimorum Chriſtianorum pernicie fuit has in factiones diuulſa atque interturbata.

Anno 1517. publicè diſputat contra indulgẽtias dudùm à ſe laudatas.

Cæterùm ea lucri priſtini ſpe totus nunc fruſtratus Lutherus, rem alio expugnandi modo aggreditur. Pridiè enim omnium ſanctorum, aſſertiones aliquot paradoxas valuis templi in aula Vuittenbergæ affixit: quibus indulgentias non modò vt anteà fraudis, licèt piæ, accuſabat, ſed prorsùs damnabat, nouamque de peccatorum remiſſione doctrinã inuehebat. Quo etiam die anni eiuſdem 1517. ad Moguntinum literas dedit, non minùs in eum falſas, quam calumnioſas, quòd indulgentiarum prædicatores populum per falſas veniarum (inquit) fabulas & promiſſiones ſecurum ſuæ ſalutis faciunt & ſine timore. Fuit & Heidelbergę diſputatum de indulgentijs & operum meritis.

Anno 1518.

Anno 1519. diſputatio Lipſica.

Sed anno 1519 poſt illas quaſi intrà parietes velitationes, ad publicam diſputationem Lipſiæ R. D. Ioannes Eccius propugnatorem Lutheri Carolſtadium prouocat. Quò cùm hic, ſuo Luthero non euocato, ſed vltrò procurrente ſuccenturiatus, aduenißet, Eccius in Arenam deſcendit, de Romani pontificis poteſtate, atq; inter Chriſtianos Epiſcopos primatu ſiue excellentia, de Purgatorio, de Indulgentijs, alijsque cum eis diſputaturus.

Lutherus ſeſe Carolſtadio vltrò adiungit colluctatorem contra Eccium.

Exhauſto atque fatigato igitur per dies ſeptem Carolſtadio, ſuccedit Lutherus, Eccium nunc non leuiter exagitatũ quaſi confecturus. Porrò tandèm Lutherus longam poſt diſceptationem cum principis Georgij conſiliarijs, qui moderandę diſputationi fuerant adhibiti, in iudices Theologos Pariſienſes & Erfordienſes conſenſit, cùm maluiſſet vulgi iudicio rem tranſigi.

Itaque ante diſputationem cùm Lutheri vultum viderent iracũdum, alij admonuerunt, vt nihil per iram, ſed omnia modeſtè ageret, ne ſcandalo fieret auditoribus. Tum ille ira victus, latitans animi ſui ſecretum prodidit: Non propter Deum (inquiens) hæc res cœpta eſt, neque propter Deum finietur. Hæc alius æqualis viri fide digniſsimi, qui, & pars magna fuere, teſteſq; oculati, vt dominus Emſerus, alijque ſcripto nobis reliquere.

Non propter Deũ Lutherus fatetur ſeſe orbi nouam inuexiſſe doctrinam.

Vndè lectorem iam agnoſcere exiſtimo, quàm pius fuerit Luthero ſcopus, nimirùm venter Deus, dum quæſtionum grauiſſimarum turbas non propter Deum, vti ipſe ait, apud populum mouit: qui diſerte in publica profeſſus eſt diſputatione ſeſe hanc rem non propter Deum cœpiſſe, nec propter Deum finiendã eſſe. Immò Lutherus ipſe epiſtola ad Argentinẽſes claris verbis profitetur, ſe non Chriſti amore, ſed Papæ odio inflammatum, in quod ex dolore ob interceptum ex indulgentijs ſperatum quæſtum exarſerat, hasce orbi inouiſſe tragœdias. Probe enim ſeſe perſpicere ait, Papatui ſe valde incõmodare poſſe, ſi Carolſtadius, aut alius quiſpiam ante quinquennium, id eſt, anno 1520. perſuadere potuiſſet, in ſacramento euchariſtiæ præter panem eſſe nihil. Ruiſùs libro contra regem Angliæ, viuens, ait, Papatûs hoſtis ero: exuſtus, bis hoſtis ero: facite porci Thomiſtę quod poteſtis, Lutherum habebitis vrſum in via, leænam in ſemita. Porrò quàm fuerit iſtud Lutheri in Romanũ põtificem odium planè interneeinum, teſtatur eius epitaphium, quod ſibi viuo (ait Pomeranus) compoſuit:

Extat hæc ſacra epiſtola Lutheri apud R. D. Ruardũ & Hoſium, impreſſa Haganoę, anno 1525.

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero papa.

Oratione funebri in exequijs Lutheri.

Quod adeò verum eſſe Pomeranus affirmat, vt prophetiæ elogio exornare nõ dubitarit.

Certè vel ex ſolo lucri ad alios tranſlati, quod ex indulgentiarum euulgatione cum ſuis captabat, dolore ſatis liquet, nõ propter Deum hoc agitatum fuiſſe à Luthero negocium. Et quemadmodum ex nouarum illarum quæſtionum tumultu illum apparet iactabundo fuiſſe animo ingenioque acri, gloriæq; captandæ ſtudio tumido: ità & ex illa cum Tetzelio, alijsque Dominicanis, quos ſui fundi calamitatem acerbiſſimè cum ſuis oderat, contentione, zelo eum fuiſſe amaro liquet. Qui, vti Paulus ait, ſursùm germinans, plures (proh dolor) coinquinauit.

Heb. 12.

Hæc

Anno 1520. Libri Lutheri exuſti.

Hæc dum per Saxoniam geruntur, Louanienſes, deindè Colonienſes Theologi, libellos Lutheri publicè damnatos exuunt, iuſſuque Caroli quinti per Belgium, Coloniæ ac Moguntiæ lictores publico igni injiciunt concremandos. Ad hæc allata fuit in Germaniam Leonis decimi bulla, qua anno 1520. decimo ſeptimo calendas Iulij fuerant Romæ illius errores libriq; damnati, ac ipſe niſi ſtatis illic diebus reſipiſceret, erroresq; reuocaret, excommunicatus, ac ſatanæ Apoſtolorum poteſtate, vt ſpiritus ſaluus eſſet in die domini, traditus, quum de erroribus per literas admonitus, & per citationem toto anno, fide publica oblata, ſumptibusq; itineris, contumax nollet reſipiſcere. Satanæ igitur, vtì dixi, traditus, cœpit de errore in errorē prouolui, atq; vt D. Paulus ait, in deterius proficiens, errore errorem cumulare. Etſi verò aliquandò reſipiſcētiam ſimularet errorum, ſi qui depræhenderētur, palinodiā pollicens, ac Apoſtolicæ ſedis iudicio ſe ſuaq; ſubmittere: nouis tamen hæreſibus alias effingere indiès non deſiſtebat. Quibus quum non deeſſent ſuffragatores, nō ſolùm de plebe poetæ, Rhētorculi, atque Grammatici, literiones non ignobiles, verùm etiàm Principes atq; nobiles plurimi, cœpit hoc incendium tantula ex ſcintillula natum, totum ferè orbē Chriſtianum ſua flamma ſi non accendere, certè amburere, atq; omni propè ex parte aduſtulare.

1. Cor. 5.

Lutherus admonitus & citatus, cùm nollet reſipiſcere, excommunicatur.

2. Tim. 3.

Auaritia, arrogantia atque ambitio Luthero cauſam huius tragœdiæ dederunt.

Hæc ergò fuerunt diſſidiorum iſtorum ità paſsìm graſſantium exordia, animi tumor, arrogantia, ambitio, atque vt veterum hæreticorum (quos ſuis opinionibus ab orco in lucem reuocauit) tandèm quoquè radicem agnoſcas, auaritia. Cùm enim non exiguus magna cum gloria ad Auguſtinianorū ordinem rediret quæſtus ex inuulgandis indulgentijs (illis nimis haud dubium vulgaris, & ad quæſtum hominum magis, quàm pietatis atq; diſciplinæ eccleſiaſticæ tutelam, à quibuſdam multiplicatis) ægrè fuit Lutheri & ſuorum animo, tantum bolum tam opimum & ſucculentum fuiſſe ſibi ſuiſq; ereptum, cumq; eſſe Dominicanis nunc tributum, cum quibus ferè ſolet non optimè conuenire. Huius rei argumētum non obſcurum obſeruare eſt in illo Auguſtinianorum inſtituto. Nullo enim hominum in ordine (tametſi vndiquè in Lutheri ſentinam confluxerint) plus Lutherus inuenit aut patrocinij, aut fauoris, aut ad orbem Chriſtianum hoc hominum fermento corrumpendum auxilij quaſi contubernalis, quam qui ſeſe beati Auguſtini profitiebātur imitatores. Quot enim fuerint alibì huius ordinis quaſi manipulares hanc ad peſtem promouendam, hominumque pectoribus concionando, confeſſionibusque audiendis inſtillandam, hîc non eſt dicendi locus. VVittenbergæ ſanè iam dudùm ſuo in monaſterio publicè Miſſas abrogârant, aliaque ſuo & nomine & profeſſione indigniſſima deſignârant. Alibi optato iſti incendio haud obſcurè fomenta miniſtrabant.

Ex damni pecuniarij vindicta Lutherus in Romanum pontificem inſurgit.

Hac igitur Lutherus via ſibi pulchrè cū videbatur non tam priuatam, quam publicam totius ordinis vlciſci iniuriam, qua eſſet, vt cum aduerſariorum gloria, ſed quæſtu multò vberiori, ità ſuorum contumelia damnoq; culinario coniuncta, adfectus, dogmata cœpit cōminiſci noua, quæ in Romanum pontificem huius damni tam irreparabilis authorem, non minori, atq; ipſe cum ſuis accepiſſet, iactura redundarent, vtì ex ipſius epiſtola ad Argentinenſes dudùm recitata liquet. Nam probè perſpiciebat Papatui ſe valdè (ait) incommodare poſſe, ſi Carolſtadius, aut alius quiſpiam perſuadere potuiſſet, in ſacramento Euchariſtiæ præter panem eſſe nihil. Ità enim homo ſ. chriſtianus, & paupertatem monaſticam iampridèm ſeſe profeſſum, votoque confirmâſſe oblitus, malum quod putabat, vlciſci eſt aggreſſus: ſicuti & poſteà anno 1520. die lunæ poſt diui Nicolai feſtum, ſuorum librorum Romæ alibique igne blaſphemiarum eius vindice exuſtorum, iniuriam vindicare ſtultiſſimus conabatur, cùm Ius Canonicum, id eſt, ſanctiſſimas ſeruandę gubernandæque eccleſiæ Apoſtolorum, Patrum, Conciliorum, adeoque CHRISTI regulas, rogo iniecit exurendum. Cùm enim pontifici rebus ipſis nocere non poſſet, maledicis verbis & conuicijs,

Ex contumeliæ libris ſuis illatæ vindicta Lutherus Ius canonicum exurit, anno 1520.

quod potuit, nocuit. Hunc enim verum fuiſſe Luthero ſcopum ad Argentinenſes teſtatur verbis & libello de ſeditione cauenda, gloriatus hoc ſe conſequutum: Inſpice, inquit, facta mea: nónne ego Papæ, epiſcopis, presbyteris & monachis ſolo ore abſq; omni ictu gladij plus ademi, quàm illi omnes hactenùs Imperatores, Reges, & Principes cum tota potentia ſua ademerunt?

Luthero fuit ſcop⁹, vt papæ incommodaret, non vt veritatem populis annunciaret.

Cæterùm Patrum adeoq; Apoſtolorũ iniuria, a Luthero ipſorum doctrinæ inflicta, vt in Chriſti contumeliam haud dubium redundauit, ità & dogmata ab illo aut conficta, aut (vt veriùs dixerim) de vetuſtiſſimis iuxtà àc damnatiſſimis hæreſeon lacunis reuocata, in manifeſtiſſimã Chriſti Domini blaſphemiam erumpunt. Quæ dogmata ante Germania calamitates per Lutherum allatas, paucis cõmemorare non grauabor, quò huius diſſidij fructus liceat contemplari planiùs.

Lutherus ab eccleſia Dei egreſſus, quam blaſphema iecerit ſui noui Euangelij fundamenta.

Quia verò nouum ſeſe prophetam, immò ſeſe Dei gratia Euangeliſtã VVittenbergenſem epiſtola ad ducem Saxoniæ Georgium iactitabat, nouam vt adferret doctrinam fuit neceſsè. Cùm igitur Lutherus iſthoc Romani pontificis odio inflammatus, néq; propter Chriſtum hãc tragœdiam aggreſſus, nouam, Chriſtianisq; inauditam fidei atq; iuſtificationis rationem orbi inuehere vellet, idoneam ſuo iſti figmento præſtruxit viam. Illo enim eccleſiaſticorum hominum odio ex auaritia, ſiue indulgentiario quæſtu, vtì demonſtratum eſt, orto excæcatus, cùm Chriſtianam religionem illis quidem ad tuendum & prædicandum creditam, ſed aliud ferè agentibus, ac luxui, ocio, torporiq; incredibili deditis, atq; altùm omnibus propè dormientibus, imis à fundamentis conuellere, quaſſare, labefactare eſſet in animo, cœpit piam Chriſti fidem, ſacroſancta Dei Sacramenta, bonamque Chriſtianorum vitãm exagitare, vexare, oppugnare: aut veriùs ſuo pro nomine, quod ſuperbiſſimè ſibi à puritate finxerat, impuri ſui luti ſtercoribus contaminare, humanæq; doctrinæ fermento corrumpere.

Luthero quiſnã fuerit ſcopus in nouanda eccleſiæ doctrina.

Hominib⁹ ſuæ ætatis carnalibus ſuam accõmodat doctrinam Lutherus.

Cæterùm vt hæc ſuo pro rabido animi furore aptè perficeret, homines ſuæ ætatis animaduertens paſſim vitijs carnis ebrietati, comeſſationi, luxui, adeoq; præſtigijs deditos, atq; ſuis fraudibus morum ſimplicitate, vitæ impuritate, Religionis incuria, ſalutis æternæ negligentia, quaſi præparatos, eis ſuam calliditſimè concinnauit & adaptauit noui Euangelij doctrinam, à vita bona, bonorumq; operum in primis fiducia deterrens. Omnia enim horum opera docebat eſſe peccata: Rurſùs, quando quod in ſe eſt faciunt, peccare mortaliter. Qđ axioma vt ſolido quodam quaſi fundamento ſtabiliret, fingebat homines non modò eſſe ſerui arbitrij, qui nihil prorsùs agerent, quàm quod lutum in manu figuli, aut gladius in manu furioſi: ſed in iuſtificatiõe etiam quæ eſt per Chriſtũ, nos non mũdari verè, neq; iuſtitiæ donum verè nobis communicari: ſed tantùm nos reputari iuſtos, regique peccata in animo latentia, ob quæ verè eſſent Deo odibiles atq; gehenna digni: immò propter inhærentem peccati originalis fomitem, Sanctos etiàm hinc euocatos, à regno cælorum aliquandiù remorari atq; retardari.

Lutheri paradoxa q̃ ſint in Chriſtianas mẽtes contumelioſa.

Quæ Lutheranæ doctrinæ, Euangelij titulo palliatæ, principia ſi vera ſunt, (inquiebant illi ſimplices) quid nos fruſtrà Deo ſtudemus vita Chriſtiana placere? Immò ſi nõ eſt nobis liberum arbitrium, iniuſtus erit Deus, ſi puniat, quæ non poſſumus facere? Manducemus ergò & bibamus, coronemus nos roſis, volutemur vnguentis & vnguentarijs. Nihil enim peccabimus, qui voluntatem Dei facimus. Sed iſthæc vel Mahometano Epicureo indigna, ſuos tamen repererunt ſectatores innumeros.

Lutherus quam ſit in Chriſtum iniurius.

Cæterùm Stoicam illam neceſsitatem, quæ & Deum facit ſcelerum authorem atq; impulſorem, quonam ore audebat os impudẽs ſonare, qui Chriſtũ legit Hieroſolymę cum lachrymis exprobrantem, Quoties volui vos congregare, & noluiſtis? Sed atrociùs in Chriſtum ſunt contumelioſa, q̃ aduersùs ſacroſanctæ eccleſiæ Chriſtianæ immundiſſimus euomuit Sacramenta. Oblîtus enim quòd D. Petrus ait, mundationem ſeſe veterum accepiſſe peccatorũ. cùm in volutabro ſuo cum ſua ſacrilega Chriſti adultera Catharina

Matt. 23.

2. Pet. 1.

Catharina de Bore v-

de

xor Martini Lutheri. de Bore, ſubare atq; obnolutare ſtatuiſſet, auſus eſt & Chriſti baptiſmati veram derogare animi emundationem, cùm Diuus Paulus doceat, Chriſtum non modò liberare, ſed emundare populum ſibi peculiarem: Ruſum Eccleſiam ſuam purgare lauacro aquæ in verbo vitæ: Ruſum Chriſtū ad patris dexteram conſcendiſſe, vbi peccatorum purgationem perfeciſſet ſuo illo crucis ſacrificio, Deo patri omnium gratiſsimo.

Lutherus baptiſmatis virtuti derogat. Tit. 2. Heb. 1.

At ſi non verè in Baptiſmo à peccatis purgamur, aut non verè liberamur, quia remanent, vt inquit ille, ſed non imputatur: latēt, nō abolentur: quomodò Chriſto Domino ſuū aut officium, aut nomen conſtat ſaluū? Quomodò enim Ieſus, qui non eſt Ieſus? Non enim ſaluat à peccatis populū ſuū, qui peccatis relinquit ſordidatū & contaminatū. Quomodò populū ſuum mundat, qui immundum & peccato deſœdatum relinquit? Quomodò purgationē facit peccatorum, qui ſuos à peccatis non purgat, ſed permanentia tegit? Non tollit, ſed reliqua obuelat? Non abolet, ſed latentia inuoluit? Iſthæc blaſphema tuo, quod tibi ò Luthere, impuriſsimus à puritate ſcilicet fingis, nomine indigna ſunt. Iſthæc Chriſti officium abolent. Iſthæc nomen Ieſu ſemèl delēt. Porrò huiuſmodi paradoxa, vt diximus, Lutherus fingere coactus eſt, vt ijs ceu quādam paraſceue nouam, quam ſuo è cerebro hauſerat, non à Chriſti ſpiritu didicerat, fidem, quam dicit Specialem, orbi redderet plauſibiliorem.

Chriſtum Lutherus ſuo ſpoliat & officio & nomine Ieſus.

Luther à puritate, Germanis dicitur, ſedque per antiphraſin nouo iſti Epicuro conuenit.

Sed vt nouam hanc, quam Specialem vocat, ſuis perſuaderet fidem, nouam, inquam, & hactenùs quidem orbi incognitam (licèt aliquandò eius ſemina à quibuſdam nouatoribus fuerint ſparſa, quæ vt erāt euanida, nihilq; veritatis cōplexa, breuì in ventos abiēre) illis, q̄ cōmemorauimus noui ſui (ſi Chriſto placet) Euangelij confictis axiomatibus in Chriſtum iniurijs, in Deum patrem blaſphemis, in Spiritum ſanctum contumelioſis, nūc iactis quaſi fundamentis, ad maiorem impietatem eſt progreſſus, aut veriùs prouolutus, atque à malo illo genio protractus. Cùm enim anno 1520 venenato illo ſuo libello Captiuitatem Germaniæ verè Babylonicā cogitāſſet inducere, ait ſeſe præcurſurum, nouaſq; hæreſes moliturum, priores contra Sacramentorum vim & numerum, aliaſq; reſutarent.

Fides noua à Luthero conficta, quā dixit Specialem.

Luther' iactat ſe nouas molitu rū hæreſes contrà monachos. Ità in Captiuitate Babylonica ex editione V Vittēberg. anno 1551.

Docuit igitur nos iuſtificari non quādò credentes Symbolo aut Euangelio ſuſcipimus ſalutaria Chriſti ſacramenta: ſed quum firmiter ſtatuimus & perſuaſiſſimum tanquàm fide habemus, quòd nos Deus pater in gratiam recipit, peccata cōdonat, filioſq; ſuos & hæredes per Chriſtum inſtituit. Fidem itaq; eſſe, non aſſenſum articulorum Symboli, aut doctrinæ Euangelij, ſed indubiam perſuaſionem, quòd tibi Deus peccata remittit. Non ergò per Sacramēta donari, ſed per fidem appræhendi iuſtitiam. Porrò hanc iuſtitiam ſiue charitatem, docebat neceſſariò ſemper eum fide illa ſua Euangelica coniunctam, ità vt nulla fides ei ſit mortua: immò in adulteris & furibus ait non eſſe fidem.

Fidē Lutheronō eſſe in adulteris, furib', aut malis hominibus.

Hæc doctrina vt eſt ſimplici popello plauſibilis, & carni ſuauis, planeque tota delicatula, nullum ferens, nedùm p̄ſcribens pœnitētiæ gemitum, nullū ieiuniū, nullam à delicijs voluptatibuſq; abſtinentiam: ità & Sacramenta Chriſti verè eneruat, euacuat, omniq; ſalutari expoliat fructu. At ſi per fidem appræhenditur iuſtitia, peccatorumq; remiſſio donatur, quomodò Petrus Iudæos in Chriſtum credētes iubet vt remiſſionem peccatorum expectent ex baptiſmo? An igitur Baptiſm' fuit, vt loquuntur, ſigillum & certificatio remiſſionis peccatorum acceptæ? Sanè Petrus à credentibus accipiendam demōſtrat, Baptizetur, inquit, vnuſquiſq; veſtrûm in remiſſionem peccatorum, & accipietis Spiritum ſanctum. Sic & Chriſtus docet per ſacram Euchariſtiam vitā hauriri, ſed ab idoneē præparatis: non autem ad confirmandam remiſſionem peccatorum, omnibus prorsùs accipientibus, inſtitutam. Nam ſi Paulo credimus, plurimi, etſi credentes, ad iudicium & condemnationem accipiunt. Non igitur poteſt Euchariſtia eſſe indubium accipientibus ſigillum remiſsionis peccatorum, vt vellus Gedeonis, aut circuncìſio Abrahæ fuit.

Sacramenta Chriſti ſua expoliat vi & efficacia Lutherus. Act. 3.

Sacramēta Chriſti nō eſſe ſigilla gratiæ dudū acceptę.

1. Cor. 11.

Chriſti ſanguinē nos à peccatorum ſordibus emundātem, Lutherus ait inefficacē, quòd peccata non tollat, ſed tegat.

Verùm vt hanc nouam non fidem, ſed præſumptionem humani cerebri ſuis magìs confirmaret, ità cum fide etiàm Sacramenta fidei adulterauit, quô dignum haberet ſua patella toxico virulentiſſimo pleniſſima operculum. Finxit enim, per Sacramenta Chriſti, peccata non tolli, ſed relicta non imputari: permanentia velari, non ablui, nec ſanguine Chriſti emundari, ſed in animo hærentia tegi & occultari. Rursùm, vt Dei miſericordiam & Chriſti gratiam verè exinanitam, neq; ipſa abolitam, videretur valde prædicare, finxit hominem eſſe ſerui arbitrij, opera eius omnia eſſe contaminata, immo eſſe peccata, eaq; mortalia, propter quæ à regno Dei meretur excludi: adeoq; proptereà remorari Sāctos ab ingreſſu regni cælorum: ſed propter fidem in Chriſtum, Deum illa peccata verè peccata, diſſimulare & non imputare.

Lutherani ac Euangelici omnes ſeſe indubiè cælo excludūt miſeri, quòd ſe ſemper docent peccatis mortalibus noxijsq; criminibus contaminatos.

Quod ſi verum eſt, peccata illa quæ dicit verè manere, ſemper in homine eſſe verè peccata; an non ſe bis miſeri cælo excludunt? An falſum eſſe poteſt quod ſcriptura ait Apocalypſis 21. Nihil coinquinatum intrabit in regnum Dei? An Spiritus ſanctus in Dauide fallum dicere putandus, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur (reſpondet) ſine macula, qui operatur iuſtitiam, innocens manibus & mundo corde. Iſti ergò cùm ſeſe fateantur ſemper peccato verè contaminatos, non operari iuſtitiam, non eſſe mundo corde, quonàm (obſecro) eos aliò, quàm ad immundos ſpiritus, quos nunc ſequuntur magiſtros, putes ablegandos? Porrò ſi verùm eſt quod diuus Ioannes ait 1. epiſt. canonicæ cap. 3. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, hi cùm ſe nihil niſi peccare, omniaque ſua opera profiteantur peccata, vnde niſi ex diabolo aut iſta faciunt, aut docent? cùm qui ex Deo ſunt, non peccant, teſte eodem Ioanne, ſed ſemen Dei in ipſis manet, & non poſſunt peccare, quia generatio Dei conſeruat ipſos? Videant ergò Euangelici, quonam ſint patre prognati, & cuius tandèm futuri ſint hæredes. Sed hæc cogitantes errauerunt, & excæcati à malitia ſua, neſciêrunt Sacramenta Dei, neque mercedem, vti ait ſcriptura, ſperauerunt iuſtitiæ.

Pſal. 14.

Lutheri doctrina q̃ in Chriſtū & homines contumelioſa & blaſphema.

Sanè hæc Lutheri doctrina vt in Chriſtum eſt contumelioſa & blaſphema, ità & in homines quos ſtoicè fingit ſerui arbitrij, ſemper peccato contaminatos, ſemper corde immundo, ſemper peccare, ſemper in peccato eſſe, contumelioſa & iniuria. Ex quo fit vt iſtiuſmodi dogmata aut ſequi, aut comminiſci, non videatur ſani cerebri, neque ſpiritus merè humani, nedùm diuini, ſed fanatici citiùs, aut arrepticij, atque maniaci.

Quo magiſtro Lutherus tā blaſphema dicerit dogmata.

De authore nempè argumenta nihil à vero abhorrentia minimè deſunt, quòd iſthæc ſuaque alia non ſpiritu humano, nedum diuino, ſed diabolico effinxerit, haud aliter atque Montanus ille ſpiritu Pythonico, aut Mahometes illo ſuo Gabriele, diabolo ſeſe in angelum lucis transformante. Sūt enim qui Lutherum ſcribant Incubo natum, qui eius matrem balnei publici ſeruulam oppreſſerit: ſed neſcio cuius ſit fidei. Legitur tamen in eius vita, à fide digno domino Cochlæo conſcripta, quoſdam ità literis mandáſſe. Verùm fides ſit penès Lipſicam illam matronam, cui eius mater fuit notiſſima. Ad hanc hiſtoriam alludere alicubi Eraſmum, non eſt à vero alienum. Cùm ipſi Lutherus obſcœna quædam verba à ſe conficta, quod nuſquàm ità Eraſmus ſcripſerat, obieciſſet, notam iſtam fœdè adſperſam diluens: Mirum eſt (inquit) planè impio ſuo & blaſphemo ſermoni non addidiſſe de Incubonibus, qui dicuntur inire fœminas. Certè parùm falſa in hoſtem blaſphemum fuerit oratio, niſi per tapinoſin homini Oreſte inſaniori, atque ſatanica maledicentia petulantiſſimo eminùs velut olfaciendum oſtentaret, quod impurum eius cohibeat ſermonem.

Lutherus incubo dæmone natus.

Purgatiõe ad epiſtolā Lutheri nō ſobriā.

Cæterùm fuiſſe Luthero cum diabolo familiaria colloquia potiſsimùm poſt excommunicationem, eaq; frequētia, quibus inter ſeſe varia conferebant argumenta, ad catholicam Chriſti vexandam eccleſiam concinnata, ex ipſius Lutheri varijs ſcriptis liquet. Libello de Miſſa angulari diabolum & ſe, ait, inter ſe mutuum familiariter nôſſe, & quòd plus vno

Diabolum magiſtrū Lutherus ſæpè conſulit in colloſa.

quijs familiaribus cum eo frequenter habitis.

ſalis modio ſimul comederint. Hunc ipſum mendacij magiſtrum, ſuæ doctrinæ iactatorem, qui noctu quadam, ait eodem libro, ipſum à ſomno excitârit, & tanquam in corde alloquens admonuerit ad ſcribendum contra ſacroſanctum altaris ſacrificium. Eundem quoque inducit ſecum diſputantem, ac fortiora cōtra Miſſam argumenta proferentem, quā quæ refellere Lutherus potuerit. Rurſùs libello de Miſſa priuata, diaboli magiſtri ſui vocem depinxit tam grauem, robuſtā, atque terribiliter ſonantem, vt poſt collationem nocturnam cum eo habitam, homines quandoque reperiantur mortui, animamque ità reddi anxiam, vt in vno momento cogatur è corpore migrare: quod ſæpè ſibi etiàm propè accidiſſe ſcribit, & tandem ſub vitæ finem, ait Hoſius, re ipſa euenit. Probè enim potus & hilaris, poſtridiè manè in lecto repertus eſt mortuus.

Lutherum à ſomno excitat diabolus, admonetque ad ſcribendū contra Miſſam.

Vox diaboli à Luthero ad viuū depicta, quā ſæpiùs audita.

His accedit, quòd fide digni, qui hominem viderunt, vultumque penitiùs ſunt contemplati, narrant in eius oculis neſcio quid dæmoniacum relucere ſolitum, quale in Maniacis et arreptitijs videre eſt, vbi ſeſſore dæmone agitantur. Eius ſanè oratio ardentiſſima, acerrima, vehementiſſima fuit. Si enim Lutheri maledicentiam cogites, quam Bucerus ait Dialogo contra Melanchthonem ab omnibus imperioſæ & acerbæ dicacitatis accuſari, nihil videbitur mirum, quòd quidam ipſū aiunt dæmoniacum, cui tam familiaria cum dæmone colloquia fuêre, vt non ſolùm argumenta contra Chriſtum ſuggeſſerit, ſed cùm pro ſuo in Chriſtum rabioſo odio non eſſent quæ Lutherus ſcribebat, ſatis maledica, impia, blaſphema, ipſemet diabolus de charta ſua deleuerit manu, vti Lutherus ſuis ipſe verbis narrat libello de Miſſa. Equidem Eraſmus ſcribit Lutherum conuicijs ſuauiter animū paſcere, nulla maledicentia ſaturabilem, conuicia furioſa in hoſtes iacere, Oreſte eſſe inſaniorem, præbibendum eſſe Luthero veratrum, vt ſaniora ſcribat. Rurſùs philautiæ & odij temulentia quędam furioſa ſcribere, ideoque Lutherum habendum non dicam (inquit) diabolum incarnatum, quod Eraſmo exprobrârat,

Lutheri oratio & ſtylus.

Lutherum ait Bucerus maledicū, imperioſū, & auſterè dicacem.

Eraſmus Lutheri ingenium depinxit, Purgatiōe ab epiſt. nō ſobria Lutheri.

(furientium iſtæ voces ſunt) ſed hominē odio lymphatum.

Sanè ſi quis cogitet Lutheri arrogantiam iactantiamque, non niſi merè ſatanicam agnoſcet in homine ſuperbiam, atque philautiam vere luciferianam. Germanos vſque ad ſuam prædicationem iactat, nunquàm antea verum germanumque audiſſe Euangelium. Rurſùs, Ego verò (inquit) aduersùs dicta patrum, hominum, angelorum, dæmonum, pono non antiquum vſum, ſed vnius Maieſtatis æternę verbum, Euangelium. Item, Diuina maieſtas mecum facit, vt nihil curem, ſi mille Auguſtini, mille Cypriani, mille eccleſiæ Henricianæ contra me ſtarent. Deus errare & fallere nō poteſt. Auguſtinus & Cyprianus, ſicut omnes electi, errare potuerunt, & errauerunt. Sic libro pro ſcholis erigendis: Sim ego qualiſcunque, ſed ex corde fideliter intendo & veſtrum & totius Germaniæ bonum, in quod deſtinauit me Deus, idque charitati veſtræ liberè ac confidenter dixerim: Quiſquis obedierit mihi, is proculdubiò non mihi, ſed Chriſto obedit: & qui mihi non obedierit, is non me, ſed Chriſtum contemnit. Ego enim ſcio vtiquè & certus ſum, quid & quorsùm ego loquor & doceo. Rurſùs, Neq; vos impedire debet, quòd aliqui gloriantur de ſpiritu, & ſcripturas paruifaciūt: ſed bone amice, ſpiritus huc, ſpiritus illuc: ego quoque fui in ſpiritu, atque etiàm vidi ſpiritus (ſi omninò de proprijs gloriandum eſt) fortè plus, quàm illi adhuc intrà annum videbunt, quantumcunque etiàm glorientur. Et ſpiritus meus etiàm in aliquo ſe oſtendit, cùm tamen ſpiritus eorum in angulo ſit tacitus. Rurſùs, Si non ſum propheta, attamen certus ſum pro me ipſo verbum Dei eſſe apud me, & non apud eos. Ego enim ſcripturam pro me habeo, & ipſi ſolummodò doctrinā ſuam propriam. Ità & in Germanica defenſione ſuorum articulorum vbi præ ſe contemnit nō ſolùm doctores, omnes ſcholaſticos, verū etiàm eccleſiaſticis patribus, Romanis pontificibus, & Concilijs generalibus, minùs credi volebat, quàm vni ſibi. Nā, vt ait, Certus ſum, dogmata mea habere me de Chriſto, qui etiàm aduersùs eum triumphaui, qui in va-

Quāta Lutheri arrogātia.

Sermone de Deſtructione Ieruſalem Lib. contra regem Angl.

Omnes patres veteres & electos errâſſe ait Lutherus.

Iactat ſe à Deo Germanis miſſum.

Spiritū & reuelationem iactat Lutherus, ſed non de cælo, vtì olim Mahometus & Ioan. Huſſius.

Lib. contra regem Angliæ.

vngue nouiſſimo plus habet virtutis & aſtutiæ, quàm omnes Papæ, Reges, & Doctores.

Lutherus ſuperbia excæcat⁹, nullum vult agnoſcere errorē, nullumq́; iudicem.

Iſta ſuperbia non tam inflatus, quàm excæcatus, in comitijs Vuormatienſibus nullum ſuis in ſcriptis errorem agnoſcere, nedùm reuocare voluit: immo ne verbum quidem vllum mutare, ſe captum affirmans verbi Dei retibus: quibus conſcientia (inquit) inuoluta abire non poteſt. Neque etiàm Articulos ſuos Concilio futuro ſubmittere, qui Concilio Conſtantienſi fuiſſent damnati: Certus ſum, (inquit) eius decretis damnatum fuiſſe verbum Dei.

Scurratur Lutherus, teſte Andrea Critio.

Quòd ſi quis ſcurrilia eius conuicia cogitet in Reges, quos Antichriſtos, Carnifices, Scurras, Nebulones: in Pontifices, quos etiàm Antichriſtos, Lenones & Idola: in Sanctos, quos Latrones & Sanguinarios, (vti diuum Bennonem epiſcopū) ſociosq́ue Antichriſti vocat, quis eum ſani æſtimet cerebri? Rursùs ſi quis fœdum Lutherios videat, quod niſi merdas & ſtercora vomit, Satanas, Dæmones incarnatos crepat, Antichriſtos, Tyrannos, Idola ſonat: an iſthoc monſtro quid fuerit vnquàm arrogantius, impudentius, virulentius? Vt rectè Angliæ rex Luthero reſcripſerit, peſtilente lingua eum ſcurratū eſſe in R. Cardinalem Eboracenſem, primarium ſuum conſiliarium: cuius prudētiam ſingularem, vti ait, magis perſpectā habebat, quàm vt quicquam eius linguæ ſcurrilibus commoueri queat conuicijs, quæ in totam ſcurratur Eccleſiam, quæ Sanctiſſimos proſcindit patres, quæ nullos non lacerat diuos, Chriſti contemnit Apoſtolos, quæ ſanctiſſimam Chriſti matrem inhonorat, quæ Deum ipſum velut ſcelerum fontem, authorem, impulſorēque blaſphemat. Ita ad Lutheram Rex Angliæ.

Lutheri impuritatem arguūt impura eius fœdaque verba, oratioq́; merdis conſtercorata.

Lingua Lutheri, quā virulenta & blaſphema.

Hæc omnia ſi quis cogitet, dubium vix æſtimabit, quin Dæmonem paſſus fuerit, ſi non ſeſſorem, certè aduolitantem, qui ſubindè reuolitans eum arripuerit: quod non ſolùm mente ei contigiſſe, ſed etiàm corpore, docet illud Lutheri exemplum paradoxum, quod de ipſo narrat D. Cochlæus, quòd cùm legeretur Euangelium de ſurdo & muto dæmoniaco, repentè in terram conciderit, horribiliter vociferans, Non ſum, Non ſum. Si non contigit ei ex morbo comitiali, vt olim Mahometo, illi vero Antichriſto, viderint diſcipuli cuinam cauſæ inſanas haſce, aliasque Lutheri voces meritò aſcribant. Nec defuēre viri fide digniſſimi, qui ſibi viſum fuiſſe dæmonem corporaliter cum Luthero conuerſari adfirmarent. Sanè diſertis verbis profitetur non modò familiaria cum diabolo colloquia: ſed etiàm frequentem illius acceſſum, vt vel dormientem à ſomno excitârit, (ait libro de Miſſa angulari) admonens aduersùs Miſſam eſſe ſcribendum.

Lutherus arreptitius

Lutherus in choro ꝓſternitur, horribiliter clamās.

Sed vt hunc locum cōcludamus, narrabo qualenam fuerit non modò Caroli quinti Cæſaris, aut omnium veriùs ſtatuum Imperij de illo iudicium, ſed totius ferè Germaniæ ſanioris. Tam obſtinatè in ſuis hæreticis opinionibus coram Carolo Cæſare, omnibusq́; Imperij ſtatibus perſiſtebat, vti eſt in edicto Vuormat. impudentibus verbis, orisque & corporis geſtibus, quiduis potiùs, quam religioſum aut ſanum hominem præ ſe ferens: vt ne verbum quidem in ſuis libris ſe mutaturum affirmaret, vt ab omnibus ijs qui ſapiunt, partim demēs, partìm etiàm malo aliquo obſeſſus ſpiritu iudicaretur. Talem cùm haberet Lutherū ſanior Germaniæ pars, quid refert an dæmoniacus fuerit, an dæmonis mancipium, philautiæ, ſuperbiæ, maledicentiæ, odij œſtro extra mentem raptus, qui dæmone argumentorum ſuggeſtore, magiſtro, dictatore vſus, contra Chriſtum ſcripſit? Quod ſuis ipſe verbis iactat Lutherus. Vndè mihi ſanè minimè paradoxum videatur, potuiſſe Catholicis exorciſmis non minùs à Luthero Dæmonem expelli, quàm olìm à priſcis illis hæreſiarchis Montano & Priſcilla eundem mendacij magiſtrum eijcere pollicebatur B. Soras Anchialenſis, teſte Diuo Publio Iulio epiſtola Serapionis Antiocheni, ſi hoc illius permiſiſſent hypocritæ, ſiue vt Ruffinus reddidit, adultatores.

Imperator & Imperij ſtatus iudicant Lutherum aut mentē, aut obſeſſum.

Sotas exorciſta.

His iactis nouis fundamentis illo ſuo ſpiritu (minimè ſancto) magiſtro non indignis, quidnā putas Lutherus vltrà moliebatur, q̄ verbum Dei adulterare, ſemèl corrumpere, prorsùs abolere? Illis nanq; ne-

Hæc habet Nicephor⁹ li.4.ca.27.

ne.

nouæ ſuæ doctrinæ principijs iactis, quibus ille & homini ſuum eripuit liberum arbitrium, & Chriſto ſuum officium, quo verè iuſtificat impios, & nomē Ieſus, quo verè ſuum populum à peccatis emundat, ſanctificat, & verè ſaluat: fidem denique ex verbi Dei firmo aſſenſu in humanam peruertit arrogantiam, & in temerariam deprauat præſumptionem, Chriſtiq; ſacramenta ſuo effectu atq; vi verè ſanctificante expoliat, quò ſuum ille congruenter ædificet euangelium. Sed vide, obſecro, quanta cum pietate Euangelica. Mox enim ipſum Dei verbum ſcriptum violare, mutilare, deprauare eſt aggreſſus. Cū enim ſuis ſomnijs illis, quæ ſuprà expoſuimus, nouæ ſuæ doctrinæ principijs non ſolùm patres vniuerſos orthodoxos, concilia vniuerſalia, adeoq; doctrinam eccleſiæ catholicæ ſentiret repugnare, ſed ipſum quoque ſcriptum Dei verbum, vide obſecro, quánam ratione quæ ſibi opinabatur obſiſtere, conatus fuerit abolere.

Anno 1523.

Nouū ſuū Euangeliū Lutherus conatus ſtatuere, adulterando & peruertendo nouum Teſtamentum.

Fidem ſuam quam dixit ſpecialem, qua quiſque ſibi ſpecialiter ſtatuat, certoque perſuaſum habeat ſibi contingere remiſſionem peccatorum, ſeque eſſe filium Dei, nec à regno excidere poſſe, modò fidem retineat, cùm videret in diui Iacobi epiſtola eſſe à Spiritu ſancto refutatam, et funditùs ſubuerſam: quòd fidem ſine operibus bonis doceat mortuam, & ad ſalutem inutilem, eam non modò reiecit epiſtolam ceu canone indignam: ſed cōtumelioſiſſimè quoque appellauit præ alijs verè ſtramineā, quod nihil, ipſius iudicio, haberet euangelicæ indolis. Iſtam arrogantiam cùm Caluinus euangelico ſpiritu indignam putaret, multis argumentis, præfatione in hanc epiſtolam, retundere aggreditur. Sūc etiàm hodiè (inquit) qui hanc authoritate dignam non cenſeant. Ego tamen quia nullam eius repudiandæ ſatis iuſtam cauſam video, libenter eam ſine controuerſia amplector. Rurſùs paulò pòſt: Quarè mihi ad epiſtolam recipiendam ſatis eſt, quod nihil cōtinet Chriſti Apoſtolo indignum. Attamen in hunc modum eam à canone ſubmouere eſt aggreſſus Lutherus: ex quo ſanè facilè demonſtratur, quonam ille ageretur ſpiritu.

Caluinus Lutheri cēſurā de Iacobi epiſtola refutat.

Quia verò diui Iacobi epiſtolam ſemèl ceu ſtramineam reprobârat & proculcârat, quòd ſuo nō ſaperet palato indolem, vti aiebat, euangelicam, cùm ſapientiam cæleſtem (quæ Lutherum longiſſimè ſugiebat) doceret pudicam, pacificam, modeſtam, ſuadibilem, bonis cōſentientem, non iudicantem, plenam miſericordia & fructibus ſiue operibus bonis: quę omnia facit peccata Lutherus impudicus, ſeditioſus, immoderatus, intractabilis, bonis repugnans, omnes iudicans, non tantùm patres vetuſtiſſimos, ſed etiàm Apoſtolos, omnis miſericordiæ bonorumq; expers operum: hac, inquam, de cauſa cùm diui Iacobi epiſtolam de canone ſcripturarum ſubmouiſſet, quòd non eſſet ab Apoſtolo ſcripta, ſimili planè authoritate, immò rabie, etiàm Pauli epiſtolā ad Hebræos, tertiam diui Ioannis, & ſecundam diui Petri, & Apocalypſim diui Ioannis Apoſtoli reprobare auſus eſt. Immò nē quid ſuo illo euangelico ſcilicèt ſpiritu indignum omitteret, ad veteris quoquè teſtamenti Canonem inuolauit. Vndè & libros Machabæorum aboleuit, Iudæorū ſic mâlens audire Synagogam, teſte Auguſtino de Ciuitate Dei lib. 18. c. 36. quàm Chriſtianam ſequi eccleſiam. Hæc fuère ſacrilega Lutheri auſa in violando atque mutilando ſacro ſcripturarum Canone, totei libros amputando.

Quarè Lutherus reijcit Diui Iacobi epiſtolam.

Libri quos Lutherus à canone ſcripturarum ſubmouet & reprobat.

Nunc videndum de adulteratis ab eodē Luthero ac peruerſis reliquis ſcripturis. Quod ſanè flagitium libellis iampridèm editis Saxoniæ demonſtrauit D. Hieronymus Emſerus. Idem nupèr Fridericus Staphylus, qui iſtorum Euangelicorum fraudibus multos per annos à via veritatis ſeductus diuina tandèm indulgentia ad catholicam reuerſus Eccleſiam, orbi toti ſolis luce oſtendit manifeſtiùs. Georgius Vuicelius quoq; hæc ſacrilegia Luthero exprobrauit, & alij non pauci. Cuius Vuicelij libellos duos, vnum quidem quem de moribus veterum hæreticorum edidit, alterum quem Retectio Lutheriſmi inſcripſit, ad calcē huius noſtræ hiſtoriæ in admonitionem orthodoxorum apponēdos operæprecium duximus, ſi locus & tēpus, ipſeq; adeò author etiamnū ſuperſtes,

Sacrilegia Lutheri in adulterandis atq; peruertendis ſcripturis à quibus annotata.

æquo

æquo idipſum animo feret. Nunc autem non iniucundum fuerit aliquot loca ſcripturarum huc adducere, ex quibus facillimū erit aduertere, qua fide eas ipſas ſcripturas interpretetur Lutherus, qui tanto ſacrilegio eas peruertendo deprauarit. Ità quoque fiet vt Spiritum Lutheri magiſtrum agnoſcas perſpicuè illum eundem eſſe, qui ætate Pauli plurimos extruſit pſeudoapoſtolos, qui verbum Dei adulterabant, operarij ſubdoli ſiue fallaces, transfigurantes ſeſe in Apoſtolos Chriſti, vt ſeſe Lutherus in Euangeliſtam Chriſti transfigurare non erubuit. Hoc enim nomine ſeſe iactat Tomo operum ſuorum ſexto, folio 165. in epiſtola ad ducem Saxoniæ Georgium.

2. Cor. 11.

Euangeliſtam Germaniæ ſeſe Lutherus iactitat.

Pauca igitur promemus ex plurimis loca, quæ nouus hic Euangeliſta (vti ſeſe venditat, à vero nimirùm Euangelio à ſe tandem in fine ſeculorum, ſi Chriſto placet, reperto atque in lucem eruto) à vera germanaque lectione detorſit atq; deprauauit. Nam ſi corruptelas eius nouo Teſtamento ſuo, quod Germanicè vertit aſſutas & inſperſas ſupputare fuerit animus, centena aliquammulta (inquit Staphylus) reperias, vbi textum ipſum miſerandum in modum corrupit, alibi addēs, alibi demens: ſcripturasq; diuinas hunc in modum vel truncauit, vel aſſuendo quædam addidit, quæ abominandas ſuas hæreſes inductis pulchris coloribus fucarent. Immò profitetur diſertè Dominus Hieronymus Emſerus præfatione annotationum in nouum Teſtamentum Lutheri, hunc pſeudoprophetam omnibus ferè libris ſingulisque propè capitibus Biblia falſaſſe, ac ferè mille quadringentos errores hæreticos, mendaciaque occultauiſſe, atque immiſcuiſſe. Alij plures, alij pauciores annotarunt Lutheri errores. Ex tanto igitur falſitatum, corruptelarū, adulterationū, deprauationumque aceruo, hic pro temporis locique ratione, nōnulla commemorabo. Quæ autem illi pij viri in Lutheri verſionem ſcribunt, non de prima, ſecunda, aut tertia accipiendū æſtimo, ſed de poſterioribus quoque editionibus, quibus agnoſcit Lutherus ſe priores caſtigaſſe, erroresq; ſuos emendaſſe, hoc eſt, vti habet rei veritas, priores errores poſterioribus verſionibus deteriores feciſſe, ſuamque priorem verſionem plurimis locis variaſſe, quemadmodùm videre eſt tabella verſioni noui Teſtamēti Domini Emſeri præfixa. Certè Lutherum in vertendo non Euangeliſtæ præſtitiſſe officium, vel vnus demonſtrat Bucerus, qui dialogo contra Melanchthonem ait Lutheri lapſus in vertendis explanandiſque ſcripturis manifeſtos eſſe, nec paucos. Quinctiam Oſiandrici Luthero non verentur obijcere loca ſcripturarum, ab ipſo magna (inquiunt) falſitate & dolo interpretata. Immò ſi quā meretur Lutherus fidem, hic ſanè ſuis de verſionibus veritatem profeſſus, meretur longè maximam. Fatetur ergò poſt annos propè 20. quàm primam inuulgaſſet editionem, non ſe modò, ſed etiam Sanctum Paginū atque Munſterum crebrò erraſſe in ſua ex Hebræo tranſlatione, quòd Rabbinorū gloſſis nimiùm (inquit) crediderint. Verū hæc alterius fuerint loci. Nos nunc breuem colligamus catalogum locorum ab iſto nouo Euangeliſta deprauatorum atque peruerſorum.

Anno 1521.

Corruptelæ Lutheri innumeræ.

Apologiæ parte 2.

Centuriæ aliquot corruptelarū per Lutherum ſcripturis intextæ.

Errores ſuę verſionis Lutherus agnoſcit ſe caſtigaſſe, reuera deteriores feciſſe.

Bucerus Lutheri verſionem reprehendit.

Palinodia Lutheri de ſua Bibliorum verſione, qua ſe frequenter erraſſe fatetur præfatione in Biblia.

Quum bonis operibus Lutherus bellū indixiſſet, potiſſimùm homo bonorum operum expers, qui docebat omnia bona opera eſſe peccata, vide mihi quàm ſuæ anticipatæ opinioni conformiter plurima verbi Dei loca deprauarit & adulterarit. Illud enim diui Pauli ad Philemonē, In agnitione omnis operis boni, voce Operis expoliauit: quæ tamen eſt in editione Græca Complutenſi, & alijs caſtigatiſſimis Græcis, ſicuti & plurimis vetuſtiſſimis Latinis Roberti Sephani.

Catalogus locorum à Luthero deprauatorum.

1. Loca de operibus bonis.

2. Illud Iacobi, Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, Lutherus deprauauit, Oſtende mihi (inquiens) fidem cum tuis operibus.

3. Rurſus cùm operum bonorum neceſſitatem videret a diuo Petro præſcriptā, cum inquit: Certam veſtram vocationē facite per opera bona, Lutherus opertum hoſtis, totum illud, Per opera bona, omiſit.

Loca de ſola fide iuſtificante.

4. Vt ſuam porrò fidem nouitiam, quā ſolam iactat ſine operibus iuſtificare, ſtatueret, cum in verbo Dei nuſquam legeret

ret

ret quod ſomniarat, auſus eſt illi diui Pauli loco ad Romanos tertio, de ſuo aſſuere: Arbitramur hominem iuſtificari ſolùm per fidem ſine operibus legis.

5. Cæterùm quia omnia hominum opera ſomniârat peccata, coactus eſt & huic ſomnio idonea quædam ſibi fingere verbi Dei teſtimonia. Illud ergò Pauli
1.Cor.6. ad Romanos tertio. Omnes enim peccauerunt, Lutherus peruertit, inquiens: Omnes enim ſunt peccatores: cùm longè aliud ſit, peccaſſe omnes: aliud, omnes eſſe peccatores. Quia hæc (ait baptizatis Paulus) fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis.

Sic & illud Iudæ, Qui poteſt vos cõſeruare ſine peccato. Lutherus peccati patronus, iuſtitiæ oſor, peccatum nolens homini abeſſe, ſed ſemper dominari, peruertit, reddens pro, ſine peccato, ſine oppugnatione: Cùm Deus à peccato ſuos ſeruet, ſed non à tentatione, cum qua facit ſalutis fructum. Hanc Chriſtianorum perfectionem, quæ peccatum omne, quod regno excludit, vincat atq; propulſet, cùm ſuo dogmati ex diametro videret pugnãtem, maluit vocem Paulinam ſuo detrahere textui, quàm Germanam lectoribus exhibere Apoſtoli ſententiam.

7. Quod etiàm Paulus Epheſijs ſcribit, Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare: Lutherus vocem PERFECTI, omiſit, quæ vt eſt in omnibus Latinis exẽplaribus, ita & in omnibus quoque Græcis ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι, id eſt, in omnibus perfecti ſtare, ſiue, vt quædam vetus Latina tralatio habet, omnibus perfectis ſtare. Callidè ergò, immò ſacrilegè hanc ſuffuratur vocem, reddẽs, vt in omnibus quæ agitis, poſſitis ſtare.

8. Sic cùm ſeſe & ſuos omnes, quos dicit peccato ſemper contaminatos, cælo videret excludendos, quia ſcriptum eſt, Apocalyp. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum: Lutherus obſcuriſſima populis voce deprauauit, Nihil commune: vt peccatorum maculas, quas ſemper omnibus abeſſe fingit, ſimplicibus occultaret. In exercitatis enim vox, Commune, nunquàm videtur peccatorum ſordes occultare.

9. Rurſus, vt nihil præter ſcripturam cogeretur pro verbo DEI agnoſcere, aut ſuſcipere, illum diui Petri in Eſaiæ dictũ, Verbum Domini manet in æternum, cõ- 1.Pet.1.
mentarium. Hoc eſt autem verbum Domini quod vobis eſt euangelizatum, non dubitauit Lutherus ſua prima verſione amputare, vti teſtes oculati nobis affirmant. Certè id diſertè D. Emſerus teſtatur.

10. Omiſſa verò à Luthero, ad ſuorum dogmatum confirmationem, quiſnam paruo complectatur catalogo? (Omiſſa à Luthero.) Adulteria & ſcortationes animo voluens, illud diui Pauli ad Theſſalonicẽſes 4. Vt abſtineatis vos à fornicatione, omiſit prorſus. Cui enim hoc Paulinum mandatum ob oculos verſatur, qui fiat vt iſtius pſeudo Apoſtoli legem nouam animo complectatur, Si vxor nolit, ancilla veniat? Sic enim ſtatuit iſte Apoſtolus Tomo ſexto, folio 77. concione ad populum habita.

11. Quia verò Iouiniana iſta ſacrilegis ſauebat nuptijs illarum DEI adulterarum (Sãctimoniales dico & Monachos & Clericos, voti continentiæ reos) illud Pauli 1. Timoth. 5. de voti violati reis viduis, quòd primam fidem irritam feciſſent, nõ de voto cum veteri & vera Chriſti Eccleſia, ſed de fide in Chriſtum violata & abnegata, exponendum vult.

12. Rurſùm illud 1. Corinth. 9. Nũquid non poteſtatem habemus ſororem mulierculam circunducendi, detorquet iſte aper in ſororem coniugalem, quæ vſibus ſeruiat concubitûs.

13. Ad hæc nè quid ſupereſſit ſcrupuli, quin nouus hic Euangeliſta nõ aliud ſua iſthac ſpectarit noua verſione totiès recocta, totiès variata, ſed vix vnquam in melius, quàm verum purum Dei verbũ Euangelicum adulterare, peruertere, deprauare, vnum aut alterum promemus locum, ad ea, quæ agimus, concludenda. (Locus adiectione deprauatus.) Cùm itaque longè alium legis Moſaicæ vſum inuehere ſtatuiſſet, quàm hactenùs vniuerſa cognouiſſet Eccleſia DEI catholica, illud Apoſtoli ad Roma. cap. 3. Per legẽ cognitio peccati, deprauauit adijciendo, ſolum. Sic enim legis quendam agnouit vſum: ſed ſuo commẽto ſenſum (Legẽ Moſaicam totã Lutherus vna ſua vocula adiecta vult abolere.)

æquo idipſum animo feret. Nunc autem non iniucundum fuerit aliquot loca ſcripturarum huc adducere, ex quibus facillimũ erit aduertere, qua fide eas ipſas ſcripturas interpretetur Lutherus, qui tanto ſacrilegio eas peruertendo deprauarit. Ità quoque fiet vt Spiritum Lutheri magi-

2. Cor. 11.

ſtrum agnoſcas perſpicue illum eundem eſſe, qui ætate Pauli plurimos extruſit pſeudoapoſtolos, qui verbum Dei adulterabant, operarij ſubdoli ſiue fallaces, transfigurantes ſeſe in Apoſtolos Chriſti,

Euangeliſtam Germaniæ ſeſe Lutherus iactitat.

vt ſeſe Lutherus in Euangeliſtam Chriſti transfigurare non erubuit. Hoc enim nomine ſeſe iactat Tomo operum ſuorum ſexto, folio 165. hĩc epiſtola ad ducem Saxoniæ Georgium.

Pauca igitur promemus ex plurimis

Anno 1521.

loca, quæ nouus hic Euangeliſta (vti ſeſe venditat, à vero nimirùm Euangelio à ſe tandem in fine ſeculorum, ſi Chriſto placet, reperto atque in lucem eruto) à vera germanaque lectione detorſit atq; deprauauit.

Corruptelæ Lutheri innumeræ.

Nam ſi corruptelas eius nouo Teſtamento ſuo, quod Germanicè vertit aſſutas & inſperſas ſupputare fuerit animus, centena aliquammulta (inquit Sta-

Apologiæ parte 2.

phylus) reperias, vbi textum ipſum miſerandum in modum corrupit, alibi addẽs, alibì demens: ſcripturasq; diuinas hunc in modum vel truncauit, vel aſſuendo quædam addidit, quæ abominandas ſuas hæreſes inductis pulchris coloribus fucarent. Immò profitetur diſertè Dominus Hieronymus Emſerus præfatione annotationum in nouum Teſtamentum Lutheri, hunc pſeudoprophetam omnibus ferè libris ſingulisque propè capitibus Biblia falſaſſe, ac ferè mille quadringentos errores hæreticos, mendaciaque occultauiſſe, atque immiſcuiſſe. Alij plures, alij paucıores annotarunt Lutheri errores.

Centuriæ aliquot corruptelarũ per Lutherum ſcripturis intextæ.

Ex tanto igitur falſitatum, corruptelarũ, adulterationũ, deprauationumque aceruo, hic pro temporis locique ratione, nõnulla commemorabo. Quæ autem illi pij viri in Lutheri verſionem ſcribunt, non de prima, ſecunda, aut tertia accipiendũ æſtimo, ſed de poſterioribus quoque editionibus, quibus agnoſcit Lutherus ſe priores caſtigaſſe, erroresq́ue ſuos emendaſſe, hoc eſt, vti habet rei veritas, priores errores poſterioribus verſionibus deteriores feciſſe, ſuamq́ue priorem verſionem plurimis locis variaſſe, quemadmodùm videre eſt tabella verſioni noui Teſtamẽti Domini Emſeri præfixa.

Errores ſuæ verſionis Lutherus agnoſcit ſe caſtigaſſe, reuera deteriores feciſſe.

Certè Lutherum in vertendo non Euangeliſtæ præſtitiſſe officium, vel vnus demonſtrat Bucerus, qui dialogo contra Melanchthonem ait Lutheri lapſus in vertendis explanandisque ſcripturis manifeſtos eſſe, nec paucos.

Bucerus Lutheri verſionem reprehendit.

Quinetiam Oſiandrici Luthero non verentur obijcere loca ſcripturarum, ab ipſo magna (inquiunt) falſitate & dolo interpretata. Immò ſi quã meretur Lutherus fidem, hic ſanè ſuis de verſionibus veritatem profeſſus, meretur longè maximam. Fatetur ergò poſt annos propè 20. quam primam inuulgaſſet editionem, non ſe modò, ſed etiam Sanctum Paginũ atque Munſterum crebrò erraſſe in ſua ex Hebræo tranſlatione, quòd Rabbinorũ gloſſis nimiùm (inquit) crediderint. Verũ hæc alterius fuerint loci. Nos nunc breuem colligamus catalogum locorum ab iſto nouo Euangeliſta deprauatorum atque peruerſorum.

Palinodia Lutheri de ſua Bibliorum verſione, qua ſe frequenter erraſſe fatetur præfatione in Biblia.

Quum bonis operibus Lutherus bellũ indixiſſet, potiſſimùm homo bonorum operum expers, qui docebat omnia bona opera eſſe peccata, vide mihi quàm ſuæ anticipatæ opinioni conformiter plurima verbi Dei loca deprauarit & adulterarit.

Catalogus locorum à Luthero deprauatorum.

Illud enim diui Pauli ad Philemonẽ, In agnitione omnis operis boni, voce Operis expoliauit: quæ tamen eſt in editione Græca Complutenſi, & alijs caſtigatiſſimis Græcis, ſicutì & plurimis vetuſtiſſimis Latinis Roberti Sephani. 1.

Loca de operibus bonis.

2. Illud Iacobi, Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, Lutherus deprauauit, Oſtende mihi (inquiens) fidem cum tuis operibus.

3. Rurſus cùm operum bonorum neceſſitatem videret à diuo Petro præſcriptã, cum inquit: Certam veſtram vocationẽ facite per opera bona, Lutherus operum hoſtis, totum illud, Per opera bona, omiſit.

Loca de ſola fide iuſtificante.

4. Vt ſuam porrò fidem nouitiam, quã ſolam iactat ſine operibus iuſtificare, ſtatueret, cum in verbo Dei nuſquam lege-

iet

ret quod ſomniarat, auſus eſt illi diui Pauli loco ad Romanos tertio, de ſuo aſſuere: Arbitramur hominem iuſtificari ſolùm per fidem ſine operibus legis.

5. Cæterùm quia omnia hominum opera ſomniârat peccata, coactus eſt & huic ſomnio idonea quædam ſibi fingere verbi Dei teſtimonia. Illud ergò Pauli ad Romanos tertio. Omnes enim peccauerunt, Lutherus peruertit, inquiens: Omnes enim ſunt peccatores: cùm longè aliud ſit, peccaſſe omnes: aliud, omnes eſſe peccatores. Quia hæc (ait baptizatis Paulus) fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. 1.Cor.6.

Sic & illud Iudæ, Qui poteſt vos cõſeruare ſine peccato. Lutherus peccati patronus, iuſtitiæ oſor, peccatum nolens homini abeſſe, ſed ſemper dominari, peruertit, reddens pro, ſine peccato, ſine oppugnatione: Cùm Deus à peccato ſuos ſeruet, ſed non à tentatione, cum qua facit ſalutis fructum. Hanc Chriſtianorum perfectionem, quæ peccatum omne, quod regno excludit, vincat atq; propulſet, cùm ſuo dogmati ex diametro videret pugnãtem, maluit vocem Paulinam ſuo detrahere textui, quàm Germanam lectoribus exhibere Apoſtoli ſententiam.

7. Quod etiàm Paulus Epheſijs ſcribit, Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare: Lutherus vocem PERFECTI, omiſit, quæ vt eſt in omnibus Latinis exẽplaribus, ita & in omnibus quoque Græcis ἅπαντα κατεργασάμενοι ϛῆναι, id eſt, in omnibus perfecti ſtare, ſiue, vt quædam vetus Latina tralatio habet, omnibus perfectis ſtare. Callidè ergò, immò ſacrilegè hanc ſuffuratur vocem, reddẽs, vt in omnibus quæ agitis, poſſitis ſtare.

8. Sic cùm ſeſe & ſuos omnes, quos dicit peccato ſemper contaminatos, cælo videret excludendos, quia ſcriptum eſt, Apocalyp. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum: Lutherus obſcuriſſima populis voce deprauauit, Nihil commune: vt peccatorum maculas, quas ſemper omnibus abeſſe fingit, ſimplicibus occultaret. In exercitatis enim vox, Commune, nunquàm videtur peccatorum ſordes occultare.

9. Rurſus, vt nihil præter ſcripturam cogeretur pro verbo DEI agnoſcere, aut ſuſcipere, illum diui Petri in Eſaiæ dictũ, Verbum Domini manet in æternum, cõmentarium, Hoc eſt autem verbum Domini quod vobis eſt euangelizatum, non dubitauit Lutherus ſua prima verſione amputare, vti teſtes oculati nobis affirmant. Certè id diſertè D. Emſerus teſtatur. 1.Pet.1.

10. Omiſſa verò à Luthero, ad ſuorum dogmatum confirmationem, quiſnam paruo complectatur catalogo? Adulteria & ſcortationes animo voluens, illud diui Pauli ad Theſſalonicẽſes 4. Vt abſtineatis vos à fornicatione, omiſit prorſus. Cui enim hoc Paulinum mandatum ob oculos verſatur, qui fiat vt iſtius pſeudo Apoſtoli legem nouam animo complectatur, Si vxor nolit, ancilla veniat? Sic enim ſtatuit iſte Apoſtolus Tomo ſexto, folio 77. concione ad populum habita. Omiſſa à Luthero.

11. Quia verò Iouinianiſta ſacrilegis ſauebat nuptijs illarum DEI adulterarum (Sãctimoniales dico & Monachos & Clericos, voti continentiæ reos) illud Pauli 1. Timoth. 5. de voti violati reis viduis, quòd primam fidem irritam feciſſent, nõ de voto cum veteri & vera Chriſti Eccleſia, ſed de fide in Chriſtum violata & abnegata, exponendum vult.

12. Rursùm illud 1. Corinth. 9. Nũquid non poteſtatem habemus ſororem mulierculam circunducendi, detorquet iſte aper in ſororem coniugalem, quæ vſibus ſeruiat concubitus.

13. Ad hæc nè quid ſuperſit ſcrupuli, quin nouus hic Euangeliſta nõ aliud ſua iſthac ſpectarit noua verſione totiès recocta, totiès variata, ſed vix vnquam in melius, quàm verum purum Dei verbũ Euangelicum adulterare, peruertere, deprauare, vnum aut alterum promemus locum, ad ea, quæ agimus, concludenda. Locus adiectione deprauatus.

Cùm itaque longè alium legis Moſaicæ vſum inuehere ſtatuiſſet, quàm hactenùs vniuerſa cognouiſſet Eccleſia DEI catholica, illud Apoſtoli ad Roma. cap. 3. Per legẽ cognitio peccati, deprauauit adijciendo, ſolum. Sic enim legis quendam agnouit vſum: ſed ſuo commẽto ſenſum Legẽ Moſaicam totã Lutherus vna ſua vocula adiecta vult abolere.

deprauauit Apoſtoli, qui hoc loco nō agit de hoc tantùm legis vſu.

Certum tē. pus orandi à Luthero ſublatum.

14. Vt autē legis illius diuinę, per Moiſen patribus datæ, obligationem ſeſe ſuo adulterio atque corruptela perſuaſum habuit pſeudo Apoſtolus Lutherus aboleuiſſe, atque Chriſtianorum animis excuſſiſſe: ità illum Actorum tertio locum deprauans, Ad horam orationis nonam, ſe omnes eccleſiæ conſtitutiones ſemel ſuſtuliſſe credidit. Quòd enim Spiritus ſanctus Apoſtolos obſeruaſſe teſtatur ad templum orationis cauſa acceſſiſſe certa diei hora, putà hora orationis nona, ille peruertit eos aſcendiſſe ſub horam nonā ad orandū. Hac porrò corruptela ſua nō modò omnes ſuſtulit horas, quas priſco de more dicimus & obſeruamus Canonicas, à certo precandi & orandi tempore: ſed omnem prorſus abolere voluit comprecandi ſtato tempore conſuetudinem: vt videlicet ſublata certi temporis obligatione, carnalem quandam nunquàm orandi induceret libertatem: quod nunc, prò dolor, nimis inualeſcere videmus. Si qui enim iſtius farinæ ad templum adeunt, magis ſtudendi quàm adorandi cauſa, animæ ſuæ corruptiſſimos tātùm voluunt libellos.

Bonorum operū meritum quomodò Lutherus ſuſtulerit.

15. Iam ſublato ſtato quoquè orandi tempore, vti & Decalogi obligatione per falſam libertatis ſpeciem, prorſus ſemel omne bonorum operum meritum abolere eſt aggreſſus. Huic ſuo nouo dogmati verba diui Petri ſeruire cogit, ſed adulterata. Nam cùm, teſte diuo Luca, Iudæos ad illius claudi Act. 3. ſanationem obſtupefactos Petrus percontatur, cur in ſeſe oculos habeant coniectos, quaſi id ſua effecerit poteſtate aut virtute, ſiue etiàm pietate, Lutherus omne aboliturus meritum, loco potentiæ aut poteſtatis, ſuffarcinauit meritum: Vt ſicuti Petrus negat ſtupendum hoc miraculum non ſua Apoſtolica factum virtute & poteſtate, quę non eſſet ex Chriſti dono: ità quoquè iuxta Lutherum, nullum Apoſtolorum ſuiſſe meritum affirmat.

Ordinationis ſacramentū qua ratione Lutherus ad laicos ſeniores tranſ. ſcripſerit.

16. Eiuſdem corruptelæ clariſſimum eſt exemplum, quòd illud Pauli 1. Tim. 4. Cum impoſitione manuum presbyterij, in longè alium à verò ſenſu deprauauit. Cùm enim ex Pauli verbo liqueat, Ordinationis ſacramentum olìm ex Apoſtolorum traditione, non niſi presbyterorum noui Teſtamenti miniſterio collatum fuiſſe, nouus hic Euangeliſta ſuos ſubſtituit neſcio quos ſeniores, quibus per Euangelicam ſcilicet adulationem, munus tribuit Apoſtolicum. Sed quid mirum, cùm & mulierculis idipſum conceſſerit, adeoq; ipſe manus presbyteris ordinandis imponere non dubitārit, teſte Iuſto Iona, atque Michaele Cælio de eius exitu?

Leges omnes ciuiles quomodò Lutherus ſuſtulerit.

17. Sicutì ſuperiori loco planè ordinem ſuſtulit eccleſiaſticum, ſacerdotibus ereptam ordinādi poteſtatem, ſuis laicis Senioribus attribuens: ità alibi omnes ſubuertit ciuiles leges. Cùm enim ſeditionē Germaniæ ſuæ moueret ſanguinariam, quam ſtantibus legibus inuehere non potuit, non alia id meliùs videbatur faciendum via, quàm ſi leges reipublicæ neruì, ſemel eſſent abolitæ. Iſti ſuo furioſo dogmati ſeruire coegit Paulum, cum eius verba, Secundum elementa mundi, peruertendo deprauaret, Secundum leges mundi.

Gal. 4. Col. 2.

18. Inter omnes adulterorum atq; corruptelarum ſpecies, quas nunc ex peruerſa Lutheri verſione recenſuimus, illa ſanè non eſt poſtremo loco habenda, qua veteres abolitasque olim hæreſes nunc reſuſcitare aggreditur. Quod enim veteres hæretici Gala. 4. ad ſuum dogma ſtatuendum deprauārant, pro illo, Factum ex muliere, vertentes, Natum ex muliere: etiàm Lutherus ſua iſthac noua editione renouare audet, Factum ſub lege, natum ex muliere, legendum aſſerens: planè priſcis illis adſtipulatus hæreticis, qui teſte Beda homilia 50 pro Factus, adulterārunt, Natus: vt ſic veram Chriſti ex Maria incarnationem abolerent.

Ex quibus quidem locis pius lector cognoſcere poteſt facilimè, quo ſpiritu magiſtro Lutherus agebatur cùm illa explicaret, tamque audacter Dei verbum violare, peruertere, deprauare, corrumpere & adulterare auſus ſit. Vbì etiàm ſatis demirari non poſſum, ecquid ad iſthæc tam præclara ſui prophetæ tertij Heliæ

faci-

facinora reſpondere valent eius diſcipuli, an ipſos iſtorum non diſpudeat? an eos talem ſequi non pigeat ſacrilegum, verbi DEI expilatorem, adulterum, corruptorem? Verùm tantum abeſt vt eorum aliquos horum non pudeat, vt ſui Magiſtri flagitia imitari malint, quam effugere, nedum emendare. Cùm enim annis abhinc pauculis Fredericus Staphylus iſtiuſmodi varia obiecifſet crimina, ea quidem libello in vulgus ſparſo refutare aggrediebatur Philippus Melanchthon: ſed ad hæc ſcripturarum adulteria ab illo cōmemorata ne verbulum quidem. Verùm hoc flagitio, immò ſacrilegio diſſimulato, rhetoricatur de vtilitate verſionis Luthericæ in linguam Germanicā, quā ait eſſe quibuſdam theſaurum longè gratiſſimum. Quam eandem verſionem, inquit, teſtari poſſunt docti optima fide factam eſſe, & tu ipſe (ait ad Staphylum) nôſti, quanta fuerit vlus diligentia in eo labore. Vbi quidem illud operæpreciūm eſt obſeruare, Melanchthonis mendacium, quòd ait, doctos teſtari poſſe, optima fide factam eſſe Lutheri verſionem, cùm ipſemet Lutherus præfatione in Biblia agnoſcat ſeſe, vti & Munſterum & Pagninum, crebrò erraſſe. Iam præter has ſcripturarum manifeſtas corruptelas, deprauationes, adulteria dudùm adducta, vel vnus Bucerus arguat Melanchthonis mendacium, qui Lutheri lapſus in vertendis ſcripturis affirmat eſſe manifeſtos, eoſque minimè paucos. Immò deplorat Stolrzius in defenſione Lutheri, ſacramentarios, quibus poſſunt ſannis verſionem eius Biblicam & commentarios carpere. Ad hæc Oſiandrici Lutheri interpretationem Bibliorum, de magna infamare non dubitant falſitate (vt inquiunt) & dolo. Quid quod Vuiecelium, alioſque errata Luthericæ verſionis collegiſſe ibidèm adfirmat Melanchthon? Quo ergo ore dixerit optima fide eſſe factam, quam damnat Bucerus? Quam Sacramentarij & Oſiandrici magnæ accuſant falſitatis, adeoque doli? Quam tot loca adulterata infamant? Quam ipſe denique Lutherus agnouit crebris erroribus non minùs, quā

Melāchthonis vaniratem præter alios vel ipſe Lutherus redarguit.

Dialogo contra Melanchthonem.

Ità in Confeſſione Māsfeldēſi.

Munſteri aut Sancti Pagnini cōtaminatam: adeo vt Lutherus ipſe ſecundam editionem ita variarit, vt quidem vel ex ſolo Matthæo annotarit loca trigintatria à Luthero mutata?

Quo verò eundem agnoſcas in Lutheri diſcipulis alijſque Euangelicis ſpiritū, qui Lutherum erudiuit, mendacij magiſtrum, præter varia veterum patrum teſtimonia detorta, deprauata, corrupta, adulterata, vna Confeſſio Auguſtana cum Apologia, ſolis luce declarat manifeſtiùs, quæ variam in faciem deformata iactatur eſſe illa Carolo imperatori Auguſtæ anno 1530 oblata, cùm ex diametro à vera diſſideat, quemadmodum Illiricus, vt falſi crimen, obijcit Melanchthoni, & differte Heshuſij agnoſcit flagitium libro de præſentia corporis Chriſti in cœna.

Alios quoquè Euangelicos deprauare & peruertere ſcripturam diuina quā humana.

Nunc autem verbum Dei per Euangelicos eſſe adulteratū, demōſtremus. Quod dudum de Luthero fuit oſtenſum, Caluinus Michaelem Seruetum eiuſdem inſimulat Sacrilegij, quòd quædam Eſaiæ teſtimonia delendo corruperit. Rursùs quòd anno 1542 Biblia Lugdunienſia ſuis ſcholijs adulterarit.

Seruetus quomodò Biblia deprauārit.

Sebaſtianum verò Caſtalionem Theodorus Beza atrociſſimè ſanè, etſi ſuppreſſo nomine, criminatur, quod ſua in verſione quædam (inquit) ſacrilega audacia detrahit, additque: rursùs quædam deprauat, peruertit, corrumpit, quemadmodum in Nouum Teſtamentum annotationibus videre eſt, folia 190. 689. 702. 678. 700. Baſileæ apud Barb. anno 1559. Quid his reſponderit Caſtalio, itemque quid Bezæ talionis loco non obiecerit modò, ſed exemplis luculentis conuicerit, viderint qui eorundem ſcripta habent. Iam Anglicanam noui Teſtamenti verſionem quàm fœdè corruperint illi duo apoſtatæ Angli interpretes, olim R. Cuthebertus Tonſtallus Londinenſis epiſcopus, ſuis demonſtrauit pro concione, adfirmans ſeſe ſupra duo millia deprauationum atque peruerſionum vno illo in opere depræhēdiſſe. Non ſtratium porrò verſionum vitia omitto, quod ſint vt innumera, ità in dies varia magis ac varia.

Sebaſtiani Caſtaliōis verſionem Beza grauiſſimè criminatur.

Anglicana verſio quā fuerit adulterata.

Germanica & Gallica noua Teſtamenta, quàm ſine corrupta.

Cæterùm vt res omnis extra contro-uerſiam ſit, vnum promemus exemplū, quod meridiana luce clarius iſtud Euangelicorum ſtudium minimè Euangelicū. orbi demonſtret. Cùm peccatis excæcati in reprobam ſint traditi mentem, acceptę peccatorum priſtinorum veniæ obliti, maxima cum Chriſti ſaluatoris iniuria ſimul & blaſphemia, omnia Chriſtianorum etiàm opera quantumuis bona, volunt eſſe peccata: quò ſic vel proprio iudicio condemnati, æternùm pereant. Nouę iſti blaſphemiæ, quia verbi Dei deeſt teſtimonium, audi quæſo quanam arte ſuū ſtatuere conentur figmentum. Ex Hebræo enim ſe vertere mentiuntur, Tibi ſoli pecco, hoc eſt, (ait Brentius) quicquid ago, pecco. Sic & Melanchthon locis communibus anno 1552. Iſti cùm Hebraiſmi non omninò fuerint rudes, contra artem omnem, contra conſcientiam vocem SOLI peruertunt in TANTVMMODO. Eſt enim in Hebræo eſa ius quàm vt vel rudimentarius ignoret, Tibi ſoli peccaui. Eiuſdem perfidiæ eſt illud Zuinglij, » Verbum caro facta eſt. Qui ſcribens contra Lutherum, nolebat ſimpliciter (inquit Lutherus libro de Concilijs) legi, Verbum caro factum eſt: ſed, facta eſt. Ratio, quia Deus non poteſt mutari in corpus.

Nouis ſuis dogmatib. nouas ex Hebræo ac Græco fingunt verſiones, cum fonte ipſo pugnantes.

Verbū caro facta eſt, vertit Zuinglius.

Ex his tandèm conſpicere licet, verbum Dei per Lutherum aliosque Euangelicos reſtitutúmne ſit, an adulteratum, inſtauratum an corruptum & deprauatum. Si olìm Marcion veteribus dictus fuit Mus Ponticus, quod pauca ſcripturarum arroſiſſet loca, ſuiſque dogmatibus diſſentientia deprauâſſet, equidem neminē puto videre, quodnam iſtis Lutheri aliorumq; nefarijs flagitijs abominandiſque ſacrilegijs dignum inueniatur vocabulum, quibus non modò ſcripturas aliquot vocibus conati ſunt corrūpere, peruertere, adulterare: verùm etiàm epiſtolis totis, adeoq; libris complutibus accidere, decurtare, expilare. Queadmodū enim olìm Theodorus Coriarius ſcripturis diuinis authoritatē abrogauit, & eas quas ipſemet recepit, corrupit: ſic & Lutherum feciſſe nemo non videt, quò vtrobiquè eundem quiſque agnoſcat ſpiritum illum homicidam & adulterium magiſtrum.

Certè, ſi alia quoquè ab eo conſidere mus renouata dogmata, & ea quæ innouando deprauârit, in illo videre erit quod de impio dicit ſpiritus ſanctus, quòd ni mirùm tanquàm mare feruet. Nō enim contentus eſt puriſſimum Chriſti lauacrum, ſanctum Baptiſmum turbâſſe, ſpiritum Chriſti verè mundantem & ſanctificantem negando atque exturbando: ſed ad alia quoquè Chriſti ſacramenta cōuerſus, impuro, immò rabido, illa ore dilaniauit. Verum hæc paucis exponemus. Poſtea quam enim Chriſto eiuſq; ſeruis, Præpoſitis, Epiſcopis, ſuiſque ſuperioribus iuratam negare obſtinato animo conſtituiſſet obedientiā, totus ſatanę traditus, ex ſpirituali carnalis factus, matrimoniū vt ſibi ſuiſque ſimilibus ſubantibus porcis conuenientiùs commendaret, initiò illi ſacramento nomen cum Armenijs detraxit. Nam humanum eſſe inuentum docet in Captiuitate Babylonica. Mox eum Iouiniano benè curata cute Gallo, virginitati prapoſuit. Immò eam in libidinē homo ſalaciſſimus mox exarſit, vt concubitum doceret non modò æquè àc cibum potumq; neceſſarium: ſed etiàm vtrunq; à Deo eſſe præceptum, epiſtola ad Præpoſitum Lunæburgenſem. Immò adeò Mahometicè coniugaris ſuis ſuibus ad ſubandum libidinis frena laxauit, vt impudentiſſimus iſte Chriſti, quem ſeſe iactat, Euangeliſta, & Elias tertius, legē tulerit Sardanapalicam, Vxor ſi nolit, ancilla venito: ſic enim extat ad verbum in ſermone Lutheri.

Alia religionis dogmata per Lutherum deprauata.

Matrimonium Chriſtianū per Lutherum aliosq; Euangelicos re vera ſublatum & abolitum.

Cæterùm nè quis tam Euangelicæ legis eredat deeſſe cauſam, cur non pari datur dedecori, vxorem ducere, & cibum potúmve ſumere, cùm vtrunque fieri cogat neceſſitas, & Deus vtrunque ex æquo pręcipiat, ait epiſtola ad Præpoſitum Lunæburgenſem? Iſtam beluinam cōncumbendi ſubandique animo ſuo carnali perſuaſam neceſſitatem, ſuo vt comprobaret exemplo, poſt varios contra vota Deo facta libellos, quibus ſe aliosque apoſtatas ſui voti reos legibus ſolueret, atq; ad illegitimas pelliceret nuptias, veraq; (vt Canō appellat) Chriſti adulteria, bel ā illam Catharinam, iam annos aliquot Vuittenbergæ varia ꝓ ſtudioſorū oſcula volutatā ſibi

Tomo 6. fol. 77.

Concilium Carthag. 4. cā. vltimo.

Lutheri inceſtæ nuptiæ anno 1525.

Carolſtadij inceſtæ nuptiæ fictitia Lutheri Miſſa celebraræ, anno 1523.

ſibi vxorem duxit. Immò ante biennium primo illi coniugato ſacerdoti Carolſtadio non ſolùm epithalamium cecinit Euangelicum, ſed laſciuus Veneris cultor Miſſam quoque, ſi ſuperis placet, nouam iſtis finxit nuptijs, nè res tam abominanda, & apud Chriſtianos omnes ſemper inaudita, immortali quoquè apud Germanos careret teſtimonio. Iſthæc aliaque id genus plurima ex Ioanne Huſſio, alijsq; hæreticis mutuatus Lutherus, in orbem euomuit. Quæ ſi quis prudenter pieque, pro eo atquè DEI optimi Maieſtas poſtulat, conſideret, dubitare nequit, quin nunc impletum ſit, quod olim eccleſiæ Paulus Apoſtolus prophetauit:

Act. 20.

Lupos varios in Chriſti oues graſſari.

Intrabunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobiſipſis conſurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Sic enim ex nobis, hoc eſt, ex noſtris monachis Deo quondàm deuotis, Lutherus, Buccius, Oecolampadius: ex Sacerdotibus, Carolſtadius, Zuinglius, Brentius: ex foro etiàm, ne quid ſaltandæ iſti fabulæ deeſſet, Caluinus, Molinæus, Ottomannus, & ille tam nobilis ſcelere Beza, (vt nunc illam plebeculæ aphyam ſilentio prætereàm, Anabaptiſtarum, Suenefeldianorum, & Libertinorum) ex nobis, inquam, iſti omnes lupi rapaces egreſſi, iam miſerrimè Chriſti gregem diripiunt, dilaniant, deuorant, donec Deus optimus ſua tandèm pietate victus, noſtrique miſertus, idoneos eccleſiæ ſuæ ſponſæ dilectiſſimæ reddat paſtores, noſtris aſſiduè peccatis depulſos, qui erraticas illas reuocent, colligant diſſipatas, ſemilaceras ſanent, ſemineces ac propè deuoratas viuificent ſaluandas: ſed de his hactenùs ex Lindano, Dubitantij ſui dialogo primo.

Nunc verò ex eiuſdem ſecundo dialogo paucis commemorandum, quænam ex Lutheri ſpiritu, aut veriùs (inquit) ex Apocalyptici iſtius draconis ab Euangeliſta prædicti veneno, orbi prodiêrint ſectæ, quę item priſcæ hæreſes per eum eiuſque diſcipulos ſint renouatæ. Tum deinde, poſt iſthæc per eundem Lutherum ſuosque nouata dogmata in Chriſtum & iniuria & blaſphema, poſt eius in verbum Dei ſcriptum ſacrilega adulteria, poſt impias illas ſuppilationes atque neſarias corruptelas, quas dudum patefecimus, perſtringemus, qui noui iſtius Euangelij fructus fuerint, pernicioſaque Germanijs per eum inflictæ calamitates. Poſteaquã

Cur ſectæ tam variæ nunc graſſentur.

ergo ſatan Dei optimi permiſſu, peccatis Chriſtiani populi ità efflagitantibus, horribilem iſtum in catholicam Chriſti eccleſiam impetum facere fuit aggreſſus, varijs eam modis oppugnare non deſinit. Si enim vna non ſuccedit via, aliam tentat, mox deindè aliam & aliam, donèc tandèm aliqua miſeros quam plurimos in ſuam pertrahat æternæ perditionis naſſam.

Pulchra ſimilitudo.

Sicuti enim videmus in aliquo viuario piſcibus varios tendi laqueos, hic ſagenam minitari illis periculum, illic pueros hamo eis inſidiantes, alibì naſſas tendiculaſque latitantes: rursùs varios illis mergos, quos ſcholuaros dicimus, præſentiſſimã adferre incautis perniciem, quòd ſub aquas ingreſſi, natitantes & diſcurſantes imò de fundo rapiunt, quos item appræhenſas roſtro anguillas emergentes tandèm vides, licèt reluctantes & criſpantes, deglutire: ſic ille humani generis hoſtis implacabilis ſatan, non deſinit omnes attentare rationes, quibus miſeras à Catholico Chriſti grege auulſas ouiculas rabidi more lupi diſpergat, rapiat, perdat.

Quantum diaboli ſtudium ad diſpergendũ Chriſti gregem.

Ad hanc rem ſibi quidem, quo eſt in Chriſtianos infeſtiſſimo odio, vtiliter conficiendam, nullum nouit veterator hoc tempore ſtratagema aptius, quàm varia Euangelij titulo ſpargere doctrinarum genera, mirè in ſpeciem plauſibilia: quorum ſaltem aliquo incautos fallat, imperitiſq; fucum faciat. Ex tam varijs enim erroribus ad plebeculæ adulationem & carnalium hominum gratiam, Euangelij larua renouatis, facilè aut hic aut ille arrideat, & applauſum eblandiatur. Si enim animus ab adulterio aut diuortio abhorret, non ità tamen ab vſuris: Si ab Anabaptiſmo, non ità à Caluiniſmo: Si ab hoc quoq;, non ità à puriore illo Lutheraniſmo, aut fortè à Libertiniſmo, aut alio quopiam laqueo Euãgelico. Omnes enim veterator ille pertentat fallendi rationes.

Inexhauſta Dei pietas

Sed quæ eſt Dei optimi benigniſsimiq; patris ſuos in filios inexhauſta pietas,

ergo filios ſuos cõtra diaboli cõmentum.

hoc ipſum diaboli commentum, quod in hos inſtituit machinatusq. eſt multo calidiſſimum iuxta ac pernicioſiſſimum, id ille ſuis electis vertit in bonum. Quod enim obitèr dudum diximus, hinc te liquido depræhenſurum confidimus, Deum optimum etſi populo ſuo iuſtiſſimè ira ſupramodùm accenſus, haſce omniũ ſane flagellorum ſuorum acerbiſſimas inflixerit plagas, quibus tot pereunt animæ, quot nouis iſtis erroribus moriuntur infectæ: tamen electis ſuis ouiculis hoc admiſcuiſſe remedij conſtat, vndè admonitæ, illas pſeudohæreſes Lutheri, & aliorũ pſeudoeuãgelicorum ad vnum, omnium abominationes facile effugiant, quod mutuo inter ſe diſsidio mox ab initio, & quo vlterius, hoc magis produnt manifeſtè, quo agitetur ſpiritu: num illo Chriſti, qui non diſſenſionis, ſed pacis eſt DEVS: an illo veriùs Antichriſti, qui omnis diſcordiæ author contra Chriſtum ſuo domino diabolo varias colligit Synagogas.

Remediũ contra ſectas eſt tã varia ſectarum diuerſitas, quatũ quælibet alteram in hæreſeos condemnat.

Inter Chriſti ſpiritum & Antichriſti diſcrimẽ quale.

Vt enim ille Chriſti ſpiritus veræ Dei eccleſiæ catholicæ promiſſus, fideles omnes vnius facit cordis & animæ, hoc eſt, eiuſdem fidei, atque de Deo rebusque diuinis ſententiæ, ſic vt de eiſdem omnes ſemper dicant ſentiantque eadem: ita non poteſt non eſſe Antichriſti ſpiritus, qui a fidei vnitate ad varias adeo ſectas, ab vna Chriſti eccleſia in diuerſas adeò ſynagogas variè adeò diſſectas, inuitat, ſeducit, inſtigat. Hoc autem Antichriſti ſpiritu, inconſtantiæ omnis atque contentionis magiſtro, vt certum eſt tam varias agitari Euangelicorum factiones, cùm vera multa diſſonantia eſſe nequeant, ſed tam vna eſt veritas, quàm Deus eſt vnus: ità & Euangelicorum omnium patrem Lutherum inprimìs fuiſſe eodem exagitatum ac propè poſſeſſum, eſt indubitatiſsimum. Hoc ipſum enim meridiana luce clarius, varia Lutheri ſuo in Euangelio demonſtrat inconſtantia.

Quam rem ſi lectori luculenter & perſpicuè demonſtrauero, nemo non ſanæ mentis iudicauerit hinc eius authoritati, qua paſsim Propheta, Euangeliſta, immò ſi Chriſto placet, tertius Elias habetur, magnam detractum iri gloriæ portionem. Non enim non poteſt eſſe veriſsimum illud Iacobi Apoſtoli, Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.

Lutheri inconſtantia de ſacramẽtorum numero.

1. Cæleſtia itaque Chriſti ſacramenta, quibus ſalutem adfert credentibus ſempiternam, cùm per Lutherum ſatanas cõſtituiſſet obſcurare, defœdare, atque ſemel, quatenùs fieri poſſet abolere, cùm antea Catholicis concorditer docuiſſet eſſe ſeptem, in ſua Captiuitate Babylonica anno 1520. vnum eſſe ait ſacramentum, ſi iuxta ſcripturas ſit loquendum. Mox anno 1522. docuit eſſe duo, vti liquet ex locis communibus Melanchthonis. Anno 1530 idem diſertè Lutherus ſcribit in Catechiſmo & ad VValdenſes. Rurſùs anno eodem cum Confeſsione Auguſtana, quam Melanchthon quoq; Lutheri nomine obtulit, profitetur eſſe tria, vti declarat Apologia in Confeſsionis explicationem conſcripta.

Anno 15[illegible]5.
Anno 1520
Anno 1522.
Anno 1530.

Lutheri inconſtantia de S. Euchariſtia.

2. Sic & de ſacroſancta Euchariſtia diù admodùm Catholicè ſenſit & docuit: adeo vt in Confeſsione Auguſtana profeſſus ſit, eſſe corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, quod teſtes non modò oculati teſtantur, ſed ipſe quoquè Suuenckfeldius Proteſtantibus exprobrat, & fatetur Heshuſius. Verùm anno 1535 videtur à Bucero in colloquio Marpurgenſi eò ſeductus, vt & panem eſſe cum corpore affirmaret. Taceo quòd Oecolampadius & Zuinglius ſuam doctrinam Luthero acceptam referunt.

Anno 1530
Anno 1535.
Vide Confeſsionem Tigurinã fol. 112.

De Chriſti adoratione in Euchariſtia.

3. Similiter Chriſtum eſſe in euchariſtia adorandum, Lutherus libro de adoratione Euchariſtiæ docuit: ſed poſteà id eum mutàſſe liquet ex locis communibus Melanchthonis, & totius ſcholæ Vuittenbergenſis conſenſu, & VVittenbergẽſi Confeſsione.

De cõmunione vtriuſque ſpeciei.

4. Communionem vtriuſq; ſpeciei nõ eſſe neceſſariam, diſertè docet Lutherus libro ad Bohemos, & de captiuitate Babylonica, & ſermone de Euchariſtia. Poſteà verò contentionis ſpiritu abreptus, docuit ſub vtraq; ſpecie omnibus eſſe communicandum.

De operũ neceſsitate.

5. Opera ad ſalutẽ eſſe neceſſaria multis Lutheri verbis oſtendit Georgius Maior libro de operibus: Sed ex commentarijs eiuſdem ad Galatas, liquidiſsimè Illy

ri-

ricus & Gallus demonſtrant non eſſe neceſſaria.

De Sanctorum inuocatione.

6. Sanctos eſſe inuocandos, Lutherus affirmat libro de Præparatione ad mortem, & libro contra Taboritas. Poſtea Sanctis gloriam hanc inuidens, ac peccatorum luto cùm defœdâſſet omnes ſemel homines, hoc noluit honore illos afficiendos.

Porrò quàm fuerit ſua in doctrina varius, tam variæ loquuntur per Germaniam factiones, quæ ex diſcipulorum eius diſſonantia ſunt exortæ: qui ſuas etſi quoquè addidère magiſtri inuentis opiniones nouas, nè & ipſi viderentur magiſtrorum nomine indigni, tamen potiſſima diſſenſionis capita à Luthero ſunt mutuati, vti liquet in Antinomis, Oſiandrinis, Maioranis, Muſculanis, qui ſuam Lutheri verbis doctrinam tuentur, quam aut concionibus, aut diſputationibus, aut ſcriptis eius hauſerant. Certè illud omnem de hac re tollat ſcrupulum, quòd Lutheri ſcripta totiès impreſſa, maximam præ ſe ferant doctrinæ varietatē, & indignam nouo Euangeliſta inconſtantiam. Qui enim primam contulerit editiōem cum illa anno 1512. rursùs eum illa lenæ excuſa, videbit magnam Lutheri doctrinæ non modò diſſimilitudinem, ſed manifeſtam inconſtantiam atq; adeò pugnam, quam pij viri epiſcopus Faber, Cochlæus, alijq; centurijs aliquot antitheſeon Lutheri iampridèm notàrunt, orbique cæcucienti (ſed heu dolor) fruſtrà demonſtrârunt. Immò dux ipſe Saxoniæ Georgius, noui iſtius Euangeliſtæ ridens inconſtantiam, ac diſcipulorum eius ſubſannans ſtultitiam leuiſsimam, & leuitatem ſtolidiſsimam, lepido vtebatur apophthegmate, Lutheranos hodiè neſcire quidnam die craſtino eſſent credituri.

Cur Lutherus cùm in ſua doctrina tam varius fuit & inconſtās, tantū diſcipulorū numerū nactus fuerit.

Ex quo quidam mirari poſſent tantum fuiſſe Lutheri diſcipulorum numerum, cùm tam fuerit ille in doctrina varius atq; inconſtans. Quibus hoc ſit reſponſum, ſi vnus idemque fuiſſet ille in docendo, non tantum auræ popularis captare potuiſſet. Dum verò ſeſe in omnem placendi populo transformat ſpeciem, ac nunc hoc, nunc illud aut in gratiam populi, aut in principum adulationem nouaret, dignè eſt tanta Euangelicorum facta non ſecta, ſed confuſio verè Babylonica. Quod vt liqueat magis, non fuerit inutile, catalogum tibi commemorare ſectarum, non quidem omnium, quibus ne dies quidem ſufficiat totus, ſed nobiliorum, quæ ex vno illo Lutheri ceu Apocalyptici draconis halitu in orbem efflatæ, Chriſtianas paſsim depaſcuntur prouincias Euangelij prætextu: quod ſibi quæque, cum alterius condemnatione, ſuperbiſſimè arrogat.

Catalogus ſectarum ex Luthero pſeudoeuangelio natarum.

Itaq; cùm captiuitatem quandam Babylonicam draco ille Apocalypticus nunc Dei permiſſu ſolutus, per Lutherum aliosq; Euangelicos iſtos populo Dei moliretur inducere, varias paulatim inuexit prætextu Euangelij ſectas per quoſdam improbos, qui rem iſtam reipublicæ Chriſtianæ pernicioſam, ac Romano Imperio exitialem, ſuo procurarent ſtudio. Euangelicorum igitur, qui Euangelij iſtius noui, quod iactant, doctrinam per Lutherum aliosve adulteratam ſectantur, in tres diſtinguas commodiſſimè claſſes: tāetſi tanta ſit varietas, confuſio, & doctrinæ inconſtantia, vt tot exiſtant ferè factiones, quot capita: tot propè hæreſiarchæ, quot ſectarij. Alij nanque ſunt Lutherani, alij Semilutherani, alij Antilutherani. De quorum nobilioribus tantum factionibus in hoc opere ſecundùm alphabeti ordinem reperire licet titulos & capita. Nam ſi quis omnes huius fermentati ſeculi errores (ait Hedio epiſtola ad Melanchthonem) numeret, de fide Trinitatis, de Chriſto DEO, Sacramentis, & cæteris, ferè totidem inueniet, quot ætas habuit Auguſtini, id eſt, 128. Quapropter quære locis ſuis, qui ex eis ſunt celebriores.

Tres Euangelicorum claſſes.

De calamitatibus Germaniæ per Lutherum inuectis.

Nunc verò memorabiles illas calamitates, quas initio naſcentis ſui Euangelij Lutherus cum ſuis attulit, quàm pauciſſimis verbis poterimus perſtringemus. Poſteaquam ergo Lutherus anno 1520. libellum edidiſſet, cui titulum fecit, Præludium Captiuitatis Babylonicæ, plurimos ſua doctrina ad rebellionem concitare cœpit. Docebat enim, Chriſtianis nullam legem, ſiue ab hominibus, ſiue ab angelis vllo iure imponi poſſe, niſi

Anno 1520 Tuba Lutheri ad ſeditionem ex captiuitate Babylonica.

quan

quantum ipſi velint. Liberi enim ſumus, inquit, ab omnibus. Ruſsùs nullum hominum habere ius vnius ſyllabæ conſtituendæ ſuper Chriſtianum hominem, niſi id fiat eiuſdem conſenſu: quicquid aliter fieret, tyrannico ſpiritu fieri. Immò nullam (ait ibidèm) eſſe remedij, ſpem niſi reuocato libertatis Euangelio, extinctis ſemèl omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus. Ad primum itaque libellorum Lutheri guſtum Eraſmus rectè diuinabat, rem in ſeditionem exituram: cuius teſtem, vti ait, faciebat Capitonem, epiſt. ad F. inf. Ger. conſcripta.

Lutherus regnum affectat, Anabaptiſtæ captant, Caluinus poſſidet.

Prudentiſſimè igitur Carolus quintus Comitijs VVormatienſibus vnà cum Statibus omnibus Imperij anno mox conſequuto pronunciauit, libros Lutheri magnæ ſeditionis atq; ſchiſmatis in Eccleſia Dei eſſe fomites. Obedientiam enim & regimen omne tollere, vndè populi ad defectionem & rebellionem à ſuis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cũ manifeſto reipublicæ Chriſtianæ diſcrimine prouocentur. Et quidem ſeditioſum ſuum iſtum ſpiritum Lutherus apertiſſimè prodidit in ipſo Imperatoris atq; ſtatuum Imperij conſeſſu VVormatiæ, cùm illam Chriſti vocem, Non veni pacẽ mittere, ſed gladium, detorquens, omnium ſibi inquiebat iucundiſſimam faciem videri, ob verbum Dei ſtudia & diſſenſiones fieri.

Anno 1521. edicto VVormatienſi ſeditioſum Lutherum pronũciat Cæſar cũ ſtatibus Imperij.

Anno 1522

Mox quod anteà Lutherus iactitabat obſcuriùs, Euangelij indolem eſſe bella & ſeditiones mouere, ſub bellum Ruſticum apertè verbis & ſcriptis profitebatur, cùm diceret: Inter Chriſtianos nullum eſſe magiſtratum, ſiue superioritatem. Rursùs DEVM orandum eſſe, ait libro contra edicta Cæſaris, nè Ruſtici principibus obedientiam præbeant, vel in militiam eant, vel dent aliquid contra Turcas: quod Turca decies probior prudentiorq; ſit, quàm noſtri principes: ideò nihil proſperitatis expectandũ a noſtris, nec quicquam eſſe cõtribuendũ contra Turcas. Imò lib. cõtra Turcas, ait: Non licere Chriſtianos bellare, ſed vim & iniurias pati debere. Rursùs in Aſſertionibus artic. 34. Prœliari aduerſùs Turcas, dicit eſſe repugnare voluntati DEI, viſitanti iniquitates noſtras. Quid quòd Eraſmus commemorat Lutherum ſcripſiſſe, eam eſſe peculiarem Euangelij naturam, mouere ſeditiones, celebratũq; fuiſſe Zuinglij dictum, Euangelium vult ſanguinem?

Seditioſa Lutheri ſcripta.

Libro 2. de ſeculari poteſtate.

Epiſt. ad fratres Inſer. Germaniæ: Olim ſanguinarias Lutheri & Zuinglij voces.

Ex hac Lutheri doctrina tam ſeditioſa atque ſanguinaria, libellis & concionibus in vulgus contra Clerum & Principes ſparſis, mox ſenſit Germania qualem ſua in viſcera admiſiſſet, ac æquo diutiùs ſouiſſet viperam ſanè Euangelicam: ſuæq; aduersùs edictum Cæſareum, ſtatuumq; omnium VVormatiæ in Comitijs ante biennium fruſtra promulgatum inobedientiæ pœnas dedit, quas in hanc vſque horam luit miſerrimè, & quas pij in Turcicam tandèm barbariem, veramque Babylonicam captiuitatem abituras haud immeritò verentur. Eo enim edicto etſi palàm ex iudicio & aſſenſu Electorum Principum, omniumque Ordinum & Statuum Imperij, ſententiam & condemnationem Romani Pontificis exequendam fuerit declaratum, Lutherum ab ipſis haberi vt membrum ab Eccleſia Dei abalienatum, vt obſtinatum ſchiſmaticum, & notorium hæreticum, atq; talem ab omnibus habendũ decretum & mãdarum: tamen cùm noui ſui Euãgeliſtæ Germanorum plurimi dulcia in ſpeciem potitaſſent venena, illum, licèt ab Eccleſiæ iudicibus, academijs, & imperij ordinibus omnibus damnatum hæreticum, pro Dei apoſtolo adeoq; Chriſti Euangeliſta, colere atq; ſuſcipere pergebant.

Vipera verè euangelica Lutherus.

Germaniæ cæcitas, vt manifeſtũ hæreticum ac ſeditioſum, pro Apoſtolo & Euangeliſta ſuſceperit.

Verùm non deſuit vigilans illa ſuper domum Dei virga prophetica. Statim enim illa Saxonia cum vicinis prouincijs Euangelicis, mutatæ ſuæ fidei Apoſtolicæ, acerbiſſimas luit pœnas. Cùm enim Ruſtici paſsim per Sueuiam, Alſatiam, Duringiam, & Frãconiam, in ſeditionem Lutheri voce ceu Alectûs cornu acti, quos ceu Bellona quædam Muntzerus, Carolſtadius, Hetzerus, alijque aliquot in rebellionem excitârant, non modo viri illi ſuaſerant, Monaſteria & templa inuaſerunt, expilârunt, euerterunt: ſed & nobilium caſtra & arces diripuerunt, incenderunt, deſtruxerunt. Tantus autem mona-

1. Plaga. Mutatæ religionis luit pœnas Saxonia & vicinia.

Anno 1525. Bellum ruſticum.

ſte-

ſteriorum atque caſtrorum per illos vexatorum fuit numerus, vt per ſolam Franconiam ſuã ad trecenta numerarit Claudius Conradus Vuimpina, Eraſmus Alberus libro contra Zuinglium, arces Frãconiæ ad centum octoginta numerat oppugnatas.

Hominũ cædes per Euangelicos latrones.

Cæterùm neque corporibus parcebãt latrones illi: adeò vt inter nobiles iſthoc Euangelicorũ latrocinio trucidatos numerentur Comites aliquot, illuſtres plurimi. Alberus ſcribit, Comitem Helffenſteinum in lanceas fuiſſe adactum. Iactabat enim Muntzerus, vt ait Melanchthon in Commentarijs ad Coloſſenſes, diuina voce mandatum ſeſe accepiſſe, vt bellum inferret Principibus. Talem verò conſpirationem vbi ſuo tandem malo exuſcitatu ſenſerunt principes viri, non eccleſiaſticos modò, quibus illam calamitatem nõ pauci gratulabantur, (tantum erat Cleri odium) ſed ſeſe ſuaque omnia petere, prudenti admodùm conſilio Epimethei equites, quos Sueuici vocãt fœderis, hinc illis obijcere, inuadere, diſſipare, diſpergere, in Danubium detrudere, altiſſima de rupe depreſſos demergere, trucidare: illinc Dux Lotharingiæ Antonius valido exercitu Ruſticorum cuneos ſubita irruptione diſturbare, ſternere, necare ſunt aggreſſi.

Principes Germani à Ruſticis & ipſi inuaſi, expergiſcũtur.

Quot perierint bello ruſtico.

Hoc in tumultu Ruſticorum Germanorum cladem varij variè narrant. Genepæus centum millia commemorat. Cochlæus certis ex literis ſupputat ad centum triginta millia. In vita verò Clementis ſcribitur, occiſa ad centum quinquaginta millia. O bellum ſanguinarium. O Germaniam, omnium hactenùs orbis nationum victricem, ſuo nunc Euangelicorum inteſtino diſſidio cruentatam, parricidali ſanguine defœdatã, ſuis deniquè filiorum manibus ſeminecaram. O Euangelicum Lutheri ſpiritum, qui iſtam ſuæ patriæ intulit cladem. Iſtam inauditam poſt Germanorum memoriam, domeſticam calamitatem, ad quam memorabilis illa ne Iuliani quidem comparanda eſt, cui (obſecro) alteri acceptam referat Germania, quàm vni Martino ſuo Luthero pſeudoapoſtolo? Hic. n. initiò Ruſticos cõtra dominos tam eccleſiaſticos, quàm Principes armauit. Mox et nobiles contra Eccleſiaſticos, ſcriptis & venenatæ linguę flagello concitauit.

Vni Luthero illã debet Germania cladẽ, tot ſuorũ filiorũ parricidali cæde trucidatorum.

Deindè vbi ruſticos vidit præter eccleſiaſticorum bona, etiàm Nobilium inuadere caſtra, diripere, incendere, euertere, ac (quod omnium fuit illi primum) aliter euenire, quàm non ſolum ſperãrat, ſed disertè etiàm prophetãrat, nimirùm de Ruſticorum contra principes victoria, illum detorquens Pſalmi verſiculum, Effuſus eſt ſuper Principes contemptus, hos in illos miſerrimè trucidandos alijs nouis ſcriptis ſanguinarijs, immò parricidalib' inflammauit. Conuerſa itaque naufragij, pro fortunæ ſucceſſu, prora, iam ſeditioſos illos Lutherus nolebat ſuos agnoſcere. Sed illi hunc nihilominùs iactitabant, atque adeò conuincebant crudeliſſimæ huius ſeditionis authorem. Quod illi exprobrans Eraſmus: Tu quidem libello, inquit, in agricolas ſæuiſſimo, ſuſpicionem abs te depuliſti: nec tamen efficis, quò minùs credãt homines per tuos libellos, præſertim Germanicè ſcriptos, in oleatos & raſos, in monachos, in epiſcopos, pro libertate Euangelica contra tyrannidem humanam, hiſce tumultibus fuiſſe datam occaſionem.

Lutherus Ruſticos in nobiles cõcitat.

Victoriam Ruſticis cõtra nobiles prophetat Lutherus.

Principes in ruſticos trucidãdos inflammat Lutherus.

In Hyperaſpiſte.

Cæterùm quò magìs perſpecta iſthæc Euangelicorum calamitas tuum permoueat animum, paucis quæſo accipias bellı iſtius pluſquàm Catilinarij calamitates catalogo comprӕhenſas Menſe primùm Ianuario, Ruſtici ſuo Abbati Kampidon, rebelles, mox Algrici epiſcopo Auguſtano & Vlmenſibus vicini, ad quatuor millia confluxerunt: deindè quinta Martij iuxta Vualtzee, tanto concurrebant numero, vt eodem menſe confectis octo cuneis, oppida plurima pagosque occupârint.

Catalogus calamitoſiſſimi belli ruſtici.

Anno 1525. Ianuarius. Martius.

Ad Leypheim Vlmæ ſinum à liga Sueuica, trucidati ad 4700. aut in Danubium præcipitati de rupe depreſſi. In vicinia mactati 1500.

Decimaoctaua Aprilis Ruſtici ſuum Comitem de Helffenſtein cum tredecim nobilibus crudeliter interfecêre in Vuinſperg: quem in lanceas adactum illos trucidâſſe narrat Alberus.

Aprilis.

Rheti quoque ſuũ Comitem Ludoui-

cum vnà cum oppido Oetingen capiunt, atque monaſterium diripiunt.

Caſimirus Marchio adhæc occidit duo millia quingentos.

Apud Eluuâgen occupatam cum duabus arcibus occiſi quingenti.

In Vuirtenbergenſi ducatu occiſi ſex millia quadringenti ſexagintaquinque.

In Vuinſperg, quadringenti.

Dux Lotharingiæ Antonius per Alſatiam per triduum occidit 26600. alij ſcribunt triginta millia.

Maius.

Menſe Maio per Duringiam Thomas Munzerus occiſis Fuldæ mille & centum viris, captus eſt in fuga iuxta Iſenacum, trucidatis ſuis coniuratis ſex millibus. Sed reſipiſcens, confeſſus, atq; catholicæ Chriſti eccleſiæ reconciliatus, decollatur.

Thomæ Munzeri mors.

Per Franconiam, vbi iam arces nobilium, quam monaſteria diripuiſſent atque exuſſiſſent ad trecenta, paſſim cæſi ſunt 11600.

Caſimiro captiui remiſſi ex Herbipoli 1484.

Palatinus internecione deleuit 4000.

Heſſus cum Saxone ad Franckenhauſen ſex millia trucidârunt.

Alibi quoquè incerto numero cecidêre plurimi ruſtici, quorum ſumma à ſola Liga Sueuica creditur occiſa ſupra centena agricolarum millia, deſideratis equitibus tantùm viginti quinque & ducentis peditibus. His adde triginta illa millia, per Antonium Lotharingum in agro deleta.

Tumultus & ſeditiões in oppidis quoquè p Euangelicos.

Neque verò huius Lutheranæ ſeditionis flamma ſſeruri continuit, ſed & ciuitates plurimas cùm occupaſſet, ciuium ſanguine fuit reſtinguenda. quod ſuo malo in hunc vſq; diē deplorant Francofordia, Moguntia, & Colonia. Certè plurimi paſsim magiſtratus de rerum publicarũ ſalute meritò ſoliciti, cùm populo ſuo euangelico iſtam videtēt minimè improbari fabulam, à ſuis magis quàm ab externis ſibi metuentes, vix quò ſe verterent, habuēre Baſileenſes vnum ex Euangelij columnis in exilium abire iuſſerunt, quem ſatellites narrabant ſe nocte ſanctæ Paraſceues deprehendiſſe non adorantē crucem Chriſti, ſed in Paphiæ deæ myſterijs

Ocolumnã Euãgelicorum.

operantem, vti Eraſmus teſtatur epiſt. ad Frat. inferioris Germaniæ. Farellum quoque (niſi ipſus ille ſit, in lupanari tam ſacro tempore deprehenſus à fate litibus) quum ab ipſo ſeditionem meruerient, (quippe qui ſic in monte Pellicardi, ait Eraſmus, vbi ſacram rem geſſerat, ſeditioſus, acidæ linguæ & vaniſſimus, vt bis indè profugerit) cupientes Baleam à ſeditione turam, exulatum ire iuſſerunt.

Sed quid interea, inquias, Lutherus? Quid aliæ Euangelij noui columnæ? Nũ pro miſeris interceſſere? Nũ ſalubria cõponendæ atque tranquillandæ reipublicæ inuenére conſilia? Planè quod incendiarij ſolent, flagrante aut templo, aut Capitolio Omnes enim Principes & verbis & libellis ad trucidandos agricolas inſtigabant. Sanè Lutherus quos diſertis verbis hoc in bellum parricidale inflammârat, vbi contra ſuam prophetiam de Ruſticorum aduerſùs principes victoria, rē euenire cerneret, nunc cum rei mutatione & ipſe ſuo mendaciorum patri fidelis propheta, ſuam mutabat orationem, eos gladio atque inferno per varios libellos deuouens: tempus nunc eſſe, quo principes ſibi cælum mercantur faciliùs ſanguinem fundendo, quam orando. Adeò verò cum Ieremia populi Dei non deplorabat interitum, ſe authore concitatum, vt flagrante iſthoc Germaniæ incendio, ex cucullatus iam nouus ſponſus, nouis deditus nuptijs, ſuam ſuauiabat monachus monacham Catharinam, ſaltabat, potitabat, ſtrenuè cuticulam curabat, ventri & inguinis mancipium.

Quid Lutherus tempore laniénæ Ruſticorum à ſe ad bellum parricidale excitatorum agebat.

O vocem Lutheri Barraba digniſſimam libello contra cohortes Ruſticorum.

Cuculla abiecta, Lutherus monialem ducit vxorem Anno 1525.

Quid alij Euangelij columnæ tunc ſpectârint, vnus haud poſtremus ſuo declarauit nutu. Cum enim Eraſmus ea tēpeſtate cuidam ex præcipuis diceret, ſe Ruſticis metuere miſerum exitum: tantum artiſit ille, indicans ſe ſperare meliora. Porrò Euangelici alij Eccleſiaſtæ omnes, cùm nunquàm non ſæuirent in vitã Eccleſiaſticorum; iam in Ruſticos tumultuantes, eiuſque applaudentes, penè erant elingues. Immò non tam aduersùs eos muti, quàm linguis animiſque fabulæ illi motoriæ fauentes, ac tantùm non manibus ac pedibus adiuuantes. Quapropter

Quid Euãgelici concionatores ſpei conceperint de occupata republica per Ruſticanum Bellum.

pter quædam ciuitates ſuos eccleſiaſtas exulatum ire iuſſerunt, ſeditionis quam metuebant, ſi non authores, certè auctores, fautores atq; competitores.

Ira Dei in Germanos propter religionis veræ mutationem ac deprauationem.

Cæterùm terribilem iſtam agricolarũ laniænam fuiſſe manifeſtam irati Dei plagam, ea quæ ſunt conſequuta, liquido demonſtrant. Non enim copioſo iſto tot ſuorum ſupra millia centum triginta aut quinquaginta ciuium ſanguine, Germania violatæ fidei Chriſtianæ ſcelus potuit expiare, ſed longè acerbiora Deus optimus in eam ad ſuum verum Euangelium reuocandam immiſit flagella. Si enim hiſtoriæ Germanorum merentur fidem, videbis ab anno 1520. vſque ad 1530. partim ex Germania, partim ex vicinia Saxonico iſthoc veneno infecta, à latrocinantibus Turcarum cohortibus, in miſerrimam vereque Babylonicam captiuitatem abducta eſſe ſupra ſexaginta millia, vt occiſos & rogo traditos hîc non ſupputemus.

2. Plaga. Alia flagella Dei Germaniæ immiſſa, vt ad auitam veramque rediret fidem.

Adhæc nè quis indubiam Dei optimi in Germanos iram, haſce fuiſſe operatã calamitates ambigat, en tibi alia huius rei argumenta certiſſima, hanc Germaniæ à fide Chriſti catholica & Apoſtolica defectionem conſecuta. Vngariam Turcæ igne ferroque vaſtant, Budam diripiunt, ac Rege Ludouico ſuis cum copijs cæſo, miſerrimeque trucidato, Viennam obſident, ac totam nobis Hungariã hoc anno eripuere, quæ per annos plùs minus ducentos, propugnaculi Chriſtianorum vicem contra infeſtiſſimos hoſtes ſuſtinuerat.

Aliæ iræ diuinæ flagella in Germanos, à fide catholica deficientes.

Anno 1526

Hungaria capta.

Poſteaquàm verò terribili illo trecentorum milium Turcarum exercitu iterũ Viennam obſidente, D E V S optimus non Germaniam ſolam, ſed Europam etiàm totam exterruiſſet, atque ad reſipiſcentiam clementer inuitàſſet, oſtendens, quàm facilè, ſi voluiſſet illi donare victoriam, perfidiam Germanorum puniuiſſet, mox fames ſeptennis Germaniam inuaſit: quam eueſtigiò alia manus Domini plaga truculentiſſima inſequebatur. Subitanea enim illa peſtilitatis ſpecies, quam Sudorem appellitant Anglicum, vt ignota, ità ſanè horribilis, quàm innumera abſumpſit per Germaniam millia? Nam cùm Lutheri per Germaniam in Oceanum vſque proſerperet contagium, en tibi mox adfuit alia illa apud Prophetam vigilans virga, quæ plurimos ad ſobrietatem rectumque animi iudicium, delicijs carniſque voluptatibus aurei illius ſeculi ætate deprauatum, de pernicioſa illa Saxonica peſte admoneret atque reuocaret. Exortus eſt enim ſub annum milleſimum quingenteſimum vigeſimum nonum ſupra modum hominibus notum, morbus non minùs contagioſus quam ſubitaneus, qui validiſſimos quoſque repentè abreptos, atque in ſoporem quendam lethalem demerſos, plerunque ſemper hac ex vita abſumpſit. Miro enim Dei conſilio non adoleſcentes, nec ſenes, ſed virilem inuaſit potiſſimùm ætatem. Hãc manus D E I plagam, medicis ignotam, vocitabant (vt diximus) Sudorem Anglicum, cùm ex Rheni fontibus vnà cũ Rheni fluxu, ſed latiſſimè Bruxellam vſque expatians, fuerit in Oceanum deuolutus. Certè toto ferè Belgio vehementer graſſabatur: cuius vehementia, ſæuitia, crebritas factum, vt populus paſſim haud aliter ſeſe ad mortem adeò ſubitò irruentẽ præpararet, quam die paſchatis ad ſacræ Euchariſtiæ communionem. Dies enim feſtus huic rei paſsim fuit datus, quo non minori frequentia, licèt ardentiori pœnitentia, Dei populus ſacramentis Confeſſionis & ſanctæ Euchariſtiæ vtebatur, quã ſolet animo illo ſolennis communionis Paſchalis. Quantum verò hominum per Belgium ſolum illa acerbiſſima diuinæ manus plaga perierit, vel vna in hunc vſque diem annua ſupplicatione commemorat Antuerpia, vbi die ſancti Michaelis clero publicis precibus Deo optimo ſupplicante, prorsùs inopinatè atq; ſubitò ſiſtente plaga grauiſſima, auerſa fuit ira furoris Domini, illic vehementiſſimè effuſa.

3. Plaga. Terribilis Viennæ obſeſſio.

Anno 1529.

Fames ſeptem annorũ per Germaniam.

4. Plaga. Sudor Anglicus.

Aurea ætas ante Lutheri toxicum.

Plaga manùs Dei medicis ignota.

Timor ſalutaris populo Dei ex Sudore Anglico incuſſus.

Nunc vt captas à Turcis fidei hoſtibus infeſtiſſimis ſilentio obruamus, Albam Regiam anno 1520. Rhodum illam nobiliſſimam inſulam anno 1522 occiſum Vngariæ regem cum felici illa Vngaria

5 Plaga. Aliæ plagæ Chriſtianorũ poſt Lutheri abominatiões in orbem effuſas.

capta anno 1526. Romam etiàm anno 1527 captam: vti & irrecuperabilem per Selandiam & Hollandiam inundationē, quæ anno 1530 tot hominum millia cum aliquot inſulis, Cortenum aliaque oppidula non pauca deuorauit, pagosque plurimos: cogita quæſo lector, quot hominū millia internecióe deleuit illa ſeditio Heluetiorum anno 1531 à Zuinglio excitata: in qua cum iſtius Euangelici belli authore Zuinglio præter ciues plurimos Tigurinos, etiàm ſexdecim prædicantes ſiue Paſtores periêre.

Bellum ciuile Heluetiorum. Anno 1531 ſeptima de Septēbris.

Porrò reliquas iræ furoris Domini hic commemorare plagas ob Lutheri corruptelas populo Dei inflictas, longius foret, quàm vt ſermoni noſtro conueniat, potiſſimum cùm tibi nota ſint bella, nō tam à Turcis per Auſtriam, Galliam, atque Corſicam, quàm Francis & Belgis mutuo ſanguine multa per luſtra in annum vſque milleſimum quingenteſimum quadrageſimumnonum, & deindè ab anno 1552. in annum vſque 1559. protracta Quibus quidnam aliud obſecrò tam eximiè eſt cōfectum, quàm quòd animis principum vtrinquè bello acriter cum fratribus gerendo intentis, contagium illud Lutheranæ, immò verius Zuinglianæ, adeoque Anabaptiſticæ peſtis. populi pectora paſſim incredibiliter inſecti fuerit depaſta? Dum enim omnis conſiliorum ſuorum prudentia contra publicos reipublicæ hoſtes tota inuigilat, malum illud inteſtinū iam ludùm ſparſum dum nimìs in populi viſceribus optato belli ocio alitur atque fouetur, magno reipublicæ periculo adoleſcit. Quod vtì nunc per biennium Gallia, quondàm florentiſſima, iam ſuo miſerrima experitur malo, & Valentianæ quid Euangelici moliantur, ſi rerum potirentur, ſuo docuêre facto: ità pij rerumque communium haud imperiti, alijs quoquè verentur, ni prudentiſſimo vigilantiorique occurratur conſilio.

6. Plaga. Bella Gallorū & Belgarum.

Belli Gallici tempore peſtis hæreſeō maximè ſerpſit, dum reges toti bello inuigilabant.

Illud verò bellum quod vocant Smalcaldicum, quorsùm hic recenſere fuerit neceſſarium, quod, à Luthero malè perſuaſi, in Cæſarem Carolum quintum ſuſcepère quidam infeliciter, licet ijs eſſent inſtructi armis & copijs, quibus initiò Cæſar longè impar futurus videbatur, niſì Deo protectore & adiutore munitus fuiſſet? Pollicebatur Lutherus certam victoriam, ſed rei euentus pſeudoprophetæ illius coarguit vanitatem.

7. Plaga. Bellū Germanicum. Anno 1547

Nuperam illam acerbiſſimam diriſſimæ famis plagam hic prætereo, quæ Belgium ac Germaniam ſecundam tantùm non enecauit, plurimis fame intereuntibus, plurimis ventrem famelicum fabis paneque paniceo, glandibus, adeoque ſiliquis, ſaturare cupientibus.

8. Plaga. Fames inaudita per Belgium. Anno 1557.

Porrò bellum illud Italicum, quod ſub Paulo quarto adeò Romam afflixit, cum ſequuta mox illa Tiberina exundatione: rursùs hodiernos Galliæ tumultuantis motus, quid opùs eſt cōmemorare, quos pij omnes collachrymantibus intuemur oculis? Certè quorsùm iſta Euangelicorum ſpectet tragœdia, vel vnum illud loquatur, quod nupèr priuilegio regio eſt inuulgatum, putà nefandiſſimum Geneuæ initum fuiſſe conſilium de rege Franciſco ſecundo, Regina vxore, Regina matre & eius liberis, Proceribus, bonis Magiſtratibus, ad certam diē cōmodo loco per inſidias trucidandis. Cuius crudèliſſimæ conſpirationis, author defenſionis primæ, Bezam profitetur principem, Caluinum authorem, Othomanum ſubſignatorem, Spifamium ſuaſorem, omnes deniquè Galliæ prædones & laniſtas fuiſſe conſcios.

9 Plaga. Bellum Italicum & Gallicum

Anno 1556.
Anno 1560

Quidnam ſpectent Euangelici

Defenſio Regis et Religionis, Fol. 16.

Deindè quidnam ſit expectandum ciuitatibus licèt opulentiſſimis, vna loquitur Rothomagus, tam exhauſta, quā bello vexata, euerſa, perdita.

Rothomagus.

Quid Lugdunum vrbem referam tam afflictam, tam egenam, tā miſerabilem, vt dudùm opulentiſſima & pecunioſiſſima, nunc ſcribatur tam paupercula, quaſi nunquàm ibì fuerit pecunia?

Lugdunū.

Quid deniquè Aurelias tam exhauſtas, ac nunc ſuo à Rege mœnibus priuatas?

Aureliæ.

Quid Turones tam expilatos, tam ſubrutos, ac ſacris illis theſauris expoliatos? Vndè ſcribunt Bezam cum ſuis manipularibus argenti marcas 2000. auri

Turones.

Claudius Sanctius.

verò

verò 1000. ſuffuratum, præter gemmas & monilia, ornamentaque eximia, tanto prædandi furore; vt nec ferrum, nec clauum fecerit reliquum.

10. Plaga. Bellum Liuonicum. Anno 1558.

Porrò nè quid ambigant Germani aut Galli, quin plagæ dudum commemoratæ, certiſſima ſint Dei optimi maximi iuſtiſſimè iratiſſimi flagella, vnum dictis addam, quod inprimis ad rem præſentē illuſtrandam faciat. Liuonia Chriſtianæ ſuæ pietatis atque auitæ religionis per Lutheraniſmi ſoporem oblita, quaſnam dederit anno 1558. pœnas, notiſsimum eſt. Pacta quidem violârat cum Moſcouitarum principe pridèm inita, aliaque iuſtis offenſionibus digniſsima deſignârat: ſed primaria tantæ calamitatis cauſa, fuit Catholicæ religionis deprauatio atq; apoſtaſia, quemadmodùm & ipſe Moſcorum imperator Baſilius literis ad Ferdinandū Cæſarem anno 1560. datis minimè diſsimulat. Diſertis enim verbis declarat propterea ſeſe illis iuſtiſſimum bellum intuliſſe, quòd iuramentum Chriſtianum neglexiſſent, templa cōtumelijs affeciſſent, ea in latrinas cōuertentes, imagines Chriſti Domini, Deiparæ, Apoſtolorū & Martyrum partim exuſsiſſent, partim in loca abiectiſsima reieciſſent. Propter hæc aliaque in Deum optimum & catholicā eius religionem abiectam ſcelera & ſacrilegia, quàm tragicam vereq; Turcicam ſint perpeſsi ciues Torpatenſes ac vicini calamitatem, ex libellis ab oculato teſte D. Philippo Olmeno, per Tilmannum Bredenbachium dudùm ſcriptis notius opinor, quàm vt hic repetendum ſit fuſiùs. Quid enim illi Torpatenſi nobiliſsimæ prouinciæ poſt famem, peſtem, bella inteſtina, quibus ad reſipiſcentiam redinuitârat pater ille cæleſtis benigniſsimus, ſupererat cladis funeſtæ, præterquàm extrema calamitas, qua partim trucidati, partìm in longè miſerrimam ſunt redacti ſeruitutem?

Calamitatis Liuonicæ cauſa, fuit defectio à fide catholicæ eccleſiæ.

11. Plaga. Clades Gallorum. Anno 1562. Vide conſilium ad Galliam deſolatam.

Nunc ſuperioribus adde Gallorum cladem, quam ciuile bellum, Caluino dictatore concitatum, à Beza Centurione geſtum attulit; quæ æſtate illa anni 1562 ſupra quinquaginta abſumpſit Gallorum millia, hyeme verò ad D. Thom ſupra triginta deuorauit millia: cùm princeps Condæus fuit quoq; compræhenſus, & poſtea heros ille Guiſianus in Aureliana obſidione proditione heu nimiùm impia trucidatus, & Vendomius ictu bombardæ perditus.

Iam peſtem illam cogita, quæ vti anno ſuperiore Londini 40000. abſumpſit, & hoc anno 1564. Dantiſci non pauciores: ità Lugduni hanc ſic graſſari aiunt, vt in ſolitudinem propè videatur redactum. Quis verò tandèm ſit peſtilitatis iſtius paſsim per Gallias, paſsìm per Germanias tam atrociter graſſantis finis aut modus, Deus optimus nouit, qui nos tādèm reſpicere dignetur benignus. Porrò quidnam ille terræmotus per Sabaudiam iuxta Nizam præſagiat, qui ſex aut ſeptem abſumpſit oppidula, quiſq; ſecum prudenter reputet.

Peſtis. Anno 1563 Anno 1564

Terræmotus horribilis à 20. Iulij, vſq; ad ſextam Auguſti.

Has atrociſſimas Dei optimi maximi plagas in Germaniam Galliamque poſt abominanda iſthæc impuriſſimi Lutheri & aliorum pſeudoapoſtolorum fideique apoſtatarum ac proditorum contagia effuſas, vbi mecum tacitus reputo, non aliud per Lutherum re vera effectum videre mihi videor, quàm captiuitatem verè Babylonicam, immò Turcicam eſſe pijs inductam. Certè Ioachimus Camerarius Lutherum cauſam turbarum omnium, quibus Germania tantoperè affligitur, proclamare auſus eſt, vti ait Stolizius, culpamq; omnium ærumnarum quibus adhuc conflictatur reſpublica, transfert in Lutheri contentiones. Huic ſuffragatur & Galliæ lugubris iſta ſors longè miſerrima, quæ vti Germania, & ipſa nouum ſequuta Euangelium, non poteſt non profiteri ſeſe haſce pernicioſas ærumnas ſuo vni Caluino, eiuſque diſcipulis Gallis, Bezæ, Othomanno, Spiſamio, acceptas ferre debere. An verò Lutherus Antichriſtus ſit ille, per Apocalypſeos diui Ioannis prophetiam deſignatus? vt quidam voluēre, id quidem arithmeticis & Pythagoricis literis ſupputantes, illi viderint, quos ad Lindanum dialogo tertio ſui Dubitantij, ex quo hæc omnia deſumpta ſunt, remitto, vbi illa ad amuſsim diſcutiūtur. Nunc ad eos, qui illum in diuorum numerum adſcribunt, venio.

Turcicæ captiuitatis faciem per Euāgelicos Germanijs & Gallijs inductam.

In ſomnio Lutheri, & indefenſione.

Lutherus an Antichriſtus.

Lutherus an ſanctus dicendus, qui ſancta omnia ſuo impuro luto contaminauit.

Nam quòd illi ſanctum faciunt Lutherum, nihil ſane alienum ab hæreticorum ingenio faciunt. Ita enim & alij cum veros aboleuiſſent Dei Sanctos, ſeſe ſuoſque in illorum ſubrogarunt locum apud ſuos: ſed non apud Deum, niſi fortè ſuum Deum diabolum, cui ſeruiunt, à quo æternam immortalium ignium ſuis pro erroribus receperunt præmia, aut potiùs tandem accipient definita, vbi ille aduenerit finis. De omnibus enim Hæreſiarchis eſt longè veriſſimum, quod Lutherus de Ario ex D. Auguſtino libro de Concilijs demonſtrat, quotidiè ingraueſcere, inquiens, illius pœnas apud inferos, quandiù error ille maneat.

Quod ſi verè de Arrio vnius dogmatis authore dixit, teſte Luthero, Auguſtinus: quid eum de iſto ſuo Auguſtiniano apoſtata Luthero pronunciaturum exiſtimas, non vnius aut alterius erroris reo: ſed cuius ſtudio vniuerſæ propè veterum hæreticorum hæreſes ſunt in orbem ſummâ cum Chriſtiani populi pernicie reuocatæ? vti ſuperiùs declaratum eſt. Quibus in erroribus cùm ſit non tam mortuus, quàm ſuffocatus, quidnam ſpei eſſe queat de eius ſalute? Certè nihil amplius, quàm de Arrio, Neſtorio, alijſque ſua in hæreſi pertinaciter mortuis. Niſi quòd de illis ambigit Lutherus, an ſuis in erroribus ſint mortui, de Luthero autem nullus. Quanquam enim belli illi commilitones atque combibones, qui ſeſe morienti atque poſtremùm cœnanti adfuiſſe teſtantur, libello in vulgus ſparſo Iuſtus Ionas, Michael Cælius, & Ioannes Aurifaber Vinarienſis aiunt, quòd poſt aliquot dies morbo conflictatus ſeſe admodùm moderatè in cœna geſſerit, atque tota ſerè nocte fatigatus morbo ſuauiſſimo citra omnem moleſtiam obdormierit, tamen haud temerè R. P. Hoſium literis prodidiſſe credas, Lutherum bene potũ ac lolarem, poſtridiè manè in lecto repertum fuiſſe mortuum.

Libro de Conc. lijs.

Mors Lutheri.

Sed licèt Lutherus inter nobiles illos illuſtrium Comitum & Comitiſſarum, dominorum Doctorum, & magiſtrorum Chirurgorum manus emiſerit ſpiritum: non plus iſtud tamen nouato eius pſeudoeuangelio conciliare debet aut gratiæ aut admirationis, quàm quòd Dionyſio tyranno poſt tot ſacrilegia nauigaturo, ſecundi ſpirabant venti: aut quod Dauidi Georgio hæreſiarchæ impijſſimo, holoſericato, purpurato, coronato pompoſa contigerint funebria. Etſi enim plerosque pſeudoprophetas Deus optimus iuſtiſſimis pœnis hac ex vita excruciatos ad immortales æternorum ignium abripuit cruciatus: quoſdam tamen in ſpeciem honeſte mori, honorificeque ſepeliri permiſit, quemadmodum & Luthero (vt aiunt ſui) & Dauidigeorgio quoddam ad tempus conceſſum videmus.

Mors hæreſiarchatũ nõ ſemper ipſorum ſacrilegijs reſpõdet hac in vita.

Cæterùm quò liqueat, quàm vanus fuerit propheta Lutherus, vnum illud iactatum eius oraculum prodit, quod de Romano epiſcopo, vti narrat Bugenhagius Pomeranus, compoſuit:

Lutherus vaniſsim⁹.

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero papa.

Cùm enim iam annos plùs minùs octodecim ſit mortuus, adeò peſtis iſtius Lutheri morte Romana eccleſia non eſt euerſa, vt deficientibus turmatìm ad Zuinglianа caſtra Lutheri diſcipulis, illius res ſint longè confirmatiores: Adeò vt ſi ſuos in diſcipulos Lutherus ſuam conuertat prophetiam, hoc modo:

Peſtis eram viuus, moriens tua mors ero Saxo:

veriſſimè iam Balaam nouum prophetaſſe dixeris, maximumque iſtum prophetam iuſto elogio exornâris. Nulli enim ille aut peſtis atrocior, aut mors acerbior fuit, quam illis, quos à catholicæ eccleſiæ vnitate abſtractos, in ſuos errores & priuatas opiniones pertraxit.

Lutheri morte Saxonica eccleſia debilitata, & catholica cõfirmata.

Quòd ſi Caluiniſtis fidem habeas, iactitant libellis in vulgus editis Lutheraniſmum eſſe ſuo ſtudio ac diligentia euerſum, cùm innumeri quotidiè ad Caluinũ deficiant Lutherani. Iſtud ſeriò triumphat ac præ cæteris impotentiſſimè gloriatur ouaturus Clebitius libro de Victoria veritatis & ruina papatûs Saxonici. Huic Sacramentariorum victoriæ (proh Deum immortalem) nimis gliſcenti ſuffragantur publicè & priuatim non pauci Euangelici profeſſores, ad rauim vſque, immò ad ignem & rogum vſque (ſed excluſiuè) Lutheriſmi: qui nõdùm ſatis quæſtus aut gra-

Lutheraniſmi ruina & euerſio per Caluiniſtas.

gratiæ popularis vident, cur fidei ſuæ nomen mutent publicè. Sic miſeri iſti re ipſa explent, quod D. Paulus Spiritu D E I doctus, de hæreticorum pronunciat ingenio: Corrupti mente, reſiſtunt veritati, reprobi circa fidem, errantes & in errorem mittentes, ſeductores, & in peius proficientes, ſiue impietatem augentes, ſed non proficient vltrà, neque ampliùs quàm Deus patiatur, augeſcet improbitas impia. Inſipientia enim illorum & amentia omnibus erit (ò vtinam citò) manifeſta & euidens. Hactenus Lindanus. Vide reliqua in Iudæis, & Mahomete. De eodem Luthero vide hiſtoriam fideliter conſcriptam à Ioanne Cochlæo ab anno Domini 1517. vſq; ad annum 1547. incluſiuè, & ad poſteros enarratam, & Pariſijs impreſſam 1565.

1. Tim. 3.

LVTHEROPAPISTAE. 16.

LVtheropapiſtas (vt inquit idem Lindanus ſui Dubitantij dialogo ſecundo) vocat Ioannes à Laſco VVeſtphalum & coniuratos, nimirùm qui Lutherum ſectati, videantur Romani pontificis excommunicationem, qua Sacramentarios ſuis eijciũt Synagogis, imitari. Alij enim Lutherani his ſunt æquiores, qui nec Zuinglium damnare ſuſtinent, neque ab eius loquendi formulis abhorrent, re ipſa liquidò declarantes, quid monſtri domi alant, ſi modò per principes, quibus adulatores aduerſari non audent, liceret. Certè ſi vera narrat Heshuſius, hoc nomine rectè cenſeantur VVittenbergenſes & Lipſenſes doctores. qui & libris editis docent, licitum eſſe ſuſcipere doctrinam Romani pontificis, & omiſſa confeſſione eſſe parendum impio magiſtratui. Quid, quod Illyricus cũ ſuis manipularibus præfatione quintæ centuriæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ Magdeb. ait Lutheranorum quoſdam (notans VVittenbergenſes & Lipſenſes Theologos) ſuum peccatum ſicut Sodoma prædicare corruptelas & lapſus atroces (doctrinæ Lutheranæ) palliare, immò pro optimis operibus defenſare? Multos prætereà, inquit, ceſſiſſe Romano pontifici, eum eſſe œcumenicum, eique iuriſdictionem paradiſi, hoc eſt, Eccleſiæ reſtituendam eſſe? Ceſſio facta eſt, ait, in articulo de libero arbitrio, in gratiam Papiſtarum: Ceſsio facta eſt, quod principaliter fide iuſtificamur: Ceſſio facta eſt, quòd opera ſunt ad ſalutem ſeu iuſtitiam neceſſaria: Ceſsio facta eſt, quòd Cæremoniæ Romani pontificis ſunt recipiendæ, tantùm vt crux auertatur. Sic Illyricus de ſuis ſyneuangelicis, Lutheri titulo gloriantibus. Ex quibus alijsque cauſis, Lutheri Euangelio repentinum ominatur diuinatque interitum, tragicum exclamans: Perit, idque repentè veritas per Lutherum pateſacta.

Illyrici querela de Lutheranorũ apoſtaſia.

Tales quidem habet Germania ſuperior, qui ſyneuangelicorum cenſura vtrique parti placere ſtudent. Verùm ſunt & per Belgium non obſcuri nominis, qui ſeſe, velut loquuntur, neutrales gerunt, qui in catholica & Romana permanentes (quod verbis quidem aiunt) Eccleſia, de fœdis aliquot eam repurgare conantur erroribus. Si de hominum moribus ſatagerent corrigendis, nos ſanè vltroneos haberent ſuffragatores. Iam verò cùm erroris notent, quod eſt erroris vacuum: rursùs pro Euangelio arripiant, quod Euangelio eſt contrarium: homines miſeri fruſtrà ſenſu carnis ſuæ inflati, aliud conſequuntur nihil, quàm vt ab vtraque parte audiant malè, ac à neutra pro ſuis agnoſcantur: vtrinquè reiecti, vtrinquè damnati, ac ſeſe proſcripti. Vndè verè Semicatholici appellantur, quòd iſta profeſsio ad ſalutem non plùs ipſis profuerit, quàm Iudæis vnum eundemque D E V M colentibus, veri Dei cognitio atque cultus Iudaicus. Qui enim non eſt mecum, (ait veritas Chriſtus) contra me eſt, qui contra C H R I S T V M eſt, D E I filius, nedùm hæres D E I, aut cohæres Chriſti, eſſe nequit.

Neutrales qui dicantur.

Rectiùs ab eis fieret, vt vel toti eſſent calidi, vel toti frigidi: ſed quia ſunt tepidi, ab omnium ore euomuntur.

Matth. 12. Luc. 11. Rom. 8.

LV-

LVTHEROSIANDRIani. 17.

LVtheroſiandriani (eodem Lindano authore) ſiue Brentiani, à Ioanne Brentio dicti, ſunt ſectâ Semilutherani, nimirùm qui hac noſtra ætate Lutherum Oſiandro conciliare ſtudent. Is enim epiſtola ad Ducem VVirtembergenſem anno 1552. docet cum Luthero contra Oſiandrum, hominem hac in vita imputatiuè haberi iuſtum: & poſt hanc vitam cum Oſiandro contra Lutherum affirmat hominem oportere eadem iuſticia, qua DEVS eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri. Hunc ſectantur Theologi Tubingenſes, teſte Staphylo in Defenſione.

Ioannis Brentij Oſiandrum cum Luthero conciliare cupientis imperitia.

LVTHEROZVINglìani. 18.

LVtherozuingliani (vt author eſt idē Lindanus) ſunt etiàm ſectâ Semilutherani, ad ſecundam Euangelicorum noſtri temporis claſſem ſpectantes, videlicet qui Luthero cum Zuinglio, hoc eſt albo cum nigro, conuenire poſſe ſibi perſuadent. Huius ſententiæ accuſatur paſsìm Melanchthō, rectè cothurnus Germanicus ideò dictus: qui ſub finem vitæ, à ſuo Helia Luthero tantoperè veri Euangelij nomine tandiù prædicato, ad Zuinglium, pridèm licèt hæreſeos à ſe notatũ, adeoq; ſcriptis ſuis oppugnatum, deſciuit, diſertis verbis in iudicio ſuo de cœna Domini ad Comitem Palatinum. Anno 1558. Brentium quoq; huius à Lutheri Euangelio defectionis accuſat Amſdorffius, quod noluerit condemnare Zuinglium, ſed cum Luthero conciliare moliatur, præfatione in librum Iacobi Andreæ, horum ſectam.

Melanchthon quarè cothurnus Germanicus dictus.

A Luthero ad Zuinglium defecit.

Idem quoque facit Brentius.

Confeſſione puræ doctrinæ.

LVTHEROCALVIniani. 19.

LVtherocaluiniani, ſunt ex Mollium Confeſſioniſtarum huiuſce tempeſtatis factione: qui authore Staphylo ſimulant bellè Lutheraniscum Zuinglianis conuenire in re Sacramentaria, conanturq; hominibus perſuadere, eſſe tantùm logomachiam, non de re certamen. Vide de Cœna Domini librum Iacobi Smidelini Clypeati. Vide etiàm Nicolaũ Amſdorffium in ſua confeſſione, qui fraudem iſtam Smidelini grauiter repræhendit. Hæc Staphylus.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER VNDECIMVS.

DE LITERA M.

MACEDONIANI. 1.

MAcedoniani, à Macedonio epiſcopo Conſtantinopolitano dicti ſunt, qui Conſtantij Imperatoris & Liberij ſummi Romanorum pontificis temporibus ſuam hæreſim inſtituit, circa annum Domini 359. Ab hoc quoque Macedoniana hæreſis appellata eſt.

Hic enim, teſte Ruffino libr. 1. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 25. & diuo Auguſtino lib. de hæreſibus ca. 52. Spiritum ſanctum eſſe minorem patre & filio, & non eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, ſed eſſe meram creaturam ſtatuit. Quanquàm eandem etiàm hæreſim priùs docuerat Arrius qui ſicut filium diſſimilem patri, & eſſe creaturam dixit, ità quoquè de ſpiritu ſancto idem eum aſſeruiſſe perſpicuũ eſt.

Macedonij hæreſis.

Arriana hæreſis diſſecta eſt.

eſt. Sed quoniam Arrij ſectatores diſſecti fuêre, quibuſdam affirmantibus filium quodammodò ſimilem patri, licèt non eiuſdem ſubſtantiæ, (qualis extitit Eunomius, corpore quidem & animo I. proſus, ſed artis dialecticæ callentiſſimus) alijs autem aſſerentibus filium per omnia ſimilem patri, ſed ſpiritum ſanctum eſſe illis prorsùs diſſimilem, meramque fore creaturam, quorum dux fuit Macedonius: ideò hæc hæreſis Macedoniana vocitata eſt, quòd ſub Arrio magis de filio diſputatum, atque conflictatum ſit, quàm de ſpiritu ſancto.

Eunomius

Hi quoquè Pneumatomachi, id eſt, ſpiritus ſancti impugnatores, ſunt appellati, à πνεῦμα græcè, quod ſpiritum latinè ſignificat: & μάχομαι, quę vox idem quod pugno, deſignat. Nam vbi in ſacris literis (vt annotat Didymus libro de ſpiritu ſancto) τὸ articulus præponi inuenitur, ſpiritum ſanctum ſemper ſignificat: adeò quidem, vt πνευματόμαχος idem ſignificet, quod Spiritusſancti oppugnator.

Pneumatomachi, Macedoniani appellati.

Hæc autem hæreſis, in Conſtantinopolitana ſynodo ſecunda vniuerſali, centū octoginta patribus celebrata, damnata fuit, anno 383 ſub Gratiano Cæſare, probitate & eruditione non ſolùm claro principe, ſed & ſyncero Chriſtianæ religionis cultore, & Damaſo Romanorum pontifice.

Macedoniana hæreſis quando damnata.

Quomodò verò ad epiſcopalem Byzantij dignitatem Macedonius peruenerit, diſertis verbis deſcribit Nicephorus Calliſtus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 9. ca. 4. & 7. in hunc modum: Conſtantinopoli verò, inquit, tumultus alius eccleſiam inuaſit. Alexandro enim epiſcopo, qui precationibus Arrium expugnauerat, epiſcopatûs quidem ſui 23. ætatis aūt nonageſimo octauo anno, vita defuncto, de epiſcopi electione ingens motus eſt exortus. Superſtite nanque Alexandro, non multa Arriani vſi ſunt libertate, ſuperioresq́; eis fuêre homouſiani, hoc eſt, qui conſubſtantiale profiteri docuêre: quòd & Arrium fœdiſſima morte, per diuinam prorsùs vindictam, abſumptum vidiſſent. Vt verò Alexander mortuus eſt, plebs in duas partes ſciſſa, ad apertas progreſſa eſt inimicitias, & contentio dubia multitudinem occupauit. Nicenæ enim fidei ſectatores Paulum epiſcopum deſignabant, Arriani autem Macedonio ſacram adminiſtrationem committere cōtendebant. Nam in extrema ſenectute Alexander iam moriturus, cùm eius familiares eum rogarent, cuinam ſuam ſedem committere vellet, è duobus his, Paulo nimirùm & Macedonio, alterum eligēdum eis ſuaſit. Ac ſi quidem epiſcopus creandus eſt rebus diuinis probatus, & ad docendum idoneus, Paulum habetis, inquit, presbyterum, qui ætate quidem iuuenis eſt, animum verò ſenilem obtinet: Sin deligendus qui rebus agendis aptus ſit, & ad cōſuetudinem magnorum virorum, qui cum poteſtate rempublicam gerunt, accommodatus: ea re, & prætereà religionis ſpecioſo obtentu, multis modis præſtantior fuerit Macedonius. Et ambos Macedonij laudatores teſtimonium ab Alexandro tuliſſe dixerūt: Paulum quidem, vt doctrina & eloquentia clarum: Macedonium autem, velutì vita meliorem. Viſus eſt itaque Paulus eruditione ſingulari fuiſſe, & ad docendum in eccleſia valdè commodus: tractandis autem prophanis negocijs, & in hominum conuictu, poſteriores partes tulit: ſicutì pericula, quæ ei accidêre, oſtenderunt, quorum ille nullum, ſicutì harum rerum periti faciunt, diſcuſſit. Et quamuìs multitudini vehementer charus eſſet, malè tamen ab eis eſt acceptus, qui Nicena decreta oppugnārunt. Ac prima ſtatim accuſatione, quaſi non ſecundùm leges viueret, ſede deiectus & exilio damnatus eſt. Nam cùm in ea eccleſia, quæ Pacis nomen obtinet, cum prærogatiua defuncti epiſcopi ſententiæ, is epiſcopus eſſe renunciatus, eius electionem Imperator qui peregrè tum aduenerat, grauiter tulit. Quapropter concilio veterum Pauli inimicorum coacto, illum quidem vt ſacro munere indignum deiecit, thronumq́ue Euſebio Nicomedienſi conceſſit: quum quidem id canon eccleſiaſticus interdiceret, epiſcopos ex vna vrbe in aliam tranſire vetans.

Alexandri epiſcopi Cōſtātinopolitani mors.

Alexander moritur, duos per optionem ſibi deſignat ſucceſſores Paulum vel Macedonium.

Paulus Cōſtantinopolitanus epiſcopus electus, cuius electionē ægrè fert Imperator.

Cùm autē Euſebius poſt aliquot dies diem ſuum obijſſet, non diù à Synodo Antiochena ſuperſtes, cœtus piorum ſtudio

Ex cap. 7. Euſebij mors.

Noua Byzantij de electione episcopi seditio.

& ardore quo erga Nicena decreta ferebantur, Paulum in ſuam eccleſiam reduxère: Tum quoque Arrianorum factio, & Theognidis atq; Thedori Perinthij (Heracleotem eum nominant) ſectatores, in ea quæ Pauli dicitur eccleſia, cõuentu acto, Macedonium Conſtantinopolitanum elegerunt epiſcopum. In quibus quum alij multi, tum Vrſicius & Valens, alter quidem Singidonis ſuperioris Myſiæ, alter autem Murſorum ſuperioris Pannoniæ epiſcopi fuére. Qui poſteà tamen reſipuere, & libello pœnitentiæ Iulio Romæ epiſcopo oblato, conſubſtantiali aſſenſere, & ad communionem admiſſi ſunt.

Magni eccleſiæ motus per Arrianos pro Macedonio contra Paulum excitata.

Tum autem acres Arrianæ opinionis æmulatores, non paruos eccleſiæ motus excitârunt: quorum vnus etiàm Macedonius fuit. Ciuili nanq; ex ea cauſa bello exorto, plebs quotidiè ferè ſeditionem cõcitabat & multitudine vtrinq; concurrente, plurimi atterebantur atque peribant. Qua re Imperator cognita, quum adhuc Antiochiæ moraretur, ira percitus Hermogeni duci, qui tum in Thraciam miſſus fuerat, mandauit, vt ex itinere cũ equeſtri manu in vrbem imperatoriam diuerteret, & Paulum eccleſia eijceret. Qui vbi affuit, & imperata facturus militarem manum adhibuit, plebs ei reſtitit. Eam verò, ad vim vindicandam paratam videns Hermogenes, ampliùs etiàm militari robore inſtitit. Ibi multitudo ad ſeditionem & tumultum paulatim concitata, præter rationem ad impetum proſiluit: & deindè vnà ſimul omnes ruentes, Hermogenis domũ incendere ipſumque occidere: fune quoq; ad pedes eius alligato, per vrbis vias traxère. Hæc vbi ad Conſtantium ſunt relata, equo vectus Conſtantinopolim venit. Et quum grauiter in multitudinem animaduertere ſtatuiſſet, noxam eis, quòd lachrymantes ei obuiàm ierant, remiſit: ira omni in Paulum conuerſa, quem non ſolũ throno, ſed vrbe etiàm eiecit. Macedonio quoq; ſuccenſens, vt ſeditionũ, tumultuũ, atq; adeò cædis Hermogenis authori, qui iniuſſu ſuo epiſcopatũ recepiſſet, atq; electione eius neq; comprobata, neq; abrogata, in ea qua conuentus agebat, eccleſia, eũ ſic manere paſſus, Antiochiam reuertitur.

Cõſtantius ad eijciendum eccleſia Paulũ, Hermogenem ducẽ Conſtantinopolim mittit.

Hermogenes à plebe furente interficitur.

Cõſtantius Paulũ proſcribit.

Ex cap. 8. Catholici epiſcopi ex Oriẽte Romam profugiunt.

Paulus autem & Marcellus Ancyranus, & Lucius Adrianopolitanus, Aſclepas quoq; Gazæorum epiſcopus quòd fortiter Arrianis reſtitiſſent, & ob id epiſcopatus ſuos deponere coacti fuiſſent, Romã confugiunt, vbi Athanaſius ſua itidèm dignitate ſpoliatus, tunc temporis agebat. Conſtante Conſtantini minimo natù filio toti Occidenti imperante. Horum cauſam vbi Iulius antiſtes Romanus cognouit, & eos conſentientes ſibi de Nicenis decretis inuenit, communione eos eſt dignatus. Pro amplitudine autem ſedis ſuæ ex veteri priuilegio & prærogatiua, perſuaſum habens, omnium vbique epiſcoporum curam & iudicium ad ſe pertinere, datis cuique liberrimè ſcriptis literis, ſuas eis eccleſias reddidit, eosque in Orientem remiſit: eos qui temerè illos exauthoraſſent, perſtringens, vt qui non recta ſequerentur conſilia, motusque & turbas eccleſijs crearent, neque ſemel Nicææ factis fidei decretis ſtarent. Ad hæc præcepit, vt quidam ex eis ad diem conſtitutum Romæ praſtò eſſent, qui rectè ſententiam in condemnatos latam eſſe probarent. Si minùs, minas addidit: niſi à rebus nouandis deſiſterent, ſe ab eis ſacras exacturum pœnas. Paulus ergò & qui cum eo erant, miſſis ad Orientales Epiſcopos literis, eccleſias ſuas receperunt. Illi contumeliam eſſe rati Iulij obiurgationem, Antiochiæ congregati, de ſententia omnium epiſtolam ad eum miſere, luculenter quidem illam ſcriptam, ironijs autem aculeatisque verbis referram, forenſemque & iudicialem in modum compoſitam, & quæ ſtyli vi & grauitate, minarum expers non eſſet.

Eccleſiæ Romanæ vetus priuilegium. Socrat. lib. 2. cap. 15. Sozom. lib. 3. cap. 8.

Orientaliũ epiſcoporũ ad Iulium Rom. antiſtitẽ acres literæ.

Ex cap. 9.

Conſtantio item Imperatore Antiochiæ agenti ſcribentes, illos vt ſeditioſos homines à ſe expulſos eſſe, ſunt calumniati. Ille vbi Paulum recuperâſſe locum ſuum audiuit, admodùm ferocijt: & ad Philippum vrbis præfectum, ſecundam ab imperiali poteſtate dignitatem tum obtinentem, ſcripſit, vt Paulo vi b[illegible]ecto, Macedonio eccleſiam traderet. Philippus ex Hermogenis caſu cautior factus, quòd multitudinis furorem metueret, arte quadam rem eſt aggreſſus. Priuſquàm enim ea vulgaretur, perindè quaſi de publicis qui-

quibuſdam rebus conſilium habiturus, Paulum ad ſe in Zeuxippum (quod publicum & celebre, ampliſſimumq; eſt lauacrum, poſteà Numerorum cognominatum) vocauit, eiq; decreti cum honore aduenienti, Imperatoris literas exhibuit. Ac hominem per palatium imperiale, lauacro quod diximus vicinum, ad mare deductum, nauigioq; impoſitum, Theſſalonicam miſit: quam etiàm patriam eum habere, & à maioribus ſuis indè oriundus eſſe dicebatur. Eidemq; Oriente toto interdicẽs, in Illyrico & vlterioribus terris, viuendi liberam permiſit poteſtatem.

Conſtantij iuſſu Paulꝰ epiſcopus Conſtantinopolitanꝰ in exilium mittitur.

Præfectus ex eo loco, vnà cum impio Macedonio, incitato curſu in eccleſiam ire contendit: & multitudo ex omni hominum ordine miſta, ea re audita, pro ſe quiſq; locum antecapere feſtinans, ad eã eccleſiam cucurrit. Innumeri prorsùs, qui eò confluebant, erant. Et militaris manus armata, ad terrorem plebis conſequebatur. Atque ea vbi proximè ad eccleſiam venit, nec ei acceſſus propter vndiquè concurrentem turbam pateret, milites vi homines reijcere per audaciam cœperunt. Quum verò illi propter multitudinem oppidò in anguſtum redactam, cedere & conſidere non poſſent, reſiſtere eos, milites, neque ſponte tranſitum dare velle opinati, ſtrictis vſi gladijs, veluti reluctantes cecidere, multosque (vt fieri ſolet) neci dedere. Non pauci etiàm inter ſe conculcati atq; attriti interijſſe dicuntur: ità vt occiſorum turba trium millium centum & quinquaginta numerum ſuperauerit.

Macedoniꝰ in poſſeſſionem epiſcopatús Conſtantinopolitani deducitur.

Cædes hominũ multa in ingreſſu Macedonij in eccleſiã Cõſtantinopolitanam.

Porrò Macedonius, perindè atquè noui nihil factum eſſet, tanquàm innocens & purus, in * Epibateriorum introitusq; arcanioribus ſacris, quaſi ex aliqua præſtigiarum ſcena aliquis, aut Deus (quod dicitur) ex machina, de improuiſo Hierarcha apparens, à præfecto magìs, quàm ex eccleſiæ conſuetudine, ab epiſcoporum ordine in thronum eſt deductus. Ad hunc modum, & per has cædes, Macedonius & Arriani eccleſiam occupauere. Ità etiàm Paulus ſolum iniqui exilij gratia vertere eſt coactus. Hactenùs de Macedonij ad Epiſcopalem dignitatem intruſione. Quæ verò mala cùm ille, tum Arriani conſubſtantiale colentibus intulerint ſub ſynodum Seleuciæ congregatam, operæprecium fuerit audire ex eiuſdem Nicephori libro nono, capite quadrageſimoſecundo, qui ſic habet:

Epibateriũ nunc Inueſtiturã vocant.

Macedoniꝰ vir ſanguinarius, ſubitò epiſcopus appàret.

In Oriente, priuſquàm ſynodus Seleuciæ coiret, non minores erant turbæ, quàm in Occidente. Et controuerſia in eo tantùm erat, quòd partim quidẽ conſubſtantialem, partim autem æquiſubſtantialem filium dicerent. Arrianæ porrò hæreſis propugnatores ingenti confidentia ex imperiali inclinatione concepta, effrenato atq; impotenti erãt animo, ſemperq; nouis ſtudebant rebus. Proindè Macedonius Conſtantinopolim vicinaſq; ei præfecturas & vrbes miſcens turbabat, epiſcopos eis quos rebus ſuis idoneos eſſe ſciebat, deſignans. Nam Eleuſio Cyzicenam attribuit Eccleſiam, qui antehàc loco ſplendido in imperiali aula ſtipendia fecerat. Marathonium autem Nicomediæ ſacrorum antiſtitem creauit, qui eccleſiæ ipſius diaconus quum fuiſſet, egregium ſe præſtitiſſe virum dicitur, indigentium hominum domicilijs, virorumque & mulierum ſcholis extruendis atq; curandis. Et quum amborum iſtorum vita probaretur, affligendis tamen eis qui conſubſtantialem patri filium profiterentur, nimiùm erant induſtrij: veruntamen ea in re Macedonio diſſimiles. Is etenim non modò crudeliter eos perſequebatur qui communionem eius vitarent, ſed in vincula quoq; conijciebat inuitos, & iudicibus tradebat. A communione eius abhorrentes, ad eam vi intentata cogebat, multosq; religione præclaros pulſabat, & fuſte ora eorum diducens, vel inuitis ſacra myſteria ingerebat. Qui quidem ingens viſus eſt eſſe cruciatus, tormenta alia longè ſuperans. Ad eundem modum & mulieres atque pueros, qui de rebus ſacris nondùm inſtituti eſſent aut baptizati, arripiens, ad percipiendas ſanctas epulas adigebat. Quòd ſi quis renueret, aut reſpõſaret, eum plagæ, flagra, vincula, carcer, & quę eis conuenientia ſunt, conſequebantur.

Turbæ Orientaliũ & Occidentalium eccleſiarum.

Eleuſius Cyzicenus & Marathonius Nicomedienſis epiſcopi.

Macedoniꝰ orthodoxorum acer perſequutor.

Horrenda ſęuitię eius exẽpla in orthodoxos edita.

Cæterùm vnius atque alterius exempli eius mentione facta, ſatis omninò erit, quanta Macedonij ſeritas, eorumque qui cum eo viguêre, crudelitas fuerit & inhumanitas, oſtendere. Quarundam enim fœminarum, quæ eius auerſabantur communionem, mammas arcis & ciſtis compreſſas auulſit. Erant quibus eaſdem corporis partes nunc ouis ad ſummum igne toſtis, nunc ferro candenti adureret. Inſolitum ſanè id, exoticumque ſupplicium, ab iis qui Chriſtum profeſſi ſunt, inuentum, quod ea quæ olim Græcorum Tyranni magno ſtudio & ambitione excogitârunt, longè poſt ſe relinquit. Quin multas quoque eccleſias ſolo æquauit, Imperatoris literas præferens, quæ domus precatorias conſubſtantiale profitentium ſtatim euertere iubebant. Ex qua cauſa etiàm Nouatianorum eccleſiam, quæ in vico Ciconiæ erat, eſt demolitus, quòd eos quoque conſubſtantiali aſſentiri ſciret.

Macedonij ſeritas quanta.

Nouatiani cum orthodoxis conſubſtãtiale pariter profitentur. Eorum tẽporanea coniũctio.

Hæc cùm à Macedonio ità gererentur, Nouatiani ferè & Catholicæ eccleſiæ conſubſtantiale profitentes, coniuncti atque vniti ſunt, eandem obtinentes ſententiam, atque eiſdem exagitati malis. Pacem nanque inter ſe agebant, conuenicbant, orationesque & alia communicabant; nullo ab Arrianis, qui eccleſias omnes occupauerant, catholicis relicto templo. Ità conſuetudinis aſſiduitate, & rerum aduerſarum æquabilitate, fruſtrà illi eſſe, ſi inter ſe diſſiderent, æſtimantes, ad communionem mutuam erant propenſi. Et perfecta res fuiſſet, niſi multitudinis alacritatem parua quædam inuidia intercedens impediuiſſet, multis morem rurſùm vetuſtum retinendum, atq; communionem imperfectam auerſandam eſſe dicentibus. Eiſdem porrò modis Cyzici Eleuſius Nouatianos affligebat: tem plũ enim eorum ibi prorsùs ſuſtulit. Idẽ qui Mantinij habitabant, & alij quoque in Paphlagonia Nouatiani, patiebantur. Quos eijcere Macedoniani quum non poſſent, Imperatoris opem implorârunt, qui eis quatuor millia armatorum attribui iuſſit: fore ratus, vt illi inſolito armorum metu cederent atque vincerentur. Verùm res aliter cecidit. Populus enim falcibus & clauis & ſecuribus, alijsque armis, vt ſors ferebat, correptis, cum militari manu pro ſe quiſque congreſſi ſunt. Et prælio vtrinque commiſſo, multi quidem etiàm ex Paphlagonibus, milites aũt ferè omnes conciderunt. Quamobrem à multis, popularibus etiã ſuis, Macedonius eſt reprehenſus. Aliena uit quoq; ab eo beneuolentiæ ſuæ ardorem Imperator, neq; adeò benè poſthàc erga eum animatus fuit, vtpotè qui tot fuiſſet cædium author.

Nouatianorum perſequutio in Paphlagonia.

In ea perſequutione Nouatiani Paphlagones vim vi repellẽtes, Macedonianam manum malè accipiunt.

Et quum aliud etiàm quiddã accidiſſet, Imperatoris erga eum odiũ magis eſt auctum. Templum in quo vrna & corpus Conſtantini ſitum erat, ruinam minabatur. Atq; vbi cuſtodibus eius & ſacerdotibus ea de cauſa non minimus inceſſiſſet metus, Macedonius Imperatoris oſſa in alium transferre locum volebat. Ea re cognita, multitudo tumultuari cœpit, nefas eſſe vociferans, magnum Imperatorem ità transferre, quòd ea res nihil à ſepulcri violatione differret. Cum quibus verbis etiàm concordabant dogmatis Niceni profeſſores, contumeliam Imperatoris tranſlationem eam eſſe putantes. Ad id acceſſit, quòd de induſtria Macedonio aduerſarentur: Ille autem verbis eiuſmodi contemptis corpus in templum transfert, vbi etiam cadauer Acacij martyris eſt ſepultum. Quod cùm fieret, ingens eſt populi inter ſe diſsidentis facta concurſatio. Atq; his factum laudantibus, illis autem repræhendentibus, primùm quidem iniuriam arcentes ſe tuebantur: deindè verò alteri in alteros conuerſi, eò vecordiæ proceſſerunt, vt & eam ipſam ædem ſacram, & proximum in circuitu locum; ſanguine & cædibus compleuerint. Imperator autem in Occidente tunc temporis degens, vbi quid de paterno ſepulcro actum eſſet, intellexit, graui id tulit animo: & Macedonio, iniuria ab eo affectum eſſe patrem, qui illum præter voluntatem ſuam transferre auſus fuerit: ipſum quoquè cædis tantæ multitudinis cauſam eſſe, denunciauit. Et poſteà ex Occidente ad partes Orientales tranſijt.

Macedoni multorum bonorum virorũ, atque etiãm Imperatoris Conſtãtij odium erga ſe conſirat, ob corporis Conſtantini magni tranſlationem in aliũ locũ.

Populi tumultus in tranſlatione ea exortus.

Cæ-

ex cap. 45. & 46. Quomodò Macedonius epiſco patu Con. ſtantinopolitano priuatus fuit.

Cæterùm vt Macedonius throno ſuo ſit deturbatus, multorumque malorum exiguam eam luerit pœnam, nũc poſtremo dicendum. Acacius (inquit idem Nicephorus) & Eudoxius cum factionis ſuæ popularibus, qui legati ex Arimino concilio Conſtantinopolim ad Conſtantium Imperatorem ex Occidentis partibus haud dudùm reuerſum miſſi fuerãt, & qui cum ſuis cum eodem Imperatore quæ vellent conficiebant, beneuolentia Principis ſibi per aulæ purpuratos conciliata, quum Conſtantinopoli diutiùs morantes, Bithynos acciuiſſent epiſcopos, & quinquaginta illuc conueniſſent antiſtites, Arimini primùm lectam fidei profeſſionem authoritate ſua ſtabiliêrunt, vtpotè quam eorum ſuaſionibus & dolis deceptus Imperator apprimè laudauerat: illo inſupèr addito, ſe deincèps in Deo nequaquàm ſubſtantiam aut ſubſiſtẽtiam nominaturos: & prȩter eam ipſam, aliam fidei formulam vel anteà editam, vel poſteà edendam, non recepturos. Exiſtimabant nanq., ſi ea formula reciperetur, ſubſtantiæ nomine prorsùs tacito, Conſubſtantiale quoquè in alto futurum ſilentio: quod ſanè epiſcopi occidentales ob Nicenȩ ſynodi reuerentiam magni faciebant, qui & ipſi Seleuciæ congregati, decẽ quoquè legatos ea de re ad Imperatorem miſerant.

Acacius & Eudoxius Conſtantinopoli aduerſarios epiſcopos, non ꝓpter fidem, ſed varias alias ob cauſas, exauthorant.

Verùm enimuerò Acacius & Eudoxius cum eiſdem factionis ſuæ ſequacibus, ſtudio quoquè habuêre, quum Byzantij eſſent, aduerſæ partis epiſcopis dignitatẽ adimere, non religionis quidem, ſed aliarum rerum cauſa. Communiter quidem, quòd eccleſias perturbâſſent, & ſanctiones earum commiſiſſent: ſeorsìm autem vnicuique alij alia crimina intendebant. Atque illi de fidei profeſſione inter ſe diſſentientes, in ſententijs exauthorationis, fidei crimen non inſerebant Imperatoris itaque ira quaſi quodam ſubſidio vſi, qua ille quum aduersùs alios pleroſque, tum maximè in Macedonium commotus fuerat, propter eas quas diximus ſeditiones & cædes, necnon ob vrnæ cinerum Conſtantini patris tranſlationem: & quòd inſupèr Diaconum in fornicatione deprælicſum, ad communionem admiſiſſet, ei quoque dignitatem abrogant. In cuius locum Eudoxius ſubrogatus eſt.

Macedonij exauthoratio.

Macedonius ergò Conſtantinopolitano epiſcopatu priuatus, ex regione vrbis Orientem versùs, in loco cui nomẽ Clauſtra, diutius degens, ibi aduersùs ſpiritum ſanctum blaſphemiam ore minimè clauſo euomuit, & malè vitam tranſegit. Porrò Acacius & ſectatores eius, Eudoxium in poſſeſſionem vacuæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ deduxerunt, longè ab eis quæ paulò antè iudicauerant, diuerſa ſtatuentes. Qui enim non ità pridèm cuidã Dracontio epiſcopatum, quòd ex Galatia Pergamum tranſijſſet, ademerant, non animaduerterunt, ſe dum Eudoxium non in vnam, ſed iam in alteram eccleſiam transferrent, contraria ſibi ipſis decernere & facere. Hactenùs Nicephorus.

Macedonius in Clauſtris priuatus habitãs in ſpiritum ſanctũ blaſphemiam euomit.

Iniquum iudicium.

Sunt autem qui hac noſtra infelici tẽpeſtate, Macedonianam iſtam reintegrãt hæreſim, de quibus in hæc verba ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Macedonianiſmum (inquit) ſecundo concilio Conſtantinopolitano à patribus 150 damnatum, renouauit hoc ſeculo Farellus Gallus Caluini magiſter. Hic enim ſpiritum ſanctum negans eſſe natura Deum, docuit eſſe motum in rebus creatũ, vti liquet in Summa ſcripturæ Gallica, teſte P. Carolo, epiſtola ad Cardinalem Lotharingum. Vbi & Caluinum aſfirmat multa contra ſymbolum deblaterâſſe. Verbis tamen poſteà audebant Farelliſtæ damnare Macedonium, hoc eſt, ſuum haud ità pridèm magiſtrum. Hæc Lindanus.

Macedonianiſmus ab hæreticis noſtris renouatus.

De his rursùs ità tradit Hoſius Libro primo de hæreſibus noſtri temporis: Cæterùm exorti ſunt etiàm è ſchola Lutheri Iohannes Campanus, & ex Hiſpanijs Michael Seruetus, qui libros aliquot de Trinitatis erroribus, plenos erroribus & blaſphemijs, ediderunt. In ijs nunc tandẽ veteres Arrij & Macedonij errores in lucem reuocare, fidemque quam in Niceno & Conſtantinopolitano primo concilijs patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solùm enim Deum patrem, & neminem alium, adorari & inuocari debere contendunt, quòd ille ſolus videt corda noſtra, quod nulla creatura

Ioannes Cãpanus & Michael Seruetus, Arrij et Macedonij errores reuocant in lucem.

facere poteſt: & eſt præceptum veteris legis, vt ſi quemquam alium adurauerit quis præter Deum ſolum, occidatur. Ad quem Deum, alium interceſſorem, procuratorem, & mediatorem habemus nullũ, præter vnum Dominum Ieſum Chriſtũ. Quid autem aliud his verbis, quàm adoratio, inuocatioque Dei filij, & Dei ſpiritus ſancti prohiberi videtur? Hæc Hoſius. De Macedonio vide plura in Marathonio, Eudoxio, Eleuſio, & Acacio, eius cõmilitonibus.

MACARIVS ANTIOCHENUS EPISCOPUS.

ochenus epiſcopus.

2.

Exortus eſt anno Domini 640.

Macarius Antiochenus epiſcopus primus author fuit eius hæreſis, quæ in Chriſto vnam tantùm fuiſſe voluntatem & operationem, videlicet diuinam, contendit, Iuſtiniano Imperat. & Pelagio 1. papa circa annum Domini 559. Hic in ſancto & generali ſexto cõcilio Conſtantinopoli habito, à centum ſeptuaginta patribus damnatus eſt, ſub imperio Cõſtantini huius nominis quarti cognomento Pogonati, hoc eſt, barbati, & pontificatu Agathonis papæ, & Georgij Conſtantinopolitani epiſcopi, circa annum Domini 710. De qua re prima parte, diſtinctione 16. fuſiſſimè habetur.

Macarij damnatio.

Huius hæreſis fautores, Monothelitæ dicti ſunt, ab vna tantùm voluntate, quã Chriſto tribuebant, à μόνος græca dictione, idem quod vnus ſignificãte: & θέλησις, id eſt, voluntas. Hinc Monothelitæ, quaſi vnam aſſerentes voluntatem.

Monothelitæ qui.

MAHOMETES.

3.

Mahometes ille malediciſſimus Arabs, adeò præ omnibus Antichriſtis, Antichriſtus verus eſt, vt propemodùm vnus ille omnium olim venturus Ipſe credi queat. Nec quiſquam eſt aut fuit aliquandò, qui propiùs accedat ad Pauli prophetiam, atq; ille homo hominum nequiſſimus: Adeò vt niſi alius venerit, omnis prophetia in hoc Mahomete impleta exiſtimari debeat. Illud enim quod in principio adoleſcentis eccleſiæ ſeductor diabolus per Arrium perficere non potuit, hoc per hunc Mahometem adimpleuit, omne venenum quod ille in Arrianis ſparſerat, in Mahometem euomens. Hic mercator viliſſimus, princeps latronum, prænuncius ſatanæ, præcurſor Antichriſti, complementum totius falſitatis, mendacij, & hæreſum, exortus eſt Heraclij Imperatoris, & Honorij huius nominis primi ſummi Romanorum pontificis, Dagoberti quoquè Francorum regis, & Siſebodi Hiſpaniarum regis temporibus, circa annum Domini 610. Mahomet autem idem ſignificat lingua Arabica, quod furor ſeu indignatio: de quo ſic habet Carionis Chronicon lib. 3.

Nullus hæreticus vnquam fuit, qui propius accederet ad diui Pauli prophetiam de Antichriſto. 2. Theſ. 2.

Mahometes.

Anno mũdi 4590. Romæ 1382. Chriſti 630

Mahometes, inquit, in Arabia apud Agarenos & Saracenos prophetam ſe venditauit & regem pariter, idque ex hac occaſione. Agareni in ingreſſu Arabiæ habitantes, ſemper prædationi & militiæ exercendæ dediti fuerunt Iam verò concitati Perſarum bellis, ſtipendia meruerunt ſub Heraclio. Et cùm renunciatum eſſet per præfectos Cæſareos, non expectandam ampliùs eſſe ſpem ſtipendiorum, ſeditionem mouerunt aduersùs duces Romanos. Portò occaſione huius tumultùs publici, potentia Mahometis creſcere cœpit. Quandò enim rectore carere non potuit vulgus, facilè adhæſerunt Mahometi, qui reliquos omnes & propter opũ magnitudinem, & propter alias ſingulares virtutes facilè antecellebat.

Mahometis vita.

Agareni.

Occaſio Mahometici regni.

Cæterùm vt faciliùs in vnum aliquem & certum ordinem redigeret mores populi, ſtatuit non modò in ciuilibus rebus certas leges condere, ſed ad vnam aliquã & nouam formam religionis animos vulgi alligare, quò rectiùs omnes in officio continerentur, neque exoriri poſſet diſſenſionis alicuius occaſio. Videbat enim varias & diſſentientes paſsìm eſſe opiniones de religionis doctrina. Nam diſſipata erat concordia eccleſiarum per varias hæreſes, & maximè impio dogmate Arrij. Atque vbi errore implicatæ conſcientiæ ſunt, et animi in dubio verſantur, ſuſpectã facile habent doctrinam Chriſti, & paulo momen.

Mahometis aſtutia & calliditas.

Eccleſiarũ diſſenſio, errorum et calamitatũ omnium cauſa.

momento huc atque illuc impelluntur.

Mahometicæ religiõis forma.

Itaque nutantibus in hunc mentibus hominum, opportunitatem nactus Mahometes, huiuſmodi religionis formam præſcripſit, in qua ſumma illa fidei capita de Chriſto prætermittebantur, idq; propterea, nè fidei doctrina porrò in ambiguas diſputationes vocaretur: ſed poſita tantùm in rationis captu præciperet de ciuilitate morum, & ratione honeſtè viuendi. Id verò plauſibile tandèm eſt naturæ humanæ: ac proindè legem pœna capitali ſanxit, nè quis de ſua ſecta diſputare auſit. Amplexi itaque ſunt hanc doctrinam Gentes, Iudæi, Arriani, & Chriſtianæ religionis apoſtatæ. Nam erat hæc fides probabilis omnibus: ideò homines diſpari genere, diſſimili lingua alius alio more viuentes, incredibile eſt memoratu quàm facilè coaluerint, & creuerint potẽ ria ad fortiter reſiſtendum Romanis. Primùm enim cœperunt Arabiam & Syriæ partem ſubigere. Nam Damaſci, regia Mahometis erat. Poſteà & in Aegypto potentes facti ſunt. Breuiter hæc de initio formidabilis regni Mahometici dixiſſe ſatìs ſit, in quo primũ Arabes & Aegyptij regnârunt, qui ſe Sulthanos, hoc eſt, principes appellarunt. Poſteà imperium ad Turcas, qui Tartari fuerunt, tranſlatum eſt.

Sulthanus princeps dicitur.

Mahometis regnum potiſſima pars Antichriſti.

Dan. 7.

Porrò hoc regnum, potiſſima pars eſt Antichriſti. Et extant de eo certiſſima vaticinia in prophetis, quibus ſeriò monemur à Deo de vitanda hac peſte. In Daniele ſic depingitur: In beſtia illa terribili, q̃ Romani imperij typus eſt, enaſci cornu, præ cuius potentia, tria cornua euelluntur, & oculos habere, & loqui horrendas blaſphemias contra Deum. Cornu hoc Mahometes eſt: oculi, & horrendæ blaſphemiæ contra Deum, Alcoranus & doctrina Mahometica ſunt, quæ latiùs propagata eſt, quàm imperij fines ſpectabãt. Nam vniuerſa ferè Orientalis plaga, diabolico hoc dogmate eſt infecta. Tria cornua, tria illa regna, Arabiæ, Syriæ, & Aegypti, quæ occupauit Mahometes, notant. Ea omnia prædixit Deus, vt admoniti nõ offenderemur hoc ſcandalo: Item nè ignoraremus, vltimum hoc regnum eſſe, & extremi iudicij diem expectandum eſſe. Poſteritas autem Mahometis non contenta ſuorum regnorum finibus, cum Cæſaribus Conſtantinopolitanis propter Aſiæ quoquè imperium dimicauit.

Vniuerſus penè Oriẽs diabolica doctrina Mahometis infect⁹.

Saracenũ regnum dictũ eſt primò regnũ Mahometis, & quarè.

Gen. 22. Rom. 9. Gala. 3.

Saracenum regnum dictum eſt primò hoc regnum Mahometis. Nam etſi Agarenus erat natione, tamen non ſine magna cauſa mutauit hoc nomen: quòd nimirũ promiſſio in ſcripturis ad Abrahæ filios ex Sara prognatos pertinebat, & non ad Agar. Erant autem Agareni ex Agar. Cæterùm cùm prætexeret Mahometes, ſuum populum DEO gratum eſſe, atque adeò ad quem pertineret benedictionis promiſſio, vt dominarentur in toto orbe (carnaliter enim interpretabatur omnes ꝓmiſſiones ſcripturarum): immutato vocabulo de induſtria populum ſuum Saracenos appellauit tanquam Saræ filios, non Agarenos.

Saracenorum potentia.

Sunt autem hi Saraceni potentes non in Aſia ſolùm, ſed in Aphrica quoquè facti. Inde & in Hiſpaniã profecti, eius quoquè magnam partem diù tenuerunt. Italiam etiam ſæpè per incurſionem ingreſſi ſunt. Hæc Carion.

Exemplũ humanæ prudentiæ in rebus diuinis.

In hunc modum ludunt humanæ cogitationes in diuinis rebus, & pro ſua voluntate ac iudicio religionem inſtituere volũt: quemadmodùm etiàm ex magna quadam prudentia ceperat priùs idem conſilium Antiochus, cùm conatus eſt ſub Machabæis verbum Dei & vniuerſam legem extirpare, & in eius locum Gẽtium mores inducere. Videbat enim ob religionem reſiſtere ſæpè Iudæos Gentium regibus, volebatque ea de cauſa religionis diuerſam ſublatam eſſe. Idem quoquè conati ſunt Iulianus Apoſtata, Luther, Caluinus, & penè quotquot fuerunt Antichriſti figuræ & præcurſores. Proindè ſub imagine & exemplo huius Mahometis ſimul depinxit Daniel Antichriſtum, & ſignificauit regnum huiuſmodi fore, in quo affligerentur Chriſtiani, & ferè deleretur verbum Dei, ac viciſsim religio inſtitueretur in ſpeciem, quæ Dei verbo aduerſaretur, per quam occaſio contingeret ad potentiam & ampliſſimas opes conſequendas. Et videtur quidem ea religio non prorsùs abſurda eſſe, quod blandiatur inprimìs rationi humanæ. Nam vt priùs dictum eſt,

Mahomotes Anchriſtum adũbrat.

Mahometica religio eur plauſibilis & grata hominib⁹.

præ-

prætermiſſis omnibus ferè ſublimioribus ſententijs & articulis fidei, eam ſolùm doctrinam retinuit, quæ de bonis moribus præcipit. Mirũ ſanè quàm hoc ipſum adblandiatur rationi humanæ: quare etiàm nihil irrepere facilius ſolet in animos hominum, quàm doctrina de fide.

Mahometis hæreſes.

1. Hic cum Sabellio negat Trinitatem.

2. Cum Arrio & Eunomio Chriſtũ creaturam eſſe contendit, eumq; Deum dicere ridiculum putat.

3. Cum Carpocrate aſſeuerat Chriſtũ non Deum quidem eſſe, ſed ſanctum prophetam.

4. Cum Cerdone aſſerit fore impoſſibile, vt Deus filium habeat, quod nimirũ vxore careat, citra quam gignere filium non poſſit.

5. Cum Manichæis Chriſtum negat crucifixum fuiſſe, ſed alium ſibi ſimilem.

6. Cum Donatiſtis negat cuncta Eccleſiæ myſteria, quæ ab Chriſti paſſione ſuã vim & efficaciam obtinent.

7. Cum Origeniſtis dicit in Alcorano dæmones eſſe ſub mundi finem ſaluandos.

8. Cum Anthropomorphitis, qui Deum corporalem aſſerunt, communicat.

9. Cum Cerintho extremam felicitatẽ vel ſummum bonum ſtatuit in corporeis voluptatibus.

10. Cum Ebionitis circunciſionem admittit. Cum Tatianis in Alcorano ſuis ꝓhibet vini vſum. Etità de alijs huius impij erroribus, quos ad viuum deſcribit frater Ricoldus ordinis Prædicatorij, libro quem, Confutatio legis Mahometicæ, inſcripſit: & Pius ſecundus huius nominis Papa, in epiſtola ad Mahometem Turcarum principem: & item Bartholomæus Hungarus: & rursùs Ioannes de Turrecremata, atque deniquè Guilhelmus Poſtellus his libris, quos de Tartarorum, Perſarum, Arabum, Turcarũ, et huiuſcemodi Iſmaelitarum, Mahometanorum, ſeu Saracenorum origine, religione & ritibus edidit. Vndè Gabriel Barelatanus ordinis Prædicatorum, Mahometem ſcribit ſuis aſſeclis permittere, quod aſinis & porcis magis conuenit, quàm humana ratione

Authores qui contra ſectam Mahometicã ſcripſerũt.

vtentibus. Quod etiàm eiuſdem ſectæ æmulator Auicenna comprobat in 9. Metaph. Ariſtotelis.

Quòd Mahometiſmus ſit hac noſtra ætate à Luthero & eius diſcipulis renouatus.

Quòd verò hac tempeſtate Mahometiſmus à Luthero & eius diſcipulis ſit rursùs introductus, copioſè oſtendit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, in hæc verba: Nunc, inquit, poſtquàm ſole clariùs oſtenſum à nobis eſt, Iudaiſmum per Euangelicos non exiguis partibus eſſe prætextu Euangelij inuectum, ad Mahometiſmum orationem conuertamus, vndè perſpicuum quoquè fiat, quantum Germania per eoſdẽ Euangelicos à Chriſtianiſmo degenerârit, ac quam ferè vicino, immò inhianti hoſti Turcarum imperatori Mahometis alumno, iam nunc ſeruire cœperit. Quàm enim fidelem huic ſeruituti omnium miſerrimæ, quæ & captiuitatem Babylonicã plurimis vincat partibus, nauarit operam Lutherus, vel eo ſolo agnoſcas, quod in ortu ſui Euangelij magna contentione docebat, Turcis non eſſe reſiſtendum, non eſſe tributa pẽdenda, nec collectas faciendas ad inferendum Turcæ bellum. Hanc ſeruitutis Turcicæ originem, vide nunc quæſo, quo pacto Euangelici in Chriſtianos à vero Chriſti Euãgelio ſeductos, deriuârint, vt quos nondùm potuêre tyrannico Turcæ imperio ſubiugare ſeruos, ſaltem Mahometis Alcorano fecêre diſcipulos. Qui enim in Mahometis lege ſiue diſciplina (quam Alcoran, quaſi lectionem ſuperbiſſimo appellauit nomine, haud ſanè humiliùs, quàm Euangelici ſuas nugas humanaq; figmenta, Euangelium Deique verbum) ſunt verſati, teſtantur eodem planè exordio Mahometem Chriſtianos ad defectionem à Chriſti religione ſolicitâſſe & induxiſſe, quo Lutherus nunc Germaniam & Caluiniſtæ Galliam. Vt eundem illum impoſtorem vtrobiquè agnoſcas ſpiritũ, quem Paulus depinxit eſſe diſſenſionis Deum: quòd hæreſes primùm, deindè ex concordibus facit diſcordes, diſſentientes, tumultuantes, rebelles, bello deniquè inteſtino eccleſiam Dei diuexantes, dilacerantes, euertentes.

Quã Turcis fauerit Lutherus initio ſui pſeudo euangelij.

Libro contra duo edicta Cæſaris, & de poteſtate ſeculari.

Exordium Mahometis, & Lutheri, & Caluini, idem.

1. Cor. 14.

Verùm hic prolixior foret catalogus, qui omnia exponat, quæ Luthero alijsq; eorum quę Euangelicis pſeudoprophetis cum Ma-

Catalogus Lutherus

homc-

habet' cum Mahomete communia

homete pſeudopropheta ſunt communia. Nos breuitatis cauſa illa tantùm narrabimus, quę inter hos inſeſtiſſimos Chriſtianę eccleſiæ hoſtes, ſunt aut in religionis nouatione, aut rituum mutatione communia: Deindè quæ Euangelici adferunt, magìs impia, etiàm in Deū Chriſtúmve eius blaſphema, quàm quæ Mahometes.

1. Bibliorū corruptio. Arrogātia Mahometis, qua ſe ſpiritū ſanctum iactabat, & veteres eccleſiæ catholicæ patres cōtemnebat.

Vt enim Mahometes ſibi authoritatē aliquam in his quæ moliebatur, conciliaret, ſeſe legem & Euangelium tenere aiebat, ſe primum vidiſſe quæ rectè docenda & emendanda in vtroque Teſtamento viderentur. Vnde & nouum teſtamentū mutilauit, quum ſeſe ſpiritum ſanctum, exēplo Simonis, Menandri, & Manis (ait Poſtellus de concordia Alcorani & Euangelij) iactare non dubitaret. An non & Lutherus Biblia corrupit? ſeque vnum iactauit legem tenere & Euangelium? qui Germaniam aiebat ante ſe nunquàm verum audiſſe euangelium? Et nunc Euāgelici, illius ſuperbiam imitati, patres omnes veteres arguunt inſcitiæ, affirmantes Lutherum fuiſſe doctiorem omnibus Eccleſiæ doctoribus, quotquot poſt Apoſtolorum tempora extitère. Scribit ipſemet Lutherus lib. de Concilijs, ſe in commentarijs Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, aliorumque veterum patrum, carbones pro theſauro reperiſſe. Item libro contra regem Angliæ, ſeſe nec patrū, nec conciliorum morari dicta. Rurſùs an nō & ſimili modo, vtì antè demōſtrauimus, Lutherus ſuum corrupit 191. locis nouū teſtamentum? Eſſe quoquè ſe tertium Eliam, atque Chriſti Euangeliſtam: Oſiander ſe eſſe alterum Enoch, & illud Flandricum anathema, verum Chriſtum ſeſe iactabat.

Seruetus de conſtructione Ieruſal.

Lutherus & patres omnes, & concilia omnia præ ſe contemnit. Vide ſuperiùs in eius vita lib. 10.

2. Ex Alcorano vtì ex Luthero natæ ſectæ 70.

Verùm vt illius Alcoranum mox peperit ſectas ſeptuaginta, ità & ſeptuaginta & ampliùs Euangelicorum recenſentur ſectæ, quas in hoc opere ſuis locis repetias.

3. Iudex controuerſiarū lex Dei.

Cæterùm nè quem ferret iudicem ſuæ abominandæ doctrinæ Mahometes, voluit ſecundùm legem diuinam eſſe iudicandum, hoc eſt, ſecundùm ſua ſcripta, quæ ex vtroque teſtamento conſarcinârat, & à genuino ſenſu detorſerat, deprauata. Ideoque vetat frequentiſſimè, nè iudices patiantur Mahometani Iudæos aut Chriſtianos. An non etiàm hoc ſupercilium & in Euangelicis agnoſcas, qui nullum ferunt ſuæ doctrinæ iudicem alium, quàm ſuę ſectæ? Patres fuiſſe homines, dogmata deprauâſſe, à vero declinâſſe, concilia errâſſe aſſerunt? Denique vnum Dei verbum, ſcripturam ſacram ſe iudicem facere, immò à patribus, quos diffiteri nequeunt, Catholicis concorditer ſentire & docere, ad Chriſtum iudicem viuorum & mortuorum appellare? Iam ſi moderatiores etiàm ſcripturam admittant iudicem, eam non niſi Lutheri aut alterius verſione deprauatam & adulteratam admittunt. Et cùm tota de ſenſu ſcripturæ ſit controuerſia, omnem alium mâlunt admittere, quàm eum, quem totus hactenùs obtinuit, concorditerq́; coluit orbis Chriſtianus.

Id ait Brentius in 2. Pericope.

4. Concordia Euāgelicorum cū Mahometis Alcorano in vitæ legibus. Quadrageſima ſublata per Mahometem & Lutherum.

Porrò vbi Mahometes ſenſit ſuas placere populo, quas feciſſet fabulas, illis iactis ad omnem impietatem fundamentis, progreditur & ad pias vitæ inſtituendæ rationes peruertendas: quod longè omnium plebeculæ ſciebat fore gratiſſimum. Quadrageſimam enim, Apoſtolorum traditione toto orbe ante paſcha obſeruatiſſimam, vnius lunæ, quæ quouis anni tempore obueniret, curſu tranſmutat. Lutherus verò ſuam Euangelicis prędicans libertatem, cùm ſeruus eſſet (vtì Diuus Petrus de ſimilibus diaboli mancipijs ait) perditionis, libera voluit eſſe nō modò totius anni ieiunia, ſed & quadrageſimam ipſam, omniumque ciborum vſum quouis tempore liberum, nè vllam ferret hic Apoſtolorum aut Cōciliorum legem.

5. Feſta mutata.

Dies feſtos Mahometem nouâſſe ſatis indè liquet, quòd & Dominicam auſus eſt in diem Veneris commutare. Hunc quàm imitentur Euangelici, docent feſti ſancti dies, maxima ex parte ab eis abrogati. Narrat Eraſmus Alberus, Carolſtadium feſta omnia abrogâſſe, nec vllum feſtum præter Sabbathum docuiſſe colendum. Cæterùm quantoperè cupiat diem Dominicum paſchæ immutatum Lutherus, docet lib. de Concilijs.

6\. Imagines abolitæ.

Sed à ſanctis feſtis ad ſanctas imagines ſicuti eſt facilis progreſſus, ità vti Mahometes ſacras imagines deleuit, quò Iudæos ſibi conciliaret, abolendo ſuorum Mechenſium ciuium idola Aller & Tagor: Ita Euangelici, inprimis Sacramentarij, Carolſtadius, Caluinus, &c. omnes omnium diuorum, etiàm Chriſti Domini crucifixi abolent imagines: Lutherani verò vnam aut alteram ſeruandam volunt, vti Vuittenbergę Serpentis à Moſe de furca ſuſpenſi, & crucifixi: Item Baptiſmi, & Cœnæ.

7\. Sanctorū cultus & inuocatio cur à Mahomete ſublata.

Mahometes vt omnia innouaret, Dei vnius prætexebat cultum. Itaque Mariam à Chriſtianis pro Deo haberi calumniabatur: vndè & Mariæ, omniumq; Chriſti martyrū cultum omnem abrogauit. An non & Lutherus, alijque ad vnum omnes Euangelici, ideò ſanctos colendos, aut oratione inuocandos negant, quòd hoc ſit idololatricum? quòd eos facimus deos? quòd noua colimus numina? Sanè ſic ad verbum Apologia confeſſionis Auguſtanæ Catholicos diſerè calumniatur, ſed imperitiſſimè.

8\. Noui ſancti pro veris antiquis culti.

Rursùs vt Mahometani ſuos pro ſanctis colunt, eorum enim habent memorias & loca religioſa, quæ peregrinationis ergò frequentiſſimi viſitant: ita & Euangelici ſuorum Chriſtimaſtigum colligūt martyrologia, Loſſius, Caluinus, Adrianus, Hamſtedius, atque Foxus. Colitur diario ſanctorum Lutheri aſſcriptus Ioannes Huſſius Pragenſis, & Vuicleffus, vt ait Poſtellus. Immò & Lutheri effigiem nuper admodùm vidi, ſancti Martini elogio decoratam. Vndè & quidam eum diuum ſcribere non dubitauit, quem nunc ſatan ſub Luciferi ſella detinet catenatum, ex- (Luteri pœna nōdùm tota definita.) pectans quanam afficiat pœna, quam nō antè accipiet definitam (quod ipſe de Ario teſtatur Auguſtinum ſcribere lib. de Concilijs) quàm eius error, quo orbem cōtaminauit, finem inuenerit. Zuingliani ſuum colunt martyrem Zuinglium, Anabaptiſtæ Muntzerum & Ioannem ſartorem Leiden.

9\. Baptiſmū nō eſſe neceſſarium.

Iam ſi Chriſti Sacramenta cogites, vide quam Euangelici planè facti ſint Mahometani. Ille enim Baptiſmum contempſit ceu inutilem, Caluinus, Svuencfeldius, alijque plurimi docent, Baptiſmum non eſſe neceſſarium: Porrò, quòd ſit facilior rerum non neceſſariarum contemptus, quàm negligentia, res ipſa nunc loquitur. quod plurimi baptiſmo non vtantur tanquam non neceſſario.

1\[0\]. Vſus Sacramentorum.

Mahometani non circuncidunt niſi loquendi ac rationis vſu præditos, id eſt, ſeptem aut octo annorum. Idem de baptiſmi tempore & Adrianus Hamſtedius ſuadere conabatur, & Anabaptiſtæ ſuis probant exemplis. De qua re vide Bartholomæum Hungarum de Turcarum ritibus.

11\. Matrimonium.

Matrimonia item contrahunt ſine iuramentis. Caluinus negat eſſe clandeſtinum, cuius modò ſcriptæ ſint tabulæ, epiſtola ad Petrum Dathenum ex ſententia collegarum.

Inſœcunditas diſſoluit matrimonium apud Turcas.

12\. Apud Mahometanos diuortium faciunt improbi mores, infœcunditas ait Bartholomæus Hūgarus. An nō & apud Euangelicos ſimilia reperire eſt exempla minimè obſcura? Oecolampadium, priore deſerta, duxiſſe alteram, illa fruſtrà licèt publicè occlamante, ſuum illum eſſe maritum, oculati teſtes affirmant. Nota quoque eſt toto orbe illa memorabilis Anglici diuortij hiſtoria, quæ infeliciſſimam vt eccleſiæ Chriſti peperit tragœdiam, ità regno perniciem deploratiſſimam.

Polygamia

13\. Polygamiam ſuis prædicâſſe Mahometem, extra controuerſiam eſt. Eandē ſuis cōmendaſſe Bucerū̃m, teſtatur Vuintonien. & exempla Lutheranorū per Poloniam extant plurima. De Anabaptiſtarum polygamia nihil eſt ſcrupuli, cùm Hetzerus tredecim duxerit vxores. Quid? non eam Bucerus quoque collaudauit? (Eraſmus Alberus contra Carolſtadium) Quis porrò ignorare potuit, oibi tori nonoriſſimam illam Lutheri, quam dicunt, diſpenſationem, qua ſuffraginre, (vti ferunt) cum alijs plurimis, tum magni cuiuſdam nominis Iuriſconſulto Oldendorpio permiſit, vt priore coniuge ſuperſtite, alteram duceret vxorem? Sanè extant hodiè (inquit Staphylus in Apologia) Lutheri & Melanchthonis epiſtolæ & conſilia per literas data, quibus illi apertè permittunt; fasq; iusque eſſe, (vti pronunciant) maritum vnum duas legitimas vxo-

res habere. Poſſent etiàm exempla aliquot, quæ cum horum prophetarum doctrina pulchrè concinant, & ab eiſdem prophetis approbata ſint, reipſa proferri, & vel digitis demonſtrari.

Chriſti mors negata.

Porrò nè quid deſideres in Euangelicis Mahometicum, ſunt inter eos (teſte Caluino lib. contra Libertinos) qui Chriſtum negant in cruce obijſſe, ſed tantùm opinatione: cuius ſententiæ duos fuiſſe Valentianæ affectos extremo ſupplicio, ait eodem libro contra Libertinos.

Impietate dogmatū Euāgelici vincūt Mahometem.

15. Quòd ſi moleſtum non erit, paucis commemorabimus ea quibus longè magis impios videas Euangelicos, quam Mahometanos, quos Turcas dicimus. Mahometanus quò ſuis piam in ſpeciem commendaret vitam, negabat aliena cuiquā prodeſſe opera, vt ſic à Sanctorū & Chriſti meritis ſuos auocaret, proprijs cum Pelagio & Zuinglio nixos operibus. Lutherus verò non modò Sanctorum negat opera alijs vtilia, ſed noſtra propria omnia facit peccata, vtut fiant à Spiritu ſancto, piorum corda inhabitante.

Euchariſtiam reuerēter habet Mahometes.

16. Euchariſtiam Mahometes non aboleuit, ſed in Deum authorem retulit. Etſi enim negaret eſſe in recordationē mortis Domini, quem blaſphemat non crucifixum, nec mortuum, tamen tantam in ea eſſe vim ait cap. 4. Alcorani, vt confirmentur in fide & bonis operibus, quotquot de ea guſtāt: & ſine remedio quoq; eſſe dam[illegible], qui poſtquàm de ea comederunt, impij facti ſunt. Hic ſi cogites Euangelicorum doctrinam, agnoſces hos illo multò magis impios. An enim aliud, quàm panem piſtorium ſeſe Caluiniſtæ accipere, aut Chriſtum Apoſtolis dediſſe credunt? Aut ſi cum Luthero credunt, ſe Chriſtum cum pane accipere, non tamen adorant, dum illic præſentē volunt: quaſi Deus eſſe deſinat, vbi in Euchariſtia præſens creditur, magis quàm in cælo. An nō canibus ſanctam Euchariſtiam obiectam in Anglia Ioannes Foxus refert? An non pedibus conculcatam meminimus Tornaci anni 1556. & anno ſuperiore (hoc eſt, 1561.) Pariſijs? Adhæc Auerroes Chriſtianos dicebat impios, quòd Chriſtum

Quid efficiat Euchariſtia dignè accepta, aut indignè, iudicio Mahometis.

Eraſmus Alberus l. 2 contra Ca-

Deum ſuum ederent: ſed Carolſtadius nos appellat θεοκτόνους, deicidas, quòd Dei filium deuorare volumus. O cælum, ô terra.

rolſtadium.

Sacros ordines quouſque ſeruarit Mahometes.

17. Ordines ſacros etſi Mahometes ſuſtulit, non tamen eò inſaniæ blaſphemæ prorupit, vt eos cum Luthero diceret è diabolo prodijſſe, Captiuitate Babylonica, & aliàs ſæpè, vt ait Poſtellus. Vterque initiationem reijcit: ſed ille certi generis homines religioſos, qui concionantur, aut de iùre ex Alcorano reſpondent, Muphthios, Cadios, & Talimeannos, ſacrorū curam habere voluit. Lutherus verò nec fœminas ab Euangelij miniſterio, immò à peccatorum abſolutione ſubmouit, nedùm viliſſimos cerdones, pelliarios, veſpillones, lenones. Quid, quòd ne carnifices quidem Caluiniſtæ ſuo miniſterio cēſent indignos?

Liberū arbitriū magìs ab Euāgelicis, quā à Mahomete reiectū.

18. Cæterùm vt tandèm finem faciam concordiæ cum Mahomete Lutheri & Euangelicorum, illud poſtremò eſt conſiderandum, vtroſque ex eodem impietatis fonte ſuos eructaſſe, expuiſſe, euomuiſſe errores, qui liberum hominibus tollerent arbitrium: quanquam Mahometes hac in parte à Luthero & Euangelicis vincatur tā Lutheranis, quàm Zuinglianis: quòd ille hac in doctrina reperiatur varius & inconſtans, hi verò conceptū ſemèl venenum inſana obtinent pertinacia. Nullum enim liberi arbitrij vſum eſſe docent puri puti Lutherani & Caluiniſtæ. Sed qui vel maximè ſapere videri volūt, certè in diuinis rebus & religionis negocio pernegant. Collige ergò nunc, amice lector, capita, quibus Lutherus & Euangelici Mahometem aut imitantur, aut ſuperant. Agnoſcis præter ſacram Euchariſtiam, Ordines ſacros, Bona opera, Liberum arbitrium, quatuordecim adhuc ferè capita cum Alcorano communia, quæ ad omnem ſemèl impietatem iam adaperuiſſe videntur oſtium.

MAIORINVS CARthaginenſis epiſcopus.

4.

Maiorinus Donatiſta, authore diuo Auguſtino libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, à Donato è Numidia veniente, & contra Cæcilianũ Chriſtianam deridente plebem, adiunctis ſibi eiuſdem factionis epiſcopis, apud Carthaginem ordinatus fuit epiſcopus, ſub Conſtantio Imperatore, & Liberio Romanorum pontifice, circa annum Domini 358. Cui Maiorino Donatus epiſcopus alius in eadem diuiſione ſucceſſit, qui eloquentia ſua ſic prioris Donati confirmauit hæreſim, vt multi exiſtimârint propter ipſum potiùs eos Donatiſtas appellari.

Maiorini hæreſis.

Hic porrò Maiorinus, cum ſuo authore Donato filium patre minorem, & filio Spiritum ſanctum, impiè aſſerebat, catholicosque rebaptizabat, vt diuus Hieronymus author eſt in Chron. Reliqua vide in Donatiſtis.

MAIORANI.

5.

Maiorani ſeu Maioriſtæ ſunt ſecta Lutherani ſeu Molles Confeſſioniſtæ, ad primam Euangelicorũ noſtri temporis claſſem pertinentes, à Georgio Maiore dicti: q (vt ait Srolizius) à Luthero è ſtercore erectus, horrendum in eius patria peperit monſtrum, docens opera bona ad ſalutem eſſe neceſſaria, etiàm infantibus, vt eſt in genealogia Lutheri. Iſti nempè, teſte Staphylo, negant vllum hominem (etiàm infantes,) iuſtum fieri poſſe, aut vnquam ſaluatum fuiſſe abſque bonis operibus præcedentibus. Ità Georgius Maior in multis aduersùm Illyricum ſcriptis. Hi porrò alia Lutheri loca promunt, quibus contra eundem Illyricũ pugnant. Iſti Lipſiæ regnant & Vuittembergæ: quibus ſeſe opponunt Ienenſes & Mansfeldenſes.

Maioranorũ hæreſis.

MANICHAEI. 6.

Manichæi à Manete quodam natione Perſa, dicti ſunt, qui Aureliani Imperatoris, & Felicis huius nominis primi Papę temporibus, circa annum Domini 273. tam latè primùm apud Arabas, deindè in Aphrica virus ſuum ſparſit, idque tanto ſucceſſu propagatum eſt, vt poſteà per annos ducentos opprimi non potuerit. Hic ſe dicebat ex virgine natum, & in montibus educatum. De hoc Perſa mentionem facit diuus Auguſtinus li. 90 quæſtionum, & Leo papa. Euſebius quoque lib. 7. ca. 28. in hæc verba: Eo tempore, inquit, Manes quidam, ſecundùm nomen ſuum inſaniens, & inſtinctu dæmonis agitatus, inuiſam & execrabilem hominibus hæreſim docuit, tam acer ingenio, vt inſaniæ vel dæmonis plenus videretur. Nunc Chriſti ſe gerere formam conabatur oſtendere: nunc ipſum Paracletum ſe eſſe prædicabat: quod vt faciliùs hominibus perſuaderet, inſtàr Chriſti duodecim diſcipulos elegit, quos ad prędicanda ſua dogmata miſit. Sed de hac re paulò infrà dicetur latiùs ex Nicephori hiſtoria eccleſiaſtica.

Hũc eius diſcipuli in Græcia, geminata litera, n. Mãnichæũ, quaſi manna fundentem, & Manichæo, id eſt, inſano, appellauerunt, teſte Auguſtino. Nam μαίνεσθαι inſanire ſignificat. Idq; fecerunt, quò rudiores, verbi lenocinio ad ſe pertraherent.

1. Caput doctrinę Manichæorum erat, duos deos eſſe, alterum quidem bonum, alterum verò malum, vtrunq; tamen iuxtà æternum. Quæ doctrina probabilis ſanè viſa eſt rationi humanæ. Nam cùm Deus natura bonus ſit, & interim malum tantam vim habeat, ea humana ratio neceſſariò eſſe putauit Deum fore peculiarem, cui malorum author eſſet, potentia nihilominùs & æternitate alteri Deo æqualis. Quæ tamen hæreſis quàm ſit inſana & demens in eo dignoſcitur, quòd omnes philoſophi eadem eſſe principia virorumque ſemper præſuppoſuerint. Nullũ enim malum exiſtens eſt, nec in exiſtentibus, quemadmodùm inquit Dionyſius. Et priuatio, & non ens, incidunt præter intentionem agentis.

Manichæorum impia doctrina & hæreſes.

2. Præter hæc & alias habebãt hæreſes, quas docebãt, quæ huiuſmodi fuere: Adſtruebãt enim animam hominis aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia eſſe, ex eoq; tanquàm ex aliquo fonte manare.

Anima.

3. Dicebant quoquè nullo pacto licere bellum gerere: atque ob hanc cauſam (vt diuus Auguſtinus teſtatur lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74.) Moiſen reprehendebant, quòd bella geſſiſſet.

Bellum

4. Con-

Bruta.

4 Contendebant rurſùs omnes beſtias rationis eſſe capaces, omniaq; bruta animalia æquè atque hominem, non ſolùm ſentire, verùm etiam intelligere.

Corpus humanum.

5. Item corpus ſuapte natura malum eſſe, & ideo a malo principio factum.

Caro.

6. Rurſùs non licere veſci carnibus, eò quòd a diabolo eſſent.

Chriſtus.

7. Dicebant etiam, Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum, & phantaſma quoddam, nec ex vtero virginis prodijſſe, cum fœmineo poſſe naſci vtero negantes. Non enim dignum eſt (aiebant) credi tantam maieſtatem per ſordes & ſqualores fœminæ tranſire potuiſſe. Contra quam inſaniam ſic ait Vincentius Lirinenſis. Quotieſcunque (inquit) aliqua ſuſcipitur imitatio actionis alienæ, ità aliorum officia aut opera patrantur, vt tamen hi qui agūt, non ſint ipſi quos agunt. Neque enim (vt verbi gratia, ſecularium & Manichæorum vtamur exemplis) cùm actor tragicus ſacerdotem effingit, aut regem, ſacerdos aut rex eſt. Nam deſinente actu, ſimul & ea, quæ ſuſceperat perſona, deſiſtunt. Abſit hoc à nobis nefarium ſceleratumque ludibrium.

Vincētius Lirinenſis.

Manichæorū ſit iſta dementia, qui phātaſiæ prædicatores, aiūt filiū Dei Deum, per ſonam hominis non ſubſtantiuè extitiſſe, ſed actu putatiuo quodam & conuerſatione ſimulâſſe. Catholica verò fides ità Verbum Dei hominem factum eſſe dicit, vt quæ noſtra ſunt, non fallaciter & adumbratè, ſed verè expreſſeque ſuſciperet: & quæ erant humana, non quaſi aliena imitaretur, ſed potiùs vt ſua gereret, & prorsùs quod agebat, hoc etiàm eſſet. Sicut ipſi nos quoq; in eo quod loquimur, ſapimus, viuimus, ſubſiſtimus, non imitamur homines, ſed ſumus, &c. Vide reliqua ibidèm.

Manichæi phantaſiæ prædicatores.

Dæmon.

8. Dicebant etiàm diabolum natura ſua eſſe malum, nec bonum eſſe poſſe. Immò creaturas ex ſe & generatione ſua malas eſſe, quòd à malo Deo creatæ eſſent.

Corpus Chriſti.

9. Itaque ex pane confici corpus Chriſti nullo modo poſſe aſſerebant, eò quòd panem creaturam diaboli eſſe dicerent. Quod B. Auguſtinus lib de hæreſibus ca. 40. de eiſdem Manichæis diſſerens confirmat, cùm eos dicere aſſerit alimenta omnia eſſe immunda propter mali principij commixtionem, eamq; illos quibuſdam execrandis purgationibus adhibitis purificare. Nam farina (inquit) ex qua panis pro Eucharistia conficiendus erat, humanum ſemen miſcebant, dicentes ſemine admixto farinam purificari, atque ea hic (vt dicebant) per ſeminis mixtionē purificata, ſacramentum execrandum conficiebant.

Execranda Manichæorum myſterium.

Iudicium extremum

10. Nullum iudicium futurum eſſe fatebantur, quò faciliùs in quodlibet vitium ferrentur & ruerent, quanto minùs pœnam propter illud infligendam crederent.

Lex.

11. Docebant etiàm, legem veterem eſſe malam.

Peccatum.

12. Contendebant rurſùs peccata non poſſe vllo pacto vitari, ſed ea ex mala mente proficiſci. Illi enim duas in homine dicebant eſſe mentes: vnam quidem malā, & a malo principio, eam videlicet, quam nos vocamus concupiſcentiam carnis: alteram verò bonam, quam nos appellamus animam rationalem. Peccata quæ in homine fiunt, à mala anima procedere: & eapropter non poſſe per liberum arbitrium impediri, ideoq; liberū arbitrium non poſſe iuuare ad ſalutem, contra illud Apoſtoli: Gratia eius in me vacua non fuit. 1. Cor. 15.

Nuptiæ.

13. Dicebant nuptias fore illicitas, ideóque omnes illos peccare, qui nuptiarum fœdera inter ſe coniungerent.

Liberum arbitrium.

14. Item peccatum non eſſe à libero arbitrio, ſed a Dæmone. Sed & nullam prorsùs voluntati tribuebant actionem, nec quidem adiuuāte Spiritu ſancto: quaſi nihil intereſſet inter ſtatuam & voluntatem.

Vetus teſtamentum.

15. Totum denique vetus Teſtamentum reijciebant. Neque etiam recipiebant Apoſtolorum libros, ſed ſua dogmata ſingularia cōminiſcebantur, quæ Chriſti Euangelium quoq; vocabant.

Illuminatio.

16. Gloriabantur & de peculiaribus illuminationibus è cœlo, dicebantq; ſe donare Spiritum ſanctum.

Cæremoniæ.

17. Inſtituerunt & cæremonias peculiares: vt ſunt & ciborum delectu: matrimonia interdixerunt, affirmātes per hæc contingere Spiritum ſanctum.

Poteſtas ciuilis.

18. Docuerunt & reijciendam eſſe ciuilem poteſtatem. Nam matrimonium, & rerum publicarum adminiſtrationem ex malo deo proueniſſe dicebant, non a bono deo conſtituta eſſe. In quam hæreſim hac noſtra ætate planè prolapſus eſt Thomas Monetarius apud Duringios, vti dicetur loco ſuo.

Manetem hũc quidã etiàm Manichẽ dixẽre: vndè Manichæi dicti, quod verbũ Gręcis quodãmodò ſignificat inſaniã fundentes.

De Manete aũt, eiuſq; ſectatorum Manichæorum hæreſi, ità habet Nicephorus eccleſiaſt. hiſt. lib. 6. c. 31. Nondũm (inquit) procella Pauli Samoſateni ſatis ſedata fuerat, quũ rurſus alia, priore multo ſæuior, coorta irruit, ingentes fluctus ſecum trahens, atq; acriùs inſultans. Is Manes erat, mente prorsùs captus & inſaniens: qui pro deprauatę mentis peruerſitate, lingua etiàm armata verbis diabolicę hæreſis venenatis, ſe in multorum animos ad eorum perniciem inſinuauit. Fuit autem Perſa genere, iugumq; ſeruitutis longo traxit tempore. Ac quũ derepentè heræ ſuæ ex teſtamento hæreditatem adijſſet, non contentus fuit molliore & affluentiore, quę ei præter ſpem obtigerat, vita: & gratiam eam largitori talium ſe debere ſciens, inſtrumentum ſe, quantus quantus eſſet, veritatis inim[illegible] præbens, ad impias fabulas diuertit.

Manetis, eiusq; ſectatorũ Manichæorum hæreſis.

Duo itaq; ingenita eſſe dixit, Deum & Materiam: quorum illum Lucem, hanc Tenebras appellauit. Et Lucem quidè bonam, Tenebras verò malas: vtrunq; aũt arbores nominauit, congruentes ferentes fructus. Deum longè abeſſe à Materia, & Materiam rursùs longiùs à Deo. Deũ etiàm orientalem, ſeptentrionalem, & occidentalem obtinere plagam: Materiam, auſtralem. Et multis poſteà ſeculis Materiam ſeditionẽ mouiſſe aduersùs fructus ſuos: commiſſoq; prælio, hos quidem fugâſſe, illos aũt fugiſſe, eamq; contentionem & perſequutionem vſq; ad Lucẽ perueniſſe. Et Materiam cum dęmonibus & igne & aqua impetum feciſſe in Lucem dicit: Deum autem repentina exercitus eius impreſſione conterritum, non habuiſſe quo tantam vim vindicaret. Itaq; illum partem lucis arreptam, veluti quandam ineſcationem, contra Materiam miſiſſe. Hanc verò vulneratam, parteq; ea Lucis abſorpta grauidã eſſe factam. Quare adactum Deum, mundum condidiſſe, vt concertationem talem ſolueret, & ad pacem ea quæ inter ſe pugnarent, reduceret, Lucemq; Materiæ mixtam paulatim in libertatem redigeret. Hominem porrò non a Deo, ſed à principe materia Seuela fictum eſſe: & Euam ſimiliter, ſed inanimatam creatam, & immobilẽ. Adã verò forma feræ, aliaq; hiſce ſimilia nugatus eſt. Solem & Lunam diuinũ quiddam eſſe putauit, ac de eis multa ſilentio digna portentoſè confinxit.

Sic & Baſilides, vt author eſt Tertullianus, ab Abraxa Chriſtũ in phantaſmate carnis, miſsũ eſſe blaterauit. Ità enim ſibi hæretici monſtroſa cõfingunt vocabula.

Diabolum nunc materiam, nũc materię principem vocauit. Coniugiũ, diaboli legem & cõſtitutionem eſſe dixit. Dominum aũt neq; animam neq; corpus recepiſſe, ſed hominem tantùm viſum eſſe, nihil humani habentem, aſſeuerauit: perpeſſiones verò ei per ſpeciem tantùm & fucum accidiſſe. Reſurrectionẽ corporũ veluti fabulam repudiauit: nullam enim materiæ particulam, dignam ſalute iudicauit. Animarum aũt transſitiones è corpore in corpus, & quidem etiam in volucrum & pecorum & ferarũ corpora, docuit. Cuius ſectatores etiam elemẽta omnia animata eſſe arbitrãtur. Vtuntur varijs impoſturis, nefariaq; & execrãda peragunt myſteria. Quapropter doctrina eorum ineluibilis habetur: dæmonum incantationibus animas hominum, qui ea ſunt initiati, obſtrictas tenentibus.

Suidas ait eos peragere execrandos, nocturnos, & illegitimos cõcubitus, & flagitia infanda.

Manes aũt quum tres haberet ſectatores, Addam, Thomam, & Hermam, ex eis Addam ad Syros, ad Indos aũt Thomam miſit, præcones. Qui reuerſi, quum ſe dicerent multa dura paſſos eſſe, neq; quenquam doctrinam eius recipere voluiſſe, auſus eſt omnium hominum importuniſſimus, ſe ipſum Chriſtum nominare, & ſpiritum ſanctum, aliumq; Paracletum miſſum eſſe dicere. Et duodecim ſecum ducens diſcipulos, in Meſopotamiam peruenit, Perſarumq; regnum peragrauit, ac temeratio impotentiq; animo regis ibì filium ſe curaturum eſt pollicitus: quare maioribus ſe obiecit malis. Poſteaquam enim inde eſt, vt manifeſtus Dei contemptor, repulſus, quum eò redijſſet, à rege comprehenſus, Perſicũ ſuſtinuit ſupplicium. Detracta enim cute, ita nudus canibus eſca eſt obiectus. Atq;

Suidas ideò Perſarum regẽ eũ viuum excoriari iuſſiſſe aſſerit, vt filij ſui necis authorem. Aegrũ nãque illũ c[illegible] omn[illegible] medicorũ opẽ & ope-

talem

ram ſe ſanaturū curaturūq; eſſe pollicitus eſt. Quum itaq; medici, in quorū cura regis puer erat, dimiſſi fuiſſent, breuì ille mortuus eſt. Ex quo Manetis interitꝰ ſubſequutꝰ eſt.

talem impius ille conſequutus eſt finem.

Quòd ſi quis nugamenta eius perſequi velit, compluribus is opùs habeat libris. Et falſa hæc & impia dogmata, ex innumeris iam dudùm extinctis hæreſibus cōgeſſit, atque accumulauit, eaque ex Perſide in orbem noſtrum, veluti quoddam mortiferum venenum euomuit. Tales porrò doctrinas hominum animis verſutiſſimus inſpirauit ſerpens, talibusque anteſignanis ordinumque ductoribus aciē contra veritatem ſtruens, vſus eſt. Verùm enimuerò facile Dominus mendacium coarguit, & cohortem patronorum eius ſicuti araneæ telam ſoluit.

Qui cōtra hęreſim eā ſcripſerunt eccleſiaſtici viri.

Aduersùs hanc hæreſim ſtrenuè libris compoſitis depugnârunt Titus Soſtræ, & Diodorus metropolis Ciliciæ, epiſcopi. Scripſit etiàm cōtra eam Gregorius Laodicenſis, vir qui hæreſim quidem Arrianam defenderit, ſed philoſophicis diſciplinis ab ineunte ætate apprimè eruditus fuerit. Prætereà Phœnix, Euſebius, Ioannes quoque de Turrecremata, iuſſu Pij ſecundi ſummi pontificis collegit tractatum quinquaginta veritatū, contra quinquaginta errores Manichæorum. Hæc de hæreſi Manetis, à quo multis adhuc nomen Manichæorum hæret.

Lindanus de Manichęis noſtri ſeculi.

Sunt enim quàm plurimi, qui hoc noſtro infelici & miſero ſeculo eius ſectam renouant, de quibus Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo ſcribit in hæc verba: Manes Perſa (inquit) ingenij ſui acrimonia pro nominis etymo inſanire viſus, plurimos à veritate ſeduxit. Cuius errores Lutherus, nouam neſcio quā Euangelij noui puritatē mentitus potiſſimùm renouare aggrediebatur: ideoque impurum fœdumq; ſuum illud priſtinū Ludderi nomen, in Lutherum quaſi purum commutauit: haud aliter atquè illū Manichęum, ſuo ex etymo inſanum, diſcipuli appellabant Mānichęum, n litera adiecta, quaſi manna fundentem. Ille ſe Chriſti Apoſtolum iactabat, hic ſeſe Chriſti Euangeliſtam, immò Dauidgeorgius ſe verum illum promiſſum Meſſiam. 1. Porrò doctrina vti & arrogantia conueniunt Euangelici cum Manichæis. quia Lutherus liberum negat arbitrium, quod errorum omnium fons eſt.

Doctrina & arrogantia cōueniunt Euangelici cum Manichęis.

2. Sic & cum Manichæo Deum blaſphemat, de legis Dei implendæ impoſſibilitate.

3. Item Baptiſmum in aqua nihil adferre ſalutis. Tamen Lutherus baptiſmū vult ſuſcipiendum, tanquam donatæ dudùm gratiæ ſigillum. Verùm his in dogmatibus Caluinus ſuo cum Zuinglio Manichæum exprimit ad viuum magìs, qui ſuperiora omnia ab illius inſania mutuatus, etiam cum Manichæis affirmat baptiſmum aquę non eſſe neceſſarium, vtt & Svuenckfeldius.

4. Sicut item Manes negabat Chriſtum habuiſſe verum corpus humanū, ità Anabaptiſtæ, att Caluinus in ſua Inſtitutione, Chriſti corpus fuiſſe verum phantaſma, non humanæ naturæ ex virgine, ſed cæleſtis ex Deo. Sic ſanè Menno. Hactenùs Lindanus.

Et Fridericus Staphylus in Apologia de Lutheranorum inter ſe concordia, ità inquit: Noui Manichęi ſunt & fuerūt varij authores hoc ſeculo noſtro: primus Lutherus, dein Melanchthon & Caluinus, multiq; prætereà alij, Amſdorffius, Illyricus, Gallus. Beza, Vueſtphalus. Lutherus & Melanchthon volunt, quòd omnia tā mala quam bona, eueniant ex abſoluta neceſſitate, adeoque quòd Deus ſit non ſolùm cauſa peccati permiſſiuè, ſed effectiuè etiàm: Lutherus in Aſſertionibus & Reſolutionibus, Melanchthon in Annotationibus in epiſtolam ad Romanos. Item quòd adulterium Dauidis, & ſæuitia Manlij. & proditio Iudæ æquè ſint Dei opus, atquè ipſa Conuerſio Pauli. Melanchthon in Annotationibus in epiſtolam ad Romanos. Melanchthon quidem hoc dogma retractauit, vt videre eſt in vltima editione Locorum communiúm. Lutherus verò manſit pertinax in errore, quem etiam nunc pertinaces ſequūtur omnes Lutherani Rigidi, Illyricus, Amſdorffius, Gallus, & alij. Hæc Staphylus.

Hoſius.

De his quoque Hoſius lib. de Traditionibus humanis ſcribit in hunc modum: Eſt autem, inquit, illud eum primis admiratione dignum, quòd priſcorum patrum ſententias tantoperè aſpernantur, reſpu-

reſpuunt, & oppugnant noſtri temporis hæretici, quorum teſtimonijs, quotiès ipſis commodum fuerit, libenter vtuntur: Contrà, quorum dogmata tuentur, & defendunt, eorum vti teſtimonijs erubeſcunt. Nam non deeſt illis quoq; ſua ſucceſſio, verùm non à ſede Petri, neq; continuata, ſed interrupta ſucceſſio. Poſſemus hoc etiàm de reliquis erroribus pridèm ſopitis, ac nunc demùm hoc noſtro ſeculo reſuſcitatis planum facere: verùm vno tantùm dogmate Lutheri, in quo cardinem rerum & iugulum ipſum eſſe perſuaſum habet, in præſentia contenti erimus, vt ſucceſſionem illius indicemus. Docet ille, noſtrum arbitrium non eſſe liberum, ſed ſeruum: & abſoluta neceſſitate euenire omnia. Nunquìd hoc a Simonis Petri ſede profectum eſt? & non à Simonis Magi potiùs, qui grauis Petri fuit aduerſarius? Quem errorem, ſi quid Clementi credimus, ità Petrus Apoſtolus confutauit, vt in eo adſtruĕdo, niſi centum annis interiectis, nullum Simon habuerit ſucceſſorem. Nam poſt centum demùm annos extitit Marcion hæreticus, qui non dubitauit hoc ipſum aſſerere. Sed exploſus eſt deinceps Marcion quoque, neq, repertus eſt quiſquam intra centum alios & triginta annos, qui in falſo dogmate tuendo ſuccedere illi vellet: donec ad Manem ventum eſt, vndè Manichæi nomen traxerūt. Verùm & huius furorem ità compeſcuit Auguſtinus, vt octingentis & ampliùs annis, nullus hanc illius inſaniam ſequutus eſſe legatur. Primùm ante quadringentos annos exortus eſt Petrus Adelhardus, quem alij Abailardum vocant, qui pridem ſepultum errorem hunc in lucē reuocauit: cuius à Bernardo ſic eſt conuictus, vt annis ducentis quadraginta, qui confirmaret hoc ipſum, repertus non fuerit. Poſt quod temporis interuallum, extitit Ioannes VVicleff, in Conſtantienſi & Baſileenſi concilio damnatus. Huic poſt annos centum quadraginta ſucceſſit Martinus Lutherus.

Hæreticorum ſucceſſio.

Clemens libr. 3 recognitionū.

Neceſſitate abſoluta omnia euenire Simō magus docuit, & poſteà Marcion, Manes, Petrus Adelhardus, Ioan. VVicleffus, & Martinus Lutherus.

Atque hæc eſt non continuata, ſed ſæpiùs interrupta ſucceſſio, quod attinet ad hunc articulum eccleſiæ Lutheranæ, in quo ille ſummam eſſe cauſæ ſuæ ſcribit. Primus aſſertor fuit Simon magus: Simoni poſt annos centum ſucceſſit Marcion: Marcioni, centum alijs & triginta interiectis annis, Manichæus: Manichæo poſt octingentos & ampliùs, Petrus Adelhardus: Adelhardo poſt ducentos quadraginta, Ioannes VVicleff: Ioanni VVicleff poſt cētum quadraginta annos, Martinus Lutherus, &c. vide ibidèm quę ſuperſunt. De Manichæo vide plura in Budda, qui eius fuit præceptor. Item in Neſtorio ex Vincentio Lirinenſi. Lege etiàm epiſtolā Marcelli ad Manichæum apud Epiphanium lib. 2. contra hæreſes.

Buddas Manetis præceptor.

MANSFELDENSES.

7.

Mansfeldenſes ſunt ſecta Lutherani, ad primam noſtri temporis Euangelicorum claſſem ſpectantes. Sunt autem ij qui Confeſſionem ſectantur comitum Mansfeldenſium Iuniorum, qua non paucas Lutheranorum damnârunt ſectas. Inter alias verò Adiaphoriſtas, aſſertores bonorum operum, defenſores liberi arbitrij, ſiue Melanchthonicos, Oſiandricos, Stancarianos. Hęc Lindanus Dubitantij ſui dialo. 2.

Multæ Lutheranorū ſectæ damnatæ per confeſſionem Manſfeldenſiū.

MANIFESTARII.

8.

Manifeſtarij, ſunt hac noſtra tempeſtate ſectā Anabaptiſtæ, ſic quidem dicti, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. à varia ſuæ perfidię profeſſione. Hi porrò aiūt, vt inquit Staphylus, impium eſſe, ſi cùm rogentur, ſe quod ſunt, negent eſſe Anabaptiſtas. In Pruſſia hoc ſectæ genus frequens eſt. Hæc Staphylus.

MANVSIMPOSITORII.

9.

Manuſimpoſitorij, ſunt ex Rigidorum Confeſſioniſtarum noſtri temporis familia: qui videlicet, teſte Staphylo, laicalem impoſitionem manuum volunt eſſe Sacramētum. Graſſatur hæc ſecta in Saxonia & Pomerania, & ciuitatibus maritimis. Vide Illyricum contra Iuſtum Menium.

MA.

MARATHONIVS NI-
comedienſis epiſcopus.

10.

MArathonius, vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtor. lib. 9. c. 42. cùm prius Diaconus eccleſię Conſtantinopolitanæ eſſet, egregiumq́; ſe virum præſtitiſſe diceretur, indigentiũ hominum domicilijs, virorumq́; & mulierum ſcholis exſtruendis atq; curandis, à Macedonio Conſtantinopolitano epiſcopo Arriano, cuius ille erat ſectæ, in ſacrorum antiſtitem Nicomedięſis eccleſię creatus eſt, quòd eum ſciret rebus ſuis exequendis maximè idoneum. Nam licèt eius vita probaretur à compluribus, affligendis tamen eis qui conſubſtantialem patri filium profiterentur, nimiùm erat induſtrius, quanuìs ea in re Macedonio diſſimilis, vti priùs dictum eſt in Macedonio. Hic Conſtantij Imperatoris & Liberij ſummi Romanorum pontificis temporibus extitit, circa annum Domini 360.

Marathonius à Macedonio creatus epiſcopus Nicomedięſis propter eãdem cũ eo factionem.

De hoc ſic quoq; habet idem Nicephorus, eiuſdem li. c. 47. Macedonius, inquit, etiàm ſi antè idem eum Eudoxio & Acacio ſenſiſſet, nihilominùs tamen ex eccleſia ſua deturbatus, nõ eandem porrò quã illi, ſequebatur opinionem, ſed fidei profeſſionem Antiochiæ primùm, poſteà etiàm Seleuciæ cõfirmatam, quam ipſe ſeu potiùs Marathonius, quem Nicomediæ epiſcopum fecerat, vt quidam putant, æquiſubſtantialem appellabat, obtinere debere cenſuit. Verùm non id modò egit, ſed etiàm in theologia ſeu diuinitatis ratione exponenda, Spiritumſanctum perſonam vnam Trinitatis dicendam eſſe negauit. Ac filium quidem Deum perfectum, & ſubſtantia patri æqualem eſſe dixit: Spiritumſanctum autem, expertẽ honoris & dignitatis eiuſmodi ſtatuebat, famulũ eum & adminiſtrũ Angelicisq́; ordinibus paulò præſtantiorem eſſe docẽs.

Macedoni⁹ eccleſia ſua deiect⁹, ab Eudoxio & Acacio, ſuis priùs cõ ſectatorib⁹, diuerſa ſentit.

Macedonij & Marathonij hęreſis.

Et in eadem cum eis ſententia erant Eleuſius Cyzicenus & Sophronius Paphlago, & Euſtathius Sebaſtienſis. Qui tamen alijs æquior, neq; Deum neq; creaturam Spiritumſanctum dicere mãluit. Suffragabantur eis & alij multi, & ferè oẽs qui-bus à parte aduerſa dignitas abrogata fuerat. Nec minimam ſecum partem populi in vrbe Conſtantinopolitana, atq; in Bithynia, Thracia, Helleſponto, & alijs vicinis in circuitu populis trahebant. Vita nanq; & moribus (quos potiſſimùm multitudo ſpectare ſolet) probatis erant. In publicum cum grauitate quadam venerãda prodibant. Inſtituta eorum non multum à monaſticis aberant. Et ſermo affectata quadam ſanctimonia mixtus, vim ad perſuadendum ſatis accommoda tam præferebat. Qualis ſanè & Marathonius fuit. Qui publicorum vectigalium inter milites ſub ducibus ſtipendia facientes rationalis, loculis probè refertis, poſtquam eum quæſtum poſthabuit, egenorum publicis domibus curator præfuit, & ægrotis inſeruijt. Deindè aſceticam ſiue monaſticam quoq; vitam, Euſtathio Sebaſtienſi authore, ſequutus eſt. Inſigne is etiàm monaſterium Cõſtantinopoli conſtruxit, quod ad longum durauit tempus.

Eorundem adſtipulatores.

Hæreticorum vitæ ſanctitas.

Marathonij Nicomedienſis epiſcopi acta.

Tam ſtudioſus verò Macedonij hæreſis fuit, vt pecunia ſua expenſa, propagandam eam curauerit: Marathonianosque populares eius appellandos eſſe, illis perſuaſerit. Et vnus ipſe, nè prorsùs ſecta ea Conſtantinopoli interiret, obſtitiſſe viſus eſt. Macedoniani nanq;, ex quo tempore epiſcopatu Macedonius eſt deiectus, neq; eccleſiam neq; epiſcopũ poſteà (niſi paucis exceptis) donèc Archadius ad imperium peruenit, habuère. Siquidem Arriani, omnes qui alterius eſſent, quàm ſuæ ſectæ, eccleſijs exactos, plurimis etiàm alijs malis afflixère.

Macedoniani quoq; Marathoniani dicti.

Cæterùm iſti non tantùm Macedoniani & Marathoniani, verùm etiàm Pneumatomachi, hoc eſt oppugnatores Spiritùs ſancti, ſunt nominati. Ac qui eo tempore epiſcopi ſedibus ſuis ſint eiecti, operoſum eſſet omnes recenſere. Vt autem breuiter dicam, nulla ferè fuit in Romano imperio gens, quæ calamitatem eam experta non ſit. Hactenùs Nicephorus.

Conſtanti⁹ anno Domini 340. Cæſar deſignatus: & Archadius anno 398. proptereà vide quot anni interceſsère.

De hoc vide plura in Macedonio, Euſtathio, Acacio, & Pneumatomachis.

MARCELLVS ANCY*ranus epiſcopus.* 11.

Marcellus à quo Marcelliani, Ancyræ Galatiæ vrbis epiſcop⁹ fuit, Conſtantij Imperatoris, & Iulij huius nominis primi Romani pōtificis temporibus, circa annum Domini 340.

Marcelli Ancyrani epiſcopi hæreſis.

Hic aduersùs Aſterium quendā Cappadocem cùm ſcripſiſſet, contrarietatis menſuram adeo exceſsit: vt cum Paulo Samoſateno, purum hominem præſumpſerit dicere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū. Sed eius hiſtoriam ex eccleſiaſtica Nicephori lib. 8. cap. 52. audiamus De eo enim ſcribit ex Sozomeno in hūc modum:

Eidem dignitas epiſcopalis adempta.

Sub idem tempus cùm de Arriana ſecta epiſcopi Conſtātinopoli congregati diligentiſſimè conquirerēt, Marcello quoque Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopo dignitatem, veluti qui noua inuexiſſet dogmata, abrogārunt. Aſterius nanque quidam ex Cappadocia ſophiſta, qui oſtētationis & quæſtus cauſa philoſopharetur & doceret, eo ſtudio poſthabito, Chriſtianam religionem ſe culturum profeſſus fuerat. & libris aliquot compoſitis, Arrij opinionem adſtruere contenderat. Cum quo itidem Chriſtum Dei virtutem eſſe ſcripſerat, vti Moſes erucam & locuſtam, magnam virtutem Dei eſſe dixit. aliaque hiſce ſimilia cauillans, Arrianis adhærebat: atq; in ſynodis eis aſſiſtēs, plurimùm eos adiuuabat. Illud autem in cōſilio habebat, vt præclaræ alicuius vrbis epiſcopatum conſequeretur. Verùm id quod cōſtituerat, parùm ei ſuceeſſit. Perſequutione enim non tolerata, dijs ſacrificauerat: eamque ob rem, ſacrorum adminiſtratio ei eſt denegata.

Aſterius Capadox ex ſophiſta Chriſtian⁹ factus, ſed Arrianus.

Is martyrio abnegato, dijs ſacrificauit.

Porrò quos compoſuerat libros, in Syria vulgauit. Aduersus quos Marcellus ſcribens, ſiue ſciens, ſiue imprudens, in errorem ex diametro illi cōtrarium eſt delapſus, & cum Paulo Samoſateno, Chriſtū eſſe hominem dixit. Quod vbi intellexerunt qui Tyri & Aeliæ coact: fuerant epiſcopi, Aſterio quidem ipſi nihil obiecēre, quòd ſcilicet ſacris eccleſiaſtici miniſterij initiatus non eſſet: Marcello autem epiſcopali dignitate prædito, quum plurima vitio verterunt, tum quòd perperàm ſcripſiſſet, dicam impegerunt: aboleréq; eū libros, qui nihil à Samoſateni ſcriptis diſſerrent, iuſſerunt. Atque ille facturum ſe id pollicitus, minimè tamen fecit.

Filiū enim Dei ex Maria initiū ſumpſiſſe, & regnum eius finem habiturū eſſe dixit. Sozomen⁹ lib. 2. ca. 33.

Cæterùm vbi Euſebius indè literis Cōſtantini vocatus Byzantium venit, rurſùm Marcelli cauſa in diſceptationem eſt deducta. Poſtquàm autem minimè illi viſum eſt, vt impietatis libros, ſicuti receperat, igni conſumeret, epiſcopatum ei Euſebiani ademēre, & Baſilio cuidam eloquentia & varia doctrina prædito viro, Galatiæ eccleſiam regendam tradidēre. Scripſerunt ij quoquè, vt Marcelli ſcriptū, vbicunquè reperiretur, prorſùs aboleretur: capitibus quibuſdam ex eo ſcripto, vt diſſonantibus, epiſtolæ inſertis. Quod ſanè ſcriptū libris tribus, quemadmodum audiui, pulcherrimè refutauit Euſebius Pamphili. Marcellus autem in Synodo Sardicenſi poſtea epiſcopatum ſuum recuperauit, quòd non ita ſentire exiſtimatus eſſet. Non enim ſatis perpenſa & intellecta à multis eius ſcripta: ob eamque cauſam, in Pauli eum opinionem incidiſſe, per calumniam homini obiectam eſſe, creditum eſt: Simulque dictum, per modum quæſtionum à Marcello ſcripta ea eſſe inſtituta. Et Imperator ipſe, manifeſtam eſſe Euſebianorum contra eum calumniam depræhendit. Admodùm enim infeſti illi erant, quòd neq; in Phœnicia quæ aduersùs Athanaſium ipſi conſtituerant, neque rursùs Hieroſolymis quæ pro Arrio decreuerant, comprobāſſet. Sed neque in dedicando Caluariæ templo, quod magnum martyrium eſt cognominatum, à communione eorum ſe ſubducens, eis affuiſſet. Quapropter ad Imperatorem ſcribētes, præter alia viro obiecerant in imperatorem ipſum contumeliam, eò quod eccleſiam ſplendidiſſimè conditam, cum reliquis epiſcopis conſecrare ſuperſediſſet. Hæc Nicephorus. De hoc vidè ſuprà in Aſterio ſophiſta, & in Photino.

Baſilius epiſcopus Ancyranus.

Marcellus poſteà epiſcopatum ſuum recuperauit.

Euſebiani cur Marcello infenſi.

MAR.

MARCION. 12.

MArcion, à quò Marcioniſtæ, vel Marcionitæ, hæretici, Ponticus natione, ex ciuitate Sinope fuit: primò quidem (vt author eſt Irenæus lib. 1. aduersùs hæreſes cap. 29. & lib. 4. cap. 57. & Tertullianus lib. de hæreſibus, Euſebius quoquè lib. 4. eccleſiaſt. hiſt.) in doctrina philoſophorum, maximè ſtoicorum eruditus, deinde ad fidem Chriſti conuerſus, Valentini, Cerdonis & Baſilidis dogma ſecutus, multa ex philoſophica doctrina Catholicæ religioni inſerere conatus eſt: Romamq́; veniens, complures ibì ſeduxit, Antonini Pij Imperatoris, A Pij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 155.

Polycarpi de Marcione elogiû.

Hic itaque cûm ibidèm Polycarpum, qui posteà martyrio vitam finiuit, inueniſſet, cumq́; ſalutans dixiſſet, Agnoſcis me ô Polycarpe? Agnoſco te, inquit Polycarpus, primogenitum ſatanæ. Hic porro præter Lucæ Euangelium nullum aliud recipiebat. Epiſtolas quoquè diui Pauli Apoſtoli prorsùs peruertit, ex eis auferens quicquid ſuę impietati repugnare ſibi videbatur, præter eas quæ ad Timotheum & ad Titum ſcriptæ ſunt, reliquas omnes reſpuens. Ea nempè quæ in eis de Chriſto vt de Deo vero dicuntur, prętéribat: quæ autem quaſi de homine in illis aſſeruntur capitula, ea ſolùm recipiebat.

Marcion quas diui Pauli recipiebat epiſtolas.

Is à B. Ioanne deuictus & fugatus, Romam petit.

Qui tandèm à B. Ioanne Euangeliſta (vt inquit Philaſter) & à presbyteris Epheſinis deuictus atq; fugatus, Romam aufugit, vbì ſuam hæreſim plùs ſatìs ſeminauit. Cuius loci presbyteros ſanctos eccleſiæ catholicæ interrogans, ſensûs ſui errorem mortiferum eis propinabat, in hęc verba: Dicitote (aiebat) mihi, quid ſibi vult quod in Euangelio, dicente Domino, ſcriptum eſt: Nemo pannum rudem mittit in veſtimentum vetus, neque vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpentur vtres, & effundetur vinum? Et iterùm: Non eſt arbor bona, quę faciat malum fructũ: neq; arbor mala, quæ faciat bonum fructum? De qua re cùm à diuis illis presbyteris vt erant à ſanctis Apoſtolis edocti, accepiſſet interpretationem,

Matt. 9.

Luc. 6.

vana ſcientia tumidus, veritati non acquieſcebat, ſed magis Cerdonis ſui doctoris firmabat mendacium, Cuius Marcionis & Marcioniſtarum errores præcipui ſunt huiuſmodi:

Marcionis hæreſes.

1. Eos imprimìs qui ſine baptiſmo defuncti eſſent, baptizabant, teſte Theophylacto, qui illud Pauli interpretâs, alioquì quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? Mos eſt, inquit, Marcioniſtis hæreticis, cùm aliquis apud eos ſine baptiſmo diſceſſerit, eius qui vita functus eſt, feretro viuum aliquem ſubmittere hominem. Proinde ſe retrum ipſi adeuntes, à mortuo ſciſcitabantur vtrùm ei liberet baptizari: moxq́, qui latitabat viuus de loco inferiori reſpõdens, ſe velle, inquiebat, aſſerẽtemq́; demortui loco baptizabant. Hi itaq; prauæ huius cõſuetudinis inſimulati, Apoſtolũ dictant eam rem iniunxiſſe, producuntq́; demẽtes illi & veſani id dictum, videlicet, Alioqui quid faciẽt qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? Hæc Theophylactus.

1. Cor. 15.

Baptizari pro mortuis quid apud Marcionitas.

2. Cum Cerdone ſui erroris magiſtro, duo rerũ principia (D. Auguſt. teſte lib. de hæreſib. cap. 21. cũ de eodẽ Cerdone verba facit) ponebat, q̃ ſibi aduerſarẽtur: Deũ quidẽ legis & prophetarũ, quem nõ fore patrẽ Chriſti, nec eſſe bonũ, iuſtum tamẽ aſſerebat: alterũ verò, quem eſſe patrem Chriſti, & hunc eſſe bonum fatebatur.

3. Docebat legẽ veterem eſſe malâ & à malo procedere principio. Quâ hæreſim poſteà tutatus eſt Manichęus, vt ſuprà dictum eſt.

4. Itẽ nuptias eſſe illicitas, omnesq́; peccare qui matrimonio iũgerentur, nuptias adeò deteſtâs, vt B. Hieronymus lib. 1. cõtra Iouinianũ propè initio libri teſtetur, hunc præcipuum fuiſſe errorem Marcionis, cùmità ait: Neq; verò nos Marcionis & Manichæi dogma ſectantes, nuptijs detrahimus. Quamuis enim quidam velint huius erroris primum fuiſſe authorẽ Tatianũ à quo Encratitæ (vt ſuprà diximus) originẽ ſumpſere: diuus tamen Hieronymus videtur ſua ſentẽtia id Marcioni aſſcribere, cũ hic Tatiano fuerit vetuſtior.

5. Carnis reſurrectionem futuram negabat, vt ait Tertullianus lib. de hæreſibus.

6. Dicebat deniq; (authore Philaſtrio) Chriſtum putatiuè & quaſi per vmbram apparuiſſe, & paſſum fuiſſe, & non in vera carne.

Authores qui contra Marcionẽ ſcripſerũt.

Cõtra hunc plures grauiſſimi authores ſcripſerunt, vtpotè Theophilus Antiochenus epiſcopus, Modeſtus quoq; & Dionyſius Corinthiorum epiſcopus, Philippus Gortinenſis epiſcopus, Hippolytus epiſcopus Africanus, Rhodon Aſianus, Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, Iuſtinus martyr & Tertullianus. E quibus tres vltimi, quòd ſciam, ſolùm extant, alij temporum iniuria & calamitate exciderunt.

Irenæus de Marcione hæretico.

De Cerdone autem & Marcione Nicephorus ex primo Irenæi libro aduerſus hæreſes, ità refert eccleſiaſticæ hiſt. lib 4. cap. 3 Cerdo inquit, à ſectatoribus Simonis impietatis ſuæ occaſionibus ſumptis, Romam venit ſub Higino, nouum locum epiſcopalis ſucceſſionis ab Apoſtolis ſortito: ibique docuit, eum qui à lege & prophetis prædicatus eſt, Deum, non eſſe patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hunc quippe noſci, illum eſſe ignotum: & alterum quidem iuſtum, alterum autem bonum eſſe. Cui Marcion ſuccedens, doctrinam eam adauxit ſine pudore & verecundia omni blaſphemans. Hęc Irenæus.

Iuſtinus de eiuſdem Marcionis hæreſi.

Rurſùs eiuſdem libri cap. 6. idem Nicephorus dicit: Iuſtinus Philoſophus & martyr librum contra Marcionem Ponticum compoſuit, in quo ſicuti & in oratione ad Antoninum Imperatorem hæc quoquè ſcribit: Marcion Ponticus hodiè quoquè ſectatores ſuos docet, alium quendam maiorem eo qui creauit omnia, eſſe Deum. qui etiàm per omne genus hominum, dæmonum ſi etus auxilio, permultis perſuaſit, vt blaſphema diceret, & pernegarent factorem totius huius vniuerſi, patrem eſſe Chriſti, ſed alium quendam iſto maiorem, hunc creâſſe profiterentur. Atq; omnes qui ab eis prouenerunt, Chriſtiani vocantur: haud aliter quàm quum philoſophis non ſint communia dogmata, quod tamen philoſophiæ dicitur, commune omnibus eſt nomen. Hæc Iuſtinus martyr.

Rurſùs Theophil*

Item Nicephorus eiuſdem libri cap. 9. ex Theophili Antiochenſis epiſcopi ſcriptis de Marcione hæc adducit. Cæterùm ea tempeſtate, quum hæretici Zizaniorum more, in ſyncera & pura ſemente eccleſiæ, valdè ſuccreſcerent, eccleſiarum per orbem epiſcopi illos per in dè atq; ſylueſtres feras propellendo arcebant, aliquandò quidem ſcriptis ad fratres exhortationibus & præceptis, nonnunquàm verò etiam ſola verborum vi in faciẽ hoſtibus ad eos euertendos congreſſi: quandoquè libris editis, denſis atque certis confutationibus eos perſequentes. Ex quibus etiàm vnus eſt, de quo nunc agimus, Theophilus, fortis ſanè propugnator: quem contra Marcionem ſtrenuè rem geſſiſſe, erroremq; eius & fraudem in publicum produxiſſe, ex libris eius qui adhuc circunferuntur, ſatis appàret. Hæc de Theophili contra Marcionem ſcriptis Niceph.

Antiochenus epiſcopus aduerſùs Marcionem.

Sed non is modò contra Ponticũ Marcionem depugnauit: ſed Philippus, quem ex Dionyſij verbis, epiſcopum Gortynæ fuiſſe didicimus, luculentum aduersùs eundem edidit librum: ſicuti & Irenæus, & Modeſtus, qui præ cæteris maximè impoſturas eius deprædendit, & redarguit. Quin & plures alij certamen contra eum ſuſceperunt: quorum monumenta ad hoc vſque tempus à ſtudioſis ſunt conſeruata.

Philippus, Irenæus, & Modeſtus cõtra Marcionẽ ſcripſerunt.

Rurſùs idem Nicephorus eiuſdẽ quarti libri eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ cap. 28. ità ſcribit: Marcion, inquit, Ponticus Cerdonis impietatem adauxit, & quatuor ſubſtantias ingenitas verborum portentis confinxit. Ex quibus vnum quidem bonum, eundemq; incognitum appellat, & patrem Chriſti dicit: ſecundum verò iuſtum & conditorem, prauum tamen nominat.

Marcionis hæreſis germana deſcriptio ex Nicephoro.

1. Prætereà materiam malam dicit, & ab alio malo perfectam atq; abſolutam. Et conditorem malo ſuperiorem, materiam accepiſſe & condidiſſe omnia: & quidem ex puriſſimo quoq; cælum & alia excellentem fecisse refert: ex craſſiore autem parte paradiſum, atq; ex gleba eius Adã: cui ex propria ſubſtantia animam indiderit, vnde perpetua illa pugna inter corpus & animam extet.

2. Meliorem verò etiàm ſerpentem creatore

ſtore ipſo finxit, ipſumque adeò ſerpentem honore etiam proſequitur.

3. Blaſphemijs & impijs verbis inuchitur in Patriarchas & Prophetas.

4. Ex Euangelijs, id quod ſecundùm Lucam eſt, reiecta tamen Genealogia, recipit.

5. Nouem tantùm Apoſtoli epiſtolas probat, atque in eis reſecat loca quam plurima.

6. Vetus teſtamentum & prophetas abijcit omninò, veluti ab alieno Deo editos.

7. Chriſtum phantaſia tantùm & ſpecie hominem fuiſſe nugatur.

8. Tollit etiàm è vita reſurrectionem.

9. Item, Caim & Sodomitas ſalutē conſequutos eſſe ſcribit, quòd ad Chriſtum apud inferos acceſſerint. Abel autem, Enoch, Noe, Patriarchas, Prophetas, & reliquos iuſtos, quòd ad illum non venerint, apud inferos manere. Sed & alia quàm plurima contra Deum per inſaniam mentis elatrauit, quæ ſilentio commendanda duximus.

Sectatores Marcionis in multas diuiſi ſectas.

Sectatores autem eius in multas diuiſi ſunt ſectas. Apelles enim quidam, illius quatuor ingenitis, alium addidit igneum: & libro à ſe compoſito, Philumenæ prophetia, nomen indidit. Chriſto autem corpus tribuit non humanum, ſed ex eius qui apud ipſos eſt mundi ſubſtantia. De qua re vide plura in Apellitis.

Marciō cur Mus Ponticus dictus.

Dictus autem fuit olìm Marcion, Mus Ponticus, quòd non pauca ſcripturarum loca arroſiſſet, ſuiſq; dogmatibus diſſentientia deprauâſſet.

Noſtri temporis Marcioniſtæ.

Quod ad illos verò qui hac noſtra ætate Marcionis hæreſim renouant, attinet, Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, aſſerit eſſe pleroſque Caluini diſcipulos, qui cum eodem Marcione carnis negant reſurrectionem. Scribunt enim (vt ait Heshuſius) miniſtrum quendam Caluinianæ factionis hanc ſuæ ſacramentariæ doctrinæ attuliſſe cauſam: Ab eſu diuinæ carnis arceri corpora, quòd ſpes æternæ vitæ animas, nō corpora, ſpectaret.

Nicolaus Villagagno eques Rhodius.

Hanc certè blaſphemiam teſtatur Nicolaus Villagagno eques Rhodius, Petrum Richerum Carmelitanum in Francia Antartica, quò ſe cum alijs apoſtatis recepetat, ſcriptis euomuiſſe.

Caluinus deriſus à quibuſdam Sacramentarijs.

Hi & modo carnis Chriſti, quā in Euchariſtia ſe accipere fingunt, à Caluino diſſentiunt. Negant ſe Materialis carnis communionem in animas ſpiritûs irradiatione immitti poſſe, vndè & Caluini illam Solis ſimilitudinem rident: realem tamen, non corporalem, Chriſti ſubſtantiam in animas docent permeare. Eſſe autem hanc ſubſtantiam inuiſibilem inſtàr idearum Platonicarum, vt qui manducare ſe credat & cogitet, mādu cet. Hæc Lindanus De hoc vide plura in Cerdone, Baſilide, & Valentino.

MARCVS. 13.

Marcus, à quo Marcitæ hæretici, Valentini hæreſiarchę diſcipulus fuit, & Heracleonis ſucceſſor, teſte Euſebio lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ ca. 11. & Irenæo lib. 1. aduersùs hæreſes, cap. 8. Vixit autem ſub Antonini Pij imperio, & Pij huius nominis primi ſummi Romanorum antiſtitis pōtificatu, circa annum Domini 155. De quo refert idem Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, quòd is de Baſilidis Gnoſtici ſtirpe deſcendens, primùm in Gallias venerit, & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina maculauerit, maximeque nobiles fœminas magicis artibus ſeduxerit, quædam illis in occulto myſteria repromittens. De quo ſic habet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 3.

Valentini impoſtura per Irenæū apertè patefacta.

Valentini autem, inquit, immenſum & profundum pelagus Irenæus facilè emenſus, intimis obſcuræ & erroneæ populique ſeductricis ſyluæ ſpeluncis incubantem impoſturarum ſerpentem, vbi dudùm abſtruſus latuerat, extraxit, & nudum in apricum produxit locum.

1. Quo tempore Marcum etiàm fuiſſe dicit, nequitiæ magicæ peritiſſimū. Quorum deteſtanda ſacra talibus oſtendit verbis: Etenim quidam eorum thalamū nuptialem conſtruunt, & arcanum quoddā initiandi genus celebrāt, adiectis nonnullis ſuper his qui initiantur, votis & precationibus: & ſpirituales nuptias, quas faciunt, eſſe dicunt, ad ſimilitudinem ſupernorum coniugiorum.

Spirituales nuptię Marci.

2. Alij

Eiuſdem baptiſmus.

2. Alij ad aquam eos ducunt, & baptizantes, hæc verba addunt: In nomine ignoti patris omnium, in veritate matre omnium, & in eo qui deſcendit Ieſu. Sunt etiàm qui Hebraica inſuper efferunt nomina, ad eorum qui initiantur, terrorem & conſternationem maiorem.

3. Dixit etiàm Marcus Chriſtum nō verè, ſed putatiuè paſſum fuiſſe.

4. Cum Baſilide & Cerdone, carnis negat reſurrectionem futuram.

5. Duo poſtremò (authore Auguſtino lib. de hæreſibus) principia contraria opinatur.

Philaſtrij de Marco ſententia.

6. De hoc Philaſtrius ſcribit in hūc modum: Marcus autem quidam, inquit, Heracleonis ſucceſſor, numerum & menſuram, & calculum, rationem etiàm computationis faciens literarum, quaſi veriſimilis & cuiuſdam rei nouæ inuentor, cū æſtimaret à quibuſdam ſe poſſe laudari, non in paruam itidèm erroris incurrit amentiam. Dicit enim ità: Vigintiquatuor literæ ſunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod & Chriſtus, inquit, dicebat: Ego ſum alpha & O mega.

Apo. 1.

7. Dicebat etiàm, in poſtremo tempore Chriſtum deſcenſurum ad Ieſum in figura & ſimilitudine colūbæ, ipſumq; Chriſtum columbam eſſe docebat, quæ deſcendit, (inquit) ad duodecim Aeonas, id eſt, ad duodecim Apoſtolos, & vnum ex eis cecidiſſe, hoc eſt, Iudam, æſtimabat. Hæc Philaſtrius.

MARINVS SECTAE *Arrianæ præfectus Conſtantinopoli.* 14.

MArinus, Thrax natione, Arrianæ hæreſeos adſertor maximus fuit tempore Theodoſij huius nominis primi Imperatoris, & Siricij maximi Romanorum pontificis, circa annum Domini 395 De quo ſic habet Nicephorus hiſtor. eccleſiaſt. lib. 12. cap. 30.

Idē quoq; habet Socrates lib. 5. cap 24.

Eodem tempore (quo videlicet Eunomianorum, Macedonianorum & Nouatianorum hæreſes in multas alias hæreſes ſunt diuiſæ, & vnaquęque earum ab alia fuit ſciuncta, Theodoſij ſenioris nimirùm ætate) ab Arrianis Conſtantinopoli illud in quęſtionem vocatum eſt, An priuſquam filius fuerit, (profitebantur enim eum ex non exiſtentibus extitiſſe) pater tum pater vocari potuerit. Et Dorotheus quidem qui Antiochia accitus, ibì pro Marino (qui indè diſceſſerat, vt ſuprà dictum eſt in Dorotheo) adminiſtrationem ſectæ huiuſcemodi obtinebat, apertè decernebat, fieri non poſſe, priuſquam filius ſubſiſteret, vt pater vocaretur: quod patris nomē ex eis eſſet, quod ad aliquid referretur. Marinus verò diuerſum cenſuit: & priùs etiàm patrem, quàm filius fuerit, patrē profitebatur. Siue quod ità ex animo ſentiret, ſiue quòd Dorotheo aduerſaretur, vt qui ei hæreſi ea gubernanda, prælatus fuerit. Et talem ob cauſam in partes duas multitudo, quæ eos ſectabatur, diſceſſit. Et Dorotheus quidem in ſacra ſua æde permanſit.

Diſſidium apud Arrianos.

Qui autem Marini partium erant, nouis conditis eccleſijs, in eis conueniebant. Qui etiàm Pſathyriani, ſiue Gotthiani vocati ſunt: propterea quòd vír quidam Pſathyropolis, hoc eſt, placentarum venditor, quę ex librorum genere ſunt, nomine Theoctiſtus, opinionem hanc magnoperè defendit. A Gotthis autem illis nomen inditum, quod Selinas Gotthorum epiſcopus tantoperè illi ſententiæ addictus fuit, vt ad eam, gentem Gotthicā omnem adduxerit. Nam obſequentes ſibi admodùm barbaros habuit, nimirūquòd ad docendum non ſolùm patria eorum, verùm etiàm Græca lingua appoſitus fuerit: Vlphilę illius Gotthorum epiſcopi, de quo ſuprà diximus, quum Gotthorū hæreſes exponeremus, primùm ſubſcriba, deindè etiàm ſucceſſor factus.

Marini aſſectatores Pſathyriani ſiue Gotthiani appellati.

Selinas Gotthorū epiſcopus Arrianus, Vlphilæ ſucceſſor.

Nec ità multò pòſt diſſidium quoquè interceſſit Marino & Agapio, qui factionis eius eccleſiæ Epheſi epiſcopus à Marino creatus præfuit Quorum diſceſſio parùm abſuit quin bellum prorsùs, Gotthis maximè Agapio fauentibus, mouerit. Quam ob cauſam permulti Præfectorum ſuorum, concertationem & diſſidendi ſtudium reprælıēdentes, ad vniuerſalem ſe eccleſiā contulère, qui etiàm nullo diſcrimine ad communionem ſunt admiſſi. Atque hæc quidem cauſa extitit, cur primùm

Diſſenſio alia inter Marinū & Agapium.

Per cauſá inteſtinorū diſſidio.

rum multi ab Arrianis ad catholicos tranſiêtunt.

mùm Arriani ſegregati, in factiones abierint. Et ex eo tempore illi, in quibus ſũt vrbibus, ſeorsìm ſuos quæque conuentus ſecta egit. Constantinopoli verò, eos triginta & quinque annis diſſidentes, tandèm ad concordiam vir quidam conſularis Plinthas, ſectæ eorũ ſectator, equeſtribus ſimul & pedeſtribus copijs præfectus, magni in aula imperiali nominis, reduxit. Quo tempore ſynodo etiã ab Arrianis coacta, ſtatutum eſt, nè quandò poſt hàc quæſtiones, quæ ſeceſſionem tantam attuliſſent, in medium proferrentur. Hęc quidem paulò poſt facta. Si quis autẽ conſilium eiuſcemodi hæreſium cognoſcendarum cepit, vndè & quomodò initia ſua ſumpſerint, & quib⁹ authoribus incremẽta ſua acceperint, cũ vt Panaria legat hortor. Liber autem is ab Epiphanio, qui eccleſiam Cypri adminiſtrauit, editus eſt. Prætereà Theodoritum Cyri epiſcopum, atq; inſupèr admirabilem illum Ioannẽ Damaſcenum: nam & hi ambo permulta de ijs diſſerunt.

Panarium opus hoc etiàm Ancyrotum apud Soctatem li. 5. ca. 24. dicitur: ſed vtrunq; diuerſo nomine Græcè & Latinè editum extat: hoc compendioſum, illud ſanè quàm prolixum.

MARIS CHALCEDO-*nis epiſcopus.* 15.

MAris Epiſcopus Chalcedonenſis, vnus epiſcoporum fuit, qui Arrij impiũ dogma ſequuti ſunt, poſthabito trecentorum octodecim patrũ in Nicena ſynodo congregatorum de fide decreto, ſub Conſtantino Magno Imperatore & Syluestro Romano pontifice celebrata, circa annum Domini 328.

Maris & Arrianorum dogma.

Dicebat autem id cum Arrio & his qui formulam fidei Nicenam reijciebant, fuiſſe aliquandò cùm non eſſet filius, & eũ non fuiſſe priuſquàm genitus eſſet, & ex non exiſtentibus factum, ſed creatum, & mutationi alterationiq́ue obnoxium. De quibus ſic ait Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 8. cap. 18.

Nouẽ epiſcopi Arriani qui formulam fidei Nicenã reiecerunt & Arrij exauthoratio-nẽ impro-bàrunt.

At pauci admodùm Arrij laudârunt opinionem ex ijs qui Niceæ conuenerũt. Erant aũt ij, Euſebius Nicomediæ, Theognis Niceæ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis, (quæ ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis vocata) epiſcopi. Dicebant nanq; ὁμοούσιον, id eſt, Conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, vt paterni liberi: per germinationem, vt ex radicibus ſurculus: per partitionem autem, vt ex maſſa aurea ramenta duo aut tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex patre filius eſſet, proptereà editam fidei profeſſionẽ reijcere ſtatuerunt. Et quum Conſubſtantialis vocem prorsùs non receperunt, tũ ſubſcribere decreto ei, quo dignitas ſacerdotalis Arrio eſt abrogata, noluerunt. Quæ res ſynodo cauſam præbuit, vt Arrium, atque vnà omnes qui eius adhærerẽt ſententiæ, excommunicatos anathemati ſubijceret, ac nè quis eorum Alexandriã ingredi auderet, ſanciret. Eadem anathema quoque ſanxit in voces hæreſis eius, & librum quem ille contra pietatem compoſitum, Thaleiam inſcripſerat, quaſi floridum & viridantem, cuius ſtylus & eloquutio, ſimplex & diſſoluta Sotadisq́ue poetæ cantilenis perſimilis fuit. Ac prætereà, ſi quid aliud eius aut ſectatorũ eius inueniretur ſcriptum, vt id igni mandaretur. Quin capite quoque Conſtantinus ſanxit, ſi quis quicquam eorum preſſum occultâſſe, nec ſtatìm exuſſiſſe compertus eſſet. Multas inſupèr epiſtolas per vrbes paſſim contra Arrium, & qui ſectæ eius erant, miſit. Qui verò cum Arrio ſenſuri, aut opinionem eius laudaturi eſſent, in eos ſe grauiter animaduerſurum eſſe, eſt minitatus.

Arrius & ſectatores ei⁹ vnà cum libris ſuis anathemate iugulati.

Hic tamen Maris, licèt Arrianæ perfidiæ aſſecla maximus eſſet, cùm, quantorum malorum Iulianus apoſtata foret author, intellexiſſet, lumine oculorum orbatus in ætate decrepita', manu à puero Conſtantinopolim (vt teſtatur idem Nicephorus ſuæ hiſtoriæ li. 10. c. 20.) deduci ſe fecit, Imperatoremq́; ipſum mira libertate ſuæ perfidiæ & impietatis taxauit, impium eum, contemptorem Dei & deſertorem, ignominioſè appellans. Ad quæ non aliud per iram reſpondit, quã quod cæcitatem ſeni exprobrans, verbis iãiùm eſt vltus. Et quòd Chriſtum blaſphemia & maledicto perſtringens, nõ tantũ eum poſſe dixit, quem ille coleret Galilæum De-

Matis Chalcendonẽſis epiſc. etiã mira in nefandam Iuliani impietẽ vſus eſt libertate.

Deum, vt cæcitati eius mederetur. Sic e-nim hoc ei ſolenne erat, vt Chriſtum Galilæum, Chriſtianos Galilæos vocaret. Cui epiſcopus, magna vſus dicendi libertate, occurrens: Gratias, inquit, ago Seruatori meo Deo, qui vt viſum amitterem, pro atquè nunc res habent, curârit, nè impuriſſimum vultum tuum ad impietatē declinantem conſpicerem. Et ille placabilitatem quidem aſſimulans, nihil reſpondit: ſed rem eam tamen grauiter adinodùm accepit. Nam cùm ſciret, in quo honore apud Chriſtianos eſſent, qui ſub Diocletiano martyrium obiêrant, & inſupèr alacritatem eorum, qui ad idem martyrium adſpirarent, cerneret: gloriam eis talem inuidens, aliam inſtituit viam. Quòd enim ſummę eſſet ſæuitię, vt per ſeipſum Chriſtianos excruciandos curaret, id repudiauit: vt eos autem occultè perſequeretur, non poſthabuit. Quapropter vulgo & populis alijs, quicunque tandèm vellent in Chriſtianos quidquam committere, id permiſit: ità demùm ſuperſtitionē Græcorum inualituram arbitratus, ſi malorum tolerantiam velut inefcationem prætendens, placiditatem atque humanitatem etiàm erga Chriſtianos ſimularet. Hæc Nicephorus.

Scitum Maris Chalcedonenſis epiſcopi dictum.

Iulianus Chriſtianis martyrij gloriam inuidit.

MARONITAE.

16.

Maronitæ, ab hæretico quodam nomine Maron, dicti ſunt, vt teſtatur Bernardus Lutzemburgus catalogo hæreticorum, qui cum Eutychete, Dioſcoro, & Acephalis, vnam duntaxàt in Chriſto fuiſſe voluntatem & operationem aſſerebat. Hanc imitati hæreſim Maronitæ, cùm per quingentorum annorum ſpatium à cōſortio fidelium fuiſſent excluſi, hoc eſt, ab anno 699. tandèm diuina inſpiratione reſipiſcentes, hæreſi abiurata, ad vnitatem fidei ſunt reuerſi, per manus Emerici Antiocheni patriarchæ, eccleſiæ Romanæ obedientia exhibita. Vndè eorum patriarcha generali interfuit concilio. Romæ celebrato ſub Innocentio huius nominis tertio ſummo pontifice, & Philippo Barbaroſſa Cæſare Germano, circa annum Domini 1215. Vtuntur autem iſti Chaldaica lingua vel Saracenica. Hæc ille. De hac hæreſi vide plura in Eutychete, Dioſcoro, & Acephalis.

Maronitarū hæreſis.

MARSILIVS.

17.

Marſilius Paduanus, authore Alpharo lib. 1 de Planctu eccleſiæ, articulo 68. & Alphonſo à Caſtro lib. 6. aduersùs hæreſes, vir quidem fuit toti eccleſiæ & cunctis eccleſiaſticis odioſè infenſus. Vixit autem ſub Henrico quinto Cæſare Germano, & Paſchali huius nominis ſecundo maximo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1117.

1. Docebat hic, viros eccleſiaſticos vllas diuitias poſſidere nō poſſe, nec agros, nec poſſeſſiones aliquas: quòd diceret Apoſtolos, quibus primores eccleſiæ ſucceſſerunt, & quos omni in re imitari debent, pauperes fuiſſe, nihil penitùs poſſidentes. Eccleſia. Marſilij Paduani errores.

2. Dicebat epiſcopum à presbytero nulla differentia diſcernendum, nullumque fore inter ſacerdotes diſcrimen, nec vnum eſſe alio poteſtate eminentiorem. Epiſcopus.

3. Item quòd Papa poteſt iudicium Imperatoris ſubire. ipſeque Imperator Papę ſuccedere, ſede vacante. Papa.

4. Rursùs quòd poſt Chriſti aſſcenſum Papa non manſit eius vicarius generalis: adeò quidē, vt ſic Chriſtus reliquerit ſuam eccleſiam ſine vicario.

MARTYRIANI.

18.

Martyriani à Petro Martyre Antilutherano appellâtur, ad eam nimirùm claſſem noſtri temporis Euangelicorum pertinentes, qui Lutheri occaſione ab eccleſiæ doctrina diſſentientes, dogmata ſectantur Luthero contraria. Petri Martyris errores.

1. Hic cùm de Euchariſtia agit, & locū illum interpretatur, Hoc eſt corpus meum, accipit corpus pro figura & ſigno corporis, Deum negans facere poſſe, vt vnū corpus ſit in pluribus locis. Euchariſtia.

2. Idem

Reſurrectio.

2. Idem (vt ait Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2.) cùm alij Zuingliani Chriſtum ad diſcipulos octaua Paſchæ ingredientem inducant per rimam, Caluinus verò illi integras fores aperuiſſet, nè videlicet preſſuram vllam tenellum Chriſti corpus pateretur: hic nouus Antichriſti Martyr per feneſtram introduxit, vt verũ ſit, quod habet Euangelium, Chriſtũ clauſis oſtijs ad ſuos ingreſſum. Hæc Lindanus.

MASBOTHEVS.

19.

Masbotheus, à quo Masbotheni hæretici, vnus fuit è ſeptem primiſſillis hæreticis, qui, cùm Eccleſia adhuc virgo eſſet, illam inanibus & vanis corruperunt doctrinis, vt author eſt Egeſippus ſub Domitio Nerone & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 55. Primus eam, inquit, deprauare cœpit, quòd in petitione epiſcopatûs repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus è ſeptem hæreticis, & plebeius: è quibus & Simon eſt, vndè Simoniani dicti: & Cleobius, vnde Cleobiani: & Doſitheus, vndè Doſitheani: & Gorthæus, vndè Gorthæani: & Masbotheus, vndè Masbotheni. Hi pro ſe quiſque, proprias ſeorſim induxerunt opiniones. Hæc ille. Horum meminit & Euſebius Cæſareenſis lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ capite 22. Et Nicephorus lib. 4. cap. 7.

Septem primę hęreſes

MASSALIANI.

20.

Maſſaliani, vel, vt alij ſcribũt, Meſſaliani, emerſerunt Valentis Imperatoris & Damaſi Papæ temporibus, circiter annum Domini 380. Hos quidam Euchítas, id eſt, Orantes, alij Enthuſiaſtas, hoc eſt, ſacrificatores appellãt. Illi enim cuiuſdam dæmonis operationem (vt author eſt Theodoritus lib. 4. cap. 11.) expectant, & hanc ſancti Spiritûs operationem arbitrantur. Huius hæreſeos fuerunt principes, Dadoes, & Sabbas, & Adelphius, Hermas, & Simeones. Cũque voluerint celare hunc ſuum languorem, etiàm conuicti impudenter negãt, & alios hæc ſapientes quæ ipſi animo retinent, prorsùs abdicant: de qua re vide pluta ſuperiùs in Adelphio.

ἐνθουσιάσαι, id eſt, afflari & diuini

Maſſalianorum hæreſes.

1. Hi negant animas creari à Deo. — Anima.

2. Vim & poteſtatem baptiſmi ſic minuere conãtur, vt nullam Baptiſmo virtutem tribuant. Nam, teſte Damaſceno de hæreſibus, negabant baptiſmum homines perficere & ſanctificare, atque adeò ſacramenta ſordes animi expiare. — Baptiſmus

3. Virtutem & efficaciam ſacramenti Euchariſtię, non ſubſtantiam, oppugnãt, aſſerentes, hũc ſacratiſſimum cibum nec prodeſſe homini quicquam, nec obeſſe: cùm tamen de eo Chriſtus ipſe dicat: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. — Euchariſtia. Ioan. 6.

4. Qui verò integro huius rei languore participantur, (vt eſt in Theodorito, Tripartitę hiſtoriæ lib. 7. cap. 11.) auerſantur operationem manuum velut malam, ſomnoq; ſemetipſos tradunt, & ſomniorum ſuorum phãtaſias, Prophetias appellant. — Labor manuum.

5. Dicunt, nullam vtilitatem ex ſacro baptiſmate baptizatis accedere, ſed ſolam orationẽ ſtudioſam (vt eſt ibidem apud eundem Theodoritum) inhabitantem dæmonem effugare, quo eiecto per illam orationem ſtudioſam, Spiritus ſanctus adueniebat, ſenſibiliter atq; viſibiliter ſuam deſignans præſentiam: tuncque corpus liberari dicebant ab omni motu paſſionis, & animam à mala volu[n]tate: ità vt nequaquàm decæterò egeat neq; ieiunio corpus macerante, neq; doctrina refrenante. Dicebant quoque, cum, qui hæc impetrâſſet, non ſolùm liberari à paſſionibus corporeis, ſed futura etiàm præuidere, & oculis cernere. — Oratio.

6. Docebant denique, ab oratione ceſſandum non eſſe. Nam diuus Auguſtin* libro de hæreſibus, cap. 57. dicit, illos tantùm orationi incumbere, vt his, qui de illis hoc audiunt, incredibile videatur. Ex quo nomen ſortiuntur, vt Euchítæ, id eſt, Orantes vulgò appellentur. De Maſſalianis vide plura in Enthuſiaſtis, Adelphio, & Euchítis. Item apud Nicephorũ, lib. 11. cap 14.

De Maſſalianis noſtri temporis.

De his verò, qui hoc noſtro ſeculo Maſſalianorum imitantur errorem, ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. Maſſaliani, inquit, negabant, per baptiſmum homines ſanctificari, neque per Sacramēta ſordes animi expiari. Plane nūc ita Lutherus, Caluinus, & Suenckfeldius, baptiſmum adeò docent inefficacem, vt peccatum originis verè maneat, neque animus peccati labe expietur, aut cor expurgetur. Hæc ille.

MATHEMATICI.

21.

Mathematici omniū ſcelerum & errorū aſſertores.

MAthematici inter hæreticos adſcribuntur à Philaſtrio Brixienſi epiſcopo, libro quem de hæreſibus conſcripſit, illos vaniſſimos, totiusq; erroris & ſceleris adſertores appellans, ꝙ ſecundùm duodecim Zodiaci ſigna naſci homines aſſerant. Quæ audientes (inquit) interdum indocti quamplurimi, lege Dei dimiſſa, eorundem Mathematicorum inſeruire non dubitant vanitatibus, ex quo completur Apoſtolica ſententia,

Rom. 1.
Coloſ. 2.

Coluérunt & ſeruiérunt creaturæ potiùs quàm creatori. Et iterùm: Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum elementa mundi huius, & non ſecundùm Chriſtum: quoniam in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergò ignorant quòd Zodia iſta duodecim, quę ab illis dicuntur, diuerſa ſunt climata, diuerſæque

Signa cæleſtia quid efficiant.

regiones in orbe terrarum à Deo diſpoſitæ, vt inhabitentur, locorumque ac temporum diuerſa temperamenta ſtatuta, vt calidum, frigidum, ſiccum, & humidum, velut quatuor mundi angulis, è quibus ceu pleni qualitate fontes exuberant, flatu reſpirantes in inuicem virtute illis inſita, mixtioneque exiſtente ſalubri. Rursùm cùm diffunditur eorum vbiquè mixtio, amœna temperies ſalutis indè cunctis habitantibus ſubminiſtratur. Atque ità diuina potentia, mortalibus vita dulci & proſpera conceſſa à Domino, & impartita, non ignoratur. Hæc Philaſtrius.

Mathematicæ diſciplinæ nil ad pietatē conferūt.

Ex quibus quidem manifeſtè patet, has mathematicas diſciplinas, licèt paucas, ꝙ ſciam, in eccleſia hæreſes dederint, tamen (quod ait diuus Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana, & Euſebius de Præparatione euangelica) nihil ad ſalutem pertinere, ſed magìs in errorem mittere, & à Deo auocare. Neque enim, vt ait beatus Hieronymus, ſunt ſciētiæ pietatis. Quinimmò Mathematicus error, tanquàm maleficus, prohibitus eſt veteribus Romanorum gentilium legibus, C. de Maleficis & Mathematicis. Ibi enim Chaldæorum & Mathematicorum prædictiones damnantur: quòd velut certa & immutabilia putarentur, quæ ſemèl illi ex aſtrorum curſu collecta cenſerent. Vndè quondam

Olim epiſcopis mathematicā tractare, religio fuit.

epiſcopos Mathematicam & Aſtronomiam apoteleſmaticam tractare, religionem fuiſſe tradit Nicephorus libro nono, capite quinto eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cùm de Euſebio Emeſeno epiſcopo verba facit in hūc modum: Ille, inquit, cùm calumnia Emeſæ expetitus eſſet, quaſi eius partis Aſtronomię, quæ Apoteleſmatica dicitur, reſponſis ſcilicet dandis occupata, ſtudioſus eſſet, Laodiceam ad Georgium, epiſcopi iſthic munere fungētem, veterem amicum profugit, & cum eodem Antiochiam ad Phlacitū & Narciſſum profectus, inde apud Emeſenos in epiſcopatum ſuum reſtitutus eſt. Qui de hac re plura volet, legat Cornelium Agrippam de Vanitate ſcientiarum, vbì agit de Diuinatione in genere. Diuum item Auguſtinum libro ſecundo, capite vigeſimoſecundo, vigeſimotertio, & vigeſimoquarto de doctrina Chriſtiana. Vide etiam in Phitoniſſis, Priſcilliano, Manichæo, Bardeſane.

MAXIMINVS ARRIanorum epiſcopus. 22.

MAximinus Arrianorum epiſcopus extitit, Archadij Cæſaris & Innocentij huius nominis primi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 405.

Maximini hæreſes.

Hic aſſerebat, patrem potentiorem eſſe filio, eò quòd filium genuerit Deū creatorem, filius autem non.

Di-

Dicebatque, patrem potuiſſe gignere, non filium, & ideò potentiorem eſſe filio.

Aduerſùs hûc grauiſſimè ſcripſit Auguſtinus, impugnauitque fortiter eius erroneam ſententiam tribus doctiſſimis libris in eam rem editis: & contrà tutatus eſt, filium etiàm potuiſſe gignere. vbi quidem vult oſtendere, patrem eſſe non potentiorem filio, his verbis: Abſit, inquit, vt ideò potentior ſit pater filio, ſicut putas Maximine, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorē: neque enim non potuit, ſed non oportuit. Inmoderata enim eſſet diuina generatio, ſi genitus filius nepotem gigneret patri: quia & ipſe nepos nisi auo ſuo pronepotem gigneret, ſecundùm veſtram mirabilem ſapientiam, impotens diceretur. Similiter etiàm ille, ſi nepotem non gigneret auo ſuo, & pronepotem proauo ſuo, non à vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generationis ſeries, ſi ſem per alter ex altero naſceretur: nec eã perficeret vllùs, ſi non ſufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium patris natura, non autem fecit. Hæc Auguſtinus. Contra quem rurſùs diſputat Magiſter ſententiarum lib. 1. diſt. 7. vide ibidem.

Patrem nō eſſe filio potentiorē

MAXIMILLA. MONtani hæretici prophetiſſa.

23.

MAximilla & Priſca, prophetiſſæ Montani hæreſiarchæ, ſub Commodi Cæſaris Imperio, & Eleutherij Rom. antiſtitis pontificatu extiterunt, circiter annum Domini 182. Hic cū ſe paracletum nominaret, has duas mulierculas oneratas peccatis, & ſibi matrimonio hæreſique ſociatas, tanquàm ex ipſius paracleti inſpiratione editas, paſsim iactitabat.

De his Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro quarto, capite vigeſimo, ſcribit in hunc modum: Montanus, inquit, mulierculas duas, coniuges ſuas, Priſcam & Maximillam, prophetiſſas ſuas vocauit, earumque ſcripta propheticos libros eſſe dixit. Maligno autem ſpiritu plenus, ſicuti & duæ illæ mulieres, noua quædã & inſolentia dicere cœpit, inſania apertè & dæmonum intemperijs actus.

Maximilla & Priſca, Montani prophetiſſæ.

Et eiuſdem libri cap. 23. ex Apollinari Hierapolita, qui contra Montani ſectã ſcripſit, hæc addit: Hanc autem mortem obijſſe Montanus & Maximilla dicuntur. A ſpiritu nanque veſano vterque agitatus, ſeipſum ſeorſim ſuſpendit, eoque modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finijt. Sicutì etiàm primus prophetiarum eorum defenſor admirandus ille Theodotus, cùm ſe ſeductionis ſpiritui commendâſſet, poteſtatique eius permiſiſſet, iactatus atque ſublatus in cælum, ac rurſùm delapſus, peſſimè perijt. Adſtruit quoquè idem Apollinaris, diuinos quoſdam viros periculum feciſſe, vt Maximillæ ſpiritum malignum redarguerent, vanitatiſque conuincerent: ſed ab alijs impeditos eſſe, qui dæmoni ei ſubſeruiērūt. Progrediens deincèps, ex ipſo tempore prophetias eiuſdem falſas fuiſſe oſtendit: Tredecimum, dicens, præterijſſe annum, nihilq; earum rerum, quæ ipſa diuinauerat, accidiſſe. Neq; enim vel in vniuerſo orbe, vel in regione aliqua bellum fuit: ſed & Chriſtianis ex miſericordia & gratia Dei, pax & tranquillitas data.

Montani, Maximillæ & Theodoti interitus.

Maximillæ prophetiæ falſæ.

Et rurſùs idem Nicephorus cap. 25. ex Apollonio ſcriptore eccleſiaſtico & martyre: Oſtendimus igitur (inquit Apollonius) has ipſas primarias prophetiſſas, ex quo, ſpiritu ſunt repletæ, à viris ſuis profugiſſe. Quî ergò fit, vt tam impudenter Priſcam virginem appellantes, mentiantur? Deindè hæc quoquè addit: Pernecesſarium autem eſt, omnes prophetæ fructus explorare & excutere. Dic ergò mihi, num propheta ceruſſa fucatur? propheta ſtibio linitur? propheta formam excolit? propheta tabulis & talis ludit? propheta fœnerat, & lucro ſtudet? Adhęc idem Apollonius in opere ſuo illud indicat, quòd quadrageſimo pòſt anno ſcriptum id condiderit, ex quo Montanus aſſimulatam & dæmoniacam ſuam prophetiam inſtituit. Memoriæ quoquè tradit, Zoticum Oſtrenum presbyterum, quū iam Maximilla prophetare apud Pepuzã cœpiſſet, dęmonium id conuincere inſti-

Ornantur virtutibus ſuis prophetiſſæ Montani.

Zoticus Oſtrenus exorciſta.

inſtituiſſe: prohibitum tamen ab eis eſſe, qui ſectæ illius addicti fuêre. Hactenus Nicephorus. Qui de his noſſe plura volet, legat Euſebium lib. 5. eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 15. vſque ad 19. Vide etiam infrà, vbi de Montano agetur. Lege rurſus diuum Hieronymum in epiſtola contra Pelagium.

MELCHISEDECHIANI. 24.

Melchiſedechiani hæretici ſic appellãtur, (diuo Auguſtino teſte, libro, quem de hæreſibus ſcripſit) quòd Melchiſedech ſacerdotem, qui benedixit Abrahę ab obtenta victoria quinque regum reuertenti, vt habet liber Geneſeos, non hominem purum fuiſſe, ſed quandam Dei virtutem arbitrentur Chriſto maiorem. Chriſtum enim ſimpliciter veniſſe putant, & illius ordine dignum factum eſſe, nimirum illo dicto noti: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech: vt ipſe ſit adhuc inferior quàm Melchiſedech. Niſi enim fuiſſet (aiunt) in ſecunda quadam inſtitutione potius, non vtiquè illius ordine opus habuiſſet. Cæterùm de ipſo Melchiſedech dicunt, quòd ſit ſine patre, ſine matre, ſine proſapia, ex epiſtola Pauli ad Hebræos id probare volentes.

Gen. 14. Heb. 7. Pſal. 109.

Quis porro huius hæreſis author fuerit, aut quo tempore cœperit, quanuis Auguſtinus non expreſſit, Epiphanius tamen lib. octoginta hæreſum, hęreſi 55. ait, Hieracem quendam inſigni eruditione præditum, hanc docuiſſe, licèt non dicat ab illo primùm inuentam fuiſſe: ſed Melchiſedechianos aſſerit auulſos fortaſsè à Theodotianis, ex quo colligere datur, illos exortos fuiſſe Maximini Imp. qui Seuero ſucceſſit, & Fabiani papæ temporibus, circa annum Domini 240. Id quod idem repetit poſteà hæreſi 67. vbi prolixius agit de hoc Hierace. Huius hæreſis meminit quoque, ſed paucis verbis, Philaſtrius libro de hæreſibus, eóſque adſcribit hæreticorum catalogo, quinto illorũ numero, qui ſub Apoſtolorum temporibus extiterunt. Diuus Auguſtinus trigeſimo quarto loco inter hæreſes, quas libro de hæreſibus recenſet, hos adnumerat. Ex quo euidentiſſimè colligitur, vt inquit Alphonſus à Caſtro, librum qui inſcribitur De quæſtiōibus noui & veteris Teſtamenti, non eſſe Auguſtini, quanuis ſub eius nomine paſsim circunferatur. Nam præter alia argumenta, quæ ad hoc conuincendum adfert Eraſmus Roterodamus, hoc eſt efficaciſſimum, quòd quæſtione 109. multis argumentis, iiſque valdè ineptis nititur probare, Melchiſedech nõ fuiſſe hominem purum, ſed quandã Dei virtutem, videlicet Spiritum ſanctum. Neque hoc in libris retractationum vnquàm recantauit: immò nec illius libri toto illo ſuorum retractatorum decurſu meminit. Cùm itaque libro de hæreſib' hanc aſſertionem cenſeat hæreticam, nõ erat ingenij tam ſtupidi Auguſtinus, vt contrarias, ſecumque pugnantes, aſſertiones doceret. Hæc ideo admonui, nè, ſi forte quiſpiam in quæſtionem illam incidat, à conſtantia rectitudinis flectatur, Auguſtini authoritate motus.

Hierax author Melchiſedechianorum.

Liber quęſtionũ noui & veteris teſtamenti diuo Auguſtino falsò aſſcriptus.

MELANCHTHONICI. 25.

Melanchthonici à Philippo Melanchthone Confeſſioniſtarum patre nuncupantur, qui, quanuis plurium artium multiplici eruditione præditus & inſignis fuerit, multos tamẽ hac noſtra ætate in Eccleſiam inuexit & ſequutus eſt errores, Lutheri doctrina infectus.

Sunt autem Melanchthonici ſecta Semilutherani, ad ſecundam vtiquè noſtri temporis Euangelicorum claſſem pertinẽtes: nimirum, qui (teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) Lutheri doctrinam profeſſi, illam poſtea deſerentes, Philippo Melanchthoni paulò diuerſa alicubi docenti adhæſerunt, iiſq; potiſſimũ, qui ipſius de libero arbitrio aliiſq; dogmatibus à Lutheri corruptela repurgatis ſententiam ſequuntur. Exorti ſunt autem ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemente ſeptimo ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1530.

1. Hos-

Melanchthonis errores. 1. Hos ideò acriter inſectatur Illyricus cũ Vinarienſibus, Eraſmus quoquè Sarcerius cum Mãsfeldenſibus, tanquam puri puri Saxonici Euangelij deprauatores. Illum prętereà accuſat Illyricus, quòd doceat, hominem poſſe ad gratiam Dei recipiendam ſeſe præparare ex puris naturalibus viribus. Sicque ex olim Stoico et Manichęo, nunc Melanchthon factus eſt Pelagianus. Vnde meritò illum Cothurnũ appellant, nõ modò quòd Pelagianiſmũ renouet, aut oppugnatum pridem iam aſſerat cum Catholicis liberum arbitriũ: ſed quod olim ex profeſſo Zuinglianorũ hoſtis, nũc factis & ſcriptis, pro Zuinglio pugnet, immò certet Lutherum, adeoq́; Euangelicam illam confeſſionem Auguſtanam ſua manu deſcriptam, atque in Comitijs Auguſtanis Carolo quinto Imperatori exhibitam, & apologia illa mendaciorum ſcaturigine tunc quidem propugnatam, ſed poſteà varijs modis ab ipſo immutatam atque deprauatam & adulteratam. Quod falſi crimen ſuo magiſtro Melanchthoni Mathias Flacius, viri & de alijs Lutheri libris adulteratis, nõ dubitat impingere libello ſupplicatorio pro Synodo in Saxonia congreganda. Hæc Lindanus.

Melãchthõ ex Manichæo fact⁹ eſt Pelãgianus, ideoq́; Cothurnus (q. eſt calceus omni pedi cõueniẽs) dictus eſt, proptereà quòd in religionis negocio omnibus obſequitur.

Baptiſmus & peccatũ originale. 2. Hic rursùs, quanquam concedit per Baptiſmum peccatum originale dimitti, negat tamen, per illum omne peccatum deleri. Cuius falſæ opinionis hanc adfert rationem, quòd videlicet baptiſmo ſuſcepto, maneat adhuc in homine carnis concupiſcentia vel rebellio, quæ (vt tum ille, tum reliqui huius hæreſis authores docent) verè peccatum eſt, quamuis à Deo non imputetur. Quòd autem ipſa concupiſcentia ſit verè peccatum, indè probare contendunt, quòd (vt aiunt) ſit cõ-
Exod. 20. tra illud Dei præceptum, Non concupiſces.

Liberum arbitrium. 3. Dicit, hominis arbitrium non eſſe liberum, illud non agere, ſed potius pati cõtendens, vt infra dicetur fuſiùs.

Opera & meritum. 4. Fatetur quidem, noſtra bona opera mereri præmia, ſed ea tantùm corporalia & ſpiritualia, nõ autem vitam æternam. Quod enim opera noſtra bona eſſent meritoria, inficiari non poterat, cùm videret ſacræ ſcripturæ & ſanctorum patrum tam aperta, tamq́ue dilucida teſtimonia, quæ aſſerunt, noſtris operibus aliquod meritum ineſſe. Ideò in Locis communibus, titulo De bonis operibus, circa finẽ capitis hæc ait: Tertio ſciẽdum eſt, etiam præmia propoſita eſſe bonis operibus, ſeu bona opera mereri præmia corporalia & ſpiritualia. Et paucis interiectis, ſubdit: Hic autem ſciendum eſt, nos loqui de bonis operibus iuſtorum. Priùs enim accipienda eſt fide remiſſio peccatorum, reconciliatio & acceptatio ad vitam ęternam: & hæc donatur per miſericordiam propter Chriſtum, vt maneat certa. Et in fine illius capituli denique ait: Et, vt ſæpe iam dictum eſt, tribuatur merces operibus, ità, nè fiat incerta remiſſio peccatorum. Item, ne transferatur beneficium Chriſti in noſtrorum operum dignitatẽ, perſona iuſtificatur coram DEO gratis fide, quæ nititur tantum miſericordia: poſtea placent Deo bona opera, & merẽtur mercedem. Hæc Philippus Melanchthõ. In quibus verbis etſi fatetur, bona opera mereri præmia, nunquàm tamen apertè dicit, nos per bona opera mereri vitam ęternam.

5. Docet rursùs, nullum eſſe peccatum Peccatum.
mortale, præter incredulitatem. Quæ hereſis, concilij Tridentini decreto & canone 27. improbatur in hunc modum: Si quis dixerit, nullum eſſe mortale peccatũ niſi infidelitatis, aut nullo alio, quantũuis graui & enormi, prętérquam infidelitatis peccato, ſemel acceptam gratiam amitti, anathema ſit.

6. Aſſerit, nullum eſſe prorsùs diſcri- Præceptũ.
men inter præceptum & conſilium: neque aliquod eſſe in Euangelio cõſilium: ſed omnia, quæ nobis commendantur, eſſe præcepta. Idque libro de Locis communibus Theologiæ, titulo De diſcrimine præceptorum & conſiliorum: Quidã (inquit) finxerunt, in Euangelio conſilia eſſe de non vindicando, de paupertate, de virginitate. Et quidem putant, in euangelio doceri hoc fine, quòd hæc opera magìs mereantur reconciliationẽ aut ſalutem, quàm alia opera. Deindè fingũt, hæc opera perfectionem eſſe. Sed hęc plena ſunt errorum & ſuperſtitionum. Vna eſt lex Dei, quæ nihil niſi præcepta continet.

tinet. Hæc Philippus Melanchthon. Ex quibus verbis apertè colliget lector, illum ſecum pugnare ac diſſidere, cùm alibi dicat cum Martino Luthero ſuo præceptore, nullum eſſe in Euangelio præceptum. Qua in re faciunt illi iuxta illam poetæ Horatij ſententiam: Dum vitant ſtulti vitium, in contraria currunt.

Euangeliũ

7. Negat item, Euangelium eſſe legem, iuxta veram & propriam legis rationem. Hoc porrò & ille & idem Lutherus ſuus præceptor, & Brentius, & plerique omnes huius factionis ideò docent, vt hac ratione contendant, ſe eſſe liberos ab omnium bonorum operum obligatione. Nam ideò dicunt Euangelium legem non eſſe, quòd aſſerant, euangelium nihil prorſus præcipere, ſed ſolum nobis pateſacere ac manifeſtum oſtendere bonum de Ieſu Chriſto filio Dei nuncium, quòd ille ſolus merito ſuæ paſſionis ſit peccatorum noſtrorum expiator, & animarum noſtrarum redemptor. Vt verò illorum ſententia magis pateſcat, ipſius Melanchthonis verba referam, in locis communibus ita inquientis: Nouum teſtamentum nõ eſt aliud, niſi bonorum omnium promiſſio, citra legem, nullo iuſtitiarum noſtrarum reſpectu: qua bona nobis promittuntur citra conditionem, cùm nihil viciſsim à nobis exigatur. Hæc Philippus Melanchthon. De qua re vide in Brentio.

Fides.

8.Ità etiàm fidẽ extollit, vt bonis operibus detrahat. Ait enim in eiſdem locis communibus, titulo de bonis operibus: Qui non agunt, inquit, pœnitentiam, ſed indulgent vitioſis cupiditatibus, non retinent fidem. Et in eodem libro, titulo de fide, iterùm ait: Fides non tantùm notitia eſt hiſtoriæ de Chriſto, ſed eſt vera fiducia cordis, quæ aſſentitur promiſſioni Euangelij: præcipuè autem ſignificat fiduciam miſericordiæ promiſſæ propter Chriſtum. Hæc ille.

Gratia.

9. Docet prætereà cum Luthero, & reliquis huius farinæ aſſeclis, non ſolùm omnem hominem iuſtum, eſſe certum ſuę gratiæ, ſed omnem talem eſſe obligatum ad credendum, ſe eſſe in gratia. Et qui hoc non credit, non eſt (vt illi docent) iuſtus neq; fidelis. Nam illam vocant Lutherani fidem Catholicam, qua quiſque particulatìm certiſſimè credit, remitti ſibi peccata per Chriſtũ. Hic enim Melanchthon in ſuis locis communibus, titulo De gratia & iuſtificatiõe, hoc aperriſſimè docet, ſic inquiens: Mens perterrefacta agnitione peccatorum, ſtatuere debet, remitti ſibi peccata gratis propter Chriſtum per miſericordiam, non propter dignitatem contritionis, dilectionis, aut aliorum operum. Quum hoc modo fide ſe mens erigit, donatur remiſſio peccatorum, & recõciliatio. Si enim iudicandum eſſet, tum demum nos habituros eſſe remiſſionem peccatorum, quum contritio aut dilectio ſufficiens eſſet, adigeretur animus ad deſperationem. Quarè vt habeat certam & firmam conſolationem, pendet res non ex conditione dignitatis noſtræ, ſed ex ſola miſericordia promiſſa propter Chriſtum. Et in Apologia confeſſionis Auguſtanæ: Aduerſarij, inquit, infeliciter conſulunt hominibus, dum iubent dubitare, vtrùm conſequantur remiſſionem peccatorum. Hæc Philippus Melanchthon.

De hoc item Hoſius lib. 1. de hæreſib⁹ noſtri temporis, ſcribit in hunc modum: Lutheri doctrinæ de Libero arbitrio (de quo ille ſemper docuit, quòd patiatur tãtum, non autem agat, quod ſit res de ſolo titulo, vel potiùs figmentum in rebus, ſeu titulus ſine re, quia nulli eſt in manu ſua quidpiam cogitare mali aut boni, ſed omnia de neceſſitate abſoluta eueniunt) ſubſcripſerat etiàm Philippus Melanchthon, in ijs locis communibus, quos edidit Vuittenbergæ anno 1520. non ſine quadam arrogantia iuuenili minimè ferenda. Nam & de ſanctis doctoribus auſus eſt cenſuram ferre. Scripsêre, inquit, de Libero arbitrio Auguſtinus & Bernardus, & ille quidem ſua poſterioribus libris, quos aduersùs Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus non eſt ſimilis ſuì. Sunt de hac re apud Græcos quoque quædam, ſed ſparsim. Ego quandoquidem non ſequor hominum opiniones, & ſimpliciſſimè & planiſſimè rem exponam, quam ferè obſcurârũt authores, tam veteres quàm noui: quia ſic interpretabantur ſcripturas, vt ſimul vellent rationis humanæ iudicio ſatisfieri.

Melanchthon quã arroganter primũ negârit liberum arbitrium.

Eiuſdem de doctoribus cenſura.

eri. Parùm ciuile videbatur docere, neceſſariò peccare hominem: crudele videbatur reprehendi voluntatem, ſi non poſſet ſe à vitio ad virtutem conuertere. Ideò & plura viribus humanis, quam par erat, tribuêre, & mirè variârunt, cùm rationis iudicio viderent vbiquè refragari ſcripturas. Et in hoc quidem loco cum prorsùs Chriſtiana doctrina à philoſophia & humana ratione diſſentiat, tamen ſensim irrepſit philoſophia in Chriſtianiſmum: & receptum eſt impium de libero arbitrio dogma, & obſcurata Chriſti beneficēntia per prophanam illam & animalem rationis noſtræ ſapientiam. Vſurpata eſt vox liberi arbitrij, a diuinis literis, à ſenſu & iudicio ſpiritûs alieniſſima, qua videmus ſanctos viros non rarò offenſos eſſe. Additum eſt è Platonis philoſophia vocabulum rationis, æque pernicioſum. Nam perindè atque his poſterioribus eccleſiæ temporibus Ariſtotelem pro Chriſto ſumus amplexi, ità ſtatim poſt eccleſiæ auſpicia per Platonicam philoſophiam Chriſtiana doctrina labefactata eſt: ità factum eſt, vt præter Canonicas ſcripturas nullæ ſint in eccleſia ſynceræ literæ. Redolet philoſophiam, quicquid omninò commentariorum extat. Et paucis interpoſitis: In quæſtionem vocatur, ſit ne libera voluntas? Reſpondeo, quandoquidem omnia quæ eueniunt, neceſſariò iuxta diuinam prædeſtinationem eueniunt, nulla eſt arbitrij noſtri libertas. Quid igitur, inquies, Nullane eſt in rebus (vt iſtorum vocabulo vtar) contingentia? nihil caſus? nihil fortuna? Omnia neceſſariò euenire ſcripturæ docent. Vallam, ait Eckius, quòd ſcholarum ſententiam de libero arbitrio confutauit, plura voluiſſe ſcire, quàm didiciſſet. Et in fine huius loci ſummam colligens, dicit: Si ad prædeſtinationem referas humanam voluntatem, nec in externis, nec in internis operibus vlla eſt libertas, ſed eueniunt omnia iuxta prædeſtinationem diuinam. Si ad opera externa referas voluntatem, quædam videtur eſſe iudicio naturæ libertas: ſi ad affectus referas voluntatem, nulla planè libertas eſt, etiàm naturæ iudicio.

Omnia neceſſariò euenire ſeribit Melanchthon, iuxta diuinā prædeſtinationem.

Concludit tandèm: Vides itaque, lector, quantò ſimpliciùs de libero arbitrio ſcripſerimus, quàm vel Bernardus, vel vlli ſcholaſtici.

Aliud Melanchthōis teſtimonium contra liberum arbitrium.

Et in annotationibus in epiſtolā Pauli ad Romanos, explicans illum Pauli locum, iuxta prædeſtinationem DEI, poſteaquàm confirmauit, quòd nulla eſt rerum contingentia, nec libertas arbitrij, ſic tandèm loquitur: Nos verò docemus, non ſolùm permittere DEVM creaturis vt operentur, ſed ipſum omnia propriè agere: vt, ſicut fatentur, proprium opus DEI fuiſſe Pauli vocationem, ita fateantur, opera DEI propria eſſe, ſiue quæ media vocantur, vt comedere, bibere, communia cum brutis: ſiue quæ mala ſunt, vt Dauidis adulterium, Manlij ſeueritatem animaduertentis in filium: cū conſtet Deum omnia facere non permiſſiue, ſed potenter, vt Auguſtini verbo vtamur, vt ſit eius proprium opus Iudæ proditio, ſicut Pauli vocatio. Hæc Philippus Melanchthon in his libellis, quos adoleſcens etiamnum ſcripſit: quorum alterum de locis communibus, inuictum libellum eſſe dicit Lutherus, contra Eraſmum de ſeruo arbitrio ſcribens, non ſolum immortalitate, ſed canone quoquè eccleſiaſtico dignum: cui tuus libellus, inquit, ô Eraſme, comparatus, ità mihi ſorduit ac viluit, vt tibi vehementer compaterer. In alterum verò præfatus, non dubitat cum doctiſſimis Thomæ Aquinatis commentarijs anteferre: Hieronymi autem & Origenis Commentaria meras eſſe nugas & ineptias, ſi illius annotationibus comparentur. Ac parum abeſt, quin eum Paulo ſuperiorem faciat: certè proximum illi eſſe vult. Verùm vtrunque libellum hunc totiès variando Philippus ipſe poſteà multis in locis erroris condemnauit, in hoc præſertim capite de libero arbitrio. Nam ſæpè deincèps vtrunque excudi fecit, multa detrahens, addens, mutans, corrigens, vt poſtremi cum primis nulla ferè in parte cōueniant.

Melanchthonis blaſphemiæ.

Lutherus quanti ſcripta Melanchthonis fecerit, quorum tamē nonnulla dogmata ipſe poſteà Melanchthon damnauit.

In ijs autem locis, qui ſunt impreſsi anno triceſimoſexto Argentorati, triceſimooctauo Vuittembergæ, quadrageſimoſexto Lipſiæ, quinquageſimoquinto Vuittembergæ, apertè recantauit ea, quæ in primis illis ſcripſerat de libero arbi-

In ſcriptis poſterioribus Melanchthon cōfirmat liberū arbitriū.

trio

rrio. Sic enim loquitur: Valla & plerique alij detrahunt voluntati hominis libertatem, ideò, quia fiant omnia decernente Deo. Addit in locis, anno 1546. & 1555. excuſis. Hæc imaginatio orta ex Stoicis diſputationibus, deducit eos ad tollendā contingentiam bonarum & malarum actionum, immo omnium motuum in pecudibus & elementis. Dixi autem ſuprà, non eſſe in eccleſiam inuehendas illas Stoicas opiniones, nec defendendam eſſe neceſſitatem fatalem omnium, ſed aliquam contingentiam concedendam. Non neceſſe fuit, Alexandrum interficere Clytum. Nec miſcenda eſt diſputatio de determinatione diuina quæſtioni de libero arbitrio. Et iterum in Locis anni 1536. & 1538. ac poſterioribus: Cum in natura hominis reliquum ſit iudicium & delectus quidam rerum, quæ ſunt ſubiectæ rationi aut ſenſui, reliquus eſt etiam delectus externorum operum ciuilium: quare voluntas humana poteſt ſuis viribus ſine renouatione, aliqua externa legis opera facere. Hæc eſt libertas voluntatis, quam philoſophi rectè tribuunt homini. Nam & Paulus diſcernens iuſtitiam carnis a ſpirituali, fatetur, non renatos habere delectum aliquem, manus a cæde, à raptu, à furto continere. Et hanc vocant iuſtitiam carnis. immò hanc diſciplinam etiam non renatis præcipit Deus.

Et interiectis nonnullis: Hęc ſententia de libero arbitrio nihil habet abſurdi: & eſt germana cum aliorum ſcriptorum eccleſiaſticorum ac ſynodorum, tum verò etiàm Auguſtini ſententia: nec adigit ad deſperationem bonas mentes, nec deterret eas, quò minùs conentur: immo & amplificat Spiritûs ſancti auxilium, & acuit curam ac diligentiam noſtræ voluntatis. Non probo delitamenta Manichæorum, qui protsùs nullam voluntati tribuebant actionem, nec quidem adiuuante Spiritu ſancto, quaſi nihil intereſſet inter ſtatuam & voluntatem. Scribit etiàm, concurrere tres cauſas bonę actionis: verbum Dei, Spiritum ſanctum, & humanā voluntatem aſſentientem, nec repugnantem verbo Dei. Poſſet enim excutere, vt excuſſit Saul ſua ſponte: ſed cum mens audiens, ac ſe ſuſtentans, non repugnat, nō

Manicheorum delitamēta circa liberum arbitrium.

indulget diffidētiæ, ſed adiuuante etiàm Spiritu ſancto, conatur aſſentiri: in hoc certamine voluntas non eſt ocioſa. Et iterum poſt pauca: Vidi multos non Epicureos, qui, cum eſſent in mœrore propter ſuos lapſus, diſputabant, quomodo ſperē me recipi, qui non ſentiam in me transfundi nouam lucem & nouas virtutes? Præterea, ſi nihil agit liberum arbitrium, interea donec ſentero fieri illam regenerationem, de qua dicitis, indulgebo diffidentiæ & alijs vitioſis affectibus. Hæc Manichæa imaginatio horribile mendacium eſt: & ab hoc errore mentes abducēdæ ſunt & docendæ, agere aliquid liberū arbitrium. Pharao & Saul non coacti, ſed volentes & liberè repugnant Deo: nec fit conuerſio in Dauide, vt ſi lapis in ficū verteretur: ſed egit aliquid liberum arbitrium in Dauide, cùm audiuit obiurgationem & promiſſionem, volens iam & liberè fatetur delictum: & egit aliquid eius voluntas, cum ſe ſuſtentat hac voce, Dominus tranſtulit peccatum tuum.

Horrenda imaginatio quorūdā noſtri temporis Manichæorum.

2.Reg.12.

Et iterùm poſt pauca: Cùm promiſſio ſit vniuerſalis, nec ſint in Deo contradictoriæ voluntates, neceſſe eſt eſſe in nobis aliquam diſcriminis cauſam, cur Saul abijciatur, Dauid recipiatur, id eſt, neceſſe eſt, aliquam eſſe actionem diſſimilem in his duobus.

Et in capite præcedenti, quod eſt de cauſa peccati & contingentiæ: Eſt autem hæc pia & vera ſententia, vtraque manu ac verius toto pectore tenenda, quòd Deus non ſit cauſa peccati: & quòd DEVS non velit peccatum, nec impellat voluntates ad peccandum, aut approbet peccatum. Sed cauſę peccati ſunt voluntas diaboli, & voluntas hominis, quæ ſua voluntate abuti potuit, ſeq; à Deo auertere: quæ quidem longiùs ibi perſequitur.

Ex quibus planum cuique fieri poteſt, queadmodum Philippus Melanchthon, quicquid ab eo peruerſè ſcriptum fuerat de libero arbitrio in Locis communibus anni 1521. ſimul & magiſtri ſui Martini Lutheri eādem de re ſententiam, tanquā impiam, & cum hæreſi Manichæorum congruentem condemnauit: quod pluribus etiam verbis ab eo factum eſt in Epitome philoſophiæ moralis, quam edidit Ar-

Melanchthō ſe Manichæum fuiſſe re ipſa declarat.

Argentorati anno 1538. vbi ſimiliter damnat ingenia turbulenta, quæ multas de libero arbitrio ſerunt contentiones: & Vallæ abſurdas imaginationes, quæ propter diuinam gubernationem adimunt libertatem voluntati. Sed & in Commentarijs in epiſtolam ad Romanos poſterioribus expungi fecit ea, quę ſcripſerat anno 1524. quòd eſſent Dei propria etiam mala opera, vt Dauidis adulterium, & quòd æquè proprium eius opus eſſet Iudæ proditio, ſicut Pauli vocatio. Quin enarrat illum locum, Tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum. Nec vult, inquit, nec approbat, nec efficit peccatum Deus.

Auguſtanæ confeſſionis author Melãchthon, in qua ille diſſenſit à magiſtro ſuo Luthero de libero arbitrio.

Et quoniam Auguſtanæ confeſſionis eſt author idem Melanchthon, in ea quoquè diſceſſum eſt a Lutheri ſententia, quo ad hoc doctrinæ caput, quod ille tamen ad finem vſque vitæ ſuæ tanta pertinacia defendit, vt mori ſe priùs paratum oſtenderet, quàm ab hac ſua ſententia diſcederet. In qua quantum poſitum eſſe putauerit, & in exordio, ſicut paulò antè cõmemorauimus, & in fine libri, quem ſcripſit contra Eraſmum, ſatis declarauit. Sic enim prope calcem eum alloquitur: In hoc te vehementer laudo, quòd ſolus pręomnibus rem ipſam es aggreſſus, hoc eſt, ſummam cauſæ: nec me fatigâris alienis illis cauſis, de Papatu, Indulgentijs, Purgatorio, ac ſimilibus nugis potiùs, quàm cauſis, in quibus me hactenùs omnes venati ſunt fruſtrà. Vnus tu & ſolus rerum cardinem vidiſti, & ipſum iugulum petiuiſti.

Cardo Lutheranæ doctrinæ eſt de libero arbitrio.

In eo igitur, quod rerum cardo, quod cauſæ totius eſt iugulum, auſus eſt Philippus cum ſuis qui Auguſtanæ ſunt cõfeſſionis, à magiſtro ſuo Martino Luthero ſe palàm diuerſum ſentiendo ſegregare. Quod quid aliud fuit, quàm eum hæreſeos & impietatis condemnare? Et reuera cardo Lutheranæ doctrinæ vertitur in hoc vno dogmate de libero arbitrio, qđ ruere non poteſt, quin ſimul eodem motu labefactata concidant omnia, quæ de iuſtificatione præſertim, deque rebus ad illam pertinentibus ab eo ſcripta ſunt. Lutheri ſententiam tuetur etiamnùm Caluinus, & in ea perſtat. Neque ſibi prorſus eam ſordere Brentius oſtendit in prima Pericope, quam ſcripſit contra venerabilem virum Petrum à Soro. Vidimus autẽ & Galli cuiuſdam ſcriptum, quo grauiter inſectatur præceptorem ſuum Philippũ, quòd in hac tanta re à magiſtro ſuo Luthero diſſentiat. In quo ſcripto Philippũ etiàm inſimulat, quòd Caluinizet. Hæc Hoſius.

Hæreticorum voces, tanquàm Sirenum cantiones fugiendæ.

Libro quoquè quem inſcripſit, Qua Dei iuſtitia iuſti ſumus, de eodem Melanchthone ſic habet idem Hoſius: Nos verò, inquit, aduersùs iſtorum voces tanquàm Sirenum cantiones, dulces illas quidem, verùm certam perniciem adferentes, aures noſtras obturemus. Nam prætérquàm quòd omne ſtudium virtutis eneruant, dum, ſi minùs ipſi probi ſumus, ſufficere docent, quòd Chriſtus probus fuerit, atque illius nos ſola iuſtitia contentos eſſe oportere, etiàm ſi minùs ipſi iuſtè viuamus: nondum inter ipſos, qui de via regia declinauerunt, hoc eſt, ab eccleſiæ ſana doctrina aberrârunt, de ratione iuſtificandi ſatis conuenit. Nec ipſi modò diſſident inter ſe, & inuicèm ſibi ſunt hæretici, ſeque mutuo iudicio condemnant, verùm etiàm ſecum ipſi non rarò pugnant. Annotauit hoc vir quidã doctus, quanuis ex eorum numero, qui ſegregauerunt ſemetipſos, Philippum Melanchthonem in Iuſtificationis negocio quaterdeciès variâſſe. Sic iſtorum oratio, ſicut ſcribit Baſilius libro ſecundo contra Eunomium, videtur, neſcio quomodò, cùm ſemèl extra veritatem deducta ſit, ad multiplicia periculoſaque incõuenientia per quandam ſeductionis conſecutionem efferri. Nam qui ſemèl de recta fidei religioniſque curriculo deflexerunt, haud aliter atquè ij, qui à recto itinere aberrârunt, alias ex alijs ſemitas ingredientes, vagantur & errant, nullum peritum regionis ducem ſequuti. Sic iſti duce carentes eccleſia, quam reliquerunt, alia ex alijs erroris et impietatis diuerticula ingreſſi, nullum errandi finem faciunt. Miſcuit enim Deus in medio eorum ſpiritũ vertiginis, & immiſit illis operationem erroris: Obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ, vt non intelligant, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Sic fit vbi ſuo quiſque præfidit ingenio, ſibique hoc arro-

Varietas doctrinæ inter hæreticos.

Oſiander in Nycticorace.

Philippus Melanchthon quaterdeciès in iuſtificatione ſentẽtiam variauit.

Eſa.19.
2.Theſ.2.
Rom.8.
1.Tim.1.

arrogat, vt proprio ſuo, non communi totius eccleſiæ ſenſu, ſcripturas interpretetur, vt cæteros omnes, quanlibèt pios & doctos viros, talpis fuiſſe cæciores, ſe verò ſolum videre, ſe ſolum ſapere, perſuaſum habeat. Hactenùs Hoſius.

MELCHIORITAE. 26.

Melchioritæ ſunt ſecta Antiluthera nt, ad tertiam nimirùm noſtræ ætatis Euangelicorũ claſſem ſpectantes, vt author eſt Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, à Melchiore Hofmanno ſic dicti, qui tanta fuit confidentia, vt Argentinenſes concionatores ad diſputationem prouocârit anno Domini 1532. ſuper his articulis:

Melchioris blaſphemę & impiæ propoſitiones.

1. Chriſtum non aſſumpſiſſe ex virgine carnem, quã immani affecit blaſphemia: ſed Deum carnem eſſe ex ſe factum, ità vt vna eſſet in Chriſto natura.
2. Itē qui accepta gratia voluntariè peccaret, nunquàm in gratiam recipi.
3. Et ſalutem eſſe in noſtris viribus collocatam.
4. Sunt qui iſtis tribuunt corporale regnum Chriſti per annos mille cum Chiliaſtis.

MELETIANI. 27.

Alij eũ Melitiũ vocãt.

Meletiani à Meletio, ciuitatis cuiuſdam Aegypti epiſcopale munus primùm gerente, & ab ea functione poſteà reiecto, appellati dicuntur. Emerſerunt autem Conſtantij Chlori, & Valerij Maximi Imperatorum, atque Euſebij papę temporibus, circa annum Domini 311.

Idē habet Nicephor' lib. 8. cap. 5.

Meletiani quomodò ab eccleſia ſegregati ſint.

Qui verò fuerint iſti, recenſet Socrates Tripartitæ hiſtoriæ libro 1. cap. 18. in hæc verba: Sub Petro, inquit, Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo, qui ſuſcepit Diocletiano imperante martyrium, Meletius quidam epiſcopus vnius ciuitatis Aegyptiorum, depoſitus eſt, cùm propter multas alias cauſas, tum vel maximè, quia in perſecutione fide negata ſacrificauerat. Ergò dânatus, multos habuit ſequaces, & hæreſiarches factus eſt eorum, qui hactenùs ab eo in Aegypto Meletiani vocantur, nullam iuſtitiæ ſatisfactionem habens, cur remanſerit ab eccleſia ſeparatus. Dicebat quidem, iniuriam ſe eſſe paſſum, & obloquebatur ſæpius, derogabatque Petro. Sed Petrus in perſecutione, percepta martyrij palma defunctus eſt. Iſte verò retulit detractiones in Achillàm, qui poſt Petrum ſuſcepit epiſcopatum, & rurſùm in Alexandrum, qui poſt Achillam noſcitur ordinatus.

Alexādro Alexādriæ epiſcopo nolēte Arrium ſuſcipere, p diuerſa loca Arriani cõcilia celebrant.

Inter hæc igitur ſuperuenit quæſtio Arriana, & Meletius vnà cum ſuis defendebat Arrium, conſpiratione facta cum eo aduersùs epiſcopum. Quibuſcunque enim praua videbatur Arrij ſecta, ſuſcipiebant ſuper Arrio Alexandri ſententiam, tanquam iuſtum, contra conſentancos Arrij, eius videretur eſſe decretum. Scribebant aũt & qui circa Euſebium Nicomediæ erant, & alij, quibus Arrij opinio complacebat, quatenus ſolueretur quidē præmiſſa damnatio, & in eccleſiam damnati reducerentur, quaſi nihil mali profiterentur. Sic itaque diuerſis epiſtolis ad Alexandrum epiſcopum deſtinatis, fecerũt harum epiſtolarum collectiones: Arrius quidem earum, quæ pro ſe erant, Alexander autem contrarium. Et hinc occaſio contentionis oborta eſt hæreſibus, quæ nunc vbique circunuolant, hoc eſt, Arrianorum, Eunomianorum, & quicũque nomē habent à Macedonio. Singuli nanq; horum, ipſis epiſtolis teſtibus vſi ſunt in defenſionem hæreſis ſuæ. Vnde omnia erant valdè turbata. Non enim ſolummodò eccleſiæ præſules ratiocinationibus inter ſe certare videbantur, ſed etiã populus diuiſus erat. Alij nanque iſtis, alij verò conſentiebant illis. Et ad tantum cauſa venit incendium, vt in publico, & in ipſis theatris Chriſtianitati derogaretur. Hi quidem in ipſa Alexandria poſiti, tanquàm iam victores de ſuperioribus perſequutionibus facti, potiùs armabantur, legationemque mittebant ad prouinciales epiſcopos: hi verò in alteram diuiſi partem, illorum ſimili ſeditioni communicabant. Miſcebantur igitur Arrianis Meletiani, qui dudùm fuetant

Eccleſiarũ diſſidium.

Vtriq; volebant videri victores.

rant ab eccleſia ſegregati. Hæc Socrates.

Meletius ſibi ipſi epiſcopalē dignitatem ſumit.

Meletius verò propagandæ hæreſis ſuę cauſa, temerè ſibi manus imponendæ authoritatem rapit. Nam (vt author eſt Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtor. lib. 8. cap. 5.) quum ſectatores multos haberet, hæreſiarcham ſe, vt iam diximus, & ducem eorum conſtituit: & epiſcopali dignitate ſibi per Petrum abrogata, & quòd ab eodē excommunicatus eſſet, nec pateretur eū ſacramentum baptiſmi adminiſtrare, in oppido Lyco ſeſe recipiens, quod ad Aegyptum eſt, quæcunque ſunt epiſcopalis muneris, citra pudorem timoremque omnem peregit, Petro prorſus præ ſe contempto.

Lycus vrbs poſtea Ptolemais, & Panopolis, ac Veneris oppidū, dicta eſt.

Et infrà cap. 19. Tertio porrò congreſſu Nicenę ſynodi, de Meletio hęreſiarcha eiuſq; ſectatoribus, atq; rebus per eum in Aegypto nouatis, inquiſitum atq; decretum, vt oēs illi Lyci eſſent, nudum epiſcopatûs nomen retinentes, & nè cui eorum poſteà imponendę manûs poteſtas eſſet. Quos autem antea manuum impoſitione dignati eſſent, vt illi in miniſterio ſuo, quod ſortiti fuerant, permanerent quidē, & abſque metu omni communicarent, dignitate autem & honore ab alijs cuiuſcunque eccleſiæ epiſcopis ſecundas ferrent: atque vt in defunctorum locum deincèps recèns apud eos cooptati ſubrogarentur, ſiquidem ſuffragio digni viderentur, epiſcopo Alexandrino legente: ipſi verò legendi arbitrio ſuo poteſtatem nō haberent. Ac rectè ſanè & commodè hoc ſic Synodus conſtituit, vt Meletij ſectatorumque eius temeritas atq; celeritas manuum imponendarum compeſceretur.

Decretum ſynodale de Meletio & ſectatoribus eius ſatis benignum.

Tam præfracta nanque audacia fuit Meletius, vt perſequutionis temporibus quū fugeret atque latitaret, manûs imponendæ poteſtatem, ad celeberrimum illum Petrum martyrem pertinentem, ſibi raperet atque vendicaret. Quare illud euenit, vt tantoperè ſchiſma & factio eius per Aegyptum inualeſceret.

Meletius temerè & illegitimè ſibi manus imponendæ authoritatem ſumit, ſuæ hęreſis propagandæ cauſa.

Rurſus idem Nicephorus, ca. 46. eiuſdem libri: Nondùm verò, qui in Aegypto quoq; coortus fuerat motus, ſopitus erat, cùm, qui, Macario vita functo, epiſcopatum eius reciperet, diſceptabatur. Arrij nanque hæreſis à Nicena ſynodo proſcripta: Meletius verò eis, quas ſuprà expoſuimus, cōditionibus receptus erat. Et Alexandro Meletius, quas extra ordinem non rectè tenuerat, eccleſias, reſtituerat. Ipſe Lyci agebat. Et priuſquam Meletius deceſſit, Ioannem quēdam, qui eadem cum eo de ſynodi Nicenæ dogmate ſentiebat, in locum ſuum ſubſtituit, qui noui rurſus motûs in eccleſijs author fuit. Quod vbi Arriani vidēre, neque ipſi rerum ſuarum negligentes fuēre. Et quod apud factioſos eiuſmodi homines fieri aſſolet, hi quidem Arrij opinionem laudibus ferebant: illis verò magis conuenire videbatur, vt eccleſijs Meletiani præeſſent: quibus etiam plerique magis erant addicti. Atque antea quidem vtrique ab alteris diſſidebant. Vbi verò animaduertēre, multitudinem epiſcopos catholicæ eccleſiæ ſequi, conuentu coacto, fœdus inter ſe pepigēre, communeque aduersùs pium Alexandrinæ vrbis clerum ſuſcepēre bellum. Et adeò criminatiōes ſimul & defenſiones ex æquo communiter decertantes protulēre, vt tempore procedente, Arriani vocarentur Meletiani, & Meletiani Arriani.

Meletius noui motꝰ in Aegypto cauſa eſt.

Meletiani & Arriani inter ſe diſſidentes, contra Catholicos cō iunguntur & communes inuicē actiones et defenſiones, ipſaſq; etiàm nomina faciunt.

Atqui Meletiani de eccleſiarū pręfecturis tantùm decertabant, Arriani autem malè ſentiebant de Deo. Veruntamen quòd ſibi communiter inimicitias cōtra nos ſumpſerant, conſenſum atque cōcordiam aſſimulabant, vtriq; arbitrati, faciliùs ſibi eo modo res ex ſententia ſucceſſuras. Cæterùm temporis proceſſu propter perpetuos de rebus eiuſmodi ſermones et colloquia, ad eum peruenēre habitum, vt idem vtriq; de Deo ſentirēt. Sedenim deindè Meletiani, iuxta priſtinam ſeceſſionem, ab Arrianis ſunt diſiuncti. Simul nanque vtrorunque clerus & populus alij ab aliorum abhorrebant communione. Multasque vrbes id peruaſit malum, maximè verò Arrianiſmus viguit in Bithynia & Helleſponto, necnon in ipſa Conſtantinopoli: indè adeò, quod Euſebius Nicomedienſis & Theognis Nicenus, arte quadam eum, cui decretum Nicenæ ſynodi aſſeruandum commiſſum fuerat, dicuntur circunueniſſe, ſubſcriptioneſque ſuas deleuiſſe:

atque liberè & propalàm docuiſſe, nō oportere filium patri conſubſtantialem dicere.

Melitius epiſcopus Antiochenus deſignatur anteà quidem arrianizans, deindè autē orthodoxus effectus.

Quomodò verò Melitius ab Arrianis Sebaſtiæ primò, deindè Antiochiæ epiſcopus creatus ſub Conſtantij imperio, & exindè orthodoxus effectus ſit, & eapropter ab eodē Imperatore in exilium miſſus, idem refert Nicephorus lib. 9. c. 48. in hæc verba: Quum Eudoxius ad Conſtātinopolitani epiſcopatûs opes reſpiceret, & iam poſſeſſionem eius obtineret, non parua per ambitionem de Antiochena ſede orta eſt contentio. Quòd nanque, vt ità dicam, vnuſquiſq; epiſcopatum eum ad ſe pertinere putaret, ſeditiones in clero ſimul & populo, vt fieri ſolet, ſunt motæ. Et cuiuſque opinionis ſectatores, in ea epiſcopatûs conſequendi expectatione, ex popularibus ſuis quenquam deligi ſtuduerunt. Ingens nanque adhuc in multitudine de dogmate erat diſſidium. Vndè in pſalmodijs quoque non concordabāt: ſed vnuſquiſque pro ea, quam obtinebat, opinione, carmina conformabat. Et quū talis eſſet Antiochiæ ſtatus, Eudoxio ſectatoribusque eius placitum eſt, in eam vrbem transferre, qui dicendo atque perſuadendo egregius, ſimulque vitæ conſuetudine laudatus maximè, eiuſdemq; anteà cum eis ſententiæ ſuffragator fuiſſet, Melitium. Magnam enim conceperant ſpem, fore vt multis eius viri primarijs dotibus, non ſolùm Antiochenos in ſententiam ſuam pertraherent, ſed etiàm vicinas circuncirca vrbes, & eos maximè, qui à diuo Euſtathio Euſtathiani vocabātur, & fidem Nicenam integram ſeruabant, ſuas ipſi ſibi ſynaxes & conuentus ſeorsim agentes. At enim magnoperè opinione ſua ſunt falſi. Et ad Melitium vbi Antiochiam peruenit, permulti Arriani, permulti etiàm alterius partis, quæ Paulinum ſecuta fuerat, acceſſēre. Et alij quidem propter tanti viri gloriam, (celebris enim aduentum eius præceſſerat fama) alij autem videndi eius gratia. Quibus quoquè ſtudio fuit, ad quam partem inclinaturus eſſet, reſciſcere. Vulgatū quippe rumoribus erat, plurimi eum Nicena decreta facere, ſicuti etiàm exitus comprobauit. Ac primùm ille quidem vt de

In pſalmodijs inter hæreticos diſſidium.

dogmate verba faceret, ſecundo loco habuit: doctrinam autem morum, publicè coluit. Deindè verò progreſſus, Nicenam etiam fidem intulit, & conſubſtantiale prędicauit. Fertur ſanè quidem, clericum Archidiaconum ad eum, quum doceret, acceſſiſſe, cauamque ei manum iniecſſe, atque os obſtruxiſſe: Illum autem manu magìs, quàm voce, fidei ſententiam indicâſſe: tres apertè digitos extendentem, eisque rursùm leuiter contractis, vnum tantùm directè erigentem: Qua ille re omnibus per imaginem quandam exhibuit, quæ ſentiens dicere non potuit. Vbi verò diaconus ore relicto, manum eius compreſſit, tum illum ore libero & voce graui diſertè ſententiam de Deo ſuam promulgâſſe, & omnibus Nicenam fidem commendâſſe: apertè, qui aliter ſentirent, eos à recta opinione aberrare, teſtatum. Quum autem non ceſſaret vel verba faciens, vel manu geſticulans, animi ſui ſententiam viciſsim, vt ſe res dabat, aduersùs Archidiaconi inhibitionem atque contentionem adſtruere, & concertatio ea inter epiſcopos perindè atquè pancratio, hoc eſt, omnium certaminum genere & viribus opibusque omnibus decertantes, diutiùs duraret, Euſtathianos lætitia plenos exultâſſe & vociferatos eſſe, Arrianos verò pudore atque ignominia affectos ceſſiſſe. Et eam ob cauſam Eudoxium cum ſuis indignabundum, ab eccleſia Melitium proſcripſiſſe: eundemq; deindè, vt ſententiæ ſuæ ſuffragaturum (ità enim exiſtimabat) & priora dicta correcturum, reſtituiſſe. Nam Melitius Arrianorum ſuffragijs Sebaſtiæ epiſcopus creatus, atque inde rursùm per eoſdem Berrhœam Syriæ tranſlatus fuerat, & Seleuciæ in concilio, Acacij fidei formulæ ſubſcripſerat. In Conſtantinopolitana præterea Synodo affuerat: & cū illis quæ eis placita erant, egerat & ſanxerat, atque ab eiſdem ad Antiochenam ſedem euectus fuerat. Sed illi, vt diximus, eum reſtituêre.

Melitius ſimul & manus indicio, & voce libera Trinitatem cō ſubſtantialem deprędicat, cùm antea Arrianis fauceret.

Melitius ab Eudoxio proſcriptus.

Mox idem reſtitutus.

De hōc Acacio vide ſuprà loco ſuo.

Vt autem à recta ſententia deduci minimè potuit. Imperator ea re intellecta, exilio eum mulctauit, & Euzoio Arrij familiari, cum quo etiàm damnatus fuerat, eccleſiam Antiochenam commiſit.

Porrò

Melitius à Conſtãtio in exilium actus.

Porrò qui Melitium conſectati, doctrinã eius laudabant, ab Arrianis ſeiuncti, ſuas ipſi ſibi eccleſias & conuentus agebant. Paulini ſiquidem ſectatores, & Conſubſtantialis aſſertores, qui Euſtathiani vocabantur, Melitium eiusque ſtudioſos auerſati ſunt, neque communionem ſibi cum eis eſſe voluerunt: propterea quòd Melitius Arrianorum electione epiſcopus factus, ſectatoresq; eius eorundẽ baptiſmo initiati eſſent. Atque ij ſanè quanuis ſententijs eſſent coniuncti, tamen propter ſolam electionis cauſam, à ſeipſis ſunt diſiuncti. Ità factum, vt in eccleſia Antiochena diſſidium duabus, quæ idem ſentirent, partibus intercederet.

Pauliniani orthodoxi cũ Melitianis catholicis Antiochiæ ꝑpter Arrianam Melitij electionem, non communicant.

Quomodò verò ſub præuaricatore & apoſtata Iuliano Imperatore, ab exilio Melitius reuocatus fuerit, idem quoquè Nicephorus deſcribit lib. 10. cap. 17. in hunc modum: Porrò Euſebius Vercellenſis epiſcopus, Alexandriæ Synodo peracta, Antiochiam profectus, plebem ibi inter ſe diſſidere inuenit. Nam qui Melitij partes ſequuti fuerant, Paulinum à Lucifero lectum protsùs auerſabantur, et ſuas ſibi eccleſias atque conuentus cogebant. Et quum non minimum ſtudij in eo poſuiſſet, vt, quod per diſſidium ſciſſum erat, vnione coniungeret, ſibi ipſi tamen non ſatisfecit. Intereà enim Melitius quoquè ab exilio reuerſus eſt. Qui quũ ſectatores ſuos, qui eum in precio habebant, ſeorsìm cõuentus agere inueniſſet, epiſcopali more eis præijt. Ità factum, vt tres eodem tempore Antiochiæ eſſent, qui paſtorali munere fungerentur, Antiſtites. Et eccleſiæ quidem in Euzoij poteſtate erant, qui Arrianis præfuit: Paulinus autem intra vrbem eccleſiam vnam minùs celebrem obtinuit, quam ei Euzoius, quòd hominem iamdudum obſeruâſſet, conceſſit. At Melitius extra vrbem ad portam, conuentus ſuos agebat. Eo in ſtatu quum tres Antiochiæ eſſent, Euſebius indè rursùm abijt. Hæc ſtatim poſt exſulum teſtitutionem facta ſub Iuliano apoſtata. Hactenùs Nicephorus.

Melitius ab exilio reuerſus.

Tres eodẽ tẽpore Antiochiæ epiſcopi, Euzoius, Paulinus, Melitius.

MENANDRIANI.

28.

Menandriani, à Menandro mago Simonis diſcipulo, genere quidẽ vt ille Samaritano, & in vico Caparatenſi orto, dicti ſunt, qui viguit Veſpaſiani Imperatoris & Lini ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 80.

Menandri hæreſes.

1. Hic cum ſuo magiſtro aſſerebat, totum hunc mundum ab angelis factum fuiſſe. Qui error ex officina Ariſtotelica prodiјſſe videtur. Nam quanuis Ariſtoteles mundum eſſe creatum negauerit, dixit tamen, omnia, quæ in iſtis inferioribus fiunt, ab intelligentijs fieri: quoniam (vt ait) quæ à Deo immediatè fiunt, neceſſario fieri neceſsè eſt. vndè concludere videtur ille, res contingentes ab intelligẽtijs fieri. Ex quo ſane errore hauſiſſe videntur Menandriani, mundum factum fuiſſe ab angelis. Creatura.

2. Docebat quoquè, nullo alio pacto angelos ab hominibus vinci poſſe, quàm magicæ cuiuſdam artis diſciplina. Angeli.

3. Qui cùm Antiochiam veniſſet, quàplurimos arte magica decepit, Chriſtum verum hominem fuiſſe abnegans, & ſe mundi ſaluatorem deſtinatum aſſerens, ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſum: Adeò quidem, vt omnes ſitientes ſalutem, in ſuo nomine baptizandos cenſeret, vt author eſt Euſebius lib. 3. cap. 26. Iſidorus quoque & Auguſtinus lib. de hęreſibus. Chriſtus.

4. Incredibilia alia figmenta compoſuit, variasque paſsim hæreſes diffudit, quarum lolio multorum oculos vitiauit, tandemq; vno ſcelere interijt: de quo ſic dicit Ignatius in epiſtola ad Tralleis: Fugite, inquit, Menandrum, & totam collectionem malignitatis eius.

De quo item ſcribit in hunc modum Nicephorus lib. 3. cap. 12. Sub eodem, hoc eſt, Veſpaſiani imperio, poſt Simonem illum magum, inſignem diabolicæ operationis & efficaciæ armaturam exhibuit Menander diſcipulus eius, Samaritanus itidèm vt ille, impoſturis certè & carminum præſtigijs longè magiſtrum poſt ſe relinquens. Sibi ipſi enim Seruatoris no-

Menander Simonis magi, hæreſisque eius diſcipulus & ſucceſſor.

ſtri vendicabat honorem,ſeque è cœlo ſalutis hominum ergò demiſſum eſſe nugabatur. Illud etiàm docens, neminem vnquàm aliter ex certamine cum mundi architectis angelis congreſſum, victorem abiturum, quàm ſi diſciplinam magicarũ præſtigiarum ſuam omnem probe teneret, & quem ipſe tradidiſſet baptiſmum, ſubiret. Quo baptiſmo ſi quem dignatus eſſet, eum expertem ſenectutis, ſempiternam & immortalem vitam victurum eſſe dicebat. Meminit huius Irenæus, & item ex philoſophis martyr & teſtis optimus Iuſtinus, Simonis illius atque Menandri huius mentionem faciens, atque ità dicens: Menander quidam, & ipſe Samaritanus, in vico Capataienſi ortus, Simonis diſcipulus, non minùs quàm ille dæmoniorum furore afflatus, permultos Antiochiæ viuens magica arte ſeduxit, qui etiam ſectatoribus ſuis nunquàm eos morituros eſſe perſuaſit. Extant etiãnum illius diſcipuli nonnulli, qui hoc idem profitentur. Verum enimuerò diabolicæ planè hoc erat ſolertiæ, per tales Magos, qui Chriſtianorum ſibi, prætextûs gratia, nomen ſumpſiſſent, ingenti diuinæ pietatis myſterio magicarum præſtigiarum inurere calumniam, atque eccleſiaſtica de animarum immortalitate & mortuorum reſurrectione dogmata traducere atque euertere. Hæc Nicephorus.

Baptiſmus Menandri.

Diabolus per Simonis & Menandri hæreſim vehementiſſimè Chriſti animũ oppugnauit.

MENAS DIACONVS *Arrianus.* 29.

Menas eccleſiæ Alexandrinæ diaconus, priùs catholicus, ſed Arrianæ factioni poſteà adhærescens, viguit ſub Alexandro Alexandrinæ vrbis epiſcopo, a quo cum Arrio & ſuis alijs popularibus ab eccleſia proſcriptus eſt, & ſacero ordine motus, Conſtantini magni Imperatoris & Sylueſtri ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 315.

De hoc idem Alexander epiſtola quã ad omnes epiſcopos catholicos de Arrianis ſcripſit, in hunc modum ait: In eccleſia ſanè noſtra exurrexerunt nunc viri iniqui & Chriſti inimici, defectionẽ docentes, quam rectè quiſquam præcurſorem Antichriſti exiſtimauerit atque dixerit. Et deſertores quidem ſunt, Arrius, Achillas, Aithales, Carponas, alter Arrius, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iuli*, Menas, Helladius, Caius, & cum eis Secundus, & Theonas, aliquandò epiſcopi dicti. Quæ vero contra ſcripturas adinuenta docent, hæc ſunt:

Nicephor' lib. 8. ca. 8.

1. Non ſemper Deus pater erat, ſed erat quum Deus pater non erat.
2. Non ſemper igitur Dei verbum erat: ſed ex non exiſtentibus factum eſt. Qui enim erat Deus, eum qui non erat, ex nõ exiſtente fecit.
3. Itaque aliquandò erat, quum nõ erat: ſiquidem creatura & factura eſt filius.
4. Neque verò æqualis ſubſtantia eſt patri, neque verum & naturale verbum patris eſt, neq; etiam vera ſapientia eius: ſed vnus quidem ex creatis & genitis eſt: abuſiuè autem Verbum & Sapientia factus.
5. Et ipſe in proprio ſeu natiuo Deo verbo, & in Dei ſapientia eſt, in qua & omnia & ipſum quoque fecit Deus. Proptereà etiã mutationi & alterationi natura obnoxius eſt, ſicutì omnia quoquè rationalia.
6. Peregrinum quoque & alienum ſegregatumque eſt Verbum à ſubſtantia Dei.
7. Et inenarrabilis eſt pater filio: neque enim perfectè cernere poteſt Verbum patrem, neque perfectè & certò eum cognoſcere.
8. Etenim ſuam ipſius quoq; ſubſtantiam, vti eſt, filius non nouit: propter nos nanque factus eſt, vt nos per eum, velutì inſtrumentum, crearet Deus: neque is ſubſtitiſſet, niſi nos Deus creare voluiſſet.
9. Rogauit igitur eos quidã, poſſétne Verbum DEI mutari, ſicuti diabolus mutatus eſt? Atque illi reſpondere non reformidàrunt, poſſe. Mutabilis enim naturæ eſſe, generationi & mutationi obnoxium. Hæc dicentes, atque his impudenter ſeſe venditantes Arrianos, ſectatoreſque eorum, nos quidem cum Aegyptijs & vicinis Libycis centum numero epiſcopis, conuentu acto, anathemate iugulauimus. Hæc Alexander Alexan-

Arrianorũ impium dogma.

Arriani cõuentu prouinciali cẽtum epiſcoporum excõmunicati.

xandriæ epiſcopus, apud Niceph. lib. 8. cap. 8.

MENOPHANTVS *Epheſi epiſcopus Arrianus.* 30.

Menophantus Epheſinus epiſcopus vnus eorum fuit, qui Nicenis decretis obluctantes, Arrij laudârunt opinionem, tempore Conſtantini Magni Imperatoris, & Syluestri maximi Romanorum pontificis circa annũ Domini 316.

Decretum ſeu ſymbolum fidei Chriſtianæ Nicenum.

De hoc Nicephorus lib. 8. cap. 17. ſcribit in hæc verba: Profeſſio fidei, inquit, in Concilio Niceno à trecentis decem & octo epiſcopis in ſcriptum relata, atque ab eiſdem, & ſimul à ſapientiſſimo Conſtãtino annotationibus confirmata, quæ etiàm nunc eccleſijs olim tradita obtinet, de verbo ad verbum ſic habet: Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, viſibilium & inuiſibilium omnium factorem. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei, genitum ex patre, vnigenitum: hoc eſt, ex ſubſtantia patris: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, nõ factum, conſubſtãtialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, homo factus & paſſus. Et reſurrexit tertia die, aſſcendit in cælos, & venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum.

Qui autem dicunt, fuiſſe aliquandò quum non eſſet, aut non fuiſſe priuſquã genitus ſit, aut ex non exiſtentibus factũ eſſe, aut ex alia ſubſtantia vel ſubſiſtentia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationive obnoxium, eos anathemate ferit Catholica & Apoſtolica Eccleſia Dei.

Ad hunc modum omnibus inter ſe eõ uenit, vt conſubſtantialem patri filium eſſe decernerent, & ſanam fidem complecterentur. Adeò vt pauci admodùm fuerint, qui Arrij opinionem approbârint, & conſubſtantialis vocẽ reprehenderint. Erant autem hi, Euſebius Nicomediæ, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis, Menophantus Epheſi, Patrophilus Scythopolis, Narciſſus Neroniadis (quæ ſecundæ Ciliciæ ciuitas eſt, nunc Irenopolis vocata) epiſcopi.

Epiſcopi Arriani, qui in concilio Niceno vo- cem & ſententiã Cõſubſtantialis reprehenderũt.

Dicebant nanque homouſion, id eſt, Conſubſtantiale eſſe, quod ex aliquo ſit per partitionem, aut per germinationem, aut per fluxum. Ac per fluxum quidem, vt paterni liberi: per germinationem, vt ex radicib⁹ ſurculus: per partitionem autem, vt ex maſſa aurea ramenta duo aut tria. At quia iuxta nullam talium modorum rationem ex patre filius eſſet, propterea editã fidei profeſſionem reijcere inſtituerunt. Et quum Cõſubſtantialis vocem prorsùs non receperunt, tum ſubſcribere decreto ei, quo dignitas ſacerdotalis Arrio eſt abrogata, noluerunt. Quæ res Synodo cauſam præbuit, vt Arrium, atque vnà omnes qui eius adhærerent ſententiæ, excommunicatos anathemati ſubijceret, ac nè quis eorum Alexandriam ingredi auderet, ſanciret.

Arrius & ſectatores eius, anathemate iugulati.

Quomodò verò in Sardicenſi concilio per occidentales epiſcopos ex Conſtantis & Conſtantij Cæſarum mutua ſententia ad numerum circiter trecentorum ibi congregatorum, iterùm Menophantus cum ſuis popularibus damnatus ſit, & Epiſcopali dignitate priuatus, idem refert Nicephorus lib. 9. cap. 12. in hæc verba: Abrogârunt quoque ij (inquit) epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiano Gazæo, & vt nõ modò epiſcoporum, ſed nè Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuêre. Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, Acacio Cæſarcenſi Euſebij Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vrſicio Singidonis & Valenti Murſiæ Pannoniorum epiſcopis, & Laodicenſi Georgio, quanuis ſynodo Orientalium is non intereſſet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerunt, quòd filium Dei à paterna ſubſtantia ſepararent: & quòd, qui dudùm propter Arrianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterij Dei euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad om-

Menophãtus in cõcilio Sardicẽſi iterùm damnatus, & dignitate epiſcopali priuatus.

omnes vbique epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent et confirmarēt, necnon Nicenis placitis conſentirent. Quibus roboratis, inæqualitatem in trinitate repudiârunt, & Conſubſtantiale apertè promulgârunt. Et ſcripto quodam compoſito, quod diffuſius quidem quam Nicenum eſſet, finitionem autem eius ſeruaret, verbiſque non admodum ab illo differret, id paſsim ad loca omnia miſerunt. Nè verò nouare quidquam contra Nicena decreta viderentur, Hoſius & Protogenes, qui tum ſynodo præierant, cum certa atteſtatione ad Iulium Romanum pontificem literas dederūt, authoritatem ſuam ſe Nicenæ fidei profeſſioni integrā relinquere: perſpicuitatis autem gratia, quæ Niceæ cōſtituta eſſent, non ita multis latiùs extendiſſe, nè ſcilicet Arriani cō pendio profeſſionis fidei ad abſurdas opiniones eos abducerent, qui dialecticæ ſunt imperiti. His ità peractis, domum reuertêre. Hæc Nicephorus. De hoc concilio Sardicenſi vide plura infrà in Narciſſo Neroniadis epiſcopo.

Magno cū metu & religione veteres de fide noui aliquid edidêre.

MENNONITAE.

13.

MEnnónitæ, Anabaptiſtæ ſecta, & ad tertiam noſtri temporis Euangelicorum claſſem pertinentes, per Belgium à Mennone Simonis Phriſio Anabaptiſtarum duce dicti ſunt. Qui, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, in Vuitmarſum paſtor, vbi tumultum illum in Friſia, occupato à diſcipulis Oldecloſter, & multorum ſanguine reſperſo concitaſſet, varios ſuę perfidiæ reliquit adminiſtros, qui Hollandiam, Friſiam, & regiunculā Embdenſem miſerè contaminauêre.

Mennonis hæreſes.

Hic non cōtentus Baptiſma violâſſe, etiàm Chriſtum negat ex virginis carne aut humana ſubſtantia natum, ſed ex patris ſubſtantia cælitùs attuliſſe corpus, vti ait colloquio Vuiſmarienſi.

Tibbæ.

Iſti varia ſibi imponunt nomina. Per Friſiam vocitantur Tibbæ, à Tibba quodam illius coniurato: ſicuti & per Hornenſem tractum, ſoliditatis nomine inſigniuntur, cùm hos miſellos Miliapos vocitant.

Maliapi.

Rursùs idem Lindanus de eodem, dialogo 3. Sed quanuis omnes, inquit, ſeſe iactitant Apoſtolos, Helias, Enochos, aut Euangeliſtas: nullo tamen adhuc miraculo eccleſiæ Dei declarare potuêre, ſeſe eſſe à Deo miſſos, adeò vt nullus eorum, ait Eraſmus, extiterit, qui vel equum claudū ſanare potuerit. Vnum iſtorum omniū noui Mennonem Anabaptiſtarum ducem, qui nominatìm recitat aliquot Lutheranorū concionatores ſubitanea morte abreptos, qui ſuum dogma infeſtârūt. Vuiſmariæ ait anno 1555. Vincentiū quēdam cum è ſuggeſtu profiteretur ſeſe Anabaptiſtas infamaturum, dum os ſibi eſſet patulum, eueſtigiò obmutuiſſe, & domum ſuiſſe deportatum. Alios in menſa narrat, cum ipſi mortem minitarentur, ſubitò extinctos. Sed fidem his habeant, qui perfidis impoſtoribus aures præbere ſolent. Certè ſi hæc ſui Euangelij vi fecit Menno, mirum cur ſe tot per annos claudicantem ſanare nequiuerit. Hæc Lindanus.

In Diatriba de libero arbitrio

Menno q̄nam iactet miracula.

De hoc item Hoſius libro primo de hęreſibus noſtri temporis ſcribit in hūc modum: Cùm abſurdum, inquit, Anabaptiſtis videretur, quod aſſerebat Lutherus, habere ſuam fidem actu paruulos, ſicuti verè eſt abſurdiſſimum, ſatiùs illis viſum eſt, omittere baptiſmum in paruulis, & eos niſi credentes baptizare: quòd hoc ſe verbo Chriſti niti dicerent, Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: hoc in æternum eſſe manſurum vociferarentur: aduersùs hoc ne portas quidem inferi præualituras eſſe gloriarentur. Quorū etiàm vnus Menno Friſius, qui cæteris eruditione pręſtare videtur: Certè, inquit, hac in re nō poſſum decipi verbo tuo pater cæleſtis: credidi, illudq; ſuſcepi per ſpiritum ſanctum, vt certum veritatis verbum. Ac paulò pòſt: Ego ſcio certò & firmiter, quòd hac mea doctrina, quod eſt verbum Dei, in die recti iudicij non ſolū dominos & principes, non ſolùm mundum, ſed ipſos etiàm angelos iudicabo. Sic ille non minùs confidenter & animoſè, quam Lutherus de ſua doctrina, tanquam de puro Dei verbo ſe magnificè iactat. Hæc Hoſius.

Hoſius.

Menno Friſius mūdū & angelos iudicaturū ſe dixit.

ME-

METAMORPHISTAE.

32.

Metamorphiſtæ ſunt ex Sacramentariorum noſtri huius ſeculi factione, qui, authore Staphylo, aſſeuerant, Chriſti corpus, poſtquam aſſcēdit in cælum, planè Deum eſſe factum: omninoque propriè dici debere, Corpus Chriſti eſt Deus. Cùm ergò quæritur, quomodò corpus Domini adſit in Cœna Domini: reſpondent, adeſſe quidem verum corpus, ſed tale corpus tamen, q̄d iam ſit diuina eſſentia & Deus ſimpliciter, non caro humanæ naturæ conſubſtātialis. Ità ſcribit Suencfeldius in multis libris, & præcipuè de duplici ſtatu Chriſti. Hæc Staphylus.

METANGISMONITAE.

33.

Metangiſmonitæ, teſte diuo Auguſtino libro de hæreſibus ca. 58. idem ſignificant quod tranſfuſantes, vel inuaſantes, ab ἀγγεῖον græca voce, quæ, vas Latinè dicitur, & μεταγγισμὸς dictione compoſita, quę infuſio vnius vaſis in aliud dicitur. Hi enim ſic filium eſſe in patre dicebant, ſicut vas paruum in vaſe maiore: ità filium minorem patre ſacientes, contra illud Athanaſij in Symbolo: In hac Trinitate nec maius, nec minus nil prius aut poſterius: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales. Quis autem iſtorum dux & princeps fuerit, ſubticet Auguſtinus. Videntur autem ætate Artemonis & Theodoti, hæreticorum, emerſiſſe, ſub imperio Heliogabali Imperatoris, & pontificatu Vrbani Papę, circa annum Domini 221.

Metangiſmonitæ vndè dicantur.

Metangiſmonitarū hæreſis.

Philaſtrius

De his ſic tradit Philaſtrius libro de hæreſibus: Poſt Tatianum, Montanum, & Theodotum, alij ſurrexerunt, qui dicebant, metangiſmon, id eſt, filium intrare in patrem, & vt vas in vaſe ineſſe, ignorātes quid aſſererent, cùm Saluator non ſe filium in patrem intrare, ſed æqualitatis cauſam in diuinitate & potentia docuerit, non introitum aut continentiam, vt illi exiſtimant, impartitam. Et ſeparant ſe à catholica eccleſia, propter illos ſuos pſeudoprophetas id ſentiētes, & non intelligentes quòd qualis immenſus eſt pater, talis eſt & filius, talis eſt & Spiritus ſanctus, æqualis in omnibus: ità vt ſit immobilis Trinitas, immenſa & omnipotens, atque ſempiterna vbiquè, quæ nobis nunciatur ex ſanctis ſcripturis apertiſſimè, vt & ſint tres perſonæ viuentes in perpetuum, & æquales in omni maieſtate & potentia: filius tamen & Spiritus ſanctus de patre ſint propriè. Hactenùs Philaſtrius.

MOLOCHITAE ET *Remphamnitæ.*

34.

Molochitæ & Rēphamnitæ, ab Idolatria, quam Moloch & Rempham Ammonitarum idolo exhibebant quondàm Iudæi, appellantur, eidem idolo filios & filias ſuas initiantes, contra Domini præceptum, quo id agere inhibentur apud Leuiticum in hæc verba: De ſemine tuo non dabis vt conſecretur idólo Moloch, nec pollues nomen DEI tui, ego Dominus. Et rurſus: Homo de filijs Iſrael, & de aduenis qui habitant in Iſrael, ſi quis dederit de ſemine ſuo idólo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. Et ego ponam faciē meam contra illum, ſuccidamque eum de medio populi ſui, eò quòd dederit de ſemine ſuo Moloch, & contaminauerit ſanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum. Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi paruipendens imperiū meum, dimiſerit hominem, qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam ſuper hominem illum & cognationem eius, ſuccidamque & ipſum & omnes, qui conſenſerunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi ſui. Et apud Ieremiam: In furore & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam vſque ad diem iſtam, qua auferetur de conſpectu meo. Propter malitiam filiorum Iſrael, & filiorum Iuda, quam fecerunt, ad iracundiam me prouocantes, ipſi & reges eorum, & principes eorum, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorū,

Leuit. 18. et 20.

Hiere 32.

viti Iuda & habitatores Ieruſalem. Et ver terunt ad me terga, & non facies, cùm do cerem eos & erudirem dilueulò, & nollent audire vt acciperent diſciplinam. Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollueret eam. Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennon, vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, & in
Amos. 5. peccatum deducerent Iudam &c. Et Amos quinto: Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſrael: Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis vobis adorare eas, quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius. Eadem
Act. 7. dicit in Actis Apoſtolorum diuus Stephanus protomartyr, cùm Iudæis ſuam ipſorum perfidiam exprobrat. Et in libris Re-
3. Reg. 11. gum: Cumque Salomon eſſet iam ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomõ Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloc idolũ Ammonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt ſequeretur Dominum, ſicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab in monte, qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque in hũc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & im-
Domini indignatio ob ſcelus idololatriæ. molabant dijs ſuis. Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens eius a Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecundò, & præceperat de verbo hoc, nè ſequeretur deos alienos, & non cuſtodiuit quæ mandauit ei Dominus. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, diſrũpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. &c.

MONASTERIENSES.

35.

Monaſterienſes ſunt ſecta Antilutherani, nimirum qui (teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. Ioannem Bockeldi ſartorẽ Leidenſem atq; ſordidum inſtitorem, regem Monaſterij (quod oppidum eſt Vueſtphaliæ) per ſeditionem factum ſectati, in ſua Cœna o- Verba Cœnæ omiſſa.
mittunt illa Chriſti Domini verba, Hoc eſt corpus meum: quorum loco dicunt, Accipe, ede, memento Domini. vti Eraſmus Albertus libro ſecundo cõtra Carolſtadium air. Anabaptiſtarum ſectæ origo.

De his itẽ Cation ſcribit in hunc modum: Anno 1534. in principio Ianuarij horrenda illa Anabaptiſtarum ſecta viteſcere & creſcere cœpit in Vueſtphalia, quæ adiuti à quibuſdam factionis ſuæ hominibus, per ſeditionem & vim Monaſterium Vueſtphaliæ vrbem occupârunt: quã quaſi Capitolium quoddam aut arcem Sion patârunt, & nouam Hieruſalem vocârunt. Ibi omnibus ciuibus, qui huic ſectæ aduerſabantur, electis, & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam poteſtatem conſtituto, (ſic enim facilius ſe errores ſuos gladio & vi latè ſpargere & propagare poſſe ſperabant) regem ex ſe ipſis creauerunt ſartorem quendam, qui pro libidine ſua complures vxores duxit, quarum aliquæ poſteà illius mandato ſunt decollatæ. Hæc ille. Vide reliqua in Ioanne Leidenſi, & in Anabaptiſtis.

MONOPHYSITAE.
ijdem cum Monothelitis.

37.

Monophyſitę, à monos, quod eſt vnus, & phyſis, natura, appellati ſunt, quòd vnam illi verbi & carnis naturam, poſt ineffabilem vnionem in Chriſto, eſſe ſentiant & doceant. Porrò qui hoc ita ſenſerunt, Monothelitæ etiam ſunt vocati, ab vna tantùm voluntate & actione diuina, videlicet quam Chriſto tribuebant: vndè & Theopaſchitæ appellantur, authores primarios Cnaphæũ, Seuerum Antiochenum, Dioſcorum, Gaianum,

Galnum, Iacobum item & Johannem Philoponum habentes, de quibus vide locis ſuis. Atque ij ſanè vnam in Chriſto naturam adſtruere contendunt, in hunc modum ratiocinantes: Si duas in Chriſto demus eſſe naturas, conſequentur eas neceſſitate quadam omninò duæ etiam voluntates. Si verò hoc conceſſum fuerit, eadem neceſſitate duæ inducentur perſonæ, & duæ virtutes operatrices inter ſe cõtrariæ prorsùs. Emerſerunt autem hi Anaſtaſij Imper. & Hormiſdæ ſummi Roman. pontificis temporibus, circa annum Domini 517.

Monophyſitarum ratiocinatio.

De his Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 18. cap. 45. & 46. ſcribit in hunc modum: Enim uerò Dioſcorus, & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioannes Grammaticus, Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere non ità promptum ſit, contra ſynodum quartam edidit) eam ipſam ſynodum oppugnantes, vnam q. dem naturam, duas autem ſubſiſtentias, per ſummam impietatem, in Chriſto eſſe ſcripſerunt & docuerunt: potiſſimùm verò Seuerus, qui librum integrum de ea recompoſuit. Verùm & ipſi in libris ſuis alicubi naturas duas in Chriſto profitentur. Quod ſanè multi non ità accuratè obſeruantes, rectum piumque eſſe exiſtimauerunt, & alio deindè modo in illorũ impietatẽ ſunt abducti. Atque hæc quidẽ ſic obtinuerunt, quouſque Iuſtinianus eſt imperator renunciatus. Poſtquàm verò is ſceptra imperialia accepit, quæcunque extitère belluæ, in ſpecus & latibula, ſua contulère conuenticula: quum ille ſacram quintam ſynodum centum ſeptuaginta quinque ſanctorum patrum coëgiſſet. Quãuìs & ipſe Iuſtinianus poſteà intemperijs faſcinatoris cuiuſpiam, in Aphthartodocitarum hæreſim trãſuerſim raptus, à recta aberrauit via.

Propugnatores hæreſis Monophyſitarũ.

Sacra quinta ſynodus

Iuſtinian⁹ in hæreſim Aphthartodocitarum delapſus.

Quod verò tandèm Monophyſitarum fuerit dogma, a quibus tanquam à radice peſſima plurimæ aliæ hæreſes pullulârunt, ceu circulus aut catena ex ſeſe dependentes, modo dicam. Quum etenim conuenientes in CHRISTO naturas, quanlibet per ſeipſam diſcernunt, duas eas eſſe neceſſitate adducti confitentur. Quum verò vtranque in verbi incarnatione vniunt, non duas illi inconfuſibili modo conuenientes naturas, ſed vnam compoſitam naturam ſtatuunt. Nobis enim vnam ſubſiſtentiam compoſitam dicentibus, illi vnam potiùs naturam compoſitam inſerunt. Et rationem ſententiæ ſuæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam eſſe, aliamque item corporis, ſi quis quanlibet per ſe ipſam contempletur. Quum verò illæ coierint, hominem efficere, vnam naturam compoſitam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, ſed vnam compoſitam. Atque ad eundem modum de Seruatore Chriſto opinantur: illum videlicet, ex duabus quidem conſtitiſſe naturis, poſt vnionem autem duas eas naturas in vnam euaſiſſe compoſitam, quod ſanè eccleſia tanquàm piaculum prorsùs auerſatur.

Monophyſitarum hæreſis.

Quapropter & magnus Theologus Gregorius, de duabus naturis ſententiam ſuam exponens, ſapientiſſimè ſimul & ſubtiliſſimè dicit, naturam ſuam eas ſeruare, ex quibus ſcilicet, & in quibus, & quæ ſint. Nam, *ex quibus*, ppropterea poſuit, vt ex diuinitate & humanitate naturam declararet: *In quibus*, verò, vt naturas poſt vnionem ſeruaret, neque eas ꝓpter mutuam vnionem confunderet: *quæ ſint* autem, nè quis aliud Chriſtum poſt naturarum vnionem factum eſſe exiſtimaret. Dogmatis iſtius exactiorem rationem indè conſiderabimus. Corpus noſtrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra conſtitutum eſſe, in confeſſo eſt, in quibus etiàm conſiſtit. Atque in corpore ea, ex quibus & in quibus eſt, conſeruantur. Quæ autem ſint, non itidèm. Siquidem poſt elementorũ vnionem, corpus noſtrum non purè ignis eſt, neque ſincerè aër, neque incorruptè aqua, neque germanè terra: ſed aliud quiddam, quam quatuor iſta. Id ſatis ex ſenſu ipſo patet. Vnaquæque enim corporis noſtri pars, aliud quiddam, quam elementa, eſt. Verùm in diuina vnione, non aliud quiddam, poſt duarum naturarum concurſum, factum eſt:

Gregorius Nazãzen⁹.

ſed idē ipſum eſt, Chriſtus videlicet, Deus & homo. Porrò hæreſis iſta exquiſitior ſubtiliorque alijs fuit, quòd authores defenſoresque habuerit, viros ſapientes: & potiſſimùm eum quem diximus, Ioannē Philoponum, qui in Ariſtotelis perplexitatibus maximè deſudauit: & hæreſis inſupèr Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. Talis Monophyſitarum fuit hæreſis, impij Neſtorij hæreſi prorsùs contraria, de qua vide infrà in Neſtorio. Hactenùs Nicephorus.

Ioānes Philopon⁹ vir doctus & acer.

Contra hos in quarto generali concilio, quod Chalcedone ſub imperio Marciani habitum eſt a ſexcentis triginta patribus aduersùs Dioſcorum patriarcham Alexandrinum & Eutychem Archimāditam Conſtantinopolitanum, ſic definitur: Nos accepimus & credimus, quod quemadmodùm illæ duæ naturæ, quę in eandēm ſubſtantiam Domini noſtri diſtinctè, & minimè confusè coierunt, ità quoque per ſe remanſerunt, vtraque habente ſuos proprios effectus. Hoc enim innuit Dominus, cum ait: Nemo tollit animam meam à me, ſed poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſus aſſumendi eam. Ita vt animo contuitato eſſe, ſit naturæ procreatæ: poteſtatem autem habere, ſit ſolius diuinæ naturæ, quæ ei ineſt. Itaque qui dicunt, quòd in vnam atque eandēm naturam vtraque natura coaluerit, vnicam eſſe in Domino prædicantes, perfectò ab eccleſia eijciendos eſſe cenſemus. Hæc concilium Chalcedonenſe.

Finitio cōcilij Chalcedonenſis de Monophyſitarū hæreſi.

Ioan. 10.

Et in ſexta ſynodò Conſtantinopoli à centum ſeptuaginta epiſc. aduersùs eoſdē Monophyſitas ſeu Monothelitas, ſub Agathone papa & Conſtantino Pogonato celebrata, anno ſalutis partæ 719. ſic habetur: Iuxta quod olim prophetæ de eo, & ipſe nos Dominus Ieſus erudiuit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolū, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indiuiſè, inconuertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſè, ſecundum patrum doctrinam æquè prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, (abſit) iuxta quod impij aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem humanā eius voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potiùs ſubiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim eius carnis voluntatē moueri, ſubijci verò voluntati eius diuinæ, iuxta ſapientiſſimum Athanaſium: Sicut enim eius caro, Dei verbi dicitur & eſt, ità & naturalis carnis eius voluntas, propria verbi dicitur & eſt, ſicut ipſe ait: Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meā, ſed eius qui miſit me, patris. Suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Hæc concilium Conſtantinopolitanum.

Finitio cōcilij Conſtantinopolitani ſexti, actione 17.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Sunt porrò qui hac noſtra ætate hanc reſtricārunt hæreſim, de quibus ait Lindanus Dubitantij ſui dialógo ſecundo, in hæc verba: Monothelitarum, inquit, errorem ſexto concilio Conſtantinopolitano refutatū, iterum reuocant Suuenckfeldiani & Mennonitæ. Monothelitæ enim, ramuſculus erant Eutychetis. Hęc ille.

MONTANISTAE, SIue Montani. 38.

Montaniſtæ, à Montano, Phryge natione, in vico quodam, cui nomen eſt Ardaba, orto, dicti ſunt, à quo etiàm Cataphryges ſeu Cataphrygij appellati, quòd eorum dux cùm eſſet ex Phrygia prouincia, ipſi originem inde traxerunt, Spiritum ſanctum ſibi, non Apoſtolis, infuſum prædicantes. Emerſit autē hic Commodi Imperatoris & Soteri papæ temporibus, circa annū Domini 181. Hi rurſus, teſte Philaſtrio, Donatiani dicuntur, a quodam Donato, qui in Aphrica conſtitutus, Montani hæreſim amplexus eſt, & ſeminauit. Vocantur & Parmeniani, à Parmenione quodam, qui eorū tandem ſucceſſit erroribus atque falſitati. Montanus enim multos in ſuam pertraxit hæreſim: eoque mulierculas quaſdam Priſcam & Maximillam (vt iamiam in Cataphrygis diximus) redegit inſanię, vt relictis viris ſuis, eum ſequerentur, eiusque inſpiratione ſpiritum propheticū habere ſe crederent.

Montaniſtarum hæreſes.

1. Hi mortuos baptizant.
2. Primas nuptias admittunt, ſecundas damnant.
3. Aſſerunt, nuptiarum fœdus & vincu-

luma

lum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

4. Pœnitentiæ virtutem tollunt, dicentes, eos, qui ſemèl lapſi ſunt, nunquàm poſtea conſequi poſſe peccati remiſſionem, quantumlibèt poſtea pœniteant.

5. Docent, prophetas fuiſſe arreptitios, non intelligentes ea, de quibus loquũtur aut affirmant.

6. Ponunt iciuniorum legem, ea pro mentis ſuæ arbitrio & voluntare ſtatuentes.

8. Rebaptizant deniquè ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmum eccleſiæ catholicæ aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt, vt author eſt Philaſtrius.

De his qui plura ſcire volet, legat Euſebium lib. 5. cap. 15. & 18. videat etiam quæ de Cataphrygis ſupra ex Nicephoro ſcripſimus. Qui Nicephorus de Montanis rurſus libro 4. capite 23. adijcit in hunc modum: Luculenter ſanè contra hanc ſectam ſcripſit Apollinaris Hierapolita, q ſtatim in principio ſcripturæ ſuæ, ſe aduersùs eam argumentis quoquè & confutationibus ſine ſcripto depugnâſſe oſtendit. Librum autem eum ad Aberciũ quendam ſcripſit, talem exorſus præfationem: Chariſſime Aberci Marcelle, mandato à te, vt aliquid aduersùs Montani hæreſim componerem, aliquandiu deliberabundus & hæſitans me continui: nõ equidem quòd minus mendacium redarguere, veritatique patrocinari poſſem, ſed quod veritus ſim & cauerim, nè cui viderer ſcripto & lucubratione mea aliquid ad Euangelij & noui Teſtamenti libros addere: quibus certè qui ſibi ex præſcripto Euangelij vitam degendam conſtituit, neque adijcit, neque adimit quicquam. Quum autem nupèr Ancyram Galatiæ, & in eccleſiam eius loci, quæ nouæ iſtius, non vt ipſi dicunt, prophetiæ, ſed potius vti oſtenderetur, pſeudoprophetiæ nomine eſt decantata, veniſſem, pro virili mea, Domini gratia ſuppeditãte, de eis ipſis, & quæ ab eis obijciebantur, omnibus, diebus pluribus eccleſiæ omnia diſputans diſſerui. Quod quidem, aduerſariis repugnantibus, eccleſiæ pergratum accidit. Deindè poſt breuem digreſſionem,

Apollinaris Mõtaniſtarum refutator.

Veteres q̃ timidè, verecundè, & piè, de reb' diuinis ſcripſerint.

res Montani, qui fuerit, vndè prodierit, et quæ delirãs nugatus ſit, exponit, ad eum ferè modum, ſicut nos de eo ante in Cataphrygis ſcripſimus. Atque hęc quidem, fraudem ſeductionemque eius arguens, in primo libro diſſerit. In ſecundo autẽ, de obitu eius ita refert. Quandoquidem verò propheticidas nos vocãt, quod immenſas prophetiarum eorum ambages non recipimus, (eos ſe nanque iactant eſſe, quos populo miſſurum ſe Dominus promiſit) reſpondeant nobis per immortalem Deum: Eſtne quiſpiam, ô viri boni, ex omnibus ijs, qui a Montano eiusq; vxoribus prouenientes docere cœperint, qui perſequutionem à Iudæis paſſus, & a legis tranſgreſſoribus occiſus ſit? Sed neque quiſquam eorum comprehenſus, aut pro lege ipſa crucifixus, neque in Iudæorum ſynagogis flagellis cæſus eſt.

Montaniſtę ſe iactãt eos prophetas eſſe, quos dominus ſe miſſurum promittit.
Luc. 13.

Aliam autem mortem obijſſe Montanus & Maximilla dicũtur. A ſpiritu nanque veſano vterque agitatus, ſeipſum ſeorſim ſuſpendit: eoq; modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finiuit.

Mõtani interitus.

In tertio porrò libro idem Apollinaris gloriantes eos, quòd plures apud ſe ſint martyres, idque certum eſſe indiciũ propheticí, ſicuti ab eis dicitur, ſpiritûs, refellit. Hoc verò ipſum longè omnium, inquit, eſt falſiſſimum. Siquidem & aliarũ hæreſum nonnullæ quamplurimos habent martyres, non ideo tamen pedibus in illorum imus ſententiam. Ac primi ſtatim à Marcionis ſecta Marcioniſtæ dicti, plurimos habere martyres feruntur: veruntamen Chriſtum ipſum, iuxta veritatem non profitentur. Et paulò pòſt: Proindè cum Chriſtiani ex eccleſia, ad martyrium & profeſſionem veræ fidei & pietatis, vnà cum eis martyribus, qui Phrygũ hæreſis dicti ſunt, vocantur, ſeorsim nec aſſentientes eis, neque cum eis communicãtes, moriuntur: propterea quòd nolint in Montani muliercularumue eius ſpiritûs ſententiam concedere. Hæc Apollinaris Hierapolita.

Montaniſtæ plures ſe martyres habere iactitârunt.

Marcionis martyres.

Verum enimuerò & Apollonius ſcriptor eccleſiaſticus, orationibus editis hæreſim Cataphrygum tum vigentem oppugnauit, quum falſas eorum prophetias ad verbum refellens, tum vitam & mores

Apolloni' contra Mõtanum.

res authorum eius erroris traducens his, quæ ſequuntur, verbis. Hic ille eſt, qui matrimonia dirimere docuit: hic, qui ieiunia legibus latis ſanxit: hic, Pepuzam & Tymiũ, parua Phrygiæ oppida, vbi quos vndequaque ad ſe pertraxiſſet homines, contrahere & congregare voluit, Hieruſalem nominauit: hic, qui æruſcatores & pecuniarum exactores inſtituit: qui ſub prætextu & nomine oblationis auaritiæ ſordes, & munerum emunctiones, arte quadam inuenit: qui ſalaria verbum eius prædicantibus numerauit, vt per ventris curam doctrina eius inualeſceret atque confirmaretur. Atque hæc de Montano ex Apollonio. De quo vide ſuprà fuſiùs in Cataphrygis, Maximilla, Pepuzitis.

MOSES FALSVS, IN CRETA. 39.

THeodoſij iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorum pōtificis temporibus, circa annum Domini 435. Iudæus quidam in Creta erupit, qui ſe Moſen eſſe aſſereret, vt author eſt Socrates eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſeptimo, capite trigeſimooctauo, qui quoniam inter hæreticos ob ſuam perfidiam & impoſturæ genus meritò numerandus venit, ideò huic meæ hiſtoriæ illum velut hæreticum & ſummum impoſtorem ac perfidum adnectere non alienum duxi. Cuius præſtigiæ à Nicephoro Calliſto libro decimoquarto, capite quadrageſimo, deſcribuntur in hunc modum.

Pſeudomoſes in Creta, anno Dom. 437.

Eo tempore, inquit, multi in Creta Iudæi Chriſtianorum ſacra ſunt complexi, per cauſam eiuſmodi: Vir quidam ex eorum genere erat, qui quum per fraudem & dolum vitam peregiſſet, poſtremo ſe etiam Moſen illum eſſe aſſimilauit, & cælitus in Cretam a DEO propterea miſſum eſſe confinxit, vt eius loci Iudæos ipſe per mare, perinde atque olim Iſraelitas per rubrum ſinum, duceret. Et paſsim inſulam ipſam anno toto peragrans, vt ſe illum eſſe crederent, ſuaſit: atque vt opes, quas haberent, pecuniasque & poſſeſſiones omnes aſpernarentur, cohortatus eſt: ſe illos per mare non aliter, quàm in arida, in promiſſionis terram ducturum eſſe pollicitus. Atque illi vanis illius promiſſis decepti, res operasque ſuas vbiquè neglexerunt, & facultates ſuas temerè quibuſcunque diripiendas permiſere. Vbi dies conſtituta aduenit, qua proficiſci debebant, ipſe quidem confidentia & faſtu plenus, eis præijt: illi vero hominem, vna cum coniugibus & ætate imbecilliore conſequuti ſunt. Itaque eos in ſummum quendam ſcopulum in pelagus excurrentem, duxit: atque indè conijcere ſeipſos in mare, veluti natantes & vrinantes, iuſſit. Idque ex illis quidam, ſtatim vt imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio ſaxis illiſi interiérunt. Et vniuerſi illi vel in vndis, vel in præcipitibus ſaxis perijſſent, niſi Dei prouidentia, vix piſcatores & alij mercatura victum quæritantes, Chriſtiani homines, ſubitò affluiſſent, eosque è mo dis omnibus extrahentes ſeruâſſent, tum primùm fortaſse, qua dementia capti eſſent, ſentientes. Hi alios, quo minus ſe in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum qui antea id feciſſent, interitum illis indicantes. Qui ſanè ægrè in animo rem ſecum reputantes, & fraudem ſine iudicio ſuſceptæ fidei & credulitatis deprehendentes, vt miſerabilem in modum enatarent, ſuſtinuerunt: & tandem Pſeudomoſen illum comprehendere ſunt aggreſſi. Verùm id perficere minimè potuerunt: confeſtim enim ille diſparuit, & magnam ſuſpicionem præbuit, pernicioſum quempiam dæmonem ſub humana ſpecie gentem eam in exitium perduxiſſe. Proinde multi Iudæorum ſuperſtitioni nũcio remiſſo, in Creta Chriſtianam religionem conſtanter ſuſceperunt. Horũ innumera propè fuit multitudo. Hæc Nicephorus.

Pollicetur is ſe Iudæos per vndas maris tanquàm per continentẽ ducturum.

Quorundã Iudæorum veſania

Iudæi decepti, à Chriſtianis ſeruantur.

Pſeudomoſes iſte diſpáret.

MVNTZERICI, 40.

MVntzerici ſeu Mũzeriani à Thoma Mũtzero ſiue Monetario Anabaptiſtarum patre dicti ſunt, ſecta Antilutherani, ad tertiam nimirum noſtræ ætatis Euangelicorũ claſſem pertinen-

tinentes: qui emerſerũt ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemente ſeptimo ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1524. Hic, teſte Lindano dialogo ſecundo ſui Dubitantij, totum orbem gladio Gedeonis ſibi diuinitus tradito compellendum, ad nouum regnum Chriſti inſtituendum, iactabat ſpiritum ſibi reuelâſſe: vnde & cæleſtes prophetas atque Enthuſiaſtas, eos inſectatus, appellabat Lutherus.

Lindanus.

Muntzericorũ hæreſes.

1. Docebant (vt ſuperiùs dictum eſt in Anabaptiſtis) bonorum communionẽ, torum infidelium, id eſt, non ſuæ factionis, eſſe pollutum, & diaboli proſtibulum.

2. Baptiſma infantũ non eſſe ex Deo.

3. Infideles omnes cum principibus & magiſtratibus eſſe occidendos.

4. Libertatem per principes extinctã, eſſe armis vindicandam.

Hoſius.

De hoc Thoma Muntzero Hoſius etiàm lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis, ſcribit in hunc modum: Etſi, inquit, viſionum, ſomniorum, & reuelationum, quos in lucem edidit Suenckfeldius, primus author fuiſſe videtur Thomas Muntzerus, qui primus etiam à Lutheri ſecta deſciuit, quemadmodum in hiſtoria, quã de illo ſcripſit, narrat Philippus Melanchthon: ità vt non minùs Lutherum, q? nimirùm laxâſſet, quam Papam, quod nimiùm adſtrinxiſſet conſcientias, damnandum eſſe putaret. tamen inter errores, quos illi tribuit Philippus, hos tantùm enumerat, quòd amplectendæ pietatis Chriſtianæ vias has & rationes commonſtrârit:

Philippus Melanchthon in hiſtoria Mũtzeri.

1. Primùm, vt à manifeſtis criminibus, qualia ſunt, adulteria, cædes, blaſphemię, ſibi temperarent homines.

2. Deindè, vt corpus caſtigarent ieiunijs, vilitate veſtium, pauca loquendo, toruum obtuendo, barbam non radendo.

3. Tum vt ſecreta loca peterent, deque Deo ſæpè cogitarent: Quid ſit? Num noſtri curam gerat? Num vera ſit fides noſtra?

4. Signa ſimul à Deo poſtularent, quibus oſtenderet, quòd ſumus illi curæ, quodque fides noſtra recta ſit.

5. Scripturis non fiderent: accepti verò Spiritûs ſancti, ſomnia certiſſima eſſe ſigna perſuaſum haberent.

6. Dicebat Muntzerus idem, habere ſe mandatum, vt mutaret regimen ſeculare.

Hic enim, teſte Staphylo lib. de Lutheranorum inter ſe concordia, cùm legiſſet in libris Lutheri de Captiuitate Babylonica, & cõtra duo mãdata Cæſaris: Nullam eſſe ſpem remedij, niſi omnibus legibus humanis extinctis, populus regnet, & Deum rogandum, ne ſubditi obediant ſuis magiſtratibus, cùm eſſet Alſteti, codicem confecit, in quo conſcripſit, omnes qui ſecum coniurâſſent, commoueri debere ad caſtigandos Chriſtianos principes, & magiſtratum Chriſtianum inſtituendum: Adeò quidem, vt mouerit ille ꝑ totam Germaniam ruſticos contra principes, prælijsque paſsim commiſſis, perierint vltra centum millia ruſticorum. Vide hiſtoriam Sleidani. De eo vide fuſiùs in Anabaptiſtis, quorum author fuiſſe traditur.

MVNDANITAE.

41.

Mundanitæ, teſte Philaſtrio, ſunt ij, qui mundum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper manſurũ aſſerunt, etiam poſt communem & generalem omnium noſtrûm reſurrectionẽ, contra illud regij prophetæ: Omnia tranſibunt & mutabuntur, tu autem idem ſemper es. Hi autem non intelligunt, mutationis cauſa elementorum à propheta id dictum fuiſſe, vt his mutatis, noua creatura reformetur. Quod & Dominus docet, cùm ait: Cælum & terra tranſibũt, verba autem mea non tranſibunt. Et, Ego facio nouum cælum & nouam terram, dicit Dominus. Reſtauranda ergò potius, & non perenda annunciat elementa: & quanuìs impoſſibile Deo non ſit, vt, qui fecit ex nihilo omnia, iterũ delere poſſit omnia, quod ait beatiſſimus Iob: Si autẽ, inquit, deſtruxerit vniuerſa, quis ei dicet, quid feciſti?

Pſal. 101.

Matt. 24.

Iſa. 65.

Iob. 12.

Ergò ſi ita ſenſeris, omnipotentiam

Domi-

Domini noſtri Ieſu Chriſti cognoſces: ſin ea reſtauranda quis æſtimat, ſequenter intelliget. Nam etſi peritura ſemina ſcriptura demonſtrat, id eſt, ipſum mundum ad nihilum deuenire poſſe, tamen quia quod fecit, non deperit. Fecit enim, vt ait Salomon, ex nihilo omnia, vt poſſent eſſe quæ non erant. Et in reſurrectione hominum, non peritura ſemina, ſed ad gloriam maiorem reſurrectura demõſtrat Apoſtolus, cùm ait, Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale: ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Et rurſus idem Apoſtolus: Expectatio enim creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe futuræ gloriæ & dignitatis. Propter quod & ipſa creatura, inquit, liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Vbi quidem oſtendit, à gloria ad gloriam proceſſura elementa, id eſt, homines cum hac ipſa viſibili creatura, cùm item dicat Dominus, Sol tunc ſeptempliciter plus lucebit quàm nunc luceat.

Sapien.1.

1. Cor.15.

Rom.8.

Eſa.30.

Tranſibunt ergo elementa ad maiorem gloriam, in eaque permanebunt cũ hominibus, quanuis ea ad nihilum poſſit adducere, qui fecit omnia, Deus. Sed in hoc eſt eminens Chriſti maieſtas & potentia, quòd ad maiorem gloriam eadem elementa tranſire permittet. Nam & Apoſtolus Petrus elementa hæc liqueſcere & ad nihilum venire nunciat pariter & prophetat. Hæc Philaſtrius.

2. Pet.3.

MVSORITAE.

42.

Muſoritæ, eodem Philaſtrio authore, erant apud Iudæos idololatræ, qui ſorices colebant, ducta huius abominationis origine ab Allophylorũ ſacerdotibus & diuinis, a quibus, vt liber primus Regum habet, Philiſtinorũ principes & ſatrapæ, cum ab eis arca Teſtamẽti fuiſſet in bello capta, atque ex ira diuina ſorices terra produxiſſet, qui eorum regionem demoliebantur, admoniti & perſuaſi fuerunt, vt pro delicto iuxta numerum prouinciarum eorundem Philiſtinorum quinque mures aureos facerent, quos darent Deo Iſrael, ſicque ſuper plauſtrum nouum eandem arcam remitterent: inde futurum, vt ab eis diuina plaga deſineret. Ex quo effectum, vt mures poſteà maximo in honore habuerint quidam Iudæi, & eos coluerint. Et cùm legem & prophetas haberent, nõ tamen cognouerunt illi, hoc eſſe vanum & abominabile, quod ab omnibus contemnitur & deridetur. Hæc Philaſtrius.

1. Reg.6.

MVSCARONITAE.

43.

Muſcaronitæ, à Muſca & Accaron ciuitate, in qua Muſca colebatur, dictione compoſita ſunt appellati. Is autem eorum deus Beelzebub, qui à Phariſæis apud Matthæum, Lucam, & Marcum princeps dæmoniorum dicitur, Deus Muſcarum nuncupatur, à fœdo atque ſputeo eum colentium ſacrificio. Ad eum nuncios miſiſſe regem Ochoziam libro quarto Regum, capite primo ſcribitur, qui eum conſulerent, num de ſua infirmitate reualeſcere poſſet, qua laborabat. Is nempe, vt ibidem dicitur, per cancellos cœnaculi ſui, quod habebat in Samaria, corruerat, & maximo corporis lãguore tenebatur. Cùm autem hæc fierent, accidit vt angelus Domini loqueretur ad Eliam Theſbiten, ac ei imperaret, vt ſurgeret & aſcenderet in occurſum nunciorum regis Samariæ, & diceret ad eos: Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem (inquit) hæc dicit Dominus, De lecto, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Mortuusque eſt Ochozias iuxta verbum Eliæ, & Ioram frater eius regnauit pro eo, quia non habebat filium. Hæc ibidem.

Beelzebub, idolũ Muſcæ dicitur Matt.12. Luc.11. Mar.3.

Idolomania cauſa mortis Ochoziæ regis Iſrael.

MVSCVLANI.

44.

Muſculani, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, ſunt qui Andreæ Muſculi dogma ſequuntur, ſuntque ex prima claſſe Euangeli-

gelicorum noſtri temporis, hoc eſt, Lutherani ſecta.

Muſculus Theopaſchita.

Is porrò in Andream Oſiandrum & Franciſcum Stancarum Mantuanum, eiuſdem cum eo ſectæ viros inuectus, docebat, Chriſtum eſſe non modò ſecundum vtranque naturam iuſtificatorem, ſed etiam diuinam eius naturam in cruce & paſſam & mortuam. In cuius blaſphemiæ confirmationem, libellum edidit nomine Lutheri idem affirmantis. Quod & ex libro Lutheri de Concilijs, poteſt confirmari.

Hæc Lindanus.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER DVODECIMVS.

DE LITERA N.

NARCISSVS NERONIADIS *epiſcopus Arrianus.*

I.

NArciſſus Neroniadis Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocant, epiſcopus, Arrianæ perfidiæ patronus fuit acerrimus, & iniquorum cõſiliorum miniſter, Cõſtantij Imp. & Iulij huius nominis primi Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 344.

Narciſſus, Theodor⁹ & Marcus Arriani epiſcopi, in Italiã mittuntur, à Conſtante accerſiti.

Hic cum Theodoro Heracleæ Thraciæ, & Marco Arethuſæ Syriacæ epiſcopis ad Conſtantem Occidentis Imperatorem Conſtantij fratrem miſſus legatus, vt de Athanaſij & Pauli, aliorumque epiſcoporum per Arrianos ſuis ſedibus deturbatorum damnatione ſatisfacerent, quum in Italiam veniſſent, (vt author eſt Sozomenus) in hoc toti incubuêre, vt ſacta propria vindicarent, pro virili adnitentes; Imperatori perſuadere, Orientalis concilij iuſtam eſſe ſententiam.

Hæreticorũ conſueta vafricies

Cumq; fidei ſuæ confeſſionem exigerentur exhibere, & palàm profiteri, fidem quidem in concilio Antiocheno expoſitam celârũt: aliam verò conſcribentes confeſſionem obtulerunt, multùm tamen à Niceno cõcilio diſſonantem. Videns autem Conſtans iniuſtè grauatos homines, nec crimina fuiſſe vera, pro quibus dicebantur à communione ſuſpenſi, ſed id factum propter diſſonantiam fidei, cùm ſatisfacere nequiuiſſent pro quo venerant, remiſit eos ad propria.

Cumque Cõſtans (vt author eſt Theodoritus, & Nicephorus libro 9. cap. 12.) vnum illud à fratre ſibi dari poſtulâſſet, vt Paulus & Athanaſius ſedes ſuas reciperent, & nihil ſuis literis effeciſſet, proptereà quòd aduerſarij contrà niterentur, & timeretur, nè populus ea de cauſa ſeditionem moueret: Paulus & Athanaſius rursùm Conſtantem adiêre, & vt vniuerſalis ſynodus cogeretur, petiêre, vt de profeſſione fidei, & de eorum cauſis accuratiùs res explorari poſſet. Exauthorationis enim ignominiam ſe propter fidei ſinceritatem ſuſtinere affirmâiunt. Quapropter de duorum Imperatorum iſtorum ſententia ſtatutum, vt vtriuſque Imperij epiſcopi ad diem certum Sardicam, quæ Illyrica ciuitas eſt, conuenirent. Id quod Conſtans ſic petiêrat. Conſtantius autẽ aſſenſerat, vt videlicet ſeditio ſolueretur.

Inſtituitur concilium Sardicẽſe, de Conſtã tij & Conſtantis fratrum volũtate.

Atque ex Occidentis partibus circiter trecenti conuenêre epiſcopi, ſicuti alibi ſacer dicit Athanaſius: Ex Oriente verò, Sa-

Sabin⁹ Heracleę Thraciæ Macedonianorũ epiſcopus.

bino Macedoniano referente, ſex & ſeptuaginta. Reliqui autem anguſtias conſtituti temporis prætexentes, atque alius aliam cauſam allegantes, non comparuēre. Decimus is erat annus, ex quo Conſtātinus, Imperatoris vtriuſq; pater, ad meliorem migrauerat vitam.

Orientales Athanaſiũ & Paulum à concilio excluſos eſſe volunt.

Et Orientales qui Philippopolim in Thracia venerant, Occidentalibus, qui Sardicæ iam præſtò erant, ſcripſēre, vt Athanaſium eiuſque ſtudioſos, vt quibus ſacris miniſterijs interdictum eſſet, à concilio remouerent: aliter enim fieri non poſſe, vt in vnum conuenirent. Quod q̃dem poſteà quoquè, quum Sardicæ eſſet, obtinere contendebant.

Occidentales iniquũ id eſſe cenſent.

Occidentales autem, atque inprimis Hoſius Cordubenſis Hiſpanus, & Protogenes Sardicenſis, reſpondēre, nunquam ſe communionem illorum deuitâſſe, neque porrò etiam vitaturos eſſe: quum Iulius epiſcopus Romanus, cauſa eorum ꝑſpecta, iniquè eos inſidijs circunuentos eſſe iudicârit. Adeſſe ipſos quoquè, & redarguere iniquum illud iudicium velle. Plura quoquè alia vltrò citroque & ſcripſēre, & per internuncios alteri alteris ſignificauēre. Vndè maior inter eos eſt excitata ſimultas, maius odium, dies quoq; conſtituta præterijt. Et confeſtìm diſceſſione facta, ſeorſumq; viriſq; conſilia agitantibus, contrarias alteri aduersùs alteros ſententias tulēre.

Diſſidium inter Orientales & Occidentales.

Orientales nanque Philippopoli conuentum egēre, atque ibi decretis ſuis in Athanaſium, Paulum, Aſclepam, & Marcellum epiſcopos magìs etiàm confirmatis, Iulio inſupèr Romæ antiſtiti magiſtratum eccleſiaſticum abrogauēre, & cō pluribus alijs. Porrò in cauſa fidei homouſion conſubſtantiale quidem repudiârunt: inæqualitatis verò opinionem literis in partes omnes ſcriptis diuulgârunt. In quibus locorum plerunque epiſcopis quoquè ſignificârunt, nè eos quos maximè ſententia ſua notâſſent, vel in cōmunionem reciperent, vel literis etiàm dignarentur. Hæc quidem epiſ. Orientales Philippopoli in Thracia agebant.

Mutuæ inter eos exauthorationes.

Occidentalium epiſcoporum Sardicæ acta.

Hoſius autem & qui cum eo Sardicæ erant, primùm quidem illos indicta & deſerta cauſa, propter cōtumaciam damnârunt: Athanaſium receperunt, & quæ aduersùs eum Tyri acta fuerant, anathemate ſunt perſequuti: Marcello epiſcopatū ſuum reddiderunt, quòd ſe diceret nunquàm ea ſenſiſſe, de quibus per calumniam accuſatus eſſet. Abrogârunt quoquè epiſcopatum Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, &c. &, vt non modò epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuēre, quòd filium Dei paterna ſubſtantia ſepararent. Quibus roboratis, inæqualitatem repudiârunt, & conſubſtantiale apertè promulgârunt. Hactenùs Nicephorus. Qui de hac re plura volet, legat apud Theodoritum epiſtolam Sardicenſis cōcilij ad vniuerſos epiſcopos catholicos ſcriptam, Tripartitę hiſtoriæ lib. 4. ca. 24. Legat & quæ de Menophanto ſupra ex Nicephoro ſcripſimus.

Narciſſo epiſcopatus ademptus in concilio Sardicenſi.

NAZARAEI.

2.

Nazaræi, teſte diuo Auguſtino & Philaſtrio, lib. de hæreſibus, à Nazaret Galilææ vico, in quo Chriſt⁹ conceptus, & à quo etiàm Nazaræus dictus eſt, nomen ſortiuntur: filium quidē Dei illum confitentes, ſed qui aſſerant, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandā, vnà cum lege noua: quę tamen, vt inquit Auguſtinus, Chriſtiani per apoſtolicam traditionem non ſeruare carnaliter, ſed ſpiritualiter intelligere didicerunt. Eruperunt autem Adriani Imperatoris & Xiſti huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus circa annum Domini 133.

Nazaræorum hæreſes.

1. Dicunt itaq;, Chriſti fidem ſine operibus legis non ſufficere ad ſalutem.
2. Circuncisionem obſeruant & ſabbatum, Iudęorum cunctis feſtiuitatibus addicti.
3. Patres quidem ſuſcipiunt qui in quinque libris Moſis habentur vſque ad Moſen, qui in diuino cultu rectè præſtito clari fuerunt, vtpote Adam, Seth, Enoch, Mathuſala, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Leui, Aaron, & Ieſum Naue: ipſos autem quinque libros Moſis non recipiunt, Moſen quidem confitentes, & quòd legem acce-

accepiſſet à Deo, credentes, non autem eã quæ circunfertur, ſed aliam. Dicebāt enim hos libros fictos eſſe & commentitios, & nihil horum à patribus obſeruatum fuiſſe. Vndè omnia quidem Iudæorum ſeruant, quum ſint Iudæi. Victimas tamen non mactabant, neque animatis fouebantur, ſed nefas erat apud ipſos carnibus veſci, aut ipſas ſacrificare. Hæc ex Epiphanio. Qui verò eorum author fuerit, nullus ſcriptorum memoriæ prodidit, nec vſquam legi, niſi illam phariſæorum cohortem qui crediderant, horum authores dicere volueris, qui, vt eſt in Actis Apoſtolicis, deſcendentes de Iudæa Antiochiam, docebant fratres, quia niſi circuncidamini ſecundùm legem Moſis, nō poteſtis ſaluari. Ob quam doctrinam facta eſt non modica ſeditio, reſiſtentibus huic aſſertioni Paulo & Barnaba. Propter quod Apoſtoli & ſeniores Hieroſolymam conuenerunt, vt de hac re definirent. Habitaque diligenti ac matura rei examinatione, ſententiam ediderunt, quam per epiſtolam miſerunt his qui erant Antiochię, in hunc modum: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, benè agetis. Hæc concilium Apoſtolorum. Quis ergò erit, qui tam illuſtris cōcilij definitioni repugnare & obluctari audeat?

Acto. 15.

Apoſtolorum concilium.

Act. 15.

De Nazaræis ſic habet Philaſtrius Brixienſis epiſcopus: Nazaræorum hæreſis, inquit, eſt, quæ legem & prophetas recipit, carnaliter tamē viuendum affirmat, omnemque iuſtificationem in carnali obſeruantia conſiſtere ſuſpicatur. Crines etiàm nutrientes capitis, omnemque virtutem iuſtitiæ in eo putantes conſiſtere, quaſi à Samſone illo ſibi hoc præſumentes * iudicij, quòd Nazaræi vocarentur: à quo poſteà Pagani, fortes viros ex illius figura metientes, Hercules nuncupârunt. Hæc Philaſtrius.

Philaſtrius de Nazaræorū hæreſi

* indici.

NEPOS EPISCOPVS *Aegypti.* 3.

Nepos epiſcopus cuiuſdam vrbis Aegypti, vixit ſub Claudio 2. Imperatore & Felice huius nominis primo Romano pontifice, circa annum Domini 270.

Hic, teſte Euſebio lib. 7. cap. 24. Iudaico intellectu de futuris promiſſionibus ſentiebat, easque Epicureo more corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in libidine & voluptate corporali in hac vita ſanctos regnaturos cum Chriſto: huiusque ſui dogmatis probamenta, ſumptis ex reuelatione diui Ioannis teſtimonijs conabatur aſſerere: de quibus etiàm libellos edidit, interpretationes huiuſmodi continentes. Ideò Dionyſius Alexandrinus de repromiſſionibus ſcribens, in hunc Nepotem ſtylum ſuæ intentionis conuertit. Hæc Euſebius.

Nepotis epiſcopi hæreſis.

De quo ſic etiàm ſcribit Nicephorus lib. 6. cap. 21. Duos, inquit, libros de promiſſionibus Dionyſius compoſuit, quibus argumentum præbuit Nepos, qui Aegypti epiſcopus, Iudaica opinione, quæ in ſcripturis ſanctis Chriſto promiſſa ſunt, ſenſu corporali craſſiùs intelligēs, ea ad præſens ſeculum, & deſignatam quandam mille annorum vitam referebat. Et quòd is ex Apocalypſi Ioannis opinionem ſuam ſe confirmaturum eſſe opinaretur, librum compoſuit, cui titulum Confutationis indidit. Cui Dionyſius in eis, quos diximus, libris reſpondens, in priore quidem ſententiam ſuam de illius dogmate exponit, in poſteriore autem de Apocalypſi Ioannis agit pluribus. Quandoquidem, inquit, ſcriptum quoddam proferunt Nepotis, quo valdè nituntur, veluti certò & irrefragabiliter oſtendente atque probante, regnum Chriſti in terris futurum: in alijs quidem multis Nepotem recipio & complector, propter fidem, tolerantiam laboris, ſcripturarum lectionem, & frequentes pſalmodias, quibus hucvſque multi delectantur fratres, hominemque ipſum obſeruo. Deindè progreſſus infert: Sed enim ſi quid rectè dictum ſit, laudare id conuenit: Rurſùm verò, ſi quid ſecundùm

Dionyſius Alexandrinus de hæreſi Nepotis.

Error & fabula Chiliaſtarum.

dùm ſanam doctrinam non ſit ſcriptum, id caſtigate oportet. Ac ſi quidẽ ipſe adeſſet, ſatis eſſet rationum in colloquio, per interrogationem & reſponſionem, ad perſuaſionem & conciliationem eorum quę inter ſe opponuntur. Quum autẽ

Nepotis in legem, prophetas, & Euangelia blaſphemiæ.

ſcriptum eius ſatis ad perſuadendum cõpoſitum, in hominum ſit manibus, quo ſcripto legi & prophetis conuiciatur, Euangelia nihil eſſe ducit, & Apoſtolicos libros tanquàm nullius precij eleuat: ipſum autem eius ſcriptum perindè atque occultum & arcanum myſterium celebratur, ſimpliciorum fratrum animos nihil permittens magnum & ſublime de certa, vera, & glorioſa apparitione Chriſti, aut de noſtra a mortuis reſurrectione, atque ad ipſum aggregatione & aſſimilatione, ſed humilia quædam & caduca, qualia præſentis vitæ ſunt, ſapere & ſentire: perquàm eſt neceſſarium, vt veluti cum præſente fratre noſtro Nepote diſſerentes agamus.

Dionyſius apud Arſinoen oppidum de Nepotis dogmate diſſe[illegible]

Deindè commemorat, ſe in Arſinoite Aegypti præfectura fuiſſe, vbi eiuſmodi emerſit hæreſis, ibique omnibus eccleſiaſticis, atque alijs item varijs præſentibus, tribus continuis diebus, de Nepotis doctrina, libro eius propoſito, diſſeruiſſe. Fratrumque ſtabilem ac decentem morem admiratur, qui ritè atque ordinè reſponſionibus aſſenſiones approbationesque ſuas accommodârint; neque contentiosè defendere perſeuerârint, quæ ſemèl [illegible] ſe conſtituiſſent: neque obiectiones [illegible]as intermiſerint, veritatem illi co[illegible] quod pudore quodam aliqui, quũ [illegible] vincuntur, non faciunt) proficientes: bona[q]ue conſcientia, quæ authoritate diuinarum literarum probata eſſet, citra ſimulationem & diſſimulationem cordibus ad Deum ſimpliciter compoſitis, ſuſcipientes.

Coracion doctor Aegyptius, qui Nepotis doctrinam ſequebatur, ad rectam fidem con[uerſus]

Addit præterea, vt etiam eius loci doctor Coracion dictus, vocibus eis quæ contra illius opinionem prolatæ fuerant, perſuaſus, præſentibus omnibus receperit, veritate iam abunde ſatis perſpecta, ſibi de cætero nihil futurum cum Nepote negocij, neque mentionem ſe eius facturum, neque doctrinam promulgaturum. Alios quoquè fratres dicit lætatos delectatosque eſſe diſſertationibus eis, atque communi omnium conciliatione & conſenſu. Hactenus Nicephorus.

[C]plim[illegible] ... in[illegible] publico di[illegible] ... p[illegible]di proceſſus.

uerſus Dionyſij opera.

NESTORIVS EPISCOPUS *Conſtantinopolitanus.*

4.

NEſtorius, epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, vir quantumuis natura eloquens, in ſcripturis tamen & veterum lectione, quos præ ſe fortiter contemnebat, minus exercitatus. Pelagianam hæreſim ſequutus eſt. Floruit autem Theodoſij iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorum põtificis temporibus, circa annum Domini 427.

1. Hic, authore Gennadio & Socrate lib. 7. cap. 32. in id ſummo ſtudio laborauit, vt Chriſtum Dei filiũ ex virgine Maria natum hominem duntaxat, non etiã Deum, eſſe doceret, atque ideò Mariam Chriſtotocon, non autem Theotocon, eſſe diceret: poſteà verò ſanctæ & inculpatæ vitæ merito Chriſtum obtinuiſſe, vt dignus haberetur cui ſe diuinitas coniungeret.

Neſtorij errores & blaſphemiæ. Maria.

2. Duas itaque in Chriſto ponebat naturas, duas itidèm in eo dicebat eſſe perſonas, vnam diuinitatis, alteram verò humanitatis: nec vnum Chriſtum in deitate & humanitate ſentiebat, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum docebat eſſe filium Dei, alterum filium hominis, quem dicebat etiam appellari filium hominis. Quapropter virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantùm matrem appellabat. Denique Chriſtum eſſe tantum hominẽ dicebat, non autem Deum, ſed in quo Deus ſpeciali quadam prærogatiua habitaret: atq; ideò Chriſtum dicebat Emmanuelẽ propheta appellari, quod interpretatur, Nobiſcum Deus: nõ quia ſimul eſſet De⁹ & homo, ſed quia in humanitate diuinitas habitaret: quapropter Chriſtum non Deum, ſed Deiferum appellabat.

Chriſtus.

Eſa. 7. Matt. 1.

3. Et quia dicebat, duas eſſe perſonas in Chriſto, vnam quæ eſſet homo, & aliam quæ eſſet Deus, in illo homine tanquam in templo habitans: ideò in Euchariſtia con-

Euchariſtia.

contineri quidem veram carnem, ſed illam eſſe carnem puri, iuſti, & ſanctificati hominis, qui templum Dei eſſet, quique diuinam in ſe habitationem poſſideret, non autem Dei.

4. Conficiunt etiam Neſtoriani in pane fermentato, & ſub vtraque ſpecie communicant ſacramentum Euchariſtiæ paruulis & adultis, quod non credant ſub vna ſpecie Chriſtum æque cõtineri, atque ſub vtraque continetur.

Neſtorius ab eccleſia iurè reiect⁹

Horum igitur nefandorum errorum veluti rediuiuos excitans cineres Neſtorius, & ex antiquis fauillis nouum volẽs mouere incendium, iurè ab eccleſia reiectus eſt.

Neſtorianæ hæreſis impugnatores.

Perſtrenuum contra hanc ſuam audaciam habet antagoniſtam diuum Cyrillum Alexandrinum antiſtitem, qui hanc peſtem multis ſudoribus profligauit, & extinxit. Contra hunc ſimiliter ſcripſit Theodorus epiſcopus Ancyranus, vt inquit Gennadius. Caſſianus quoque preſbyter ſeptem libros in eum edidit, quos inſcripſit de Incarnatione Domini. Item Atticus Conſtantinopolitanus epiſcop⁹, tempore Theodoſij Iunioris Imperatoris, & Ioannes Antiochenus preſbyter. Multa denique paſsim apud Sozomenũ in eccleſiaſtica hiſtoria de huius Neſtorij peruicacia, arrogantia, ac tyrannide legũtur: vbi inter cætera quoque refertur, linguam ipſius, qua multas ac intolerandas in Chriſtum blaſphemias euomuerat, primùm poſt mortẽ eius à vermibus fuiſſe depaſtam.

Lingua Neſtorij a vermibus depaſta.

Lirinenſis

Quarè De⁹ oriri patiatur aliquãdò hæreſes

De hoc Vincentius Lirinenſis libro illo verè aureo, quem aduerſus prophanas omnium hæreſeon nouationes ſcripſit, ait in hunc modum: Luce clarius aperta cauſa eſt, cur interdùm diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros, noua quædam dogmata prędicare patiatur: Tentet vos, inquit, Dominus Deus veſter. Et profectò magna tentatio eſt, cùm ille, quem tu prophetam, quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & aſſertorem veritatis putes, quem ſumma veneratione complexus ſis, is ſubitò latenter noxios ſubinducat errores, quos nec citò deprehendere valeas, dum antiqui magiſterij duceris præiudicio: nec facilè damnare fas ducis, dum magiſtri veteris impediris affectu. Nam vt à proximis & manifeſtis incipiam, qualem fuiſſe nuper tentationem putamus, cum infelix ille Neſtorius ſubitò ex oue conuerſus in lupum, gregem Chriſti lacerare cœpiſſet: cùm eum ipſi, qui rodebantur, ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoq; morſibus eius magis paterent? Nam quis eum facilè errare arbitraretur, quem tanto imperij iudicio electum, tanto ſacerdotum ſtudio proſecutum videret? qui cum magno ſanctorum amore, ſummo populi fauore celebraretur quotidie, palam diuina tractabat eloquia, & noxios quoſque Iudæorum & Gentilium confutabat errores? Quo tandem iſto modo non cuiuis fidem faceret, ſe recta docere, recta prædicare, recta ſentire? Qui vt vni hæreſi ſuæ aditum patefaceret, cunctarum hæreſeon blaſphemias inſectabatur. Sed hoc erat illud quod Moſes ait, Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, ſi diligatis eum, an non. In Neſtorio ergò plus ſemper admirationis quam vtilitatis, plus famæ quàm experientiæ fuit, quem opinione vulgi aliquandiu magnum humana magis fecerat gratia, quam diuina.

Deut.8. & 13.

Tentatio maxima.

Neſtorius ſubitò ex oue in lupum conuerſus.

Neſtorij vafricies in omniũ aliarũ hæreſum blaſphemijs inſectandis, vt ſuam ſtatuat.

Deut.13.

Et paulò infrà: Apollinaris hæreticus nolebat in Chriſto duas eſſe ſubſtantias, vnam diuinam, alteram humanam, vnã ex patre, alteram ex matre: ſed ipſam Verbi naturam putabat eſſe deſciſſam, quaſi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò verſum fuiſſet in carnem, vt cùm veritas dicat, ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtum: ille contrarius veritati, ex vna Chriſti diuinitate duas aſſerebat factas eſſe ſubſtantias.

Apollinaris hæretici & Neſtorij diſcrimen.

Neſtorius autem contrario Apollinari morbo, dum ſe duas in Chriſto ſubſtãtias diſtinguere ſimulat, duas introducit repente perſonas: & inaudito ſcelere duos vult eſſe filios Dei, duos Chriſtos: vnum qui Deus ſit, alterum qui ſit generatus ex matre. Atque ideo aſſerit, ſanctam Mariam non Theotocon, ſed Chriſtotocon eſſe dicendam: quia ſcilicet ex ea non ille Chriſtus qui Deus, ſed ille, qui erat homo, ſit natus. Quòd ſi quis eum putat in literis ſuis vnum Chriſtum dicere,&

Neſtorianæ hæreſis aperta & facilis deſcriptio.

re, & vnam Chriſti prædicare perſonam, non temerè credat. Aut enim iſtud fallendi arte machinatus eſt, vt per bona faciliùs ſuaderet & mala, ſicut ait Apoſtolos,

Rom. 7.

Per bonum mihi operatus eſt mortem. Aut ergò, vt diximus, fraudulentiæ cauſa quibuſdam in locis ſcriptorũ ſuorum vnum Chriſtum & vnam Chriſti perſonã credere ſe iactitat: aut certè poſt partũ iam virginis ità in vnum Chriſtũ duas perhibet conueniſſe perſonas, vt tamen conceptûs ſeu partûs virginei tempore, & aliquantò poſteà duos Chriſtos fuiſſe contendat. Et cùm ſcilicet Chriſtus homo communis primùm & ſolitarius natus ſit, & needum Dei Verbi perſonæ vnitate ſociatus, poſteà in eum adſumentis Verbi perſona deſcẽderit. Et licèt nũc in Dei gloria maneat adſumptus, aliquãdiù tamen nihil inter illum & cæteros homines interfuiſſe videtur. Hæc ergò Neſtorius, Apollinaris, & Photinus aduerſùs catholicam fidem rabidi canes latrãt. Photinus Trinitatem non confitendo, Apollinaris conuertibilem Verbi dicendo naturam, & duas in Chriſto ſubſtantias non confitendo, & aut totam Chriſti animam, aut certè mentem atq; rationem in anima denegando, & adſerendo, pro ſenſu mentis fuiſſe Dei verbum; Neſtorius duos Chriſtos aut ſemper eſſe, aut aliquandiù fuiſſe adſeuerando.

Neſtorius, Apollinaris, Photinus, tres rabidi canes aduerſùs catholicam fidẽ latrantes.

Eccleſia verò catholica, & de Deo, & de Saluatore noſtro rectè ſentiens, nec in Trinitatis myſterium, nec in Chriſti incarnationem blaſphemat. Nam & vnam diuinitatem in Trinitatis plenitudine, & Trinitatis æqualitatem in vna atque eadem maieſtate veneratur: duas ſubſtantias, ſed vnam credit eſſe perſonam. Duas ſubſtantias, quia mutabile non eſt Verbum Dei, vt ipſum verteretur in carnem: Vnam perſonam, nè duos profitendo filios, quaternitatem videatur colere, non Trinitatem.

Eccleſiæ vera fides de Trinitatis & incarnationis myſterio.

Sed operæpretium eſt, vt idipſum etiàm atque etiam diſtinctiùs & expreſſiùs enucleemus. In Deo vna ſubſtantia, ſed tres perſonæ: in Chriſto duæ ſubſtantiæ, ſed vna perſona: in Trinitate, alius atq; alius, non aliud atque aliud: in Saluatore, aliud atque aliud, non alius atque alius. Quomodò in Trinitate alius atque alius, non aliud atque aliud? Quia ſcilicet alia eſt perſona patris, alia filij, alia Spiritûs ſancti: ſed tamen patris, & filij, & Spiritûs ſancti, non alia & alia, ſed vna eademque natura. Quomodò in Saluatore aliud atque aliud, non alius atque alius? Quia videlicet altera ſubſtantia diuinitatis, altera humanitatis: ſed tamẽ deitas & humanitas, non alter & alter, ſed vnus idemque Chriſtus, vnus idemque filius Dei, & vnius eiuſdemque Chriſti & filij Dei vna eademque perſona. Sicut in homine aliud caro, & aliud anima, ſed vnus idemque homo, anima, & caro. In Petro & Paulo aliud anima, aliud caro, nec tamen duo Petri, caro & anima, aut alter Paulus anima, & alter caro: ſed vnus idemque Petrus, vnus idemque Paulus, ex duplici diuerſaque ſubſiſtens animi corporiſq; natura.

Diſtincta & expreſſa declaratio Trinitatis diuinæ.

Ità igitur in vno eodemque Chriſto duæ ſubſtantiæ ſunt, ſed vna Diuina, altera humana: vna ex patre Deo, altera ex matre virgine: vna coæterna & æqualis patri, altera conſubſtantialis matri: vnus tamen idemque Chriſtus in vtraque ſubſtantia. Non ergò alter Chriſtus DEVS, alter homo: non alter increatus, alter creatus: non alter impaſſibilis, alter paſſibilis: non alter æqualis patri, alter minor patre: non alter ex patre, alter ex matre, ſed vnus idemq; CHRISTVS DEVS & homo: idem non creatus & creatus: idem incommutabilis & impaſſibilis: idem commutatus & paſſus: idem patri & æqualis & minor: idem ex patre ante ſecula genitus, idem in ſeculo ex matre generatus: perſectus Deus, perfectus homo: in Deo ſumma diuinitas, in homine plena humanitas. Plena, inquam, humanitas, quippe quæ animam ſimul habeat & carnem, ſed carnem veram, noſtram, maternam: animam verò intellectu præditam, mente ac ratione pollentem.

In vno Chriſto duæ ſubſtantiæ, & in vtraque ſubſtantia vnus idemque Chriſtus.

Eſt ergò in Chriſto Verbum, anima, caro: ſed hoc totum vnus eſt Chriſtus, vnus filius Dei, & vnus Saluator ac redemptor noſter. Vnus autem non cor-

In Chriſto tria insũt, Verbũ, anima, caro: ſed hoc totum, vnus eſt Chriſtus.

rupti-

ruptibili neſcio qua diuinitatis & humanitatis confuſione, ſed integra & ſingulari quadã vnitate perſonæ. Neq; enim illa coniunctio alterũ in alterũ conuertit atq; mutauit, q. eſt error proprius Arrianorũ: ſed ità in vnum potiùs vtrunque compegit, vt manente ſemper in Chriſto ſingularitate vnius eiuſdemque perſonæ, in æternum quoquè permaneat proprietas vniuſcuiuſq; naturæ: quo ſcilicet nec vnquàm Deus corpus eſſe incipiat, nec aliquandò corpus, corpus eſſe deſiſtat: quod etiàm humanæ conditionis demonſtratur exemplo. Neque enim in præſenti tantùm, ſed in futuro quoquè vnuſquiſque hominum conſtabit ex corpore & anima, nec tamen vnquàm aut corpus in animam, aut anima vertetur in corpus: ſed vnoquoque hominũ ſine fine victuro, in vnoquoque hominum ſine fine neceſſariò vtriuſque ſubſtantiæ differentia permanebit. Ità in Chriſto quoquè vtriuſque ſubſtantiæ ſuę cuique in æternum proprietas, ſaluâ tamen perſonæ vnitate, retinenda eſt.

Quomodò perſona à Deo verbo ſuſcepta, ac cipienda eſt. Sed cùm perſonam ſæpiùs nominamus, & dicimus quòd Deus perſona homo factus ſit, vehementer verendum eſt, ne hoc dicere videamur, quòd Deus Verbum ſola imitatione actionis, quę ſunt noſtra, ſuſceperit, & quicquid eſt illud conuerſationis humanę, quaſi adumbratus, non quaſi verus homo fecerit: ſicut in theatris fieri ſolet, vbi vnus plures effingit repentè perſonas, quarum ipſe nulla eſt. Quotieſcunquè enim aliqua ſuſcipitur imitatio actionis alienæ, ità aliorũ officia atque opera patrantur, vt tamen hi qui agunt, non ſint ipſi quos agunt. Neque enim, vt verbi gratia, ſecularium

Manichæorum delirium. & Manichæorum vtamur exemplis, cùm actor Tragicus ſacerdotem effingit aut regem, ſacerdos aut rex eſt: nam deſinẽte actu, ſimul & ea quæ ſuſceperat perſona, deſiſtunt. Abſit hoc à nobis nefarium ſceleratumque ludibrium. Manichæorũ ſit iſta dementia, qui phantaſiæ prædicatores, aiunt filium Dei Deum, perſonam hominis non ſubſtantiuè extitiſſe, ſed actu putatiuo quodam & conuerſatione ſimulâſſe.

Catholica fides quomodò Dei verbum hominem factum eſſe intelligit. Catholica verò fides ita verbum Dei hominem factum eſſe dicit, vt quæ noſtra ſunt, nõ fallaciter & adumbratè, ſed verè expreſſeque ſuſciperet: & quæ erant humana, non quaſi aliena imitaretur, ſed potiùs, vt ſua gereret: & prorsùs quod agebat, hoc etiã eſſet. Sicut ipſi nos quoquè in eo quod loquimur, ſapimus, viuimus, ſubſiſtimus, non imitamur homines, ſed ſumus. Neque enim Petrus & Ioannes (vt eos potiſſimùm nominẽ) imitando erant homines, ſed ſubſiſtendo. Neque enim Paulus ſimulabat Apoſtolum, aut fingebat Paulum, ſed erat Apoſtolus, & ſubſiſtebat Paulus. Ità etiàm Deus Verbum adſumendo & habendo carnem, loquendo, faciendo, patiendo per carnem, ſine vlla tamen ſuæ corruptione naturæ, hoc omninò præſtare dignatus eſt, vt hominem perfectum non imitaretur & fingeret, ſed exhiberet: vt homo verus non videretur aut putaretur, ſed eſſet atque ſubſiſteret. Igitur ſicut anima connexa carni, nec in carnem tamen verſa, non imitatur hominem, ſed eſt homo, & homo non per ſimulationem, ſed per ſubſtantiam: ità etiàm Verbum Deus abſque vlla ſuî conuerſione, vniendo ſe homini, non confundendo, non imitando factus eſt homo, ſed ſubſiſtendo.

Ficta Chriſti perſonę intelligentia prorsùs reijcienda à Catholica fide. Abijciatur ergò tota penitùs perſonæ illius intelligentia, quæ fingendo imitatione ſuſcipitur: vbi ſemper aliud eſt, & aliud ſimulatur, vbi ille qui agit, is eſt quẽ agit. Abſit etenim, vt hoc fallaci modo Deus Verbum hominis perſonam ſuſcepiſſe credatur, ſed ità potiùs, vt incommutabili ſua manente ſubſtantia, & in ſe perfecti hominis ſuſcipiendo naturam, ipſe caro, ipſe homo, ipſe perſona hominis exiſteret, non ſimulatoria, ſed vera: non imitatiua, ſed ſubſtantiua, non deniquè quæ cum actione deſiſteret, ſed quæ prorsùs in ſubſtantia permaneret.

Vnitas perſonarũ in Chriſto, non poſt virginis partũ, ſed in ipſo virginis vtero cõnexa & pfecta fuit. Hæc igitur in Chriſto perſonæ vnitas, nequaquam poſt virginis partum, ſed in ipſo virginis vtero compacta atque perfecta eſt. Vehementer enim præcauere debemus, vt Chriſtum non modò vnum, ſed etiam ſemper vnũ confiteamur: quia intoleranda blaſphemia eſt, vt etiàm ſi nunc

viti Iuda & habitatores Ieruſalem. Et ver terunt ad me terga, & non facies, cùm do cerem eos & erudirem diluculò, & nollent audire vt acciperent diſciplinam. Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt pollueret eam. Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennon, vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mandaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, & in

Amos. 5. peccatum deducerent Iudam &c. Et Amos quinto: Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſrael? Et portâſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri Rêpham, figuras quas feciſtis vobis adorare eas, quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit Dominus,

Act. 7. Deus exercituum nomen eius. Eadem dicit in Actis Apoſtolorum diuus Stephanus protomartyr, cum Iudęis ſuam ipſorum perfidiam exprobrat. Et in libris Re-

3. Reg. 11. gum: Cumque Salomon eſſet iam ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomõ Aſtarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Moloc idolũ Ammonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimpleuit vt ſequeretur Dominum, ſicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab in monte, qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch idolo filiorum Ammon. Atque in hûc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura, & im-

Domini indignatio ob ſcelus idololatrię. molabant dijs ſuis. Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael, qui apparuerat ei ſecundò, & præceperat de verbo hoc, nè ſequeretur deos alienos, & non cuſtodiuit quæ mandauit ei Dominus. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, diſrũpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo. &c.

MONASTERIENSES.

35.

Monaſterienſes ſunt ſecta Antilutherani, nimirum qui (teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. Ioannem Bockeldt ſartorē Leidenſem atq; ſordidum inſtitorem, regem Monaſterij (quod oppidum eſt Vueſtphaliæ) per ſeditionem factum ſectati, in ſua Cœna omittunt illa Chriſti Domini verba, Hoc eſt corpus meum: quorum loco dicunt, Accipe, ede, memento Domini. vti Eraſmus Alberus libro ſecundo cõtra Carolſtadium ait. Verba Cœnæ omiſſa.

Anabaptiſtarum ſectæ origo. De his itē Carion ſcribit in hunc modum: Anno 1534. in principio Ianuarij horrenda illa Anabaptiſtarum ſecta vireſcere & creſcere cœpit in Vueſtphalia, quę adiuti à quibuſdam factionis ſuæ hominibus, per ſeditionem & vim Monaſterium Vueſtphaliæ vrbem occupârunt: quã quaſi Capitolium quoddam aut arcem Sion parârunt, & nouam Hieruſalem vocârunt. Ibi omnibus ciuibus, qui huic ſectæ aduerſabantur, eiectis, & peculiari regno contra ciuilem & ordinariam poteſtatem conſtituto, (ſic enim faciliùs ſe errores ſuos gladio & vi latè ſpargere & propagare poſſe ſperabant) regem ex ſe ipſis creauerunt ſartorem quendam, qui pro libidine ſua complures vxores duxit, quarum aliquæ poſteà illius mandato ſunt decollatæ. Hæc ille. Vide reliqua in Ioanne Leidenſi, & in Anabaptiſtis.

MONOPHYSITAE.

ijdem cum Monothelitis.

37.

Monophyſitę, à monos, quod eſt vnus, & phyſis, natura, appellati ſunt, quod vnam illi verbi & carnis naturam, poſt ineffabilem vnionem in Chriſto, eſſe ſentiant & doceant. Porrò qui hoc ita ſenſerunt, Monothelitæ etiam ſunt vocati, ab vna tantum voluntate & actione diuina, videlicet quam Chriſto tribuebant: vnde & Theopaſchitæ appellantur, authores primarios Cnaphæũ, Seuerum Antiochenum, Dioſcorum, Gainum,

Galnum, Iacobum item & Johannem Philoponum habentes, de quibus vide locis ſuis. Atque ij ſanè vnam in Chriſto naturam adſtruere contendunt, in hunc modum ratiocinantes: Si duas in Chriſto demus eſſe naturas, conſequentur eas neceſſitate quadam omninò duæ etiam voluntates. Si verò hoc conceſſum fuerit, eadem neceſſitate duæ inducentur perſonæ, & duæ virtutes operatrices inter ſe cõtrariæ prorsùs. Emerſerunt autem hi Anaſtaſij Imper. & Hormiſdæ ſummi Roman. pontificis temporibus, circa annum Domini 517.

Monophyſitarum ratiocinatio.

De his Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 18. cap. 45. & 46. ſcribit in hunc modum: Enimuerò Dioſcorus, & Gainus, & Antiochenus Seuerus, Iacobus item, & Ioannes Grammaticus, Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere non ità promptum ſit, contra ſynodum quartam edidit) eam ipſam ſynodum oppugnantes, vnam quidem naturam, duas autem ſubſiſtentias, per ſummam impietatem, in Chriſto eſſe ſcripſerunt & docuerunt: potiſſimùm verò Seuerus, qui librum integrum de ea re compoſuit. Verùm & ipſi in libris ſuis alicubi naturas duas in Chriſto profitentur. Quod ſanè multi non ità accuratè obſeruantes, rectum piumque eſſe exiſtimauerunt, & alio deindè modo in illorũ impietatẽ ſunt abducti. Atque hæc quidẽ ſic obtinuerunt, quouſque Iuſtinianus eſt imperator renunciatus. Poſtquàm verò is ſceptra imperialia accepit, quæcunque extitêre belluæ, in ſpecus & latibula, ſua contulêre conuenticula: quum ille ſacram quintam ſynodum centum ſeptuagintaquinque ſanctorum patrum coëgiſſet. Quãuìs & ipſe Iuſtinianus poſteà intemperijs faſcinatoris cuiuſpiam, in Aphthartodocitarum hæreſim trãſuerſim raptus, à recta aberrauit via.

Propugnatores hæreſis Monophyſitarũ.

Sacra quinta ſynodus

Iuſtinian⁹ in hæreſim Aphthartodocitarum delapſus.

Quod verò tandèm Monophyſitarum fuerit dogma, a quibus tanquam à radice peſſima plurimæ aliæ hæreſes pullulârunt, ceu circulus aut catena ex ſeſe dependentes, modò dicam. Quum etenim conuenientes in CHRISTO naturas, quanlibet per ſeipſam diſcernunt, duas eas eſſe neceſſitate adducti confitentur. Quum verò vtranque in verbi incarnatione vniunt, non duas illi inconfuſibili modo conuenientes naturas, ſed vnam compoſitam naturam ſtatuunt. Nobis enim vnam ſubſiſtentiam compoſitam dicentibus, illi vnam potiùs naturam compoſitam inferunt. Et rationem ſententiæ ſuæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere & corpus: & aliam animæ naturam eſſe, aliamque item corporis, ſi quis quanlibet per ſe ipſam contempletur. Quum verò illæ coierint, hominem efficere, vnam naturam compoſitam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, ſed vnam compoſitam. Atque ad eundem modum de Seruatore Chriſto opinantur: illum videlicet, ex duabus quidem conſtitiſſe naturis, poſt vnionem autem duas eas naturas in vnam euaſiſſe compoſitam, quod ſanè eccleſia tanquàm piaculum prorsùs auerſatur.

Monophyſitarum hæreſis.

Quapropter & magnus Theologus Gregorius, de duabus naturis ſententiam ſuam exponens, ſapientiſſimè ſimul & ſubtiliſſimè dicit, naturam ſuam eas ſeruare, ex quibus ſcilicet, & in quibus, & quæ ſint. Nam, *ex quibus*, propterea poſuit, vt ex diuinitate & humanitate naturam declararet: *In quibus*, verò, vt naturas poſt vnionem ſeruaret, neque eas ꝑpter mutuam vnionem confunderet: *quæ ſint* autem, nè quis aliud Chriſtum poſt naturarum vnionem factum eſſe exiſtimaret. Dogmatis iſtius exactiorem rationem inde conſiderabimus. Corpus noſtrum ex quatuor elementis, igne, aëre, aqua, & terra conſtitutum eſſe, in confeſſo eſt, in quibus etiàm conſiſtit. Atque in corpore ea, ex quibus & in quibus eſt, conſeruantur. Quæ autem ſint, non itidèm. Siquidem poſt elementorũ vnionem, corpus noſtrum non purè ignis eſt, neque ſincerè aër, neque incorruptè aqua, neque germanè terra: ſed aliud quiddam, quam quatuor iſta Id ſatìs ex ſenſu ipſo patet. Vnaquæque enim corporis noſtri pars, aliud quiddam, quam elementa, eſt. Verum in diuina vnione, non aliud quiddam, poſt duarum naturarum concurſum, factum eſt:

Gregorius Nazãzen⁹.

ſed idē ipſum eſt, Chriſtus videlicet, Deus & homo. Porrò hæreſis iſta exquiſitior ſubtiliorque alijs fuit, quòd authores defenſoreſque habuerit, viros ſapientes: & potiſſimùm eum quem diximus, Ioannē Philoponum, qui in Ariſtotelis perplexitatibus maxime deſudauit: & hæreſis inſuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. Talis Monophyſitarum fuit hæreſis, impij Neſtorij hæreſi prorsùs contraria, de qua vide infrà in Neſtorio. Hactenus Nicephorus.

Ioānes Philopon' vir doctus & acer.

Contra hos in quatto generali concilio, quod Chalcedone ſub imperio Marciani habitum eſt a ſexcentis triginta patribus aduerſus Dioſcorum patriarcham Alexandrinum & Eutychem Archimãdritam Conſtantinopolitanum, ſic definitur: Nos accepimus & credimus, quod quemadmodum illæ duæ naturæ, quę in eandem ſubſtantiam Domini noſtri diſtinctè, & minimè confusè coeunt, itâ quoque per ſe remanſerunt, vtraque habente ſuos proprios effectus. Hoc enim innuit Dominus, cum ait: Nemo tollit animam meam a me, ſed poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſus aſſumendi eam. Ita vt animo contur batò eſſe, ſit naturæ procreatæ: poteſtatem autem habere, ſit ſolius diuinæ naturæ, quæ ei ineſt. Itaque qui dicunt, quòd in vnam atque eandem naturam vtraque natura coaluerit, vnicam eſſe in Domino prædicantes, ꝑfectò ab eccleſia eijciendos eſſe cenſemus. Hæc concilium Chalcedonenſe.

Finitio cōcilij Chalcedonenſis de Monophyſitarũ hæreſi.

Ioan. 10.

Et in ſexta ſynodo Conſtantinopoli à centum ſeptuaginta epiſc. aduersùs eoſdē Monophyſitas ſeu Monothelitas, ſub Agathone papa & Conſtantino Pogonato celebrata, anno ſalutis partæ 719 ſic habetur. Iuxta quod olim prophetæ de eo, & ipſe nos Dominus Ieſus erudiuit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolũ, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes, indiuisè, inconuertibiliter, inſeparabiliter, inconfusè, ſecundùm patrum doctrinam æquè prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias, (abſit) iuxta quod impij aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem humanā eius voluntatem, & non reſiſtentem vel reluctantem, ſed potius ſubiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim eius carnis voluntatē moueri, ſubijci vero voluntati eius diuinæ, iuxta ſapientiſſimum Athanaſium: Sicut enim eius caro, Dei verbi dicitur & eſt, ita & naturalis carnis eius voluntas, propria verbi dicitur & eſt, ſicut ipſe ait: Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meā, ſed eius qui miſit me, patris. Suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Hæc concilium Conſtantinopolitanum.

Finitio cōcilij Conſtantinopolitani ſexti, actione 17.

Ioan. 5.
Ioan. 6.

Sunt porrò qui hac noſtra ætate hanc reſtricārunt hæreſim, de quibus ait Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo, in hæc verba: Monothelitarum, inquit, errorem ſexto concilio Conſtantinopolitano refutatũ, iterùm reuocant Suuenckfeldiani & Meunonitæ. Monothelitæ enim, ramuſculus erant Eutychetis. Hęc ille.

MONTANISTAE, SIue Montani. 38.

MOntaniſtæ, à Montano, Phryge natione, in vico quodam, cui nomen eſt Ardaba, orto, dicti ſunt, à quo etiam Cataphryges ſeu Cataphrygij appellati, quod eorum dux cùm eſſet ex Phrygia prouincia, ipſi originem inde traxerint, Spiritum ſanctum ſibi, non Apoſtolis, inſuſum prædicantes. Emerſit autē hic Commodi Imperatoris & Soteri papæ temporibus, circa annũ Domini 181. Hi rurſus, teſte Philaſtrio, Donatiani dicuntur, à quodam Donato, qui in Aphrica conſtitutus, Montani hæreſim amplexus eſt, & ſeminauit. Vocantur & Parmeniani, a Parmenione quodam, qui eorũ tandem ſucceſſit erroribus atque ſalſitati. Montanus enim multos in ſuam pertraxit hæreſim: eoque mulierculas quaſdam Priſcam & Maximillam (vt iamiam in Cataphrygis diximus) redegit inſaniæ, vt relictis viris ſuis, eum ſequerentur, eiuſque inſpiratione ſpiritum propheticũ habere ſe crederent.

1. Hi mortuos baptizant.
2. Primas nuptias admittunt, ſecundas damnant.
3. Aſſerunt, nuptiarum fœdus & vincu-

Montaniſtarum hæreſes.

lum

lum poſſe pro coniugum arbitrio diſſolui.

4. Pœnitentiæ virtutem tollunt, dicentes, eos, qui ſemèl lapſi ſunt, nunquàm poſtea conſequi poſſe peccati remiſſionem, quantumlibèt poſteà pœniteant.

5. Docent, prophetas fuiſſe arrepiticios, non intelligentes ea, de quibus loquũtur aut affirmant.

6. Ponunt ieiuniorum legem, ea pro mentis ſuæ arbitrio & voluntate ſtatuentes.

8. Rebaptizant deniquè ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmum eccleſiæ catholicæ aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt, vt author eſt Philaſtrius.

De his qui plura ſcire volet, legat Euſebium lib. 5. cap. 15 & 18. videat etiam quæ de Cataphrygis ſupra ex Nicephoro ſcripſimus. Qui Nicephorus de Montanis rurſus libro 4. capite 23. adijcit in hunc modum: Luculenter ſane contra hanc ſectam ſcripſit Apollinaris Hierapolita, q ſtatim in principio ſcripturæ ſuæ, ſe aduerſùs eam argumentis quoquè & confutationibus ſine ſcripto depugnâſſe oſtendit. Librum autem cum ad Abercium quendam ſcripſit, talem exorſus præfationem: Chariſſime Aberci Marcelle, mandato à te, vt aliquid aduersùs Montani hæreſim componerem, aliquandiu deliberabundus & hæſitans me continui: nõ equidem quòd minus mendacium redarguere, veritatique patrocinari poſſem, ſed quod veritus ſim & cauerim, nè cui viderer ſcripto & lucubratione mea aliquid ad Euangelij & noui Teſtamenti libros addere: quibus certè qui ſibi ex præſcripto Euangelij vitam degendam conſtituit, neque adijcit, neque adimit quicquam. Quum autem nuper Ancyram Galatiæ, & in eccleſiam eius loci, quæ nouæ iſtius, non vt ipſi dicunt, prophetiæ, ſed potiùs vti oſtenderetur, pſeudoprophetiæ nomine eſt decantata, veniſſem, pro virili mea, Domini gratia ſuppeditãte, de eis ipſis, & quæ ab eis obijciebantur, omnibus, diebus pluribus eccleſiæ omnia diſputans diſſerui. Quod quidem, aduerſatiis repugnantibus, eccleſiæ pergratum ac ſidu. Deindè poſt breuem digreſſionem, res Montani, qui fuerit, vndè prodierit, et quæ delirãs nugatus ſit, exponit, ad eum ferè modum, ſicut nos de eo ante in Cataphrygis ſcripſimus. Atque hęc quidem, fraudem ſeductionemque eius arguens, in primo libro diſſerit. In ſecundo aute, de obitu eius ita refert. Quandoquidem verò propheticidas nos vocãt, quod immenſas propheriarum eorum ambages non recipimus, (eos ſe nanque iactaut eſſe, quos populo miſſurum ſe Dominus promiſit) reſpondeant nobis per immortalem Deum. Eſtne quiſpiam, ô viri boni, ex omnibus ijs, qui a Montano eiuſq; vxoribus prouenientes docere cœperut, qui perſequutionem à Iudæis paſſus, & a legis tranſgreſſoribus occiſus ſit? Sed neque quiſquam eorum comprehenſus, aut pro lege ipſa cruciſixus, neque in Iudæorum ſynagogis flagellis cæſus eſt.

Apollinaris Mõtaniſtarum refutator.

Veteres q̃ timidè, verecundè, & piè, de reb' diuinis ſcripſerint.

Montaniſtę ſe iactãt eos prophetas eſſe, quos dominus ſe miſſurum promiſit. Luc. 13.

Aliam autem mortem obijſſe Montanus & Maximilla dicũtur. A ſpiritu nanque veſano vterque agitatus, ſeipſum ſeorſim ſuſpendit: eoq; modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finiuit.

Mõtani interitus.

In tertio porrò libro idem Apollinaris gloriantes eos, quòd plures apud ſe ſint martyres, idque certum eſſe indiciũ ꝓphetici, ſicuti ab eis dicitur, ſpiritûs, refellit. Hoc verò ipſum longè omnium, inquit, eſt falſiſſimum. Siquidem & aliarũ hæreſum nonnullæ quamplurimos habent martyres, non ideo tamen pedibus in illorum imus ſententiam. Ac primi ſtatim a Marcionis ſecta Marcioniſtæ dicti, plurimos habere martyres feruntur: veruntamen Chriſtum ipſum, iuxta veritatem non profitentur. Et paulò poſt: Proinde cum Chriſtiani ex eccleſia, ad martyrium & profeſſionem veræ fidei & pietatis, vnà cum eis martyribus, qui Phrygũ hæreſis dicti ſunt, vocantur, ſeorſim nec aſſentientes eis, neque cum eis communicãtes, moriuntur: propterea quòd nolint in Montani mulierculammeue eiuſ ſpiritûs ſententiam concedere. Hæc Apollinaris Hierapolita.

Montaniſtæ plures ſe martyres habere iactitârunt.

Marcionis martyres.

Verum enimuerò & Apollonius ſcriptor eccleſiaſticus, orationibus editis hæreſim Cataphrygum tum vigentem oppugnauit, quum falſas eorum prophetias ad verbum refellens, tum vitam & mores

Apolloni' contra Mõtanum.

res authorum eius erroris traducens his, quæ ſequuntur, verbis: Hic ille eſt, qui matrimonia dirimere docuit: hic, qui ieiunia legibus latis ſanxit: hic, Pepuzam & Tymiũ, parua Phrygiæ oppida, vbi quos vndequaquè ad ſe pertraxiſſet homines, contrahere & congregare voluit, Hieruſalem nominauit: hic, qui æruſcatores & pecuniarum exactores inſtituit: qui ſub prætextu & nomine oblationis auaritiæ ſordes, & munerum emunctiones, arte quadam inuenit: qui ſalaria verbum eius prædicantibus numerauit, vt per ventris curam doctrina eius inualeſceret atque confirmaretur. Atque hæc de Montano ex Apollonio. De quo vide ſupra fuſiùs in Cataphrygis, Maximilla, Pepuzitis.

MOSES FALSVS, IN CRE-ta. 39.

Theodoſij iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 435. Iudæus quidam in Creta erupit, qui ſe Moſen eſſe aſſereret, vt author eſt Socrates eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſeptimo, capite trigeſimooctauo, qui quoniam inter hæreticos ob ſuam perfidiam & impoſturæ genus meritò numerandus venit, ideò huic meæ hiſtoriæ illum velut hæreticum & ſummum impoſtorem ac perfidum adnectere non alienum duxi. Cuius præſtigiæ à Nicephoro Calliſto libro decimoquarto, capite quadrageſimo, deſcribuntur in hunc modum.

Pſeudomoſes in Creta, anno Dom. 437.

Eo tempore, inquit, multi in Creta Iudæi Chriſtianorum ſacra ſunt complexi, per cauſam eiuſmodi: Vir quidam ex eorum genere erat, qui quum per fraudem & dolum vitam peregiſſet, poſtremo ſe etiam Moſen illum eſſe aſſimilauit, & cælitus in Cretam a DEO propterea miſſum eſſe confinxit, vt eius loci Iudæos ipſe per mare, perindè atquè olim Iſraelitas per rubrum ſinum, duceret. Et paſſim inſulam ipſam anno toto peragrans, vt ſe illum eſſe crederent, ſuaſit: atque vt opes, quas haberent, pecuniasque & poſſeſſiones omnes aſpernarentur, cohortatus eſt: ſe illos per mare non aliter, quàm in arida, in promiſſionis terram ducturum eſſe pollicitus. Atque illi vanis illius promiſſis decepti, res operasque ſuas vbiquè neglexerunt, & facultates ſuas temerè quibuſcunque diripiendas permiſere. Vbi dies conſtituta aduenit, qua proficiſci debebant, ipſe quidem confidentia & faſtu plenus, eis præiit: illi vero hominem, vna cum coniugibus & ætate imbecilliore conſequuti ſunt. Itaque eos in ſummum quendam ſcopulum in pelagus excurrentem, duxit: atque inde conijcere ſeipſos in mare, veluti natantes & vrinantes, iuſſit. Idque ex illis quidam, ſtatim vt imperatum eis erat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt. Quidam etiam in præcipitio ſaxis illiſi interierunt. Et vniuerſi illi vel in vndis, vel in præcipitibus ſaxis periiſſent, niſi Dei prouidentia, vix piſcatores & alij mercatura victum quæritantes, Chriſtiani homines, ſubitò affuiſſent, eosque mo dis omnibus extrahentes ſeruâſſent, tum primum fortaſsè, qua dementia capti eſſent, ſentientes. Hi alios, quo minùs ſe in fluctus proijcerent, prohibuerunt: eorum qui antea id feciſſent, interitum illis indicantes. Qui ſanè ægre in animó rem ſecum reputantes, & fraudem ſine iudicio ſuſceptæ fidei & credulitatis deprehendentes, vt miſerabilem in modum enatarent, ſuſtinuerunt: & tandem Pſeudomoſen illum comprehendere ſunt aggreſſi. Verùm id perficere minimè potuerunt: confeſtim enim ille diſparuit, & magnam ſuſpicionem præbuit, perniciosum quempiam dæmonem ſub humana ſpecie gentem eam in exitium perduxiſſe. Proindè multi Iudæorum ſuperſtitioni nũcio remiſſo, in Creta Chriſtianam religionem conſtanter ſuſceperunt. Horũ innumera propè fuit multitudo. Hæc Nicephorus.

Pollicetur is ſe Iudæos per vndas maris tanquàm per continentẽ ductorum.

Quorundã Iudæorum veſania

Iudæi decepti, à Chriſtianis ſeruantur.

Pſeudomoſes iſte diſpáret.

MVNTZERICI. 40.

Mvntzerici ſeu Mũzeriani à Thoma Mũtzero ſiue Monetario Anabaptiſtarum patre dicti ſunt, ſecta Antilutherani, ad tertiam nimirum noſtræ ætatis Euangelicorũ claſſem pertinen-

tinentes:qui emerſerūt ſub Carolo quinto Imperarore Germano, & Clemente ſeptimo ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1524. Hic,teſte Lindano dialogo ſecundo ſui Dubitantij,rotum orbem gladio Gedeonis ſibi diuinitus tradito compellendum,ad nouum regnum Chriſti inſtituendum,iactabat ſpiritum ſibi reuelaſſe:vnde & cæleſtes prophetas atque Enthuſiaſtas,eos inſectatus, appellabat Lutherus.

Lindanus.

Muntzericorū hæreſes.

1. Docebant (vt ſuperius dictum eſt in Anabaptiſtis) bonorum communionē, torum infidelium, id eſt,non ſuæ factionis, eſſe pollutum, & diaboli proſtibulum.

2. Baptiſma infantū non eſſe ex Deo.

3. Infideles omnes cum principibus & magiſtratibus eſſe occidendos.

4. Libertatem per principes extinctā, eſſe armis vindicandam.

Hoſius.

De hoc Thoma Muntzero Hoſius etiàm lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis, ſcribit in hunc modum: Etſi, inquit, viſionum, ſomniorum, & reuelationum, quos in lucem edidit Suenckfeldius, primus author fuiſſe videtur Thomas Muntzerus, qui primus etiàm à Lutheri ſecta deſciuit,quemadmodùm in hiſtoria,quā de illo ſcripſit, narrat Philippus Melanchthon:itá vt non minùs Lutherum, q́d nimirùm laxáſſet, quam Papam, quod nimiùm adſtrinxiſſet conſcientias,damnandum eſſe putaret. tamen inter errores, quos illi tribuit Philippus, hos tantùm enumerat, quòd amplectendæ pietatis Chriſtianæ vias has & rationes commonſtrârit:

Philippus Melanchthon in hiſtoria Mūtzeri.

1. Primùm,vt à manifeſtis criminibus, qualia ſunt,adulteria,cædes,blaſphemię, ſibi temperarent homines.

2. Deindè, vt corpus caſtigarent ieiunijs, vilitate veſtium, pauca loquendo, toruum obtuendo, barbam non radendo.

3. Tum vt ſecreta loca peterent, deque Deo ſæpè cogitarent:Quid ſit? Num noſtri curam gerat? Num vera ſit fides noſtra?

4. Signa ſimul à Deo poſtularent, quibus oſtenderet, quòd ſumus illi curæ, quodque fides noſtra recta ſit.

5. Scripturis non fiderent: accepti verò Spiritûs ſancti, ſomnia certiſſima eſſe ſigna perſuaſum haberent.

6. Dicebat Muntzerus idem,habere ſe mandatum, vt mutaret regimen ſeculare.

Hic enim,teſte Staphylo lib.de Lutheranorum inter ſe concordia,cùm legiſſet in libris Lutheri de Captiuitate Babylonica,& cōtra duo mādata Cæſaris: Nullam eſſe ſpem remedij,niſi omnibus legibus humanis extinctis,populus regnet,& Deum rogandum, ne ſubditi obediant ſuis magiſtratibus, cùm eſſet Alſteti,codicem confecit,in quo conſcripſit,omnes qui ſecum coniuráſſent, commoueri debere ad caſtigandos Chriſtianos principes,& magiſtratum Chriſtianum inſtituendum: Adeò quidem, vt moueri ille per totam Germaniam ruſticos contra principes, prælijſque paſsìm commiſſis, perierint vltra centum millia ruſticorum. Vide hiſtoriam Sleidani. De eo vide fuſiùs in Anabaptiſtis, quorum author fuiſſe traditur.

MVNDANITAE.

41.

Mundanitæ, teſte Philaſtrio, ſunt ij,qui mundum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper manſurū aſſerunt,etiàm poſt communem & generalem omnium noſtrûm reſurrectionē, contra illud regij prophetæ:Omnia tranſibunt & mutabuntur, tu autem idem ſemper es. Hi autem non intelligunt,mutationis cauſa elementorum à propheta id dictum fuiſſe, vt his mutatis, noua creatura reformetur. Quod & Dominus docet,cum ait:Cælum & terra tranſibūt, verba autem mea non tranſibunt. Et, Ego facio nouum cælum & nouam terram, dicit Dominus. Reſtauranda ergò potius, & non peritura annunciat elementa: & quanuìs impoſſibile Deo non ſit,vt,qui fecit ex nihilo omnia, iterū delere poſſit omnia, quod ait beatiſſimus Iob:Si autē, inquit, deſtruxerit vniuerſa, quis ei dicet,quid feciſti?

Pſal. 101.

Matt.24.

Iſa.65.

Iob.12.

Ergò ſi ita ſenſeris, omnipotentiam

Domi-

Domini noſtri Ieſu Chriſti cognoſces: ſin ea reſtauranda quis æſtimat, ſequenter intelliget. Nam etſi pereunda ſemina ſcriptura demonſtrat, id eſt, ipſum mundum ad nihilum deuenire poſſe, tamen quia quod fecit, non deperit. Fecit enim,
Sapien.1. vt ait Salomon, ex nihilo omnia, vt poſſent eſſe quæ non erant. Et in reſurrectio ne hominum, non pereunda ſemina, ſed
1.Cor.15. ad gloriam maiorem reſurrectura demõſtrat Apoſtolus, cùm ait, Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale:
Rom.8. ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Et rurſus idem Apoſtolus: Expectatio enim creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe futuræ gloriæ & dignitatis. Propter quod & ipſa creatura, inquit, liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Vbi quidem oſtendit, à gloria ad gloriam proceſſura elementa, id eſt, homines cum hac ipſa viſibili creatura, cùm
Eſa 30. item dicat Dominus, Sol tunc ſeptempliciter plus lucebit quàm nunc luceat.

Tranſibunt ergo elementa ad maiorem gloriam, in eaque permanebunt cũ hominibus, quanuis ea ad nihilum poſſit adducere, qui fecit omnia, Deus. Sed in hoc eſt eminens Chriſti maieſtas & potentia, quòd ad maiorem gloriam eadem
2.Pet.3. elementa tranſire permittet. Nam & Apoſtolus Petrus elementa hæc liqueſcere & ad nihilum venire nunciat pariter & prophetas. Hæc Philaſtrius.

MVSORITAE.

42.

Mvſoritæ, eoſdem Philaſtrio authore, erant apud Iudæos idololatræ, qui ſorices colebant, ducta huius abominationis origine ab Allophylorũ
1.Reg.6. ſacerdotibus & diuinis, a quibus, vt liber primus Regum habet, Philiſtinorũ principes & ſatrapæ, cum ab eis arca Teſtamẽti fuiſſet in bello capta, atque ex ira diuina ſorices terra produxiſſet, qui eorum regionem demoliebantur, admoniti & perſuaſi fuerunt, vt pro delicto iuxta numerum prouinciarum eorundem Philiſtinorum quinque mures aureos facerent, quos darent Deo Iſrael, ſicque ſuper plauſtrum nouum eandem arcam remitterent: inde futurum, vt ab eis diuina plaga deſineret. Ex quo effectum, vt mures poſtea maximo in honore habuerint quidam Iudæi, & eos coluerint. Et cùm legem & prophetas haberent, nõ tamen cognouerunt illi, hoc eſſe vanum & abominabile, quod ab omnibus contemnitur & deridetur. Hæc Philaſtrius.

MVSCARONITAE.

43.

Mvſcaronitæ, à Muſca & Accaron ciuitate, in qua Muſca colebatur, dictione compoſita ſunt appellati. Is autem eorum deus Beelzebub, qui à Phariſæis apud Matthæum, Lucam, & Marcum princeps dæmoniorum dicitur, Deus Muſcarum nuncupatur, a fœdo atque ſputeo eum colentium ſacrificio. Ad eum nuncios miſiſſe regem Ochoziam libro quarto Regum, capite primo ſcribitur, qui eum conſulerent, num de ſua infirmitate reualeſcere poſſet, qua laborabat. Is nempe, vt ibidem dicitur, per cancellos cœnaculi ſui, quod habebat in Samaria, corruerat, & maximo corporis lãguore tenebatur. Cum autem hæc fierent, accidit vt angelus Domini loqueretur ad Eliam Theſbiten, ac ei imperaret, vt ſurgeret & aſſcenderet in occurſum nunciorum regis Samariæ, & diceret ad eos: Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem (inquit) hæc dicit Dominus, De lecto, ſuper quem aſſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Mortuusque eſt Ochozias iuxta verbum Eliæ, & Ioram frater eius regnauit pro eo, quia non habebat filium. Hæc ibidem.

Beelzebub, idolũ Muſcæ dicitur
Matt.12.
Luc.11.
Mar.3.

Idolomania cauſa mortis Ochoziæ regis Iſrael.

MVSCVLANI.

44.

Mvſculani, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, ſunt qui Andreæ Muſculi dogma ſequuntur, ſuntque ex prima claſſe Euangeli-

Muſculus Theopaſchita.

gelicorum noſtri temporis, hoc eſt, Lutherani ſecta.

Is porrò in Andream Oſiandrum & Franciſcum Stancarum Mantuanum, eiuſdem cum eo ſectæ viros inuectus, docebat, Chriſtum eſſe non modò ſecundum vtranque naturam iuſtificatorem, ſed etiam diuinam eius naturam in cruce & paſſam & mortuam. In cuius blaſphemiæ confirmationem, libellum edidit nomine Lutheri idem affirmantis. Quod & ex libro Lutheri de Concilijs, poteſt confirmari. Hæc Lindanus.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER DVODECIMVS.

DE LITERA N.

NARCISSVS NERONIADIS *epiſcopus Arrianus.*

I.

NArciſſus Neroniadis Ciliciæ, quam nunc Irenopolim vocant, epiſcopus, Arrianæ perfidiæ patronus fuit acerrimus, & iniquorum cō ſiliorum miniſter, Cōſtantij Imp. & Iulij huius nominis primi Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 344.

Narciſſus, Theodor' & Marcus Arriani epiſcopi, in Italiā mittuntur, à Conſtante accerſiti.

Hic cum Theodoro Heracleæ Thraciæ, & Marco Arethuſæ Syriacæ epiſcopis ad Conſtantem Occidentis Imperatorem Conſtantij fratrem miſſus legatus, vt de Athanaſij & Pauli, aliorumque epiſcoporum per Arrianos ſuis ſedibus deturbatorum damnatione ſatisfacerent, quum in Italiam veniſſent, (vt author eſt Sozomenus) in hoc toti incubuêre, vt facta propria vindicarent, pro virili adnitentes, Imperatori perſuadere, Orientalis concilij iuſtam eſſe ſententiam. Cumq; fidei ſuæ confeſſionem exigerentur exhibere, & palàm profiteri, fidem quidem in concilio Antiocheno expoſitam celârūt: aliam verò conſcribentes confeſſionem obtulerunt, multùm tamen à Niceno cōcilio diſſonantem. Videns autem Conſtans iniuſtè grauatos homines, nec crimina fuiſſe vera, pro quibus dicebantur à communione ſuſpenſi, ſed id factum propter diſſonantiam fidei, eùm ſatisfacere nequiuiſſent pro quo venerant, remiſit eos ad propria.

Hæreticorū conſueta vafricies

Cumque Cōſtans (vt author eſt Theodoritus, & Nicephorus libro 9. cap. 12.) vnum illud à fratre ſibi dari poſtulâſſet, vt Paulus & Athanaſius ſedes ſuas reciperent, & nihil ſuis literis effeciſſet, propterea quòd aduerſarij contrà niterentur, & timeretur, nè populus ea de cauſa ſeditionem moueret: Paulus & Athanaſius rurſùm Conſtantem adiêre, & vt vniuerſalis ſynodus cogeretur, petiêre, vt de profeſſione fidei, & de eorum cauſis accuratiùs res explorari poſſet. Exauthorationis enim ignominiam ſe propter fidei ſinceritatem ſuſtinere affirmâunt. Quapropter de duorum Imperatorum iſtorum ſententia ſtatutum, vt vtriuſque Imperij epiſcopi ad diem certum Sardicam, quæ Illyrica ciuitas eſt, conuenirent. Id quod Conſtans ſic petiêrat. Conſtantius autē aſſenſerat, vt videlicet ſeditio ſolueretur. Atque ex Occidentis partibus circiter trecenti conuenêre epiſcopi, ſicuti alibi facer dicit Athanaſius: Ex Oriente verò, Sa-

Inſtituitur concilium Sardicēſe, de Conſtātij & Conſtantis fratrum volūtate.

Sabin' Heracleę Thraciæ Macedonianorũ epiſcopus.

bino Macedoniano referente, ſex & ſeptuaginta. Reliqui autem anguſtias conſtituti temporis prætexentes, atque alius aliam cauſam allegantes, non comparuêre. Decimus is erat annus, ex quo Conſtãtinus, Imperatoris vtriuſq; pater, ad meliorem migrauerat vitam.

Orientales Athanaſiũ & Paulum à concilio excluſos eſſe volunt.

Et Orientales qui Philippopolim in Thracia venerant, Occidentalibus, qui Sardicæ iam præſtò erant, ſcripſêre, vt Athanaſium eiusque ſtudioſos, vt quibus ſacris miniſterijs interdictum eſſet, a concilio remouerent: aliter enim fieri non poſſe, vt in vnum conuenirent. Quod quidem poſteà quoquè, quum Sardicæ eſſet, obtinere contendebant.

Occidentales iniquũ id eſſe cenſent.

Occidentales autem, atque inprimis Hoſius Cordubenſis Hiſpanus, & Protogenes Sardicenſis, reſpondêre, nunquam ſe communionem illorum deuitâſſe, neque porrò etiam vitaturos eſſe: quum Iulius epiſcopus Romanus, cauſa eorum perſpecta, iniquè eos inſidijs circunuentos eſſe iudicârit. Adeſſe ipſos quoquè, & redarguere iniquum illud iudicium velle. Plura quoque alia vltrò citroque & ſcripſêre, & per internuncios alteri alteris ſignificauêre. Vndè maior inter eos eſt excitata ſimultas, maius odium, dies quoq; conſtituta præterijt. Et conſeſtìm diſceſſione facta, ſeorſumq; vtriſq; conſilia agitantibus, contrarias alteri aduersùs alteros ſententias tulêre.

Diſſidium inter Orientales & Occidentales.

Orientales nanque Philippopoli conuentum egêre, atque ibì decretis ſuis in Athanaſium, Paulum, Aſclepam, & Marcellum epiſcopos magìs etiam confirmaris, Iulio inſupèr Romæ antiſtiti magiſtratum eccleſiaſticum abrogauêre, & cõ pluribus alijs. Porrò in cauſa fidei homouſion conſubſtantiale quidem repudiârunt: inæqualitatis verò opinionem literis in partes omnes ſcriptis diuulgârunt. In quibus locorum plerunque epiſcopis quoquè ſignificârunt, nè eos quos maximè ſententia ſua notâſſent, vel in cõmunionem reciperent, vel literis etiam dignarentur. Hæc quidem epiſ. Orientales Philippopoli in Thracia agebant.

Mutuæ inter eos exauthoratio nes.

Occidentaliũ epiſcoporum Sardicæ acta.

Hoſius autem & qui cum eo Sardicæ erant, primùm quidem illos indicta & deſerta cauſa, propter cõtumaciam damnârunt: Athanaſium receperunt, & quæ aduersùs eum Tyri acta fuerant, anathemate ſunt perſequuti: Marcello epiſcopatũ ſuum reddiderunt, quòd ſe diceret nunquàm ea ſenſiſſe, de quibus per calumniam accuſatus eſſet. Abrogârunt quoquè epiſcopatum Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, &c. &, vt non modò epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuêre, quòd filium Dei paterna ſubſtantia ſepararent. Quibus roboratis, inæqualitatem repudiârunt, & conſubſtantiale apertè promulgârunt. Hactenùs Nicephorus. Qui de hac re plura volet, legat apud Theodoritum epiſtolam Sardicenſis cõcilij ad vniuerſos epiſcopos catholicos ſcriptam, Tripartitę hiſtoriæ lib. 4. ca. 24. Legat & quæ de Menophanto ſuprà ex Nicephoro ſcripſimus.

Narciſſo epiſcopatus ademptus in concilio Sardicenſi.

NAZARAEI.

2.

Nazaræi, teſte diuo Auguſtino & Philaſtrio, lib. de hæreſibus, à Nazaret Galilææ vico, in quo Chriſt' conceptus, & a quo etiam Nazaræus dictus eſt, nomen ſortiuntur: filium quidẽ Dei illum confitentes, ſed qui aſſerant, legem veterem iuxta omnia illius præcepta eſſe ſeruandã, vnà cum lege noua: quę tamen, vt inquit Auguſtinus, Chriſtiani per apoſtolicam traditionem non ſeruare carnaliter, ſed ſpiritualiter intelligere didicerunt. Eruperunt autem Adriani Imperatoris & Xiſti huius nominis primi Romanorum Pontificis temporibus circa annum Domini 133.

Nazaræorum hæreſes.

1. Dicunt itaq;, Chriſti fidem ſine operibus legis non ſufficere ad ſalutem.
2. Circuncìſionem obſeruant & ſabbatum, Iudęorum cunctis feſtiuitatibus addicti.
3. Patres quidem ſuſcipiunt qui in quinque libris Moſis habentur vſque ad Moſen, qui in diuino cultu rectè præſtito clari fuerunt, vtpote Adam, Seth, Enoch, Mathuſala, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Leui, Aaron, & Ieſum Naue: ipſos autem quinque libros Moſis non recipiunt, Moſen quidem confitentes, & quòd legem

acce-

accepiſſet à Deo, credentes, non autem eã quæ circunfertur, ſed aliam. Dicebāt enim hos libros fictos eſſe & commentitios, & nihil horum à patribus obſeruatum fuiſſe. Vndè omnia quidem Iudæorum ſeruant, qu um ſint Iudæi. Victimas tamen non mactabant, neque animaris fouebantur, ſed nefas erat apud ipſos carnibus veſci, aut ipſas ſacrificare. Hæc ex Epiphanio. Qui verò eorum author fuerit, nullus ſcriptorum memoriæ prodidit, nec vſquam legi, niſi illam phariſæorum cohortem qui crediderant, horum authores dicere volueris, qui, vt eſt in Actis Apoſtolicis, deſcendentes de Iudæa Antiochiam, docebant fratres, quia niſi circuncidamini ſecundùm legem Moſis, nō poteſtis ſaluari. Ob quam doctrinam facta eſt non modica ſeditio, reſiſtentibus huic aſſertioni Paulo & Barnaba. Propter quod Apoſtoli & ſeniores Hieroſolymam conuenerunt, vt de hac re definirent. Habitaque diligenti ac matura rei examinatione, ſententiam ediderunt, quam per epiſtolam miſerunt his qui erant Antiochiç, in hunc modum: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, benè agetis. Hæc concilium Apoſtolorum. Quis ergò erit, qui tam illuſtris cōcilij definitioni repugnare & obluctari audeat?

Acto. 15. — *Apoſtolorum concilium.* — *Act. 15.*

De Nazaræis ſic habet Philaſtrius Brixienſis epiſcopus: Nazaræorum hæreſis, inquit, eſt, quæ legem & prophetas recipit, carnaliter tamē viuendum affirmat, omnemque iuſtificationem in carnali obſeruantia conſiſtere ſuſpicatur. Crines etiàm nutrientes capitis, omnemque virtutem iuſtitiæ in eo putantes conſiſtere, quaſi à Samſone illo ſibi hoc præſumentes * iudicij, quòd Nazaræi vocarentur: à quo poſtea Pagani, fortes viros ex illius figura metientes, Hercules nuncupârunt. Hæc Philaſtrius.

Philaſtrius de Nazaręorū hæreſi — * *indici.*

NEPOS EPISCOPVS *Aegypti.* 3.

NEpos epiſcopus cuiuſdam vrbis Aegypti, vixit ſub Claudio 2. Imperatore & Felice huius nominis primo Romano pontifice, circa annum Domini 270.

Hic, teſte Euſebio lib. 7. cap. 24. Iudaico intellectu de futuris promiſſionibus ſentiebat, easque Epicureo more corporaliter exhibendas docebat, & mille annis in libidine & voluptate corporali in hac vita ſanctos regnaturos cum Chriſto: huiusque ſui dogmatis probamenta, ſumptis ex reuelatione diui Ioannis teſtimonijs conabatur aſſerere: de quibus etiàm libellos edidit, interpretationes huiuſmodi continentes. Ideò Dionyſius Alexandrinus de repromiſſionibus ſcribens, in hunc Nepotem ſtylum ſuæ intentionis conuerit. Hæc Euſebius.

Nepotis epiſcopi hæreſis.

De quo ſic etiàm ſcribit Nicephorus lib. 6. cap. 21. Duos, inquit, libros de promiſſionibus Dionyſius compoſuit, quibus argumentum præbuit Nepos, qui Aegypti epiſcopus, Iudaica opinione, quæ in ſcripturis ſanctis Chriſto promiſſa ſunt, ſenſu corporali craſſiùs intelligēs, ea ad præſens ſeculum, & deſignatam quandam mille annorum vitam referebat. Et quòd is ex Apocalypſi Ioannis opinionem ſuam ſe confirmaturum eſſe opinaretur, librum compoſuit, cui titulum Confutationis indidit. Cui Dionyſius in eis, quos diximus, libris reſpondens, in priore quidem ſententiam ſuam de illius dogmate exponit, in poſteriore autem de Apocalypſi Ioannis agit pluribus. Quandoquidem, inquit, ſcriptum quoddam proferunt Nepotis, quo valdè nituntur, veluti certò & irrefragabiliter oſtendente atque probante, regnum Chriſti in terris futurum: in alijs quidem multis Nepotem recipio & complector, propter fidem, tolerantiam laboris, ſcripturarum lectionem, & frequentes pſalmodias, quibus hucvſque multi delectantur fratres, hominemque ipſum obſeruo. Deindè progreſſus infert: Sed enim ſi quid rectè dictum ſit, laudare id conuenit: Rurſùm verò, ſi quid ſecundùm

Dionyſius Alexandrinus de hæreſi Nepotis. — *Error & fabula Chiliaſtarum.*

dùm ſanam doctrinam non ſit ſcriptum, id caſtigare oportet. Ac ſi quidē ipſe adeſſet, ſatis eſſet rationum in colloquio, per interrogationem & reſponſionem, ad perſuaſionem & conciliationem eorum quę inter ſe opponuntur. Quum aūt ſcriptum eius ſatis ad perſuadendum cōpoſitum, in hominum ſit manibus, quo ſcriptio legi & prophetis conuiciatur, Euangelia nihil eſſe ducit, & Apoſtolicos libros tanquàm nullius pretij eleuat: ipſum autem eius ſcriptum perindè atque occultum & arcanum myſterium celebratur, ſimpliciorum fratrum animos nihil permittens magnum & ſublime de certa, vera, & glorioſa apparitione Chriſti, aut de noſtra à mortuis reſurrectione, atque ad ipſum aggregatione & aſſimilatione, ſed humilia quædam & caduca, qualia præſentis vitæ ſunt, ſapere & ſentire: perquàm eſt neceſſarium, vt veluti cum pręſente fratre noſtro Nepote differentes agamus.

Nepotis in legem, pro phetas, & Euangelia blaſphemiæ.

Deindè commemorat, ſe in Arſinoite Aegypti præfectura fuiſſe, vbì eiuſmodi emerſit hæreſis: ibique omnibus eccleſiaſticis, atque alijs item viris præſentibus, tribus continuis diebus, de Nepotis doctrina, libro eius propoſito, diſſeruiſſe. Fratrumque ſtabilem ac decentem morem admiratur, qui ritè atque ordinè reſponſionibus aſſenſiones approbationesque ſuas accommodârint; neque contentione cōtendere perſeuerârint, quæ ſemèl apud ſe conſtituiſſent; neque obiectiones legitimas intermiſerint, veritatem illi conuincentes (quod pudore quodam aliqui, quū publico diſceptatione uincuntur, non faciunt) proficientes: bonaque conſcientia, quæ authoritate diuinarum literarum probata eſſet, citra ſimulationem & diſſimulationem cordibus ad Deum ſimpliciter compoſitis, ſuſcipientes.

Dionyſius apud Arſinoen oppidum de Nepotis dogmate diſſeruit, hæreſimque eam reſellit.

Opinio de rebus ſuis in cōmunigu publico diſputandi proceſſus.

Addit prætereà, vt etiàm eius loci doctor Coracion dictus, vocibus eis quæ contra illius opinionem prolatæ fuerant, perſuaſus, præſentibus omnibus receperit, veritate iam abundè ſatis perſpecta, ſibi de cætero nihil futurum cum Nepote negocij, neque mentionem ſe eius facturum, neque doctrinam promulgaturum. Alios quoquè fratres dicit lætatos delectatosque eſſe diſſertationibus eis, atque communi omnium conciliatione & conſenſu. Hactenùs Nicephorus.

Coracion doctor Aegyptius, q Nepotis doctrinam ſequebatur ad rectam fidem con

uerſus Dionyſij opera.

NESTORIVS EPISCOpus *Conſtantinopolitanus.*

4.

Neſtorius, epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, vir quantumuis natura eloquens, in ſcripturis tamen & veterum lectione, quos præ ſe fortiter contemnebat, minus exercitatus. Pelagianam hęreſim ſequutus eſt. Floruit autem Theodoſij iunioris Imperatoris, & Cæleſtini ſummi Romanorum pōtificis temporibus, circa annum Domini 427.

1. Hic, authore Gennadio & Socrate lib.7.cap.32. in id ſummo ſtudio laborauit, vt Chriſtum Dei filiū ex virgine Maria natum hominem duntaxat, non etiā Deum, eſſe doceret, atque ideò Mariam Chriſtotocon, non autem Theotocon, eſſe diceret: poſteà verò ſanctæ & inculpatæ vitæ merito Chriſtum obtinuiſſe, vt dignus haberetur cui ſe diuinitas coniungeret.

Neſtorij errores & blaſphemiæ.

Maria.

2. Duas itaque in Chriſto ponebat naturas, duas itidèm in eo dicebat eſſe perſonas, vnam diuinitatis, alteram verò humanitatis: nec vnum Chriſtum in deitate & humanitate ſentiebat, ſed ſeparatim atque ſeiunctim alterum docebat eſſe filium Dei, alterum filium hominis, quem dicebat etiam appellari filium hominis. Quapropter virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantùm matrem appellabat. Denique Chriſtum eſſe tantùm hominē dicebat, non autem Deum, ſed in quo Deus ſpeciali quadam prærogatiua habitaret: atq; ideò Chriſtum dicebat Emmanuel à propheta appellari, quod interpretatur, Nobiſcum Deus: nō quia ſimul eſſet Deus & homo, ſed quia in humanitate diuinitas habitaret: quapropter Chriſtum non Deum, ſed Deiferum appellabat.

Chriſtus.

Eſa.7.

Matt.1.

3. Et quia dicebat, duas eſſe perſonas in Chriſto, vnam quæ eſſet homo, & aliam quæ eſſet Deus, in illo homine tanquam in templo habitans: ideò in Euchariſtia

Euchariſtia.

contineri quidem veram carnem, ſed illam eſſe carnem puri, iuſti, & ſanctificati hominis, qui templum Dei eſſet, quique diuinam in ſe habitationem poſſideret, non autem Dei.

4. Conficiunt etiàm Neſtoriani in pane fermentato, & ſub vtraque ſpecie communicant ſacramentum Euchariſtiæ paruulis & adultis, quod non credant ſub vna ſpecie Chriſtum æquè cõtineri, atquè ſub vtraque continetur.

Neſtorius ab eccleſia iurè reiect⁹

Horum igitur nefandorum errorum veluti rediuiuos excitans cineres Neſtorius, & ex antiquis fauillis nouum volẽs mouere incendium, iurè ab eccleſia reiectus eſt.

Neſtorianæ hæreſis impugnatores.

Perſtrenuum contra hanc ſuam audaciam habet antagoniſtam diuum Cyrillum Alexandrinum antiſtitem, qui hanc peſtem multis ſudoribus profligauit, & extinxit. Contra hunc ſimiliter ſcripſit Theodorus epiſcopus Ancyranus, vt inquit Gennadius. Caſſianus quoque preſbyter ſeptem libros in eum edidit, quos inſcripſit de Incarnatione Domini. Item Atticus Conſtantinopolitanus epiſcop⁹, tempore Theodoſij Iunioris Imperatoris, & Ioannes Antiochenus presbyter. Multa denique paſsim apud Sozomenũ in eccleſiaſtica hiſtoria de huius Neſtorij peruicacia, arrogantia, ac tyrannide legũtur: vbi inter cætera quoque refertur, linguam ipſius, qua multas ac intolerandas in Chriſtum blaſphemias euomuerat, primùm poſt mortẽ eius a vermibus fuiſſe depaſtam.

Lingua Neſtorij a vermibus depaſta.

Lirinenſis

Quarè De⁹ oriri patiatur aliquãdò hæreſes

De hoc Vincentius Lirinenſis libro illo verè aureo, quem aduerſùs prophanas omnium hæreſeon nouationes ſcripſit, ait in hunc modum: Luce clariùs aperta cauſa eſt, cur interdum diuina prouidentia quoſdam eccleſiarum magiſtros, noua quædam dogmata prędicare patiatur: Vt tentet vos, inquit, Dominus Deus veſter. Et profectò magna tentatio eſt, cùm ille, quem tu prophetam, quem prophetarum diſcipulum, quem doctorem & aſſertorem veritatis putes, quem ſumma veneratione complexus ſis, is ſubitò latenter noxios ſubinducat errores, quos nec citò deprehendere valeas, dum antiqui magiſterij duceris præiudicio: nec facilè damnare fas ducis, dum magiſtri veteris impeditus affectu. Nam vt a proximis & manifeſtis incipiam, qualem fuiſſe nuper tentationem putamus, cum infelix ille Neſtorius ſubitò ex oue conuerſus in lupum, gregem Chriſti lacerare cœpiſſet; cùm eum ipſi, qui rodebantur, ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoq; morſibus eius magis paterent? Nam quis eum facilè errare arbitraretur, quem tanto imperij iudicio electum, tanto ſacerdotum ſtudio proſecutum videret? qui cum magno ſanctorum amore, ſummo populi fauore celebraretur quotidie, palam diuina tractabat eloquia, & noxios quoſque Iudæorum & Gentilium confutabat errores? Quo tandèm iſto modo non cuiuis fidem faceret, ſe recta docere, recta prædicare, recta ſentire? Qui vt vni hæreſi ſuæ aditum pateſaceret, cunctarum hæreſeõn blaſphemias inſectabatur. Sed hoc erat illud quod Moſes ait, Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, ſi diligatis eum, an non. In Neſtorio ergò plus ſemper admirationis quam vtilitatis, plus famæ quàm experientiæ fuit, quem opinione vulgi aliquandiu magnum humana magis fecerat gratia, quàm diuina.

Deut. 8. & 13.

Tentatio maxima.

Neſtorius ſubitò ex oue in lupum conuerſus.

Neſtorij vafricies in omniũ aliarũ hæreſum blaſphemijs inſectandis, vt ſuam ſtatuat.

Deut. 13.

Et paulò infrà: Apollinaris hæreticus nolebat in Chriſto duas eſſe ſubſtantias, vnam diuinam, alteram humanam, vnã ex patre, alteram ex matre: ſed ipſam Verbi naturam putabat eſſe deſciſſam, quaſi aliud eius permaneret in Deo, aliud verò verſum fuiſſet in carnem, vt cùm veritas dicat, ex duabus ſubſtantijs vnum eſſe Chriſtum: ille contrarius veritati, ex vna Chriſti diuinitate duas aſſerebat factas eſſe ſubſtantias.

Apollinaris hæretici & Neſtorij diſcrimen.

Neſtorius autem contrario Apollinari morbo, dum ſe duas in Chriſto ſubſtãtias diſtinguere ſimulat, duas introducit repentè perſonas: & inaudito ſcelere duos vult eſſe filios Dei, duos Chriſtos: vnum qui Deus ſit, alterum qui ſit generatus ex matre. Atque ideò aſſerit, ſanctam Mariam non Theotocon, ſed Chriſtotocon eſſe dicendam. quia ſcilicet ex ea non ille Chriſtus qui Deus, ſed ille, qui erat homo, ſit natus. Quòd ſi quis eum putat in literis ſuis vnum Chriſtum dice-

Neſtorianæ hæreſis aperta & facilis deſcriptio.

re, & vnam Chriſti prædicare perſonam, non temerè credat. Aut enim iſtud fallendi arte machinatus eſt, vt per bona faciliùs ſuaderet & mala, ſicut ait Apoſtolos, Per bonum mihi operatus eſt mortem. Aut ergò, vt diximus, fraudulentiæ cauſa quibuſdam in locis ſcriptorũ ſuorum vnum Chriſtum & vnam Chriſti perſonã credere ſe iactitat: aut certè poſt partũ iam virginis ità in vnum Chriſtũ duas perhibet conueniſſe perſonas, vt tamen conceptûs ſeu partûs virginei tempore, & aliquantò poſteà duos Chriſtos fuiſſe contendat. Et cùm ſcilicet Chriſtus homo communis primùm & ſolitarius natus ſit, & necdum Dei Verbi perſonæ vnitate ſociatus, poſteà in eum adſumentis Verbi perſona deſcẽderit. Et licèt nũc in Dei gloria maneat adſumptus, aliquãdiù tamen nihil inter illum & cęteros homines interfuiſſe videtur. Hæc ergò Neſtorius, Apollinaris, & Photinus aduerſùs catholicam fidem rabidi canes latrãt. Photinus Trinitatem non confitendo, Apollinaris conuertibilem Verbi dicendo naturam, & duas in Chriſto ſubſtantias non confitendo, & aut totam Chriſti animam, aut certè mentem atq; rationem in anima denegando, & adſerendo, pro ſenſu mentis fuiſſe Dei verbum: Neſtorius duos Chriſtos aut ſemper eſſe, aut aliquandiù fuiſſe adſeuerando.

Rom. 7.

Neſtorius, Apollinaris, Photinus, tres rabidi canes aduerſùs catholicam fidẽ latrantes.

Eccleſia verò catholica, & de Deo, & de Saluatore noſtro rectè ſentiens, nec in Trinitatis myſterium, nec in Chriſti incarnationem blaſphemat. Nam & vnam diuinitatem in Trinitatis plenitudine, & Trinitatis æqualitatem in vna atque eadem maieſtate veneratur: duas ſubſtantias, ſed vnam credit eſſe perſonam. Duas ſubſtantias, quia mutabile non eſt Verbum Dei, vt ipſum verteretur in carnem: Vnam perſonam, nè duos profitendo filios, quaternitatem videatur colere, non Trinitatem.

Eccleſię vera fides de Trinitatis & incarnationis myſterio.

Sed operæpretium eſt, vt idipſum etiàm atque etiam diſtinctiùs & expreſſiùs enucleemus. In Deo vna ſubſtantia, ſed tres perſonæ: in Chriſto duæ ſubſtantiæ, ſed vna perſona: in Trinitate, alius atq; alius, non aliud atque aliud: in Saluatore, aliud atque aliud, non alius atque alius. Quomodò in Trinitate alius atque alius, non aliud atque aliud? Quia ſcilicet alia eſt perſona patris, alia filij, alia Spiritûs ſancti: ſed tamen patris, & filij, & Spiritûs ſancti, non alia & alia, ſed vna eademque natura. Quomodò in Saluatore aliud atque aliud, non alius atque alius: Quia videlicet altera ſubſtantia diuinitatis, altera humanitatis: ſed tamẽ deitas & humanitas, non alter & alter, ſed vnus idemque Chriſtus, vnus idemque filius Dei, & vnius eiuſdemque Chriſti & filij Dei vna eademque perſona. Sicut in homine aliud caro, & aliud anima, ſed vnus idemque homo, anima, & caro. In Petro & Paulo aliud anima, aliud caro, nec tamen duo Petri, caro & anima, aut alter Paulus anima, & alter caro: ſed vnus idemque Petrus, vnus idemque Paulus, ex duplici diuerſaque ſubſiſtens animi corporisq; natura.

Diſtincta & expreſſa declaratio Trinitatis diuinæ.

Ita igitur in vno eodemque Chriſto duæ ſubſtantiæ ſunt, ſed vna Diuina, altera humana: vna ex patre Deo, altera ex matre virgine: vna coæterna & æqualis patri, altera conſubſtantialis matri: vnus tamen idemque Chriſtus in vtraque ſubſtantia. Non ergò alter Chriſtus DEVS, alter homo: non alter increatus, alter creatus: non alter impaſſibilis, alter paſſibilis. non alter æqualis patri, alter minor patre: non alter ex patre, alter ex matre, ſed vnus idemq; CHRISTVS DEVS & homo: idem non creatus & creatus: idem incommutabilis & impaſſibilis: idem commutatus & paſſus: idem patri & æqualis & minor: idem ex patre ante ſecula genitus, idem in ſeculo ex matre generatus: perfectus Deus, perfectus homo: in Deo ſumma diuinitas, in homine plena humanitas. Plena, inquam, humanitas, quippe quæ animam ſimul habeat & carnem, ſed carnem veram, noſtram, maternam: animam verò intellectu præditam, mente ac ratione pollentem.

In vno Chriſto duæ ſubſtantiæ, & in vtraque ſubſtantia vnus idem que Chriſtus.

Eſt ergò in Chriſto Verbum, anima, caro: ſed hoc totum vnus eſt Chriſtus, vnus filius Dei, & vnus Saluator ac redemptor noſter. Vnus autem non corrupti-

In Chriſto tria inſũt, Verbũ, anima, caro: ſed hoc totum, vnus eſt Chriſtus.

ruptibili neſcio qua diuinitatis & humanitatis confuſione, ſed integra & ſingulari quadã vnitate perſonæ. Neq; enim illa coniunctio alterũ in alterũ conuertit atq; mutauit, q̃ eſt error proprius Arrianorũ: ſed ità in vnum potiùs vtrunque compegit, vt manente ſemper in Chriſto ſingularitate vnius eiuſdemque perſonæ, in æternum quoquè permaneat proprietas vniuſcuiuſq; naturæ: quo ſcilicet nec vnquam Deus corpus eſſe incipiat, nec aliquandò corpus, corpus eſſe deſiſtat: quod etiàm humanæ conditionis demonſtratur exemplo. Neque enim in præſenti tantùm, ſed in futuro quoquè vnuſquiſque hominum conſtabit ex corpore & anima, nec tamen vnquàm aut corpus in animam, aut anima vertetur in corpus: ſed vnoquoque hominũ ſine fine victuro, in vnoquoque hominum ſine fine neceſſariò vtriuſque ſubſtantiæ differentia permanebit. Ita in Chriſto quoquè vtriuſque ſubſtantiæ ſuę cuique in æternum proprietas, saluâ tamen perſonæ vnitate, retinenda eſt.

Quomodò perſona à Deo verbo ſuſcepta, ac cipienda eſt.

Sed cùm perſonam ſæpiùs nominamus, & dicimus quòd Deus perſona homo factus ſit, vehementer verendum eſt, ne hoc dicere videamur, quòd Deus Verbum ſola imitatione actionis, quę ſunt noſtra, ſuſceperit, & quicquid eſt illud conuerſationis humanę, quaſi adumbratus, non quaſi verus homo fecerit: ſicut in theatris fieri ſolet, vbi vnus plures effingit repentè perſonas, quarum ipſe nulla eſt. Quotieſcunquè enim aliqua ſuſcipitur imitatio actionis alienæ, ità aliorũ officia atque opera patrantur, vt tamen hi qui agunt, non ſint ipſi quos agunt. Neque enim, vt verbi gratia, ſecularium

Manichæorum delirium.

& Manichæorum vtamur exemplis, cùm actor Tragicus ſacerdotem effingit aut regem, ſacerdos aut rex eſt: nam deſinẽte actu, ſimul & ea quæ ſuſceperat perſona, deſiſtunt. Abſit hoc à nobis nefarium ſceleratumque ludibrium. Manichæorũ ſit iſta dementia, qui phantaſiæ prædicatores, aiunt filium Dei Deum, perſonam hominis non ſubſtantiuè extitiſſe, ſed actu putatiuo quodam & conuerſatione ſimulâſſe.

Catholica fides quomodò Dei verbum hominem factum eſſe intelligit.

Catholica verò fides ita verbum Dei hominem factum eſſe dicit, vt quæ noſtra ſunt, nõ fallaciter & adumbratè, ſed verè expreſſeque ſuſciperet: & quæ erant humana, non quaſi aliena imitaretur, ſed potiùs, vt ſua gereret: & prorsùs quod agebat, hoc etiã eſſet. Sicut ipſi nos quoquè in eo quod loquimur, ſapimus, viuimus, ſubſiſtimus, non imitamur homines, ſed ſumus. Neque enim Petrus & Ioannes (vt eos potiſſimùm nominẽ) imitando erant homines, ſed ſubſiſtendo. Neque enim Paulus ſimulabat Apoſtolum, aut fingebat Paulum, ſed erat Apoſtolus, & ſubſiſtebat Paulus. Ità etiàm Deus Verbum adſumendo & habendo carnem, loquendo, faciendo, patiendo per carnem, ſine vlla tamen ſuæ corruptione naturæ, hoc omninò præſtare dignatus eſt, vt hominem perſectum non imitaretur & fingeret, ſed exhiberet: vt homo verus non videretur aut putaretur, ſed eſſet atque ſubſiſteret. Igitur ſicut anima connexa carni, nec in carnem tamen verſa, non imitatur hominem, ſed eſt homo, & homo non per ſimulationem, ſed per ſubſtantiam: ità etiàm Verbum Deus abſque vlla ſuî conuerſione, vniendo ſe homini, non confundendo, non imitando factus eſt homo, ſed ſubſiſtendo.

Fictę Chriſti perſonę intelligentia prorsùs reijcienda à Catholica fide.

Abijciatur ergò tota penitùs perſonæ illius intelligentia, quæ fingendo imitatione ſuſcipitur: vbi ſemper aliud eſt, & aliud ſimulatur, vbi ille qui agit, is eſt quẽ agit. Abſit etenim, vt hoc fallaci modo Deus Verbum hominis perſonam ſuſcepiſſe credatur, ſed ità potiùs, vt incommutabili ſua manente ſubſtantia, & in ſe perfecti hominis ſuſcipiendo naturam, ipſe caro, ipſe homo, ipſe perſona hominis exiſteret, non ſimulatoria, ſed vera: non imitatiua, ſed ſubſtantiua, non deniquè quæ cum actione deſiſteret, ſed quæ prorsùs in ſubſtantia permaneret.

Vnitas perſonarũ in Chriſto, non poſt virginis partũ, ſed in ipſo virginis vtero cõnexa & pfecta fuit.

Hæc igitur in Chriſto perſonæ vnitas, nequaquàm poſt virginis partum, ſed in ipſo virginis vtero compacta atque perfecta eſt. Vehementer enim præcauere debemus, vt Chriſtum non modò vnum, ſed etiàm ſemper vnũ confiteamur: quia intolerandа blaſphemia eſt, vt etiàm ſi

nunc

Beata catholicorũ confeſſio.

Beata igitur ac veneranda, benedicta, & ſacroſancta, & omninò ſupernæ illi Angelorum laudationi comparanda cõfeſſio, quæ vnum Dominum Deum trina ſanctificat one glorificat. Idcirco etenim vel maximè vnitatem Chriſti prædicat, nè myſterium Trinitatis excedat. Hæc excurſu dicta ſint.

Execrãda Neſtorij arrogantia.

Hęc noſtrę quoq; tẽpeſtatis inſani hæretici impiè docere conantur.

Et infra in epilogo ſub finem libri: Inuecti etiàm, inquit, ſumus in Neſtorij ſceleratam præſumptionem, quòd ſacram ſcripturam ſe primum & ſolum intelligere, & omnes eos ignoraſſe iactaret, quicunque ante ſe magiſterij munere præditi, diuina eloquia tractauiſſent: vniuerſos ſcilicet ſacerdotes, vniuerſos Confeſſores, & Martyres: quorum alij explanaſſent Dei legem, alij verò explanantibus cõſenſiſſent, vel credidiſſent: totam poſtremo etiam nunc errare & ſemper erraſſe adſeueret Eccleſiam: quæ, vt ipſi videbatur, ignaros erroneosq; Doctores, & ſequuta eſſet, & ſequeretur. Hucuſq; Vincentius Lirinenſis.

Neſtorij vita ex Nicephoro Calliſto.

De Neſtorio rurſùs Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 14. cap. 31. ſcribit in hunc modum: Siſinio patriarcha Conſtãtinopolitano defuncto, eis qui honores & magiſtratus gerebant, placuit, neminẽ ex eius eccleſiæ clero epiſcopum creare, propter vanam eorum, qui honorem talem temerè, quibus ipſi fauerent, mandatum volebant, gratiam. Erat tum Antiochiæ Germaniciensis patriã vocalis & facundus Neſtorius. Hunc quòd in dicendo promptus & facilis eſſet, Antiochia acceſſendum ſtatuerunt, qui laudem etiàm caſtitatis meruerat maximam. Præterierant menſes tres, & ille adducitur, & epiſcopus Conſtãtinopolitanus creatur. Qualis verò is vir fuerit, prima ſtatim eius concio indicauit Ilicò nanq; poſt cõſecrationem, decantatam illam propalã apud populum, ad imperatorem verba dirigens, emiſit vocẽ: Da mihi, inquiens, ô Imperator, terram ab hæreticis liberã & puram, & ego tibi cælum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi Perſis delẽdis adero. Hæc eius dicta multi quidem comprobarunt. Qui verò certò ſciunt, animum ex verbis dijudicandum eſſe, illi mentis eius leuitatem, animum arrogantem, & vanam gloriam affectantẽ deprehenderunt: proptereà quòd quũ nondum quidquam ibi ſatis deguſtaſſet, ad huiuſmodi productus ſit verba. Ardorẽ verò & æmulationem deindè pro Eccleſia ſpirans, ædem precatoriam Arrianorum demolitus eſt. Atq; illi templum ſuum dirutum cernentes, igne inſupèr coniecto, non id modò, ſed & magnam vicinorum ædificiorum partẽ concremãrũt. Nouatianos quoq; & Macedonianos turbare aggreſſus eſt. Non eos verò ſolùm, verùm etiàm qui per Aſiam, Libyam, & Cariam, & qui prætereã Mileti & Sardis erant, Quatuordecimanos, quorum multi ſeditione & tumultu propter ipſũ concitato interiêre. Accidit porrò, vt qui alios ità eccleſijs expelleret, ipſe quoq; eijceretur, cùm derepentè bellum acre aduerſùs eccleſias concitaſſet. Id bellum indè ſumpſit exordium.

Neſtorij in prima eius concione verba ſatis inſolentia.

Neſtorius Arrianorũ templum diruit.

Nouatianos quoq;, Macedonianos & Quatuordecimanos affligit.

Anaſtaſius quidam presbyter in maximo apud Neſtoriũ honore fuit, comes profectionis eius, quum ille ſe ad epiſcopatum ineundum conferret. Quo tempore etiàm ad Theodorum Mopſueſtiẽſem diuertit, dogmatibusq́; eius auditis, à vera pietate Neſtorius ipſe tranſuerſim actus eſt, quemadmodum Theodulus in epiſtola ſcribit. Anaſtaſius igitur iſte, acer Iudaicorum dogmatũ & actionum Neſtorij ſuaſor, verba aliquandò in eccleſia Conſtantinopolitana ad Chriſti fidelem populum faciens, hoc propalàm & apertè dicere auſus eſt, Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Dei genitricẽ nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non poteſt. Dolum hunc quum primùm Euſebius Rhetor deprehendiſſet, eundemque deindè & clerus, & pietate in populo pręſtantiſſimus quiſque grauiter ferret: & elocutionem eiuſmodi blaſphemiam eſſe putaret, nõ paruus tumultus excitatus eſt. Dudum enim de Theologia & Chriſti diuinitate edocti fuerant, quòd videlicet ille œconomiæ ſeu adminiſtrationis gratia veluti homo purus, haudquaquam à diuinitate ſeceſſerit. Ea in re apoſtoli Pauli verbo fidẽ habentes, qui dicit: Etiamſi Chriſtũ ſecundùm carnem cognouimus, nunc tamen non cognoſcimus. Et rurſùm: Quapro-

Neſtorius à vera pietate excidit fuitq; authore Suida, tertius dux Iudaicæ hæreſis.

Errorem ſuum Neſtorius per Athanaſiũ presbyterũ prodit.

2. Cor. 5.

Hebr. 6.

pter relinquentes eum, qui de Chriſto rudes inſtituit, ſermonem, ad perfectionem contendamus.

Neſtorius Anaſtaſij verba laudat.

Turba tali, ſicuti fieri aſſolet, gliſcente, Neſtorius impietatis dux, non ſolum Anaſtaſium non reprehendit atque inhibuit, verùm etiam ſtudioſè laudauit, & dictis eius aſſenſum prorsùs ſuum præbuit, eũ, quem in precio habebat, vt blaſphemum arguere nolens. Et quòd contendẽdi ſtudio teneretur, frequentius in Eccleſia docuit, & vbiq; vocabulum Dei genitricis exterminauit, à ſeipſo pleraque illegitimè & ſubrepticiè ſtatuens atque confingens, aperteque animi ſui venenum eructans, ad blaſphemiam ſe dedit. Proindè quæſtione huius rei apud omnes diuulgata, atq; alijs aliter eam accipientib. diſſidium in eccleſia ortum eſt: atq; homines, ſicuti in nocturna pugna inter ſe sũt conflictati, nunc hęc, nunc illa affirmantes & negantes.

Diſſidiũ ea de re in populo.

Neſtorius Samoſateni & Photini hęreſim reducere viſus.

Neſtorius verò à multis exiſtimat⁹ eſt Dominum merum hominem eſſe opinari, atq; olim Pauli Samoſateni & Photini intermortuũ dogma renouare, & in eccleſiam ſensim inducere. In tantum ſanè quæſtio hæc agitata eſt, vt vniuerſali etiam opus eſſet ſynodo.

Socratis de Neſtorio iudicium.

Porrò Socrates, qui eccleſiaſticam hiſtoriam conſcripſit, de Neſtorij opinione hæc commemorat: Ego, inquit, quum edita à Neſtorio ſcripta legerem, imperitum hominem eſſe reperi: atq; id ita verè dicere poſſum. Neque enim odio ductus, tenuitatis eius, qua alijs inferior fuit, meminero: neq; cuiquam gratificatus, quibus alios ſuperauit, dotes exponam. Non mihi videtur Neſtorius vel Paulum Samoſatenum, vel Photinum imitatus, merum hominem Dominum dicere: ſed vocabulum ipſum tantùm ſicuti laruam reformidat, idq; propter multam imperitiam facit. Quum nanq; naturali quadã facundia præditus ſit, probè quidem eruditus eſſe putatur: re autem ipſa indoctus fuit, & veterum interpretum libros verſare noluit: ſiquidem expedita linguę volubilitate elatus, animum ad illorum ſcripta non accuratè intendit, ſed ſeipſum omnibus præſtantiorem eſſe duxit. Itaque illud ſtatim ex catholica Ioannis epiſtola, quod in vetuſtis exemplaribus ſcriptũ eſt, ignorauit: Quod ſpiritus omnis, qui Ieſum ſoluit, ex Deo nõ eſt. Nam ſententiam hanc, qui ab adminiſtratione hominis in Chriſto diuinitatem ſegregare voluerunt, ex antiquis exemplaribus ſuſtulerunt. Quapropter & priſci interpretes hoc ipſum iudicarunt, fuiſſe nimirum quoſdam, qui epiſtolam eam deprauârint, hominem à Deo ſoluere volentes.

Neſtorius veterũ ſcripta paruifacit.

Locus 1. Ioan. 4. benè tractatus.

Aſſumpta autẽ eſt a diuinitate humanitas, & iam non duo ſunt, ſed vnũ: quo veteres freti, Mariam Theotocon, hoc eſt, Dei genitricem dicere non dubitârunt. Sic enim & Euſebius Pamphili in tertio de vita Cõſtantini libro, hac de re ad verbum inquit: Nam & natiuitatem qui eſt nobiſcum Deus, noſtra cauſa ſubire ſuſtinuit, & locus natiuitatis eius in carne, nominatim apud Hebræos Bethleem prædictus eſt. Quamobrem etiàm Dei amantiſſima Helena Auguſta, geſtationem vteri Dei genitricis, admirãdis monumentis cohoneſtauit, & ſacrum illud antrum multifariam exornauit. Origenes verò & ipſe in tertio Commentariorum in epiſtolam ad Romanos tomo, quomodò Dei genitrix dicatur, exponens, copioſè id explicat.

Euſebius Pamphili de natiuitate Chriſti

Origenes vocabulũ Dei genitricis, rectè expoſuit.

Apparet igitur, Neſtorium lucubrationes veterum ignoráſſe. Proindè, ſicuti dixi, loqutionẽ ſolam oppugnat. Quin ille non vocabulum ipſum modò, ſed prorsùs etiàm Deum eſſe, qui genitus eſt, negauit. Qui enim ex virgine ſancta natus eſt, idem crucifixus quoq; eſt, qui quidem Dominus eſt gloriæ, quemadmodũ Apoſtolus ait: Si enim cognouiſſent, Dominum vtiquè gloriæ non crucifixiſſent. Neſtorius autem inquit: Ne glorieris Iudæe, Deum non crucifixiſti, perindè atq; Dominus gloriæ crucifixus non eſſet. Quandoquidem quod Chriſtũ dicat ſicut Photinus aut Paulus Samoſaten⁹, hominem ſeu populares eius conciones edite docent. Nunquam enim Dei Verbi ſubſiſtentiam tollit, ſed vbiq; id in carne ſubſiſtere, & carni ineſſe profitetur. Nec ille ſicuti Photinus & Samoſatenus, ſubſiſtẽtiam eius abolet. Nam id Manichæi & Montaniſtæ quoq; opinari ſunt auſi. Sic ego Neſtorium ſentire inuenio, atque id

1. Cor. 2.

Socrates negat Neſtoriũ in Samoſateni & Photini hęreſim incidiſſe.

ſimul

ſimul & ex libris eius, quos legi, & ex ſectatorum eius dictus animaduerti. Non paruam verò turbam orbi vniuerſo ineptiæ Neſtorij pepercre. Hæc Socrates.

Et cùm ille ſic blaterans nugaretur, vt deteſtandum quiddam in eccleſia fieret, accidit. Nam primatij cuiuſdam magiſtratûs ſerui crudeliter ab heroaccepti, ad eccleſiam confugêre: & ferrum in manibus habentes, ad ſanctiorem ſacrificij arã irruere: iuſſique exindè atque coacti exire, haudquaquam paruêre, diuinas cæremonias impedientes: & diebus pluribus ſtrictos & coruſcantes enſes præ ſe ferentes, vt obuios omnes ferirent, parati fuêre. Atq; vbi clericum quendam trucidâtunt, aliumq; inſupèr vulnerârũt, poſtremò tandem ſeipſos interemeruut. Porrò ex eis qui affuêre, quidã mali ominis eſſe, templi profanationem, & inquinationẽ prædixit, poëtæ cuiuſdã iambos allegans cinſcemodi.

Serui armati ad eccleſiam cõfugiũt, ibiq; cæde facta, ſeipſos etiã interimũt.

Mali ominis loco id factum acceptum.

Aſſueuit omen ferre triſte. ſanctum
Si fortè templum polluat piaculum.

Nec ille prorsùs non vera dixit. Cũ enim diuiſionem populi & diſſidium; tum eius, qui ſeditioſæ eiuſmodi diſceſſionis au thor eſſet, abrogationem prædicere viſus eſt. Enimuerò Neſtorius non alijs tantũ, ſed Proclo quoque per diſſenſionem aduerſatus eſt. Cum enim ille in Eccleſia docens, Neſtorio præſidente orationem in hæc verba conceptam haberet: Virginalis hodiè, ô fratres, celebratur conuentus: Exultet natura, choros ducat hominum conditio; Coegit & conuocauit nos ſancta Dei genitrix, impollutum decus atq; ornamentũ virginitatis: ob eam cauſam ad contentionis ſtudiũ delapſus Neſtorius, diſſidere quàm maximè à Proclo cœpit. Qui Proclus poſt Maximinũ, qui Neſtorio ſucceſſit, patriarcha Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præfectus fuit.

Pia Procli verba Neſtorius ferre non potest.

Sed enim diuinus quoquè Cyrillus vbi Neſtorij blaſphemias audiuit, vnam atque alteram ad eum dedit epiſtolam, in quibus diſertis verbis eos, qui non apertè Chriſtum Deum profiterentur, ſed blaſphemis verbis hominem deiferum atque organum ſeu inſtrumentum diuinitatis eſſe dicerent, anathema eſſe proclamauit. Cui Neſtorius literis ruſsùs obuiauit, conuicijs ſimul & blaſphemijs rem agens. Eis verò Neſtorij literis, ingentes hæreſis fluctus eructantibus, acceptis: cum quatuor quibuſdam alijs, prouincialem Alexandriæ ſynodum congregauit, atq; ei vtriuſq; vltrò citroque datas epiſtolas exhibuit, quarum exempla & ſynodi ipſius decreta ad veteris Romæ epiſcopum Cæleſtinum miſit. Ad Neſtorium inſuper tertiam dedit epiſtolam, cũ multum celebrata illa duodecim capita, vnà cum anathematiſmis adiunxit: quæ vt hic inſererem, æquum eſſe duxi. Ea ſic habent:

Cyrillus Alexandrinus Neſtoriũ erroris ſui admonet per literas.

Neſtorius Cyrillio reſpondet.

Cyrillus prouinciali ſynodo coacta, Neſtorij errorem damnauit.

Duodecim Cyrilli capita, cõtra Neſtorij hæreſim.

1. Si quis non profitetur verum Deum eſſe Emmanuelem, proindeque virginem Mariam Dei genitricẽ, (genuit enim illa carnaliter eum qui caro factus eſt, Deum ſcilicet ex Deo verbum) anathema ſit.

2. Si quis non profitetur carni ſecundum ſubſiſtentiam, id eſt, ex Deo patre vnitum eſſe verbum, vtrumque eſſe Chriſtum cum propria carne, eundem ſcilicet Deum ſimul & hominem, anathema ſit.

3. Si quis in vno Chriſto ſubſiſtentias diuidit poſt vnionem, ſola eas connectẽs coniunctione, quæ ſecundùm dignitatem ſiue authoritatem aut poteſtatem eſt, & non potiùs vnione naturali: anathema ſit.

4. Si quis duabus ſubſiſtentijs in Chriſto, voces in Euangelicis & Apoſtolicis ſcriptis, vel à viris ſanctis, vel ab ipſo de ſe ipſo tributas diuidit, & alias quidem vt homini extra id quod ex Deo patre eſt verbum, propriè conuenientes, alias verò veluti Deo congruentes, ei ſoli quod ex Deo patre eſt verbum, accommodat, anathema ſit.

5. Si quis dicit, hominem Chriſtum deiferum, & non potiùs verum Deum eſſe, vtpotè vnum & quidem natura filium, pro eo atquè verbum caro factum eſt, & nobiſcum æqualiter de ſanguine & carne (extra peccatum) participauit, anathema ſit.

6. Si quis dicit, Deum aut Dominum Chriſti eſſe, quod ex Deo patre eſt, verbum, ac non potius ipſum Deum profitetur & hominem, quum verbo caro factum ſit ſecundum ſcripturas, anathema ſit.

7. Si quis dicit, veluti hominem Ieſum à DEO verbo agitatum, eique præclaram vnigeniti gloriam circundatam eſſe, vt qui alius ab ipſo exiſteret, anathema ſit.

8 Si quis dicere audet, hominem aſſumptum vnà cum DEO verbo, coadorari & conglorificari & collaudari, dicique Deum debere, ſicuti alterum cum altero, (particula enim Con adiecta, ſemper id cogitare atque intelligere cogit) ac non potiùs Emanuelem adoratione vna honorandum, & vnam ei glorificationem tribuendam eſſe, pro eo atque Verbum caro factum eſt, anathema ſit.

9. Si quis dicit, Dominum Ieſum Chriſtum glorificatum eſſe à Spiritu, perindè atque aliena virtute vſus ſit, & ab illo acceperit, vt efficax cõtra impuros ſpiritus eſſet, & diuina miracula inter homines edere poſſet, ac non potius proprium ipſius ſpiritum profitetur, per quem diuina fecit miracula, anathema ſit.

10 Si quis, pontificem & apoſtolum cõfeſſionis noſtræ factum eſſe Chriſtum, ſicuti diuina refert ſcriptura, (obtulit enim ſeipſum pro nobis in odorem ſuauitatis Deo patri) ſi quis, inquam pontificẽ & apoſtolum noſtrum factum eſſe, non ipſum Dei verbum, quum caro, &, ſicut nos ſumus, homo factum eſt, ſed tanquã alium propria & peculiari quadam ratione ab eo qui ex muliere eſt, hominem: præterea ſi quis eum etiàm pro ſeipſo, & non potiùs tantùm pro nobis oblationẽ obtuliſſe dicit, (neq; enim oblatione opus habuit, qui peccatum non nouit) anathema ſit.

11 Si quis non profitetur, carnem Chriſti viuificam & propriam ipſius, quod ex Deo patre eſt, Verbi, ſed alterius cuiuſdã ab ipſo eſſe, veluti ei iuxta dignitatẽ coniuncti, quaſi ſolam diuinam habitationẽ in ea habuerit, & non potius (quemadmodùm diximus) viuificam, quæ verbi propria facta ſit, omnia viuificare valentis, anathema ſit.

12 Si quis non profitetur, DEI Verbum carne paſſum eſſe, & carne crucifixum, & carne mortem guſtâſſe, atque primogenitum ex mortuis factum eſſe, pro eo atquè vita & viuificans eſt, vtpotè Deus, anathema ſit.

Cæleſtinus Romanus epiſcopus diuini Cyrilli literis acceptis, & graui præterea de Neſtorio fama audita, ad eum ſcripſit: Decem exactis diebus, ſi adhuc in eadem impietate perſeueraret, nõ amplius eum ad communionem admittendum: ſed potiùs omninò ſacerdotum Chriſti catalogo eximendũ: illoſq; adeò ad communionem recipiẽdos eſſe, qui propterea ab eo, quòd pro fide recta ſtetiſſent, excommunicati fuerant. *Cæleſtini Romani pontificis ad Neſtorium literæ.*

Porrò non Neſtorio modò Cyrillus & Cæleſtinus, ſed etiàm Ioanni Antiocheno, Theodoti ſucceſſori, & Iuuenali Hieroſolymitano, hæreſim Neſtorij exponentes, ſcripſerunt. Ipſe quoquè Ioannes ad Neſtorium epiſtolam dedit, admonens hominem, nè à patria fidei profeſſione deficeret, ſed rectè filium Dei ex ſancta Dei genitrice Maria genitum eſſe profiteretur, neque in duo eum partiretur, neque etiàm iuxta progreſſum, ſeu profectum deificatum eſſe diceret, Apoſtolicã illi etiàm vocem ſubijciens, quæ eſt: Miſit DEVS filium ſuum factum ex muliere. Et ſimul illi ſuaſit, nè ſententiam ipſe ſuam, vt rectam & certam, retineret, ſed potiùs, quod in commune commodum atq; vtile eſſet, ſequeretur. Miſit inſuper ad eum quas Cæleſtinus & Cyrillus ſcripſerant literas. Neſtorius tamen ſibijpſi obſequutus eſt. Et quoniã ſciebat eccleſiarũ præſules, in Eccleſiæ turba haudquaquàm tacituros, Theodoſium permouit, vt ſacram ad Cyrillum mitteret, in qua multa illi obijciebat, & multa minabatur, niſi in Neſtorij decretis acquieſceret. Et quum talibus literis ſe illum peſſundaturum exiſtimaret, magis etiàm commotum excitauit. Accepto nanque ſpiritu, diuus Cyrillus, ad ipſum imperatorem & eius ſorores, libellos doctè compoſitos miſit, quibus ſimul certam rectæ fidei profeſſionem, & peruerſam Neſtorij vecordiæ opinionem oſtendit. Tum autem, vt ſynodus vniuerſalis cogeretur, petijt, vt Neſtorij res certò in apertum proferrentur. *Ioãnis Antiocheni ad Neſtorium ſcriptum.* *Neſtorius recta ſuadentibus non paret, ſed ſeipſũ, hoc eſt, peſſimũ conſiliarium ſequitur.*

Theodoſius itaq; imperialibus literis

Theodoſ. imperator concilium generale Epheſinũ indicit.

ſuis in metropoli Epheſo, locorum omnium epiſcopos conuenire iuſſit, ſacram Pentecoſtes diem, qua conuenirent, conſtituens. In ea quippe die ſpiritus viuificator ad ſanctos Apoſtolos peruenit. Literis ipſis illud quoq; adiecit, neminem ſe vel apud Deum, vel apud homines excuſaturum eſſe, qui non ſtatim ad deſignatam ſanctæ Pentecoſtes diem præſto ibi eſſet. Qui nanq;, inquit, ad epiſcopalem ſacrum conuentum vocatus non alacriter accurrit, non bonæ is conſcientiæ eſſe apparet. Neſtorius, qui non longè ab Epheſo abeſſet, cum turba multa ſtatim poſt feſtum paſchæ diem Epheſum venit, multos ibi iam congregatos epiſcopos reperiens. Cyrillus quoquè cum ſuis ante deſtinatum diem affuit. Quinta poſt Pentecoſten die Iuuenalis cum Palæſtinis epiſcopis venit. Quibus ita conuenientibus, de cõmuni ſententia 20. menſis Iunij die epiſcopi congregati ſunt circiter centum & triginta, à condito mundo quinquies milleſimo noningenteſimo decimoquinto, à ſecunda autem Synodo quadrageſimo & vno anno, præſente Iuuenale, & diuino Cyrillo, qui Cęleſtini locum tenuit Romani (vt diximus) epiſcopi.

Prima ſynodi Epheſinæ ſeſſio.

Secundùm neotericos 4412. qui in computatione annorũ ſecũdę & tertiæ ſynodo in tercedẽti unũ cũ hac quoque ratione non cõueniũt.

Die primo Neſtorius etiam præſto fuit. Atque vbi de quæſtione eius agi cœptum eſt, Cyrillus Alexandrinus in prima velitatione, iacula fortiter iaciens, Neſtorium admodùm perſtrinxit. Hoſtili enim iamdudùm erga eum erat animo. Et quũ Chriſto ſententijs ſuis diuinitatem multi tribuerent, vnumq; & eundem eſſe filium, ex patre quidem ante ſecula genitum, extremis autem temporibus ex perpetua virgine hominẽ factum, atq; aliũ, atq; aliũ, ſed vnum atq; eundem; & virginem Mariam propriè & verè Theotocon Dei genitricem dicendam eſſe aſſererẽt: aſſurgens Neſtorius: Ego, inquit, bimeſtrem aliquem & trimeſtrem Deum non dixerim. Proinde purus ſum ſanguinis veſtri, & poſthàc ad vos non veniam. His verbis dictis, cum ſex epiſcopis egreſſus eſt, & deinceps cum illis conuenire ſolitus fuit: alijs quoquè aſſumptis, qui prauam eius fidem ſequebantur. Ita ſynodus in partes duas diuiſa eſt.

Blaſphema & impia Neſtorij vox.

Cyrillus & qui cum eo erant, poſtridiè concilio coacto, vt mos eſt, tribus epiſcopis miſſis, Neſtorium, vt in conuẽtum veniret, citàrunt. Ille id contempſit, & haudquaquam comparuit. Vt autem ille iterùm atq; iterùm atque tertiò vocatus, reſponſum nullum, quo ſe defenderet, dedit, & conuicijs atque contumelijs eos qui ad ſe miſſi erãt, remiſit: Synodus ſancta trecentorũ illorum decem & octo diuinorum patrum ſymbolum in mediũ, & Cyrilli atq; Neſtorij, quas vltro citroq; de dogmate dederant literas, ſacram nẽ illam Cæleſtini ad ipſum Neſtorium ſcriptam epiſtolam protulit. Atq; vbi Theodotus Ancyranus & Melitinẽſis Acacius blaſphema eius verba, quibus apertè Epheſi multis præſentibus vſus fuerat, indicauère, & mulţę eximiorum & ſanctorum virorum voces auditæ, inſuperque alia Neſtorij impiè dicta congeſta ſunt, impium illum exauthorauit, ſententia his verbis concepta:

Secunda ſeſſio.

Neſtorius vocatus in ſynodum, venire renuit.

Quũ præter alia reuerendiſſimus Neſtorius, neque vocationi noſtræ audiens eſſe voluerit, neque à nobis miſſos ſanctiſſimos & pijſſimos Epiſcopos admiſerit, neceſſariò eò deſcendimus, vt de impietate eius inquireremus. Et quoniam cùm ex epiſtolis & ſcriptis eius quæ lecta etiam ſunt, atque item ex verbis, quibus in Metropolitana hac vrbe vſus eſt, tum ex teſtium dictis, impiè eum & ſentire & dicere deprehendimus: neceſſitate nobis à canonibus, & ſanctiſſimi patris collegæque noſtri Romanæ eccleſiæ epiſcopi epiſtola, impoſita, diù multumq; lachrymantes, ad triſtem hãc peruenimus ſententiam. Qui igitur ab eo blaſphemijs expertus eſt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per præſentem ſanctam ſynodũ decreuit, Neſtoriũ ipſum à dignitate epiſcopali, & ſacerdotali conuentu omni eſſe alienum. Talis fuit Neſtorij damnatio.

Neſtorius in concilio Epheſino dãnatur.

Quarto autem ab illius condemnatione anno, Ioannes, Antiochenus epiſcopus, qui eum priùs ſuſtinens, Cyrillo valdè ſuccẽnſuerat quòd eum exauthoraſſet, iudicium Dei metuẽs, & multos pręterea praua Neſtorij opinione interire videns, Theodoſio imperatori, vt quam primùm eum ex orientali ditione eijceret, ſignificauit. Itaque Imperator poſtquàm

Neſtorius quarto cõdemnationis ſuæ anno, Oaſim deportatur.

quàm blaſphemiam illius certò cognouit, confeſtim Neſtorium quidem Oaſim deportari iuſſit. Ad Cyrillum autem & Ioannem pie ſcriptas literas dedit, vt quũ inter ſe conſentirent, tum vterque latam aduerſùs Neſtorium cõdemnationis ſententiam confirmaret, & diſſidio omni eccleſias Dei liberaret.

Neſtorij ſucata pœnitentia non recipitur.

Porrò Neſtorius vbi communionem, quæ ſibi cum Ioanne Antiocheno interceſſerat, in contentionem & diſſidium euaſiſſe cognouit, pœnitentia ductus, Mariam Theotocon, Dei genitricem vocauit: Dicatur, inquiens, etiam Dei genitrix Maria, & contentiones triſtes faceſſant. Verùm nemo prorſus id eum per pœnitentiam dixiſſe arbitratus eſt.

Res Neſtorij poſt condemnationem.

Poſtquàm verò Neſtorius eiectus eſt, quid poſteà ei contigerit, vt vitam præſentem finierit, & digna blaſphemiarũ præmia tulerit, hiſtorici non prodiderunt. Et profectò vis temporis oblinionis profundo hæc immerſiſſet, niſi in librum eius incidiſſem, ex quo hiſtoriam eius decerpſi. Itaq; ipſe blaſphemiæ pater, qui non ſupra petram, ſed in arena fundamenta fidei ſuæ ieciſſet, ad quoſdã, qui ei obiecerant, non rectè illum res nouas moliium eſſe, neque ex Reipub. vtilitate, vt Epheſi ſynodus ageretur, perijſſe, defenſionem blaſphemiæ ſuæ ſcripſit, ad eam ſcilicet neceſſitatem ſe perueniſſe, Eccleſia ſancta in partes duas ſciſſa dictitans. Et quum alij quidẽ Mariam Anthropotocon, id eſt, hominis genitricem: alij autem Theotocon, hoc eſt, Dei genitricem dicendam aſſererent: ſe mediam excogitâſſe vocẽ Chriſtotocon, id eſt, Chriſti genitricem.

Ex alijs quoquè literis colligere eſt, quæ mala propter blaſphemias tulerit, quum inſpectorem rerum omnium oculum fallere non potuerit. Quas literas ad Thebarum tum præfectum dedit, indicans, quandoquidem hominibus condignas pœnas non dederit, diuinitùs ſe iuſta vindicta expetitum eſſe, atque in ærumnam & captiuitatem miſerandam maximè incidiſſe. Quum verò eum maiores calamitates experiri oporteret, ex poteſtate quidem Blemmyarum ille dimiſſus eſt, (eorum enim captiuus fuerat) Theodoſij autem, qui redijſſe eum intellexerat, iuſſionibus, in extremis Thebarum oris, locum ex loco mutans, verſatus eſt. Vbi terra rupta coopertus atque oppreſſus, vitam hanc pro eo atque blaſphemiæ eius conueniebat, amiſit: Arrius alter vitæ ſuæ actu habitus, qui quidem ſatis, quæ præmia in Deum iactæ blaſphemiæ maneant, declarauit. Vterq; ſanè ex æquo in Chriſtum blaſphemus fuit: quem Arrius quidem creaturam, iſte autem merum hominem eſſe dixit.

Neſtorius Blemmyarũ captiu⁹.

Miſerabilis eius mors. Confertur is cũ Arrio.

Lingua Neſtorij ante mortem a vermibus corroſa.

Peruenit rursùs in manus meas ſcriptum quoddam aliud, obitum eius exponens, quem & ipſum memoriæ mandare in hac hiſtoria viſum eſt. Commemorat enim, lingua eius à vermib. corroſa, & in gemiſcentem & lamentantem, ad maiora ac ſempiterna ſupplicia eũ pœnas debitas ſoluturum, migrâſſe. Hunc impius Neſtorius finem vitæ habuit, atq. hæc ſic in tertia, quam diximus, vniuerſali Epheſia ſynodo ſunt acta.

Diſſidiũ in plebe Conſtantinopolitana de Neſtorij cõdẽnatione.

Porro pernicioſo Neſtorio exauthorato, grauis rursùs contentio in Conſtantinopolitanæ vrbis eccleſijs mota eſt. Populus enim de Neſtorij placitis agens, in duas partes abijt. Clerici ſanè omnes communi ſuffragio eum anathemati ſubditum reiecerunt. ſic nanque Chriſtianis mos eſt, ſententiam contra blaſphemum ferre, quum eam tanquam ſtatuæ inciſam, omnibus publicitus proponere volunt.

Anthema quid apud Chriſtianos.

Conſtitutio Theodoſij imperatoris, qua hęreſis Neſtorij damnatur.

Deindè & Theodoſius diuino nutu cõmotus, ſententijs & calculis omnibus, impium illum anathemate quoquè iugulatum condemnauit, hiſce verbis in condemnatione vſus, quę Iuſtiniani volumini, quod Codex nominatur, inſerta eſt, tertia numero, in primo primi libri titulo. Præterea, inquit, ſancimus, qui impiam Neſtorij fidem æmulantur, aut nefariam eius doctrinam ſequuntur, vt, ſi quidem epiſcopi ſint aut clerici, eccleſijs eijciãtur: ſin verò laici & populares, anathemate feriantur. Sed plures quoquè alias conſtitutiones religionis noſtrę gratia edidit, quę flagrantem illius erga Chriſtum ardorem declarant. Hucuſq; Nicephorus de vita Neſtorij.

Neſtorianiſmũ qui

De his autem, qui hoc noſtro ſeculo Neſtorianiſmum renouant, ſic ſcribit Lin

danus

hac noſtra tẽpeſtate reuocant.

danus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Neſtorij, inquit, errorem tertio concilio Epheſino à ducentis patribus refutatum, manifeſtè quidam nunc renouare cœperat Martinus Lutherus. Is enim cõmentarijs ad Hebræos, Buccro interprete, diſertè negat Chriſtum eſſe hominem omnipotentem, non omnia animaduertiſſe, nec cogitaſſe omnia. Sanè vt Neſtorianum eſt, Chriſtum negare hominem & Deum, ità & negare Chriſtum eſſe hominem omnipotentem. Sed & libro de concilijs, Zuinglium cum ſuis hoc neſario infamat dogmate. Nam ait, ſibi paulò ante fuiſſe negocium cum Neſtorianis, qui pertinaciſſime, inquit, contra me diſputabant, quòd diuinitas Chriſti non poſſet pati. Liquet igitur ex antitheſi, Lutherum tunc ſenſiſſe, poſſe pati diuinitatem CHRISTI. Immò Zuinglius etiàm (addit Lutherus eodem loco) contra me ſcribebat ſuper hoc dicto, Verbum caro factũ eſt: & ſimpliciter volebat legendũ, Verbum caro facta eſt. Ratio, quia Deus non poteſt mutari in corpus. Verùm ego tunc temporis non ſciebam (inquit Lutherus) hanc eſſe opinionem Neſtorij, vt qui concilium etiàm nondùm intellgebam. Benè habet, quòd tantus Chriſti Euangeliſta tandèm ſuam agnoſcat, fateaturq; ignorantiam.

Lutherus Neſtorizat

Zuinglius Neſtorizat Luthero.

Antimariani diuã virginem Mariam, Chriſti matrem nõ ſuſtinẽt audire, ꝙ Dei genitrix ſit.

Cæterùm Neſtorij errorem planè reuocant Antimariani, qui diuam virginem Mariam, Chriſti matrem, (ait Hoſius) non ſuſtinent audire Dei genitricem. Iſtum errorem Zuinglius diſertè ſua in confeſſione anno 1530. imperatore Carolo Auguſtæ per ignotum nuncium obtruſa, profitebatur, Chriſtum inquiens, articulo primo aſſumpſiſſe hominem, item Chriſtum profeciſſe ſapientia: quia ſecundùm humanam naturam finitus ſit & menſus. Hunc ſequitur Petrus Richerus Caluiniſta, qui Chriſtum negat in humana natura, ſed in Deo patre, adorandum. Vbi liquet, duas in Chriſto diſtinctas naturas cum Neſtorio induci.

Hæc Lindanus.

NEVTRALES SAcramentarij. 5.

NEutrales Sacramentarij ſunt, qui docent, quòd neq; vna ſpecies, neque vtraq; ſit neceſſaria, ſed ſolã fidem ſufficere. Item, quòd ſi concilium ſtatueret ſub vtraq; ſpecie communicandum, tum contrà aut ſub vna ſpecie debeant laici communicare, aut etiàm vtranq; reijcere. Lutherus in libro de formula Miſſæ, & communis praxis Lutheranorum. Quò fit, vt quàm plurimi intrà decem annos non accedant, alij etiam nunquàm.

NICOLAVS GALEcus. 6.

NIcolaus Galecus ex Bohemia oriundus, conditione presbyter & artium Baccalaureus, vnus eorum extitit, qui legatus à Bohemia ad cõciliũ Baſileenſe miſſus fuit, Sigiſmundi Cæſaris Germani & Eugenij huius nominis quarti ſummi Romanorum pontificis temporibus coactum, circa annum Domini 1434. fuerat enim in Conſtantienſi ſynodo ſtatutum, vt po^t annos duodecim nouum concilium cogeretur.

1 Hic inter reliquos ſuos errores docebat nullum hominem iuſtè occidi poſſe nouę legis tempore, etiam ſi id fiat ex iudicis præcepto, quòd id nouum teſtamentum non dictitet. Nicolai Galeci errores.

2 Dicebat quoquè, Ioannem Huſs & Hieronymum Pragenſem, ea de cauſa iniuſtè Conſtantiæ damnatos & exuſtos, eos doctores catholicos eſſe contendens.

3 Doctrinam quoque Vuicleffi, Pragæ à doctiſſimis viris & examinatam, & veram Catholicamque inuentam fuiſſe aſſerebat.

NICOLAITAE. 7.

NIcolaitæ, à Nicolao Antiocheno aduena, qui vnus fuit ex ſeptẽ diaconis, qui cũ Stephano in miniſterium Act. 6.

cõiugij vinculũ. Fornicantur autem cum illis & initiantur Beelphegor, quicunque exemplo talium ad inceſta vel adulteria audaciores fiunt. Hæc Rupertus.

NOETIANI. 8.

NOëtiani à Noëto quodam Sabellij Pentapolitani præceptore dicti ſunt, a quo & Sabelliãi ſeu Patropaſſiani ſunt appellati vulgatiore nomine quàm Noëtiani. Emerſernnt autem apud Ptolemaidem Aegypti, Galieni Imperatoris, & Stephani papæ huius appellationis primi temporibus, circa annum Domini 259.

Sabelliani ſeu Patropaſſiani.

Hic Noetus in diuinis perſonarum numerũ denegabat, vnam tantùm eſſe in eis perſonam aſſerens, diuerſis tamen nominibus appellatam. Ex cuius fontis corruptione hunc etiàm vitiatum riuulum deducit, patrem videlicet fuiſſe paſſum, quẽadmodùm & filium. Quod fateri fuit illi neceſſarium, cùm patrem & filium eandẽ eſſe perſonam aſſereret. Et ità ab ea doctrina nomẽ ſortiti, Patropaſſiani ſunt appellati, quòd patrẽ paſſum eſſe docerent.

Noeti hæreſis.

De hoc Noeto diuus Epiphanius diſſerens libro octoginta hæreſum, hæreſi 57. ità ait: Alius poſt Bardeſanem, Noetus nomine, ſurrexit, nõ ante multos annos, ſed ante hoc noſtrum tempus centum triginta plùs minùs annis, Aſianus vrbis Epheſi exiſtens: qui alieno ſpiritu ductus, voluit à ſeipſo, quæ neq; prophetæ, neque Apoſtoli, neq; Eccleſia ab initio obtinuit, neq; cogitauit, dicere ac docere. Hic à ſeipſo inſaniæ elationibus elatus, auſus eſt dicere, Patrem paſſum eſſe. Inſuperque ad maiorem faſtum ac dementiam delatus, ſeipſum dixit eſſe Moſen, & fratrem ſuum Aaron. Et aliquibus inieciectis, addit: Moritur autem idem paulò pòſt vnà cum proprio fratre, non velut Moſes in gloria: neq; frater Aaron ille ſepultus eſt in honore. Abiecti enim ſunt velut tranſgreſſores, & nemo ex pijs ipſos cooperuit. Poſteà verò ſequaces eius mente corrupti, corroborârunt hoc dogma, per ea ſubducti, quibus etiàm præceptor ipſorum ab initio. Hæc Epiph. De hac hæreſi vide in Patropaſſianis & Sabellianis.

Epiphanius.

Noeti mors deteſtanda.

NOVATIANI. 9.

NOuatiani à Nouato Romanæ Eccleſiæ presbytero ſunt nuncupati. Exorti ſunt aũt, Galli & Voluſiani Imperatorum, & Cornelij ſummi pontificis temporibus, circa annum Domini 255. Alio nomine Cathari, id eſt, mundi ſunt appellati, ob eam, qua ſe ſuperbiſſimè & odioſiſſimè efferebant, munditiam atq; puritatem.

Hi porrò in peccatum prolapſis, & ad eccleſiam lachrymis, gemitu, & dolore cordis pulſantibus (vt diui Cypriani verbis vtar) diuinæ pietatis & lenitatis paternæ ſolatia & ſubſidia claudebant: nec ad fouẽda vulnera admittebant vulneratos, ſed ſine ſpe pacis & communicationis relictos, ad lupotũ rapinam & diaboli prædam proijciebant, ignorantes quòd per prophetam clamat Dominus: Viuo ego, quia nolo mortem peccatoris, ſed magis vt reuertatur & viuat. Ezech. 18.

Nouatianorũ hæreſis.

Quòd ſi contenderint, de his qui nondùm baptizati ſunt, dicere ſcripturam, hoc eſt, de infidelibus, audiant (inquit Philaſtrius) Saluatorem poſt baptiſmum aquæ dicentem de baptiſmo alio pœnitentiæ, ſcilicet paſſionis, in hũc modum: Baptiſmo, inquit, habeo baptizari, & quàm feſtino ſi ſciretis: Vbi quidẽ oſtendit Chriſtus, poſt baptiſmum quem per aquam antè ſuſceperat, aliud etiàm paſſionis pœnitentiæ humano generi ab ipſius bonitate & clementia labentibus concedendum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apoſtoli intelligentes de paſſione eius ſaluberrima, poſt illam primam gratiam humano generi etiàm hoc eum contuliſſe prædicabant. Vt prouiſor enim & omnipotens, peccantibus concedit per pœnitentiam, vt qui lapſus eſt, ſurgat ac pugnet iterùm, in eaque perſeuerans, ſperet ſe poſſe à Domino deſideratam victoriam adipiſci. In Chriſto enim clementia & iuſtitia, & eius bonitas propter peccantes & pœnitentes abundat quotidiè. Et vt Paulus de illis teſtatur, qui peccati cauſa non egerant pœnitentiam: Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Et rurſum:

Luc. 12. Luc. 24. Acto. 2. 5. 8. 11. 20. 2. Pet. 3. Apo. 2. 3. 9. Rom. 2. 2. Cor. 7. 2. Tim. 2. 2. Cor. 11.

2.Cor.13. ſùm. Nè cùm venerim ad vos, iterùm me
humiliet Dominus propter quoſdã qui
non egerunt pœnitentiam. Et Petrus A-
Act.8 poſtolus Simoni mago dicebat: Age pœ-
nitentiam, ſi quo modo dimittatur tibi
hæc cordis tui nequitia: Et Paulus eum
2.Cor.7. quem abiecerat, ſuſcipi poſt aliquod tem
pus in fidelium communionem & con-
ſortium iterum iubet. Amiſſionem itaq;
dignitatis poſſunt tales perpeti, non detri
mentum ſalutis, ſi à laqueis diaboli reſi-
piſcant, vt ait Dominus: Multæ manſio-
2.Tim.2. nes ſunt apud patrem meum. Hæc Phi-
Ioan.14. laſt.

Cyprianus contra Nouatianum. Deniq; in ea epiſtola, quam contra hu
ius Nouati inſanos errores conſcripſit Cy
prianus: Eccè obortus eſt, ait, alius hoſtis,
& ipſius paternæ pietatis aduerſarius hæ-
reticus Nouatianus: qui non tantùm (vt
Luc.10. in Euangelio ſignificatum eſt) ſicut ſacer-
dos vel Leuites iacẽtem vulneratum præ-
teriret, ſed ingenioſa & noua crudelitate
ſauciatum potiùs occideret. Aduerſus
hunc item Nouatianum pulcherrimos il-
los ac longè vtiliſſimos de pœnitentia li-
Ambroſi⁹. bros ſcripſit diuus Antiſtes Ambroſius:
in quibus tyrannicum ac prorsùs ſangui-
narium huius dogma, ſcripturarum au-
thoritate grauiter premit.

Lirinenſis. Indè illud Vincentij Lirinenſis: Quis,
inquit, ante crudeliſſimum Nouatianũ,
crudelem Deum dixit, eó quòd mâllet
mortem morientis, quàm vt reuertatur
& viuat?

Dionyſius quoq; epiſcopus Alexan-
Dionyſius Alexandrinus epiſcopus. drinus de eo ſic habet: Nouatus Romanæ
eccleſiæ presbyter, elatione quadam tumi
dus, ſpem penitùs ſalutis lapſis adimebat,
etiàm ſi dignè pœnituiſſent: quo impio
errore multos ad deſperationem adegit,
& eccleſiarum concordiam diſſipauit: ex
quo & princeps hæreſeos eſt appellatus.
Ob quam rem concilium ſacerdotale cele
berrimum ſexaginta epiſcoporum, con-
Romanũ concilium tra eum, tempore Decij in vrbe Roma ce
lebratum eſt, ibiq; ſtatutum à Papa Cor-
nelio, Nouatum cum ſuis ab eccleſia alie-
num eſſe. Qui autem huius rei hiſtoriam
planè nôſſe cupit, legat Euſebium Cæſa-
reenſem lib.6.hiſt.eccleſiaſt.cap 38.

Nouati hiſtoria ex Nicephoro Calliſto. De quo item Nicephorus lib. 6. cap.
3. ſcribit in hæc verba: Romæ autem, in-
quit, eis temporibus (Valeriani ſcilicet &
Galieni Imperatorum) presbyter erat No
uatus nomine. Is faſtu & iactantia inani
ſublatus, omnem (vt eſt in prouerbio)
mouerat lapidem, vt Romanæ eccleſiæ
gubernationem conſequeretur. Vbi au-
tem omnia expertus, nihil egit, (erat e-
nim tumore, ambitione, & gloriæ cupidi
tate immenſa correptus) in deſperatio-
nem incidit: & tandem aliud quod face-
ret, non habens, ab eccleſia ſeipſum ſegre-
gans, proprios cœtus cogere, & nouam Nouati ſuę
quandam hæreſim per defectionem inſti hæreſis in-
tuere cœpit: ſeceſſionis ſuæ obtentum il- ſtituendæ
lum prætexens, quòd epiſcopi eos, qui De- prætextus.
ciana perſequutione dijs ſacrificaſſent,
per condignam pœnitentiam in gratiam
recepiſſent. Breui ſanè tempore permul-
tis ſeductis, ſuum ſibi conſtituit conuen-
ticulum: & eorum, qui propter ſordes Ca-
thari ſiue puri nominantur, ducem ſe fe-
cit. Quum autem eum epiſcopali dignita Per anti-
te, quam tantoperè dudùm adamauerat, phraſim vi-
potiri oporteret, per duos quoſdam ſectæ delicet.
ſuæ homines, qui ſalutem ſuam prorsùs
iam deſperârant, tres ad ſe Romam ob-
ſcuri nominis ex Italia epiſcopos, eosque
ſimplicibus atque adeò ruſticis moribus,
ad ſimulandum & diſſimulandum ſcili-
cet minimè idoneos pertrahit: illo ſplen-
dido prætextu vſus, vt ipſi partibus ſuis
interpoſitis, mediatores inter ſe & epiſco-
pos, veteres ſimultates & inimicitias com
ponerent. Illi porrò propter animorum
ſimplicitatem, nihil tale veriti, ad eum ve
nêre. Ibi eis in conclaui concluſis, qui-
dam ex eius ſodalitate per animorum cra
pulæ & ebrietatis grauedinem, vim affe-
runt, & imaginaria manuum impoſitio-
ne, epiſcopalem dignitatem homini con- Nouatus
ferre cogunt. Quod ſanè illi, vel inuiti, vi fraudulen-
& neceſſitate adducti, fecêre. Et Nouatus ter epiſco-
honorem eum, quem tam ſceleratè, vt vi- pus creat⁹.
debatur, conſequutus fuerat, vſurpabat,
eundemque contra obtrectatores defen-
dere parabat. homo in quo ſatanas domi-
cilium habens, Chriſti nomen & fidem Nouatus
ad prætextum ſaltem vteretur. Quum e- dæmonia-
nim ab exorciſtis de fide inſtitueretur, cus.
morbo eſt correptus graui: quumq; iam

in-

Nouatus æger in lecto baptizatus.

in expectatione mortis eſſet, aquam petijt, qua in ipſo lecto, ità vt decumbebat, perfuſus, baptizatus ſcilicèt eſt: ſi quidem tinctionem huiuſcemodi, baptiſmum vocare licet. Sedenim ille poſteà reliquis eccleſiæ ſymbolis atq; cæremonijs, quibus ad eum modum tincti, iuxta eccleſiæ ſanctiones vti ſolent, minimè dignus eſt habitus: neque cùm conualuiſſet, ſignaculum ab epiſcopo deindè recepit. Porrò quum myſtica huiuſmodi ſymbola non ſit ſortitus, quomodò Spiritum ſanctum eſt aſſequutus?

Symbola et cęremonię baptiſmi olim etiàm in eccleſia obſeruatæ.

Sed & perſequutionis temporibus, per timiditatem presbyteri honorem abiurauit. Poſtquàm enim à diaconis rogatus eſt, vt periclitantibus fratribus, in tormentorum diſcrimine maximè auxilio indigentibus, ità vt ſacerdotem deceret, præſtò adeſſet: tantum abeſt vt illis ſit obſequutus, vt cum indignatione magna ſe ſubduxerit, & decæterò presbyter eſſe noluerit, aliud ſcilicet philoſophiæ genus ſequutus.

Nouatus factionis ſuę populares iuramento vt ſibi adhęrerēt, in pceptiõe Euchariſtiæ obſtringit.

Aliam quoquè abſurdam admodùm rem in ſe admiſit. Quum enim oblationes offerret, qui mos ſacerdotibus eſt, & iam ad diſtributionem panis perueniſſet, data cuilibet parte ſua, pro eo quòd cum gratiarum eam actione percipere debebant, iurare miſeros coëgit. vtranq; enim percipientium manum comprimens, nō priùs eas remiſit, quàm iuratum ab eis eſſet: (vtar autem verbis eius conceptis) Adiura mihi (dicebat) per ſanguinem & corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, nunquā te à me diſceſſurum, & ad Cornelium (Romanus hic fuit epiſcopus) rediturum eſſe. Miſeri autem illi non priùs quod acceperant, deguſtârunt, quàm ſe illi deuouerunt: & pro eo quòd Amen, reuerſuros ſcilicet ſe ad Cornelium profitentes, dicere debebant, minimè ſe redituros dixerunt. Huius fraudem, malignitatem, & cacoëthes hæreſis, Maximus presbyter & Vrbanus, qui bis liberrimè pro Chriſto decertârunt, & ingentem ex confeſſione fructum tulerunt, prætereà Sidonius & Celerinus, qui in eodem ſtadio decurrerunt, primi deprehēderunt: primiq; cum eo congreſſi, de eo triumphum in eccleſia

Ea tempeſtate laicis etiàm Euchariſtia in manus dabatur, qđ poſteà in eccleſia eſt mutatum.

egêrunt. Ex eis autem qui ſuffragio & conſecratione ſua Nouatum epiſcopum ordinârant, vnus non longè pòſt ad eccleſiam reuerſus, crimine per pœnitentiam & luctum abolito, receptus quidem, ſed laici tantùm ei conceſſa ſors eſt, ac in epiſcoporum eorum locum alij ſunt ſuffecti.

Epiſcopis q Nouatū epiſcopum creârant, dignitas adempta.

Hæreſi ea longè lateq; vulgata, ingens erat tumultus: & multi orationibus ſcriptis, multi etiàm alijs modis aggreſſi ſunt fundamenta eius erroris euertere. Et inprimis Dionyſius Alexandrinus, qui qualia ad ipſum Nouatum eccleſiam Romæ perturbantem ſcripſerit, æquum eſt vt hic proferatur. Quum enim ille ſub obtentu quodam, in nonnullos fratres ſchiſmatis & diſſidij cauſam, perindè atquè ab illis ad conſilia cœptaque eiuſmodi, per vim deſcendere coactus eſſet, conferret', vide quæſo quibus ad eum vtatur verbis:

Ingens in eccleſia tumultus propter Nouati hæreſim.

Dionyſius Nouato fratri ſalutem. Si inuitus, vt inquis, hoc conſilij cepiſti, idipſum, ſi voluntate & ſponte tua in viam redièris, declarabis. Et non minoris martyrij laudis & gloriæ fuerat, immò meo indicio etiàm maioris, eccleſiam nō ſcindere, quàm idolis non ſacrificare. Hac enim parte alicui de vna eademque ſua ipſius anima, ſuſcipitur certamen: in illa autem, de eccleſia vniuerſa martyrij ſubeundus eſt agon. Proindè ſi vel perſuaſeris, vel coëgeris fratres ad concordiam redire, illuſtrior tibi ipſo lapſu fuerit reſipiſcentia: & quum erratum tibi vitio minimè vertetur, tum caſtigatio maximè laudi erit. Quòd ſi illos parùm tibi obſequentes, in poteſtate tua non habes, tuam ſaltem ipſius animam ſeruans ſeruato. Valere te, quatenùs pacem conſecteris, in Domino opto.

Dionyſius Alexandrinus fraternè Nouatū ab errore in viā reuocat, & ad reſipiſcētiam inuitat.

Nouatus autē animi arrogantia tranſuerſìm actus, propalàm & impudenter magna libertate prædicans docebat, nullam eſſe ſalutis ſpē reliquam eis, qui perſequutionum temporibus lapſi eſſent, quamuis omnia, quæ ad legitimam & veram pertinent conuerſionem & confeſſionem, perfecerint. Nec contemnendam ad ſe pertraxerat atquè collegerat multitudi-

Nouat' inflatus mente ſensùs ſui, hæreſim abiurare monit' renuit.

tudinem, & plures ex viris celebribus, eius ſequebantur errorem: per inflatas eorum mentes, Catharos & puros ſeipſos vocabant, à duce & imperatore diabolici examinis Nouato turpiter & impurè ducti.

Talem autem eccleſiæ cladem latiùs ſerpentem, quum eccleſiarum antiſtites, inprimis verò Romanæ Cornelius & Carthaginenſis Cyprianus (nondum enim ſacro martyrio coronatus fuerat) epiſcopi viderent: ille quidem Romæ, hic autem Carthagine Synodos & conuentus maximos egêre, in quibus ſexaginta fuére epiſcopi, presbyteri autem & diaconi longè plures. Celebrata quoq; alia ſeorſim in multis locis & regionibus concilia: quorum omnium calculo vno decretum eſt, Nouatum quidem adhærentesq; ei epiſcopos, & quicunq; præterea in humaniore ſententia opinionem illorum comprobarent, ab eccleſia proſcribendos prorsùs: lapſos autem fratres, admittendos, humaniterq; tractandos eſſe, condignos pœnitentiæ exhibentes fructus. Satis hoc oſtendunt Romanæ ſynodi, atq; etiam eorum, qui ante eam in Italia & Aphrica (in qua ſacrorum antiſtes, vt diximus, Cyprianus fuit) coacti ſunt, conuentuũ acta & decreta: necnon Cornelij Romani epiſcopi atq; etiam Cypriani, aliorumq; qui cum eo fuére, epiſcoporum Latinè compoſita ſcripta, certò confirmantia, omnibus tum viſum eſſe, vt & lapſis in perſequutione ſubueniretur, debitumque auxilium impertiretur: & author hæreſis, ità vt par erat, vnà cum omnibus ſectatoribus ſuis per excommunicationem proſcriberetur. Extat aliud quoq; ſcriptũ Cornelij, in quo copioſè conuentûs conſilia exponuntur. Aliud item, quod ad Fabianum Antiochenum epiſcopum eſt datũ, in quo res Nouati vnà cum ipſo deſcribuntur.

Hoc tãtùm de Romano concilio refert Euſeb. lib.6. c.43.

Nouati hæreſis in plurib. prouincialib. ſynodis dãnata.

Nouati excommunicatio.

Pars epiſtolæ eius eſt apud Euſebium, vt ſuprà.

Dionyſius quoq; Alexandrinus epiſtola quarta, quam ad Dionyſium Romanũ de Baptiſmo dedit, ſic rurſus Nouati meminit: Nouatũ iuſtis profectò de cauſis odimus, qui eccleſiã diſcidit, fratresq; quoſdam ad impietatem & blaſphemias pertraxit, & impuriſſimas de Deo doctrinas inuexit. Nam benigniſſimum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt immiſericordem, more ſycophantæ traducit. Adhæc, ſacrum abolet lauacrum, fidem Chriſtianam & confeſſionem euertit: & Spiritum ſanctum ex hominum cordibus, ſi qua ſpes eſſet vt vel in eis maneret, vel ad eos reuerteretur, prorsùs propellit. Hæc Dionyſius Alexandrinus.

Nouatus Chriſtũ Ieſum immiſericordem facit.

Quomodò verò poſteà Nouatiani à Macedonianis afflicti ſint, Conſtantij Imperatoris temporibus, propterea quòd cum Catholicis Conſubſtantiale profiterentur, idem Nicephorus recenſet libro nono, cap. 42. in hæc verba: Quum inquit, à Macedonio perſequerentur qui communionem eius vitarent, in vincula quoque conijcerentur inuiti & iudicibus traderentur, Nouatiani ferè & catholicæ eccleſiæ τὸ ὁμοούσιον, id eſt, Conſubſtantiale profitentes, coniuncti atq; vniti ſunt, eandem obtinentes ſententiam, atq; eiſdem exagitati malis. Pacem nanque inter ſe agebant, conueniebant, orationesque & alia communicabant, nullo ab Arrianis, qui eccleſias omnes occupauerant, catholicis relicto templo. Ità conſuetudinis aſſiduitate, & rerum aduerſarum æquabilitate, fruſtrà illi eſſe, ſi inter ſe diſſiderẽt, exiſtimantes, ad mutuam communionẽ erant propenſi. Et perfecta res fuiſſet, niſi multitudinis alacritatem parua quædã inuidia intercẽdens impediuiſſet, multis morem rursùs vetuſtum retinendum, atque communionem imperfectam auerſandam eſſe dicentibus. De qua te vide plura in Macedonianis.

Nouatianorum à Macedonianis perſequutio.

Catholicorum & Nouatianorũ tẽporanea cõiunctio.

Item quomodò ipſi Nouatiani propter feriarum paſchæ mutationẽ ſint deindè in multas ſectas diuiſi, narrat idem Nicephorus lib.11. cap 14. in hunc modũ: Eodem, inquit, tempore quo Anthropomorphitarum & Maſſalianorum hæreſes exortæ ſunt, Valentis videlicet Imperatoris ætate, Nouatiani quoq; Phrygiã incolentes, Paſchæ diem mutauére. Id porrò exponã, vbi primùm dixero, quomodò Phryges & Paphlagones, eccleſiæ eorum tam firmiter retineãt ſanctiones. Nouatus presbyter propterea ab eccleſia Romana diſceſſit, quòd Cornelius epiſcopus

Quam ob cauſā Nouatus ab eccleſia Romana ſecedens, hæreſim ſuā inſtituit.

pus eos ad communionem admiſerat, qui in perſecutione ab imperatore Decio excitata, dijs ſacrificauerant. Hanc ipſam ob cauſam ſegregatus, & a conſentientibus ſibi epiſcopis ad epiſcopatum euectus, omnibus vbiq; eccleſijs ſcripſit, nè ad myſteria ea percipienda eos qui ſacrificâſſent, admitterēt: ſed ipſos quidem ad pœnitentiam cohortarentur, Deo autem veniæ conceſſionem permitterent, qui ſolus facultatem haberet & poſſet noxas remittere.

Nouati dogma ad mores pluriū gentiū accōmodum.

Eiuſmodi literas in prouincijs degentes homines quum accepiſſent, ſententiā earum & iudicium ad mores ſuos accommodabant. Vt enim ille ſignificauit, non admittendos eſſe ad myſteria, qui poſt baptiſmum peccatum in mortem admiſiſſent: alijs quidem acerba & immanis canonis huiuſmodi viſa eſt eſſe ſententia: alij autem, quòd iuſtum & ad vitam moresq; corrigendos accommodatum eſſe cenſerent decretum, ſuſcepére. De quo cū per quæſtionem ambigeretur, aliæ Cornelij epiſcopi ſuperuenere literæ, gratiam delicti etiam illis annunciantes, qui poſt baptiſmum peccâſſent. Ad hūc modum quum vtriq; contraria inter ſe per epiſtolas ſcriberent, & quæ dicebant, diuinarū literarum oraculis obfirmarent, pro moribus quiſque ſuis eam comprobabat ſententiam, ad quam anteà etiàm inclinatus magis fuerat. Qui enim delinquere & peccare libenter ſoliti erant, eiuſcemodi veniæ conceſſione tum accepta, per reliquum deindè vitæ tempus ea in delictis omnibus vtebantur.

Contrariū ei Cornelij Romani epiſcopi decretum.

Phryges moderati.

Gens porrò Phrygum populis alijs tēperantior, moderatiorque eſſe videtur. Perrarò enim Phryges iurant. Et animoſitas quidem apud Scythas & Thraces dominatur: libidini & concupiſcentię Oriētales populi magìs inſeruiunt. Paphlagonum autem & Phrygum gens ad neutrā rerum iſtarum propenſa eſt. Quapropter illi, atque item alij eiuſdem ſententiæ, mihi tum aſſenſiſſe Nouati ſcriptis videntur. Præcipuum nanque apud illos tanquàm piaculum & abominatio, eſt fornicatio. Eandem cauſam eſſe opinor, eis etiàm qui in occidentalibus partibus habitant, & Nouati decreto parent.

Phryges & Paphlagones Nouati decretū moribus ſuis conuenientius receperunt.

Porrò Nouatus etiamſi propter exactius vitæ genus ſuam ſibi ſectam inſtituit non ille tamen quicquam de Paſchæ feſto die mutauit. Semper nanque, ſicuti occidentales partes facere ſolitæ erant, & ipſe paſcha celebrauit. Paſcha autem illæ ſemper agunt iam indè ab initio, ex quo Chriſtiani ſunt facti, poſt æquinoctium. Hic poſtmodùm ſub Valeriano principe, qui perſequutionem aduerſus Chriſtianos concitauerat, martyrio vitam finijt. Qui verò in Phrygia eius nomine cenſentur, ab inſtitutis & communione eius quum, ſibi ipſis indulgentes degenerâſſent, hoc tempore paſchale quoquè feſtū mutârunt. Concilio enim in Pazo vico, vbi Sangaris amnis fontes ſunt, coacto, pauci quidam & obſcuri per Phrygiam Nouatianorum epiſcopi ſtatuerunt, Iudæorum azyma obſeruanda, & cum eis paſcha celebrandum eſſe. Hæc ſibi renunciata eſſe Socrates (qui hoc loco non abhorrere ſe à Nouatianorum inſtitutis, palam prę ſe fert) à ſene quodam ſcribit, qui ſe presbyteri filium fuiſſe dixit, cum quo Synodo ei interfuit. Quum quidem eò non conuenerint vel Agelius Conſtantinopoli Nouatianorum epiſcopus, vel Maximus Niceæ, vel etiam Nicomediæ aut Cotylij (vrbs ea Phrygiæ eſt non incelebris) epiſcopi, à quibus tum maximè Nouatianorum religio eſt adminiſtrata. Hæc ſic tum acta. Hactenùs Nicephorus. Quomodò verò Nouatianorum eccleſia propter eam Synodum in partes diſceſſerit, ſi quis ſcire velet, legat eundem Nicephorum. De hac hæreſi vide ſuprà in Aceſio notatu digniſſimum.

Tempus paſchatis celebrandi in Occidente.

Nouatus martyriū ſubijt.

Nouatiani Phryges in cōciliabulo paſcha cum Iudęis celebrandū ſtatuunt.

Socrates Nouatianę hæreſis ſectator.

De his verò, qui Nouati hæreſim hac noſtra tempeſtate renouârunt, ſic habet Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. Nouatiani, inquit, teſte Theodoreto in fabulis hæreticorum, negant Confirmationem habere olei ſacri illinitionem.

Qui hoc noſtro ſeculo Nouati hæreſim renouârint.

Sic nunc Lutherus, & Caluinus,
& Bucerus, alijque ad v-
num omnes Euange-
lici noſtri tem-
poris.

NVDIPEDES.

10.

Nudipedũ inſtitutum vitæ.

NVdipedes, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, ſunt huius noſtræ ætatis quidam hæretici, ſecta Antilutherani ſeu Anabaptiſtę, qui, cùm in Morauia ſe Apoſtolicam vitam imitari videri vellent, omnia relinquebant, omnia alijs communia faciebant, domumque, liberos & negocia dimittentes, per agros vagabantur. Calceos abhorrebant, vndè & Nudipedes ſunt appellati, pecuniamque non contrectabant, vulgi denique cultum & vſum ciborum, armaque deteſtabantur. Ideoque Spirituales ſiue Separati appellari volebant. De his vide ſuprà in Apoſtolicis.

NYCTAGES.

11.

Nyctages vndè dicti?

NYctages, authore Iſidoro, à ſomno nuncupati ſunt, quòd vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes, iura temerari diuina, quæ noctem ad requiem tribuunt, contra illud Pſalmographi: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Hi nanque vniuerſam noctem ſomno & quieti concedebant, dicentes, naturæ genium violari atque corrumpi, ſi ipſo noctis tempore vigilaretur. Aduerſus quam hæreſim Diuus Hieronymus epiſtola ád Furiam de viduitate ſeruanda, ità ait: Ardentes diaboli ſagittæ, ieiuniorum & vigiliarum frigore reſtinguendæ ſunt. Quò ſpectat & illud Euangelicum: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Et rurſùs: Beati ſerui illi, quos, cùm venerit, Dominus inuenerit vigilantes, &c. Et Diuus Paulus: Orationi inſtate, vigilantes in ea cum gratiarum actione. Quo tempore autem hæc hæreſis emerſerit, nuſquàm reperi.

Eorum hæreſis. Pſal. 118. Hieronymus. Matt. 25. Luc. 12. Colo. 4.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM,

LIBER TERTIVSDECIMVS.

DE LITERA O

OLIPIVS.

I.

OLipius (teſte Iacobo Philippi, ordinis Eremitarum Diui Auguſtini, lib. 9. ſupplementi Chronicorum) Arrianæ hæreſis apud Carthaginem epiſcopus, Anaſtaſij Cæſaris & Symmachi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus vixit, circa annum Domini 505.

Olipius ob blaſphemiam ab angelo occiſus.

Hic, vt idem Iacobus aſſerit, cùm in balneis aliquandò ſanctiſſimam Trinitatem blaſphemijs afficeret, tribus igneis fulminibus ab Angelo viſibiliter miſſis, miſerabiliter decidit, & eius cadauer penitùs exuſtum eſt. Hæc ille.

OLLARII.

2.

Ollarij ab olla culinaria dicti.

OLlarij ſunt ſecta Antilutherani, ad tertiam porrò noſtri temporis Euangelicorum claſſem pertinentes. Hoc nomine quidem appellati, quòd ſuos coniuratos non niſi menſa bellè inſtructa inuiſant, atque ita fratrum, quos dicunt, bona abliguriant, quos alioqui inſtituti ſcopus experientia notus, facilè diſſipauit. Sed hi magìs inter deliros & lurco-

lurcones, quàm inter ſeditioſos & furioſos noſtræ ætatis hæreticos ſunt deputandi. Hæc Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo.

OPHITAE.

3.

Ophitæ, quaſi ſerpentini dicti ſunt, à colubro vel ſerpente quem colebant. Ophis enim græcè, Latinè ſerpens dicitur.

Ophitarũ hæreſis ſeu potius idololatria.

Hi, teſte Diuo Auguſtino libro de hæreſibus, cap. 17. ſerpentem illum, cuius impoſtura primi parẽtes decepti ſunt, Chriſtum fuiſſe dicebant, tanquàm ſcientiæ boni & mali authorem. Quam ob cauſam ſerpentem quendam viuum nutriebant & venerabantur, qui ad ſacerdotis incantationem de ſpelunca, in qua alebatur, egrediens, & altare, quod ſupra eandem ſpeluncam erectum erat, conſcendens, lambebat oblationes quas illi ſacrificabant, quo peracto; regrediebatur in eã ſpecum, in qua fouebatur. Et ità eius cultores eaſdem confringebant oblationes in Euchariſtiam, perindè atquè à ſerpente Chriſto, vt illi putabant, ſanctificatas.

Ophitarũ hæreſis vndè orta.

Huius autem ſerpentis cultum, ortum habuiſſe à Nicolaitis vel Gnoſticis, Diuus refert Auguſtinus ex aliorum ſententia. Horum porrò Gnoſticorum tam ſpurca & abominanda ſacra fuiſſe tradit Epiphanius, vt caſtis auribus nefas ſit ea ingerere: de quibus vide ſuprà. De Ophitis diuus Hieronymus aduerſus Luciferianos ità inquit: Ophitæ ſunt de his, qui Euangelia laniârunt.

Epiphani9.

Hieronymus.

Philaſtrius.

Philaſtrius quoquè de ijs ſcribit in hũc modum: Ophitæ, inquit, colubrum venerantur ea de cauſa, quòd hic primus omnium (vt aiunt) initium nobis ſcientiæ boni & mali attulerit. Vndè ei Dominũ inuidiſſe aſſerunt, quia ſcientiam primus detulerit mulieri bonæ rei atque malæ, et per illam ità ad genus omne hominum permanauerit: propter quod & de cælo primo deiectus eſt, inquiunt, in alterum: vndè illum & de cælo aiunt aduenìſſe, & velut aliquam Dei virtutem eſſe eundem æſtimant, indeq; adeò adnunciant adorandum. Hæc Philaſtrius.

OREBITAE.

4.

Orebitarũ hæreſis (teſte Aenea Syluio de origine Bohemorum cap. 43.) emerſit Sigiſmundi Cæſaris Germani, & Martini quinti Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 1418.

De his ait idem Syluius: Fuit, inquit, & alia in Bohemia hæreticorũ factio, fratrum Orebitarum appellata, quæ territorium Græcenſe vicinasque gentes magnis affecit cladibus: peſtifera atque immanis, neque Thaboritarum crudelitate vlla ex parte inferior. Aduerſùs quã Martinus, quintus huius nominis pontifex maximus, nominatim Cruciadam decreuit, neque tamen in plures annos extirpari potuit. Huius ſectæ homines quoties ſacerdotes noſtros intercepère, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme ſuper glaciem colligatos dimiſere, & quos adeò parui momenti exiſtimauerunt, vt defectis viribus abire permiſerint. Hæc ille.

Orebitarũ crudelitas.

ORIGENISTAE.

5.

Origeniſtæ ſeu Origeniani, ab Origene Alexandrinæ eccleſiæ doctore, & Clementis contextoris ſucceſſore, exorti ſunt, Seueri Imperatoris, & Zephyrini Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 207. Eius errores ſic recenſentur ab Epiphanio, Theophilo Alexandrino, Auguſtino & alijs compluſculis.

Origenis errores.

1. Epiphanius inprimis epiſcopus Salaminæ, quadam epiſtola ad Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum, quam diuus Hieronymus è Græca in Latinã linguam vertit, aſſerit, Origenem dixiſſe, Adam poſt peccatum imaginem Dei prorſùs perdidiſſe.

2. Dicebat quoquè Origenes, eodem Epiphanio authore, animas ante infuſionem corporis peccâſſe, & in pœnam peccati, in corpora tanquàm in carcerem fuiſſe incluſas. Hoc illi etiam tribuit Theophilus Alexandrinus in ſuo Paſchali, li. 1. quod

quod opus diuus quoquè Hieronymus in Latinum vertit.

3. Aſſerit rurſus, nec beatitudinem nec miſeriam eſſe perpetuam, ſed omnium impiorum hominum, ipſorumq; etiam dæmonum tormenta finem habitura. Hic enim (teſte diuo Auguſtino & Theophilo Alexandrino) quaſdam alternationes beatitudinis & miſeriæ ponit: ità vt tranſactis aliquot annorum curriculis, animas beatas dicat iterũ in corpora mortalia reuerti, & in eis corporis moleſtias perpeti, & indè rurſus ad beatitudinem euocari, & a beatitudine rurſum ad miſeriam deflecti: adeò quidem, vt eo pacto perpetuum quendam beatitudinis & miſeriæ circulum fieri aſſeueret. Idem quoquè ſentit de miſeris, vt eos dicat, aliquandò ad hoc ſeculum redituros, & inde rurſùs ad beatitudinem euocandos. Ex quo quidem opinatur, dæmones & impios in priorem ſuum ordinem & ſtatum reſtituendos.

4. Docet quoquè inæqualitatem trinitatis filij & ſpiritus ſancti: ex quo pater ille, fons & origo Arrianorum ab Epiphanio appellatus eſt: (is enim ferè centum annis præceſſit Arrium) de quo loquens diuus Auguſtinus libro de hæreſibus, cap 43. ità ait: Dicit prætereà Origenes, quòd filius Dei ſanctis hominibus comparatus, veritas ſit: patri collatus, mendacium: & quantum diſtant Apoſtoli à Chriſto, tantum filius à patre. Vndè nec orandus eſt filius, inquit, cum patre, quia non eſt author indulgẽdarum petitionũ, ſed ſupplicator. Hæc de Origene Auguſtinus. Hoc etiàm impingit Origeni Theophilus Alexandrinus epiſcopus in ſuo Paſchali libro ſecundo, aſſerens, Origenem docuiſſe, filiũ non eſſe orandum, neque patrem cum filio.

5. Impingit quoquè filio ignorãtiam, cùm ait (teſte Epiphanio) filiũ non poſſe videre patrem, nec ſpiritum ſanctum poſſe videre filiũ. Et certè ipſe Epiphanius citat verba Origenis in libris Periarchon, vbi ſic Origenem dixiſſe refert: Sicut enim incongruum eſt dicere, quòd poſſit filius videre patrem, ſic inconſequens eſt opinari, quòd ſpiritus ſanctus poſſit videre filium. Hæc dixiſſe Origenem refert Epiphanius, cõtra illum tam apertum ſcripturæ locum: Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Matt. 11. Quo in loco tam verè tribuitur filio notitia patris, vt ex eo magis poſſit quis ſuſpicari, ſpiritum ſanctũ non videre patrem. Quanquàm & hoc non ità ſe habet, quoniam ea, quæ ad ſe dicuntur, quę nunc recentiores Theologi abſoluta & eſſentialia appellãt, tribus perſonis ſunt communia, ſicut & ipſa eſſentia. Sic habet Alphonſus à Caſtro.

6. Auguſtinus prætereà ex Epiphanij ſententia refert, Origenem carnis reſurrectionem negaſſe: quãquàm Theophilus Alexandrinus Epiſcopus alium errorem impingit Origeni, qui cum hoc velut ex diametro pugnat, ex quo conuincitur, Origenem carnis reſurrectionem conceſſiſſe. Vtri autem iſtorum hac in parte ſit credẽdum, Epiphanio videlicet, an Theophilo, alij viderint.

7. Aſſerit enim Origenes, vt idem recenſet Theophilus libro ſecundo ſui Paſchalis, corpora poſt reſurrectionem futura iterùm mortalia, & multis ſeculis tranſactis in nihilum redigenda. Quod ſi verum eſt hoc ſenſiſſe Origenem, falſum eſſe oportet quod Epiphanius aſſerit, illum carnis reſurrectionem negaſſe.

8. Ad hæc cælum, ſolem, lunam, ſtellas, & aquas, quæ ſupra cælos ſunt, animatas, & rationales quaſdam virtutes eſſe dicebat.

9. Prætereà, quòd in reſurrectiõe corpora hominũ rotunda & orbiculari ſpecie excitabuntur.

10. Inſupèr, quòd ꝑ dæmonibus quoquè Chriſtum crucifigi, atque idipſum ſæpiùs ſeculis futuris pati oportebit à ſpiritibus malignis, qui in cæleſtibus ſunt. Quæ omnes blaſphemiæ in quinta vniuerſali Conſtantinopolitana Synodo, ſub Iuſtiniano coacta, condemnatæ fuerunt.

Sed hæc omnia ex eius vita planiùs dignoſcentur, quam Nicephorus lib 5. cap. 2. Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ deſcribit in hunc modum:

Quantus autem Origenes fuerit, inquit,

Origenis vita ex Nicephoro Calliſto.

quit,& quo ſtudio animique deſtinatione in ſacras literas incubuerit, citra inuidiam exponi poſſe puto: non ſolùm q. celebris is vir apud nos ſit, verùm etiam quòd ingentem vita ſua, quamuis ad finem non integra prorſus, famam & gloriam poſt ſe reliquerit. Verumenimuerò ſingulari ocio opus eſſet, ad vitam eius omnem literis memoriæ mandandam. Sed nos è multis, quæ de eo ſunt tradita, plurima reſecantes, aliqua tantum hiſtoriæ huic inſeremus, vt res tanti viri ſtudioſis incognitæ non ſint: quæ ſanè iudicio multorum dignæ viſæ ſunt, vt vel ab ipſis incunabulis repetitæ, memoriæ traderentur. Statim nanque ab initio, tenera exacta ætate, à patre Leonide diuinis imbutus eſt literis. Cui illa prima cura fuit, vt filius non ſuccisiua, ſed iuſta opera, vnà cum Cyclicis diſciplinis eas addiſceret. Quapropter ante earum diſciplinarũ exercitium quotidiè ab eo, ex ſacris ſcripturis promiſſiones & certa loca quę memoriter didicerat, requirebat: quę res minimè præter iudicium & voluntatẽ pueri fuit. Mirifica enim cupiditate magis in hæc ſtudia, quàm in Græcorum artes, ferebatur: vſqueadeò, vt non contentus eſſet ex ſacris oraculis, quæ ſimplicia & nõ ita difficilia ſunt, diſcere: ſed curioſitate vteretur, & abditos eorum ſenſus ſcrutari conaretur, ſubindeque quidnam arcani ſenſus in litera lateret, percontando, patri negocium faceſſeret.

Exemplũ puerilis inſtitutionis pulcherrimum.

Is porrò apud ſeipſum ea de cauſa cum admiratione ſtupebat, & valdè gaudebat, quòd DEVS ſe patrem tali dignatus eſſet filio. Et quandoquè priuatim ſimulabat, ſe eum acriùs obiurgare, nè quid ſupra ætatem ſuam & ſimplicem ſenſum ſcrutaretur, admonens. Tantoperè verò admiratione eius eſt conſternatus, maximas ſe datori bonorum Deo gratias debere profeſſus, vt ſæpenumero dormienti aſſiſteret puero, pectusque eius nudatum cum veneratione multa deoſcularetur, perindè atquè in eo diuinus ſpiritus domicilium ſuum haberet. Beatumq; prorſus ſe tam felici prolificatione iudicabat. Quæ res magnam præbuit cauſam & occaſionem, vt puer fidem ſacrasque literas ab ineunte ætate aſſequeretur, & rectè ad-

Leonides pater Origenis, ob filij indolẽ & ingeniũ, maxima afficitur lætitia.

Vndè habuit puer Origenes

modùm educaretur, eundem & patrem & educatorem & præceptorem habens, magnamque de ſe rem & ſpem præbens expectationem. Hæc itaque, & præterea aliâ his ſimilia de puerili ætate Origenis ſunt prodita.

Poſtquàm verò decimo Seueri imperantis anno, Lætus Aegypto præfectus eſt, & Demetrius Alexandriæ Iuliano in epiſcopatu ſucceſſit, eccleſiarũque perſequutio admodùm inualuit, ac multi certaminibus magno animo obuiàm euntes, coronas reportârunt: tantam dicunt martyrij cupiditatem Origenẽ inceſſiſſe, quum in iuuenili admodum adhuc ætate eſſet, vt exultans iam ardore quodam incredibili, pericula pro Chriſto toleranda adiret. Et finiuiſſet ille iam tum martyrio vitam, niſi alia diuinæ prouidentiæ ratione, vtilitatis multorum gratia, mater eius interceſſiſſet. Illa enim in cubiculum eius ingreſſa, ſupplex ei fit, vt nè materno ſuo erga eum animo & amori parcens, ægram ſe ità relinqueret, & intolerabili luctui & mœrori objicere perſcueraret.

Lætus Aegypti proconſul.

Origenes adoleſcentulus martyrium affectat.

Curſum ad martyrium eius mater inhibet.

Vbi verò pater eius captus & in vincula coniectus eſt, maior eum etiàm amor, acriusque martyrij deſiderium inuaſit, indiès id (vt ità dicam) ardore & igne nouo excitante atque accèdente. Quapropter quum ità animatum Origenem eſſe mater videret, omnem eius veſtem recondidit, neceſſitatemque ei hoc pacto domi manendi impoſuit. Hic cùm aliud facere non poſſet, aliptem & vnctorem certaminis ſe patri præbuit, & frequenter cohortatorias ad illum literas ſcripſit, inter alia verba iſta vſurpans: Suſtine, & nè quid alterius ſententiæ aut conſilij noſtra cauſa capias, vide. Atque hoc primum ſit euidentiſſimum, à primis (quod dicitur) carceribus, germanæ fidei, ſincerique eius erga Deum animi, ſpecimen atque indicium.

Patrem in carcere Origenes ad martyriũ animat.

Patre verò eius, vita per martyrium pro CHRISTO defuncto, nondum prorſus ſexdecim annos natus, quum apud matrem cum alijs ſex natu minoribus liberis eſſet, & quòd patrimonium eius omne imperiali fiſco illatum fuerat, vnà cum ſuis ærumnosè in magna

Patrimonium eius fiſco illum.

rerum neceſſariarum anguſtia & penuria viueret, diuino ei ſuccurente numine, incredibile conſequutus eſt auxilium. Siquidem mulier quædam ingenuibus diuitijs & copijs clara, & aliter quoquè Alexandriæ celebris, magni nominis virũ Antiochenum genere, & inter hæreticos Alexandrinos primarium conſectans atque complectens, adoptato ſibi filij loco Origene, quum maximi eum feciſt, tum ei ſuiſque omnibus ad quotidianum vſum liberaliter & copioſe omnia ſuppeditauit. Familiariter ergò cum Paulo (hoc enim nomen mariti eius mulieris erat) viuens, nunquàm à conſueta ſibi deflexit precatione, communicare preces cum Paulo hæretico nolens: eccleſiaſticaſque ſanctiones accuratiſſimè ſeruans: quum quidem ad Paulum permulti frequentarent, non ſolum qui ex Græcorum eſſent ſuperſtitione, ſed etiàm noſtri homines. Græcorum porrò diſciplinis iampridèm à patre imbutus, magis etiàm in Pauli ſchola proficiebat. Proindè poſteà ex earum doctrinarum diſciplina, cui præibat, abundè res familiaris ei ſuppetebat.

Origenes à fœmina locuplete Alexandriæ adoptatus.

Idem cũ hæretico habitans, eccleſiaſtica inſtituta ſeruat.

Idẽ mercede doctrinæ, ſumpt' tolerat.

Poſteaquàm autem perſequutionis timore omnibus expulſis, nullus Alexandriæ ſacrorum oraculorũ enarrator fuit, multi ex gentibus ad Origenẽ accedentes, verbum Dei ſunt profeſſi, multique illorum, patria ſacra deteſtati, partìm vt familiariter cum eo viuerent, partìm vt ſemper ei adeſſent, præ rebus omnibus ſtudio ſibi habuerunt. Porrò decimumoctauum agens annum Origenes, ſcholæ Catechiſtes in vrbe Alexandrina eſt præfectus. Et quum ibidèm ſub Aquila præfecto perſequutio maximè exundans incrudeſceret, magnum cõſequutus eſt nomen apud eos qui Chriſti nomine cenſentur: quòd & notos ſibi & ignotos familiariter excipiens complecteretur: & qui in vinculis erant, ſedulò viſitaret, alacritatem eorum excitans & adaugens: tum autem eos qui ad mortem raperentur, cum multa fiducia & libertate produceret atque exoſcularetur. Quapropter ſæpè eſt factum, vt ex gentibus plebs furore correpta, lapidibus eum obruere contenderit. Sed illum præter expectationẽ, cælitùs dextra DEI præſenti ope eſt tutata. Quemadmodum etiam ſæpè aliàs, propter ſummam alacritatem libertatemque diuini verbi docendi, inſidijs expetitum conſeruauit.

Origenes ſcholæ Chriſtianę catechiſtes 18. agens annum.

Perſequutionem grauem Alexandriæ ſuſtinet Origenes.

Tantus porrò aduerſùs hominem extitit motus, vt plebe ethnica procurante, non contemnenda militum manus, in ea, vbi habitabat, domo verſaretur, & turbam eorum, qui ab illo in ſacris diſciplinis inſtituerentur, ſeruaret. Deniquè vſque eò perſequutio aduerſùs eum inualuit, vt per vrbem omnem, domum domo mutans, clàm circuiret, multitudinis eius gratia, quæ doctrina eius adducta, ad diuinam acceſſerat profeſſionem. Siquidem non verba ſolùm, ſed facta etiàm eius, certiſſimum grauiſſimæ philoſophiæ eius fuère iudicium. Prorſus namque orationi vita congruens reſpondebat. Quã ob cauſam etiàm vi & ope diuina auxiliante, multos ad ſe pertraxit, innumerosque habuit imitatores.

Itaque illequalem orationem, talem quoquè vitam; & qualem vitam, talẽ etiàm orationem exhibuiſſe dicitur, Euſebius lib. 6. cap. 3.

Enimuerò vbì quamplurimos ad ſe diſcipulos confluere, munere Catechiſtæ vnà cum ſchola ea à Demetrio ſibi commiſſa, vidit, abſurdum (ità vt par erat) arbitratus, prophanarum literarum eruditione ſacræ commiſcere doctrinæ, ilicò externarum artium ſtudium poſthabuit: quippe quæ tantoperè vtiles eſſe non poſſent, & diuerſa ſacris oraculis afferre ſolerent. Deindè generoſo & virili, planeque (vt amplius quiddam dicam) philoſopho animo, nè externo quopiam ſubſidio indigere videretur, quæcunque ei erant, Græcorum librorum ſumma elegantia & venuſtate cõcinnata volumina, venalia propoſuit, & quatuor obolorum in diem quẽuis precium ſibi ab emptore pendendorum eſt ſtipulatus. Vndè plurimo tempore ad eum modum philoſophari perſeuerabat, cauſam & materiam omnem, quæ allicere eum ad res nouas & illicitas poſſet, atque concupiſcẽtiam indecentem, longè à ſe propellens.

Libros Grę carũ artiũ vendit.

Et die ſudoribus vt plurimùm peracto, noctù etiam multo incumbebat labori, maximam eius temporis partem medita-

Chriſtiani philoſophĩ vita.

meditatione diuinarum ſcripturarum conſumens. Si quandò etiàm ſomnus obitèr deguſtandus eſſet, non in ſtrato aliquo, ſed in nuda humo iacens, eo parciſſimè vtebatur, ieiunijs plurimùm alijsque philoſophicis exercitijs conſtantiſſimè ſemper intentus. Ex Seruatoris præceptis illa maximè ſeruanda eſſe indicabat, quæ prohiberent duas habere tunicas, aut calceamentis vti, aut animum futurarum rerum cura & ſolicitudine macerare vetarent. Eaque ipſa ſeruauit accuratè, in frigore & nuditate, etiàm præter ætatem, vitam exigens. Illis quoquè rebus animi ſui promptitudinem & ardorem ſatis declarauit, quòd regiones multas temporibus multis peragrans, nullus vſus ſit calceis: vinoque prorsùs alijsque rebus, extra neceſſarium alimentum, abſtinuerit: vſqueadeò, vt periculum & perniciem corpori ſuo conciliârit. Atque hoc modo viuens, exemploque ſuo optimum viuendi inſtitutum oſtendens, in admirationem quidem ſuî extulit omnes. Eos autem, qui dare aut communicare quicquam cum eo volebant, familiares ſuos auerſatus eſt.

Præceptorum Chriſti ſimplex iuxta literam obſeruatio.

Origenes calceamentis & vino non vtitur.

Cùm ad hunc modum Origenes Adamantius Alexandrinæ fidelium ſcholæ præiret, rem quandam aggredi auſus eſt, imperfectæ quidem illam & iuuenilis mentis, ſed fidei caſtitatisque firmitatem & ſtabilitatem ſatis declarantem. Quoniam enim adhuc iuuenis non ſolùm viris, ſed & mulieribus docẽdo ſalutare prædicabat verbum, volens calumniam omnẽ fœdæ ſuſpicionis precidere, & ſimpliciùs dicto illo Saluatoris intellecto; Sunt Eunuchi quidam, qui ſeipſos caſtrârunt propter regnum cælorum, adimplere, id re ipſa in animo habens, ſeipſum caſtrauit: ſumma cura & diligentia familiares ſuos id factum celare ſtudens, quod tamen difficile factu erat. Permultis enim ea res innotuit. Quam vbi etiàm loci eius epiſcopus Demetrius reſciuit, quũ facinus tale eſt admiratus, tum feruorem tantæ fidei non improbandum eſſe ducens, bono eum eſſe animo, nihilque eã ob rem metuere iuſſit. Atque tum quidem tali erga eum animo fuit epiſcopus.

Origenes ſeipſum ꝓpter regnũ Dei caſtrat Matt. 19.

Procedente verò deniceps tempore, quum hominem vbiquè celebrari laudarique videret, humano quodam affectu ſeductus, ad epiſcopos ſcribens, premere atque obſcurare famam eius eſt conatus, cœptumque eiuſmodi abſurdum in literis ſuis expoſuit. Cæterum quum in Palæſtina, Hieroſolymorum & Cæſareæ epiſcopi, gloria & dignitate cæteris præſtabiliores, Origenem maiore dignum duxiſſent honore, eaque de cauſa per manuum impoſitionem in presbyterorum ordinem cooptâſſent, ex eo tempore gloria eius creſcente, nomineque & laude virtutis atque ſapientiæ apud omnes ferè homines maximè inualeſcente: Demetrius, quia non haberet quod in tanto viro reprehenderet, id quod ille aliquandò per iuuenilem imperitiam fecerat, ad grauem traxit calumniam: & aliquantùm etiàm eos, qui illum dignitate presbyteri ornauerant, notauit. Verùm ſeriùs hæc Demetrius eſt exorſus. Ille enim impigrè cum omnibus, q ad ſe venirent, doctrinam communicabat, tempus omne & ſtudium diſcipulis ſuis impertiens. Intereà Seuerus decem & octo annis imperio flagitiosè adminiſtrato, Antoninum Caracallam filium ſuum ſucceſſorem habuit.

Id factum Demetrius Alexandrinus epiſcopus primũ non ægrè tulit: poſtea verò gloriæ Origenis inuidẽs quum is in Palæſtina presbyter creatus eſſet, ſcriptis traduxit.

Antonin⁹ Caracalla à veſte talari Gallica, quam militi & populo dedit, ſic dictus eſt.

Origeni autem Romanæ vrbis viſendæ, quum ibi Zephyrinus eccleſiam regeret, cupido inceſſit. Vbi quum non ità diù manſiſſet, & indè Alexandriam redijſſet, doctrinæ atque inſtitutioni, vt catechiſtes, ibi præfuit: Demetrij rogatu adductus, vt eo maiore ſtudio operi ei incumberet. Quum verò animaduerteret, abſtruſiori ſe ſcripturæ ſenſui ſcrutando atque eruendo, ità vt volebat, vacare non poſſe, quòd ne reſpirare quidem liberiùs ei liceret, per eos, qui quotidiè à ſole orto ad veſperam vſque ſcholam eius frequentabant: faciendum ſibi putauit, vt tantam multitudinem diuideret: & Heraclam, ex ſectatoribus ſuis præcipuum, virum doctiſſimum, quin in diſciplinis philoſophicis & ſacrarum literarum eruditione plurimùm collocauerat ſtudij, ſibi in inſtituendo ſocium & adiutorem adſciſceret.

Origenes Romæ etiàm fuit.

Idem Heraclam eius diſcipulũ in inſtituẽdo ſocium & adiutorẽ ſibi adſciſcit.

Ità factum, vt primum laborem eorum docendorum, qui fidei elementa nupèr aſſequuti eſſent, illi demandaret: ſibi ipſi verò prouinciam eos inſtituendi qui perfectiores eſſent, diuinamque doctrinam veluti in habitum deduxiſſent, reſeruaret.

Origenes hebraicè addiſcit.

Vſque eò autem accuratam ſacrorum oraculorum inquiſitionem & ſtudium produxit, vt hebraicam etiàm addiſceret linguam, & hebraicos libros ad prima exemplaria deſcriptos conquireret: inſupèr etiàm omnes tranſlationes eorum q ſacras ſcripturas verterunt, & à vulgata interpretatione diſceſſerunt, inueſtigaret: Aquilæ denique, Symmachi, & Theodotionis editiones, ex occultis abſtruſisque terræ receſſibus, vbi longiſſimo latuerant tempore, in lucem proferret. Ex quibus omnibus opus quod ab eo Hexaplum ſiue Septuplum inſcriptum eſt, cõpoſuit: cuius operis quæ vis & ratio ſit, ex ſequentibus intelligetur verbis. Tranſlationes ſacræ ſcripturæ, quæcunque extarent, collegit. Primam quidem Septuaginta interpretum, deindè eorum, qui poſt CHRISTVM natum fuère, Aquilæ Iudæi cuiuſdam, qui eam Græcè vertit, poſt hunc Symmachi, aliam rurſùs Theodotionis, & aliam deincèps innominati atque incerti cuiuſpiam authoris: qui ſanè omnes Hebraici & Græci ſermonis egregiè periti fuère. Quarum tranſlationũ quandam ſe Nicopoli, quæ ſeptentrionẽ versùs ſita eſt, atque aliam alio loco inueniſſe ſcribit.

Tranſlationes ſacræ ſcripturæ inquiſiuit.

Opus Bibliorum Hexaplum.

Septẽ tranſlationes in Hexaplis Pſalmorũ, in dolio repertæ.

In Pſalmorum autem Hexaplis, poſt quatuor celebriores editiones non quintam ſolùm, ſed & ſextam, atque adeò ſeptimam tranſlationem ſe appoſuiſſe oſtendit, Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Seueri filij, repertas. Haſce igitur interpretationes atq; editiones veterum inter ſe compoſitas, atque in vnaquaque pagina vnà cum Hebraici exemplaris annotatione digeſtas propoſuit: vndè certus ſcripturæ ſenſus, tranſlationũque conſenſus vel diſſenſus certò intelligi queat. Et ſic ille nobis Hexapla, ſiue Septupla reliquit exemplaria: quum quidẽ antea ſeorsùm Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, & Septuaginta interpretum tranſlationem in volumine, quod Tetraſſum, ſiue Quadruplum nominauit, compoſuiſſet.

Origenes in Arabia verſatur.

Porrò cùm ex Arabia literæ venirent, vt verbi doctrinam cum principe regionis eius communicaret, profectus eſt eò ea ipſa de cauſa. Sed non diù ibi moratus, Alexandriam rediijt. Atque indè rursùs propter motus bellicos ſecedens, Aegyptumq; itidem propter armorum diſcrimen ſuſpectam habens, in Palæſtinã ſe recepit. Ibi cùm Cæſareæ degeret, epiſcopi Palæſtini legatione quoq; ad eum miſſa, ei permiſere, vt de ſacris literis diſſereret, & publicè eas in eccleſia interpretaretur, quamuis nondum presbyteri honorem eſſet conſequutus. Id quod comprobatur ex ſcriptis eis, quæ Demetrius, malè erga Origenem affectus, vt paulò antè meminimus, epiſcopis Palæſtinis miſit. In quibus ſcriptis, præter alia, illud erat: Nunquàm antè auditum, nunquàm factum eſſe, vt præſentibus epiſcopis, laici concionarentur.

Item in Palæſtina: vbi ab epiſcopis rogatus, nondũ presbyter, ſacras literas in eccleſia docuit.

Defenſio eius rei.

Quapropter illi, & potiſſimùm Alexander Hieroſolymitanus, & Theoctiſtus Cæſareenſis, antiſtites, defenſionem eius rei ad eum ſcripſerunt, non vera illum dicere aſſeuerantes. Vbi enim, inquiunt, reperiuntur idonei homines, qui doctrina ſua prodeſſe fratribus poſſint, ſi illi ſanctorum epiſcoporum iuſſu & permiſſione per cohortationes ad populum verba faciunt, id offendiculo non eſt: ſicuti apud Larandos Euelpis à Neone, Iconij Paulinus à Celſo, Synadæ Theodorus ab Attico, omnibus illis beatis fratribus inuitati fecerunt. Veriſimile autem eſt, in alijs quoquè locis, quod nos ignoramus, itidèm eſſe factum. Tanto in honore Origenes non ſolùm apud ciues & prouinciales ſuos, ſed etiàm apud exteros epiſcopos fuit.

Origenes Alexandriam ad munus ſuum obeundũ reuerſus.

Cæterùm cùm ei aliquandò Demetrius ſcripſiſſet, Alexandriam reuerſus, docendi ibi munus laboremque ſolitum obiuit. Cùm verò permulti libris edendis eniterent, plurimaque eccleſiæ componerent monumenta, in quibus contra hæreſes maximè decertârunt: inter.

ter quos etiã Beryllus Boſtrenſis Arabs, qui elegantia vtrinq; ſcripta poſt ſe reliquit, & Hippolytus Portuenſis epiſcopus, & Caius, ſcriptores eccleſiaſtici fuere: Origenes etiam ipſe ad enarrationes ſcripturæ componendas animum contulit, Ambroſio quodam eum ad id ſtudij & laboris excitante. Qui ſanè non admonitionibus verborum & cohortationibus tantum eſt vſus, ſed liberaliter etiam ſumptus congruenteſq; impenſas ei ſuppeditauit. Septem etenim ei attribuit celeres notarios, qui certis deſignatis horis, in ſcribendi opera ſibi inuicem ſuccedebant. Ad hos totidem addidit alios, qui dictata illius formis pulchrioribus in libris accuratè deſcriberent. Aderant etiam puellæ in ſcribendo probè exercitatæ: quibus omnibus Ambroſius ex facultatibus ſuis quotidie abunde ſumptus præbuit. Quin etiam alijs pluribus modis ille alacritatẽ viri, in tali diuinarum literarum ſtudio, ſedulò auxit, vt libentiùs prolixiuſq;, ſic inuitatus, in editionem commentariorũ ſuorum incumberet. Quæ porrò ſuorum ſtudiorum monumenta poſteris reliquerit, vidè apud eundem Nicephorum lib. 5. cap. 15. & 16.

Idem commentarios in ſacram ſcripturam edit, Ambroſio ei notarios & ſumptus ſuppeditante.

Poſt Antoninum verò, qui annos ſex & menſes ſex Romanæ rei præfuit, Macrinus eam adminiſtrauit: qui nondum integro anno exacto extinctus, alteri Antonino imperij ſummam, quatuor tantùm annos retinendam reliquit: cuius ſucceſſor imperator Alexander fuit. Huius Alexandri mater Mammæa nomine, celebritate famæ Origenis permota, exploratoq; cognoſcere in diuinis rebus ab omnibus laudatam cognitionẽ & prudentiam eius (piè enim diuina colebat, moribuſq;, ſi quæ alia, & ipſa maximè caſtis & modeſtis erat) cupiens, quum Antiochiæ eſſet, virũ eò ad ſe honeſto militaris manûs ſatellitio & comitatu accerſiuit. Ibi ille ſatis diu manſit. Quumq; eam doctrina ſua, ita vt par erat, ad diuini verbi Chriſtianæq; diſciplinæ amorem excitâſſet, eidemq; Dei in rebus omnibus ſibi conceſſam gratiam exhibuiſſet, ad conſuetum ſibi indè ſcholæ ſuæ laborem eſt reuerſus.

Opilius Macrinus. Antonin⁹ Heliogabalus. Aurelius, Alexander Seuerus, imperatores Romani.

Origenes Antiochiæ cum Mammæa imperatrice fuit.

Huius porrò imperatoris temporibus, eccleſiaſticis quibuſdam laboribus flagitantibus, in Græciam conuincendorum hæreticorum gratia tranſmiſſus Origenes, Palæſtinam adijt, eccleſiaſticoq; ibi presbyterij honore, per impoſitionem manuum eius loci epiſcoporum, Alexandro authore, Cæſareæ Philippi ornatur. Verùm quæ ſimultas ea de cauſa inter eccleſiarum antiſtites ſit exorta, & quantum operæ & laboris ipſe viuida adhuc ætate in ſacras literas collocauerit, quòd alterius ſint hiſtoriæ atq; lucubrationis, ex alijs ea ſcriptoribus cognoſcere volentibus petere permittimus.

Origenes Cæſareæ Palæſtinæ cũ magna quorundã inuidia presbyter ordinatus.

Quum autem Alexandria diſcedens, in Palæſtinam ſe conferret Origenes, duodecimo imperij Alexandri anno, Heraclam ſcholæ ſuæ, in qua diuinum docuerat verbum, ſucceſſorem reliquit. Qui non diù ſacræ ibi doctrinæ præfuit. Breui enim Demetrius epiſcopus Alexandrinus, quum quadragintatribus annis munus eccleſiaſticum ritè adminiſtrâſſet, deceſſit: cuius locum in epiſcopatu eo Heraclas recepit. Dionyſius autem, qui poſteà Heraclæ in epiſcopali dignitate ſucceſſit, tum quoq; pro eo ſcholæ ſacræ Catechiſtes eſt creatus, quinto ab ipſo Pantæno ſucceſſionis ordine, loco. Pantænus enim primus fuerat: poſt eum Clemens presbyter, contextor ille, ſecundus: Origenes, tertius: Heraclas, quartus: quintus, Dionyſius: & poſt eum ſextus Athenodorus.

Heraclas ſucceſſor Origenis in ſchola Alexandrina.

Scholæ Theologicæ Alexandrinæ ſucceſſio.

Porrò in Palæſtina quum Origines eſſet, lucubrationes in Eſaiam & in Ezechielem compoſuit. Quas in partem tertiam Eſaiæ, vſq; ad viſionem quadrupedum in ſolitudine, ſcripſit, & triginta tomis abſoluit. In Ezechielem autem, quinque & viginti. Porrò in Canticum canticorum ad quintum vſq; tum progreſſus eſt commentarium: qui quidem omnes, decem ſunt numero. Profeſſione autem fidei noſtræ magìs ac magìs, ità vt conueniebat, incrementa ſua capiente, quum iam ſexageſimum Origenes egreſſus eſſet annum, maximãque ſibi & expeditiſſimam ex diuturna meditatione & aſſuetudine compararet eruditionem, docen-

Opera Origenis in Palæſtina edita.

Origenes ſexagenarius.

di atque diſſerendi virtute ad ſummum progreſſa, quæ in medium proferebat præcepta & documenta, quod antea non permiſerat, celeribus notarijs excipienda dictauit. Quo tempore etiàm contra Celſum Epicureum, qui maximo ſtudio in diuinam doctrinam inuectus fuerat, præclaros illos conſcripſit libros. Quinque verò alios in Euangelium ſecundùm Matthæum, alios etiam plures in duodecim prophetas. Eſt etiàm in manibus hominum, ad imperatorem Philippum epiſtola: & præterea ad Seueram coniugem eius data altera: & ad alios quoſdam aliæ. Scripſit etiàm ad Fabianum eccleſiæ Romanæ epiſcopum, & ad multos alios aliarum eccleſiarum antiſtites: quæ omnia rectam fidei profeſſionem docent. Sed quid opus eſt certum ſcriptorum eius viri numerum inire, quum ea res peculiari indigeat ocio & labore?

Diſcipuli Origenis in Palæſtina.

Multos verò etiàm Cæſareæ Palæſtinæ docens Origenes habuit diſcipulos, non incolarum modo, ſed aduenarum quoquè, qui patriæ dulcedinem, doctrinæ conſuetudinique eius viri poſthabuêre. Inter quos præclariores fuere Theodorus, qui in Palæſtina cum magna gloria ſacerdotio eſt functus. & Athenodorus, atq; eius frater Theodorus, qui etiàm Gregorius, atque inſupèr Mirificus eſt cognominatus. Vnà cum his etiam Dionyſius fuit, qui Alexandriæ non ſolùm diuinam ſcholam Catechiſtes, ſed etiàm eccleſiam epiſcopus rexit. Tanta ſcilicet Origeni diſciplinis tradendis inerat facilitas & elegantia, tantumq; celebris eius fama pleroſq; ad ſpectandam doctrinam & ſapientiam eius pertrahebat. Nec tantùm qui ſtudioſi eſſent dicendi aliarumq; artium, verùm etiàm qui præclarum iam in eis nomen erant conſequuti, ad eum veniebant. Atq; hæc quidem Origenis gloria apud omnes fuit: hoc ipſius in ſacris diſciplinis ſtudium: in hac quoq; epiſcoporū fuit admiratione, quibus eiſdem etiam viſus eſt diſcipulis. Quantus autem eidem fuerit ardor contra eos, qui peruerſa & peregrina induxerunt dogmata, vide Nicephorum lib.5.cap.22.23.24.

Theodorus Palæſtinus.

Athenodorus, & frater eius Gregorius Mirificus.

Dionyſius Alexandrinus.

Origenes egregiꝰ hæreticorum confutator.

Innumera præterea alia memoria digna de Origene commemorantur, quæ perindè atq; ſi non eſſent præſentis operis, in quo de hæreticorum vitiis & dogmatibus potiſſimùm tractatur, breuitatis etiam cauſa prætermittere eſt viſum. Ac quæ neceſſaria eſſe, vt huic hiſtoriæ ad fidelium documentum & exemplar inſererentur, putaui, rectè (opinor) & ordinè collegi atq; contexui. Supereſt vnum huic noſtro inſtituto præcipuè conueniens de Origene dicendum, inuidia eius qui malorum omnium eſt author, virum tantum, qui ſimul & verbis & factis eò magnitudinis, continuis ſtudijs ſuis, in certiore atq; abſolutiore philoſophia proceſſit, à recta quoq; via per errorem eſſe digreſſum, peruerſiſq; inuolutum dogmatibus, præſentem ſimul & futuram contaminâſſe gloriam. Cùm enim ille ſuis cohortatorijs orationibus permultos feciſſet martyres, omnibus ſuis copijs tandèm hoſtiliter Satanas bellum ei mouit, omniq; vi & conatu aduerſus eum duxit, adeò quidem, vt acriùs ei quàm aliorum alicui, infeſtiusque immineret, indeq; effectum, vt perfecta & abſoluta virtute ſit deſtitutus: nimirùm qui virtutum omnium parente, ſummiſſione & humilitate, & quæ per illam prouenit, immobili & recta animi conſtitutione atque indolentia exciderit.

Horrendus Origenis tãta doctrina & ſanctitate viri lapſus.

Virtutum omnium parens Humilitas.

Aiunt enim, Deciana perſequutione & ipſum comprehenſum eſſe, & vinculis conſtrictum. Primùm itaque tormentis grauibus corpore toto afflictus, mox deìndè in acerbiſſimū demiſſus eſt carcerem. Ibi ingentis ponderis ferramen comprehēſum cum diſtringebat, & inſupèr ſupplicium ignis ei intendebatur: aliaque mala partim iam tum inferebātur, partim paulò pòſt imminebant, ac diebus pluribus quatuor vinculorum cataſta pedes eius diſtinebantur. Quæ omnia generoſo & forti animo pertulit. Et ille quidem mortem obire paratus erat. Quæſitori autem contentioſa quadam crudelitate aliter viſum eſt, hominem à ſententia deſiderioque ſuo abducere. Ac gladio quidem in ipſum animaduertere noluit, alijs verò ærumnis paulatìm vita eum priuare conſtituit. Ad poſtremum, quum ſe tormentis

Origenes ſus & in carcerem coniectus, ferè martyr efficitur.

tis

tis victum ab illo intelligeret, ad diabolicum prorsùs conſilium animum adiecit. Quod enim philoſophicum planè animũ caſtitatemq; viri nollet, ea parte oppugnare eum decreuit. Itaq; è vinculis quidē eum dimiſit, ſed ad aram, apud quam obſcœnum impudicumq; Aethiopem collocârat, ſacrificare & thura adolere iuſſit: quod niſi vt faceret animum induceret, ſo re minatus eſt, vt re deteſtanda, dirisq; omnibus execranda, corpus eius ab impudico illo contaminaretur. Et ille quidem hæc illi intentauit.

Quæſitor Origeni ſtuprum per impurum & impudicũ Aethiopē comminatur. Eadem de Origene Suidas dicit.

Origenes verò optione atq; electione rei deterioris, abiurare fidem mâluit, animo præter vilitatem omnem conſpurcato, quam ſordes aliquas corpore excipere. Atq; indè à diuina ſententia & gratia delapſus, alienas opiniones, ſatana inſtigante, induxit: per quas multis à saniore ſententia ſeductis, longo pòſt tempore ab eccleſia Chriſti per excommunicationem eſt proſcriptus. Quales autem (Euſebius inquit) poſteà reliquerit voces, easq; plures, ad eos qui auxilio & vtilitate indigerent receptionis in gratiam, quàm pluimæ eius teſtantur epiſtolæ, veritatem ipſam certò ſatis complectentes. Ego verò non grauatè faciam, ſi verba eius apponam, per quæ manifeſtè arguitur, eum finibus & conſtitutionibus apoſtolicis non perſtitiſſe. Atq; vt alias eius abſurdas opiniones & blaſphemias omittam, harum tantùm verbis ipſius meminero. Sic enim ſcribit:

Origenes fidem abiurat.

Errores abominãdos inducit.

Excommunicatur.

Euſebius Pamphili, ſicuti & alij multi patres, benignius de Origene ſentiunt.

1. Mentes, inquit, à principio erant abſque omni numero & nomine, ex vnitate principium ducentibus, & rationalibus exiſtentibus omnibus, ſubſtantia, efficacia, & virtute eadem. Vt autem eas ſatietas cepit diuinæ charitatis & contemplationis, iuxta proportionem cuiuſq; propenſionis in deterius, vel tenuiora vel craſſiora ſumpsêre corpora & nomina. Vndè cæleſtes etiàm & miniſtrantes ſubſtitêre virtutes. Ipſe quoquè Sol & Luna & ſtellæ omnes ab vnitate illa rationalium ex propēſione in deterius, ſunt factæ. Ea verò rationalia, quæ magis à diuina charitate refrixerant, animæ ſunt appellatæ, & in craſſiora corpora noſtra coniectæ. Quæ verò ad ſummam malitiæ & vitioſitatis fuerant progreſſa, frigidis & caliginoſis incluſa corporibus, dæmones & facti & nominati ſunt.

Abſurdæ & impiæ Origenis opiniones.

2. Adhæc illa quoq; nugatur: Quòd ex angelica quidem conſtitutione, animata facta eſt conſtitutio: ex animata autem, dæmoniaca & humana. Vnam porrò mentem ex vniuerſa rationalium vnitate, inconcuſſam & immotam à charitate & contemplatione diuina permanere, quæ mens & Chriſtus & rex & homo ſit facta.

3. Item, quòd perfectus futurus ſit corporum interitus, quum ipſe Dominus primùm proprium depoſuerit corpus, & reliqui item omnes.

4. Præterea, quòd vniuerſi reuerſuri ad eandem illam vnitatem, menteſque futuri ſint, quales anteà in præexiſtentia fuerint: ipſo videlicet diabolo quoque & reliquis dæmonibus, atque etiam nefarijs & impijs hominibus ad eandem vnitatem reſtituendis, cum diuinis pijsq; viris, & cum cæleſtibus virtutibus eandem vnionem ad Deum habituris, quam & Chriſtus habet, quemadmodùm & anteà eam habētes extiterint: vt Chriſtus nihil prorsùs ſit habiturus præ rationalibus præcipuum, neq; ſubſtantia, neq; intelligentia, neq; virtute. Hæc ille.

Porrò Gallo poſt Decium imperante, Origenes vndeſeptuaginta annis peractis, miſerabiliter infelix obijt. Vbi quidem videre licet, bonum quidem vitæ initium præbuiſſe, quamuis finis eius principio non reſponderit. Hactenùs Nicephorus.

Origenis mors.

Quod Suidas confirmans, de eo ſcribit quoquè in hunc modum: Origeni, inquit, induſtria & curioſitas, cauſa vt fœdè laberetur, & multis præterea offendiculum exitijque occaſio fuit. Quum enim nihil non in ſacris literis exponere vellet, ſeipſum in errorem coniecit. Vndè multa nefanda & exitioſa protulit verba: ex quibus Arrius, ſectatoresque eius inæqualem patri filium aſſerentes: & reliqui impij hæretici dogmatum ſuorum materiam ſumpſerunt.

Suidas de Origene.

Arrianiſm⁹ ab Origene exordium ſumpſit.

Pro-

Profiteri enim eſt auſus, vnigenitum filium cernere patrem non poſſe, neq; Spiritum ſanctum ipſum filium: ſicut neque angelos Spiritum, neq; homines angelos. Et filium non eſſe ex ſubſtantia patris, ſed creaturam: cumq; gratia tantùm filium dici, & animas hominum præexiſtere. Atq; alia item abſurda, blaſphema, & impia. Non ille Salomonem audijt, dicẽtem: Fili, caue, multos componas libros, & ore tuo properes. Cor tuum nõ ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus nanque in cælo ſurſum, & tu in terra deorſum. Proindè verba tua pauca ſint. Multa enim verba multiplicant vanitatem. Noli eſſe iuſtus multùm, neč plus ſapias quàm neceſsè eſt. Iuſtus enim diſperit in iuſtificatione ſua.

Eccleſ. 7.

Origenes ab eccleſia excommunicatus, vndique eijcitur.

Ab eccleſia porrò proſcriptus, contumeliam eam non ferens, Alexandria relicta, in Iudæam eſt profectus. Et Hieroſolyma quum veniſſet, ab ordine ſacerdotali, vt verba in eccleſia faceret, (erat enim presbyter) rogatus primùm, deindè etiàm coactus, ſurrexit, & verba illa tantùm recitauit: Peccatori verò dixit Deus, Quidnam tu annuncias iuſtificationes meas, & vſurpas teſtamentum meum in ore tuo? Libroq; complicato, cum lachrymis & eiulatu multo conſedit, omnibus vnà cum plorãtibus. Sepultus eſt autem Tyri. Hæc Suidas.

Pſal. 49.

Vincentius Lirinenſis de tẽtatiõe, & doctrina errantium magiſtrorum.

De eo rurſus Vincentius Lirinenſis ſcribit in hunc modum, libro quem aduerſus hæreſes edidit: Dicebamus (inquit) in ſuperioribus, quòd in eccleſia DEI tentatio eſſet populi, error Magiſtri: & tanto maior tentatio, quanto ipſe eſſet doctior, qui erraret. Quod primùm ſcripturæ authoritate, deindè eccleſiaſticis docebamus exemplis: eorum ſcilicet commemoratione, qui, cùm aliquandiù ſanæ fidei forent habiti, ad extremum tamen, aut in alienam decidiſſent ſectam, aut ipſi ſuam hæreſim condidiſſent. Magna profectò res, & ad diſcendum vtilis, & ad recolendum neceſſaria: quam etiã atque etiàm exemplorum molibus illuſtrare atque inculcare debemus: vt omnes ferè catholici nouerint, ſe cum eccleſia doctores recipere, non cum doctoribus eccleſiæ fidem deſerere debere. Sed ego ità arbitror, quòd, cùm multos in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo penè ſit, qui Origenis tentationi valeat comparari: in quo plura adeo præclara, adeò ſingularia, adeò mira extiterunt, vt inter initia habendam cunctis adſertionibus eius fidem, quiuis facilè iudicaret. Nam ſi vita facit authoritatem, magna illi induſtria, magna pudicitia, patientia, tolerantia: ſi genus vel eruditio, quid eo nobilius, qui primùm in ea domo natus eſt, quæ eſt illuſtrata martyrio? Deindè pro Chriſto non ſolum patre, ſed omni quoque facultate priuatus, tantum inter ſanctæ paupertatis profecit anguſtias, vt pro nomine Dominicæ confeſſionis, ſæpiùs, vt ferunt, adfligeretur.

Notãdum.

Origenis tentatio.

Origenis genus & eruditio.

Neque verò hæc in illo ſola erãt, quæ cuncta poſteà tentationi forẽt, ſed tanta etiam vis ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes penè multùm longeq; ſuperãrit: tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia, vt pauca forent diuinæ, penè fortaſsè nulla humanæ philoſophiæ, quæ non penitùs adſequeretur. Cuius ſcientiæ cum Græcia cederet, Hebræa quoq; ab eo ſunt elaborata. Eloquentiam verò quid commemorem? Cuius fuit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, vt mihi ex ore ipſius non tam verba, quàm mella quædam fluxiſſe videantur. Quæ non ille perſuaſu difficilia diſputandi viribus elimpidauit? Quæ factu ardua, non vt facilima viderentur, effecit?

Origenis acre ingenium.

Origenis oratio melle dulcior.

Sed forſitan argumentorum tantummodò nexibus adſertiones ſuas texuit. Immò planè nemo vnquàm Magiſtrorum, qui pluribus diuinæ legis vteretur exemplis.

Sed credo, pauca conſcripſit. Nemo mortalium plura: vt mihi ſua omnia non ſolùm perlegiſſe, ſed ne inueniri quidem poſſe videantur. Cui nè quicquàm ad ſcientiæ argumenta deeſſet, etiam plenitudo exabundauit ætatis.

Sed forſitan diſcipulis parùm felix. Quis vnquàm felicior? Nempè innumeri ex ſinu ſuo Doctores, innumeri Sa-

Obiectiões ſup doctrina, ſcriptis, & diſcipulis Origenis, cum earum ſolutione.

Vixit enim ad annum vſq; ſeptuageſimum.

cer-

cerdotes, Confeſſores, & Martyres extiterunt.

Iam verò quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi valeat? Quis non ad eum paulò religioſior, ex vltimis mundi partibus aduolauit? Quis Chriſtianorum non vt prophetam, quis philoſophorũ nõ vt Magiſtrum veneratus eſt? Quam autẽ non ſolùm priuatæ conditioni, ſed ipſi quoq; fuerit reuerendus imperio, declarant hiſtoriæ, quæ eum à matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, cæleſtis vtiquè ſapientiæ merito, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiuſdem epiſtolæ teſtimonium perhibent, quas ad Philippum imperatorem, qui primus Romanorum principum Chriſtianus fuit, Chriſtiani magiſterij authoritate conſcripſit. De cuius incredibili quadam conſcientia, ſi quis, referentibus nobis, Chriſtianum non accipit teſtimonium, ſaltem teſtificantibus philoſophis, gentilem recipiat confeſſionem. Impius nanq; ille Porphyrius, excitum ſe ſama ipſius, Alexandriam ferè puerũ perrexiſſe, ibique eum vidiſſe iam ſenẽ, dicit: ſed planè talem tantumque, qui arcem totius ſcientiæ conſcendiſſet.

Scribit hac de re Euſebius eccleſiaſticę hiſtoriæ lib. 6.

Porphyrij de Origene teſtimoniũ

Dies me citiùs deſecerit, quàm ea, quæ de illo viro præclara extiterunt, vel ex minima ſaltem parte perſtringam: quæ tamen non ſolum ad religionis gloriam, ſed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quiſque tanti ingenij, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ virum aut facilè deponeret, ac non potiùs illa vteretur ſententia, ſe cum Origene errare mâlle, quàm cum alijs vera ſentire? Et quid plura? Eò res decidit tandèm, vt tantæ perſonæ, tanti doctoris, tanti prophetæ, non humana aliqua, ſed (vt exitus docuit) nimium periculoſa tentatio pluri mos à fidei integritate deduceret.

Sententia hæc fuit Ciceronis de Plato. lib. 1. Tuſcul. q.

Quamobrem hic idem Origenes tantus ac talis, dum gratia Dei inſolentius abutitur, dum ingenio ſuo nimiùm indulget, ſibique ſatis credit, cùm paruipendit antiquam Chriſtianæ religionis ſimplicitatem, dum ſe plus cunctis ſapere præſumit, dum eccleſiaſticas traditiones, & veterum magiſteria contemnens, quædã ſcripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit, vt de ſe quoque eccleſia Dei diceret: Si ſurrexerit in medio tui propheta. Et paulò pòſt: Non audies, inquit, verba prophetæ illius. Et item: Quia tentat vos, inquit, Dominus Deus veſter, vtrùm diligatis eum, an non. Verè non ſolùm tentatio, ſed etiam magna tentatio, deditam ſibi atq; in ſe pendentem Eccleſiam admiratione ingenij, ſcientiæ, eloquentiæ, conuerſationis, & gratiæ, nihil de ſe ſuſpicantem, nihil de ſe verentem, ſubitò à veteri religione in nouam prophanitatem ſensim paulatimque traducere.

Origenes Dei donis inſolentiùs abuſus.

Deut. 13.

Sed dicet aliquis, corruptos eſſe Origenis libros. Non reſiſto, quin potiùs & mâlo. Nam id à quibuſdam & traditum & ſcriptum eſt, non catholicis tantùm, ſed etiam hæreticis. Sed illud eſt quod nunc debemus aduertere, etſi non ipſum, libros tamen ſub nomine ſuo editos, magnæ eſſe tentationi, qui multis blaſphemiarum vulneribus ſcatentes, non vt alieni, ſed quaſi ſui & leguntur & amantur: vt ſi in errore concipiẽdo, Origenis non fuit ſenſus, ad errorem tamen perſuadendum, Origenis authoritas valere videatur. Hæc Vincentius Lirinẽſis. Hac de re Diui Hieronymi libet hîc quoq; proferre ſententiam. Sic enim ille in epiſtola ad Pammachium & Oceanum: Illud verò, inquit, quod aſſerunt, à quibuſdam hæreticis & maleuolis hominibus libros Origenis eſſe violatos, quàm ineptum ſit, hinc probari poteſt: Quis prudentior, doctior, eloquentior Euſebio & Didymo aſſertoribus Origenis inueniri poteſt? Quorum alter ſex voluminibus apologeticis ità eum, vt ſe, ſenſiſſe confirmat: alter ſic eius errores nititur excuſare, vt tamen illius eſſe fateatur: non ſcriptum negans, ſed ſenſum ſcribentis ediſſerens. Aliud eſt, ſi quæ ab hæreticis addita ſunt, Didymus quaſi benè dicta defendat. Solus inuentus eſt Origenes, cuius ſcripta in toto orbe falſarentur: & quaſi ad Mithridatis literas, omnis veritas vno die de voluminibus illius raderetur. Si vnus violatus eſt liber, num vniuerſa eius opera, quæ diuerſis locis & temporibus edidit, ſimul corrumpi potuerunt? Ipſe Origenes in epiſtola quam ſcripſit

Origenis libri ab alijs corrupti.

Diui Hieronymi ſentẽtia de Origenis librorũ per hæreticos & alios eius maleuolos corruptione.

pſit ad Fabianum Romanæ vrbis epiſcopum, pœnitentiam agit, cur talia ſcripſerit, & cauſas temeritatis in Ambroſium refert, quòd ſecretò edita, in publicū protulerit. Hęc ille. Verum ne quis fallatur, Ambroſius, de quo hic agit, Alexandrinus erat, vir vt nobilis, ità admodum diues. Hic quoniam Origenis induſtria, a Marcionis errore ad catholicam fidem reuocatus erat, ingenti ſtudio (vti par erat) ipſum complectebatur. Commentanti enim membranas, notarios, ac ea, quæ huic rei neceſſaria erant, abundè ſuppeditabat: nihil nō faciens, quo felix illud ingenium ad ſcribendum prouocaret. Hunc ergò cùm haberet ἐργοδιώκτην, hoc eſt, operis penſum exigentem, omne quod ab ſe ſcribebatur, ceu proprium is ſibi vendicans, amicis paſsim citra delectum legendum offerebat. Et hoc eſt quod Origenes ſuprà conqueritur.

Origenes hæreticis propè omnibus materiam erroris præbuiſſe creditus.

Illud porrò ſcire oportet (inquit Nicephorus lib. 17. cap. 27.) hunc ipſum Origenem eſſe, qui inſano Maneti & Sabellio, Arrio & Eunomio, atque reliquo maleſentientium choro, primus in ſcriptis eorum zizania adſpergendi ſeminandiq; author fuerit: vt qui finibus certis terminatam vim Deum habere, filium patre minorem, & rursùm Spiritum filio inferiorem, filium creaturam & germen patris, atque per omnia filium patre minorem, eundemque merum hominem, & creaturas coæternas eſſe DEO, dixerit. Alia denique huius generis abſurda prorsus & aliena, impiè per blaſphemiam effutijt, Platonicis opinionibus ſimplicem Apoſtolicorum dogmatum ſynceritatem miſcens atque confundens. Sed ex ipſis anathematiſmis, quos in eum Synodus quinta vniuerſalis Conſtātinopoli coacta, contorſit, qualis is vir fuerit, manifeſtò patebit. Qui de verbo ad verbum ſic habent:

Anathema ta in Origenem in quinta ſynodo generali Conſtantinopolitana, contorta.

1. Si quis dicit, aut ſentit, hominum animas veluti priùs extantes, intellectuales mentes ſiue naturas & ſanctas virtutes præexiſtere, contemplatione verò diuina exatiatas, atq; in deterius prolapſas, & quòd in eis charitas Dei refrixerit, indeq; ψυχὰς, id eſt, animas quaſi refrigeſcentes nominatas, & pœnę gratia in corpora demiſſas eſſe, anathema ſit.

2. Si quis dicit, aut ſentit, animam Domini præextitiſſe, vnitamq; eſſe Deo verbo ante incarnationem & natiuitatem ex virgine, anathema ſit.

3. Si quis dicit, aut ſentit, priùs formatū eſſe corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in vtero virginis ſanctæ, & deinceps vnitum eſſe ei Deum verbum atq; animam, vt quę priùs extiterit, anathema ſit.

4. Si quis dicit, aut ſentit, omnibus cæleſtibus ordinibus aſſimilatum eſſe Dei verbum, ità vt ipſi Cherubin factus ſit Cherubin, & ipſi Seraphin factus Seraphin, omnibusque adeò ſupernis virtutibus prorsùs eſſe exæquatum, anathema ſit.

5. Si quis dicit, aut ſentit, in reſurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora exuſcitanda, neque confitetur, erectos nos exuſcitatum iri, anathema ſit.

6. Si quis dicit, cælum & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ ſupra cælos ſunt, animatas quaſdam eſſe & materiales virtutes, anathema ſit.

7. Si quis dicit, aut ſentit, Dominū Chriſtum in futuro ſeculo pro dæmonibus quemadmodùm pro hominibus crucifixum iri, anathema ſit.

8. Si quis dicit, aut ſentit, virtutem Dei terminatam eſſe, eamq; tantum in creatione condidiſſe, quantum complexa ſit, anathema ſit.

9. Si quis dicit, aut ſentit, temporanea eſſe dæmonum & impiorum hominum tormenta, finemq; ea tempore aliquo habitura, ſiue reſtitutionem dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema ſit.

10. Anathema ſit Origeni, qui & Adamantius dictus eſt, & hæc promulgauit, vna cum deteſtandis eius & execrandis dogmatibus, & homini omni qui hęc ſentit, aut aſſerit, aut aliqua ex parte quocunquè prorsùs tempore ea defendere audet: in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Hucuſquè Nicephorus.

Qui de Origeniſtis plura volet, legat eundem Nicephorum, qui de eo varijs in locis ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ edifferit, quę hîc longum eſſet receuſere.

Origeniſtę noſtri temporis.

De his verò, qui hac noſtra tempeſtate Origenis errores reuocant, ità ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Origenis dogmata, inquit, quinto concilio Conſtantinopolitano, a 289. patribus damnata, nunc partim renouant, damnatos ſcilicet omnes dæmonas eſſe ſaluandos. Quod docuiſſe Ioannem Denkium Anabaptiſtam ait Sebaſtianus Francus. Hæc ille.

ORPHANI. 6.

Orphani ſunt ſecta Huſſitæ, qui exorti ſunt ſub Sigiſmundi Cæſaris Germani Imperio, & Martini quinti huius nominis ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 1420. De quibus Ioannes Nider lib. 3. Form. differens, tres ait præcipuas hæreticorum ſectas in Bohemia extitiſſe, Pragenſium videlicet, qui alijs tolerabiliores & mitiores, Orphanorum, & Thaboritarum, qui peſſimi erant. Orphani verò dicuntur, teſte Aenea Syluio lib. de origine Bohemorum, cap. 48. propterea quòd Ioanne de Ziſcha eorum duce mortuo, quē inuincibilem putabant, ingens mœror ſeditioſum illum exercitum inuaſiſſet, perindè atquè orphani vel orbati eſſent tanto eorum duce, ſub quo prædas agere ſolebant. Ex quo effectum, vt Thaboritæ in duos exercitus diuiderentur, alij vetus nomen retinentes, alij Orphanorum appellationem & nomenclaturam, ob ducis ſui interitum, ſibi indentes. Hi porrò Orphani Morauiam vicinasq; regiones aſſiduis incurſionibus infeſtabant. Et quanuis velut hæretici inter ſe diſcordes eſſent, concordes tamen contra Iudam pugnabant, & propter deceptorum prædam quidam inter ſe diſcordabant, ex vna duas hæreſes conſtituentes. Inter quos hæreticos, poſt Ziſcham quidam Procopius nomine, eorum dux & patronus factus eſt, de quo vide loco ſuo. Hæc ille.

Tres hæreticorum ſectæ in Bohemia.

Orphani vnde dicti.

Hi, quòd Ioannis Huſſi hæreſi infecti erant, eccleſias inuadebant, euertebant templa, ſacraria ſpoliabant, monaſteria deſtruebant, fugabant monachos, Dei ſacerdotes & viros religioſos gladio occidebant, ſacras diuorum imagines aut igni cremabant, aut in fruſta comminuebant, chriſmate & oleo ſacro calceos & ocreas inungebant, aliaq; ſimilia facinora perpetrabant.

Orphanorum execranda facinora.

Sub vtraque ſpecie communicabant ſine præuia ſacramentali confeſſione, & ſuam perfidiam armis defendebant.

Eorum hæreſis.

Tanta autē cæcitate ſunt tandem percuſſi, vt vna ſecta alium inuaderet, & victrix victam occideret, hæreticus hæreticum. Quomodò verò hæc Orphanorum & Thaboritarum lues ſit tandem prorsùs deleta, refert idem Syluius eodem de Origine Bohemorum lib. cap. 55. in hæc verba: Mainardus, inquit, quidam catholicus & nobilis vir, quoddam bellum ſe fingebat agere velle, & ad eam rem neceſſarios eos fore dicebat, qui ſub Procopio militâſſent: quapropter voce præconis edixit, vt omnes qui ſub ſe ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima reciperent. Cauerent aūt, nè rudes inexpertosq; belli ſecum admitterent. Itaq; in ea introiērunt horrea pleraq; Orphanorum & Thaboritarum millia, homines nigri, ad ſolē & ventum prorsùs indurati, & aſſuefacti, adſpectu tetri atque horribiles, & qui circa fumum in caſtris ſedulò vixiſſent, aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris, membris hiſpidis, cuteque adeò dura, vt ferrum quaſi lorica repulſura videretur. Clauſa ſunt confeſtim horrea, & ignis immiſſus horreis, quo fæx illa & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa, quæ patrauerat, ſcelera, exuſta, contemptæ demùm religionis pœnas dedit. Hæc Aeneas Syluius. De his vide plura in Thaboritis, & Ioanne de Ziſcha

Orphanorum & Thaboritarum lues quomodo tandèm deleta

OSIANDRIANI. 7.

Oſiandriani ſeu Oſiandrini ab Andrea Oſiādro Lutherano dicti ſunt, ad primā vtiq; noſtri temporis Euāgelicorum claſſem pertinentes.

Hic, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, quum ſibi ſpiritum iſtū nactus Euangelicum videretur, id eſt,

diſſenſionis magiſtrum, nec Lutheri quidem veſtigijs conſiſtere potuit, tametſi plurima Lutheri loca ad ſuæ doctrinę confirmationem adduxerit.

Oſiādri hæreſis.

1. Docet autem, hominem iuſtificari non fide, ſed eſſentiali iuſtitia Chriſti in nobis habitante, vt non ſit gratiæ in credentibus, ſed naturæ, ait Querela Lutheri.

Oſiandri mors.

2. Hic etiàm (eodem Lindano teſte) ſe eſſe alterum Enoch iactitabat. De quo tamen narrat Palladius, quòd tandèm planè mutus vt beſtia, horribiliter extinctus eſt, anno 1552. die 17. Octobris. Hæc Lindanus.

Oſiāder malè tractatus à Confeſſioniſtis.

De hoc item ſcribit Hoſius de hæreſibus noſtri temporis lib. 1. in hunc modum: Intereà, inquit, de iuſtificatione inter Confeſſioniſtas ingens eſt exorta dimicatio. Nam cùm in Auguſtana Confeſſione minùs dilucidè fuerit locus hic explicatus, fas ſibi eſſe putauit Andreas Oſiander, clariùs de eo aliquid diſſerere. Quod cùm feciſſet, non relata priùs re ad Philippum, & eos, qui Confeſſionis Auguſtanæ præcipui ſunt doctores, tantę fuerunt excitatæ tragœdiæ, vt non longè res abſuerit à ſeditione.

In Oſiandrum à Cōfeſſionis iactata conuicia.

Cuius tandèm criminis non eſt inſimulatus Oſiander? Quę conuicia & maledicta in eum iactata non ſunt? Vocatus eſt, vt ipſe ſcribit, Hæreticus, Antichriſtus, Iudæus, niger diabolus, Draco, Homo nefarius, Conſceleratus, Hoſtis Chriſti. Fuit etiàm de eo confictum, quacunquè incederet, quòd eum in ſpecie canum duo diaboli comitarentur, quos tamē nō cuiuis videre liceret, quodque quo tempore cibum & potum in inferiore cum ſuis hypocauſto ſumebat, vbi vacare ſolitus erat literarum ſtudijs in ſuperiore ſedens in illius loco diabolus viſus fuerit ſcriptitare. Et alia id genus pleraque. Tum & illud ſparſum de illo fuit, quod affirmaret, Chriſti paſſionē & mortem nullum nobis fructum attuliſſe, cùm tamen in ſcriptis illius diuerſum reperiatur. In ſumma, tantum fuit odium homini conflatum, vt non ipſe modò tanquàm impius haberetur, verùm etiàm qui ſermones eius audiebant, à cōmunione cæterorum, qui ſe pios exiſtimabant, arcerentur, ac ne ſepultura quidem communi digni ducerentur.

Oſiādri doctrina Vuittembergæ damnata, Vuirtēbergæ approbata à Confeſſioniſtis.

Miſſum fuit Vuittembergam, vt de doctrina eius iudicium fieret: damnata eſt per Philippum, Pomeranum, Forſterum, & alios. Miſſum eſt Vuittembergam: approbata eſt per Brentium, & qui ſunt eiuſdem ſectæ. Hîc vides, de vna eademq́; doctrina, quàm diuerſum fuerit iudicium Vuittembergenſium & Vuittembergenſium Doctorum, cùm tamen inter vtroſq́; non ſit niſi vnius literæ diſcrimē, cùm prolatis etiàm è Lutheri libris locis aliquot, planum facere conetur Oſiander, quod ipſe ſcripſerit, idem de iuſtificatione ſenſiſſe Lutherum: nimirùm eſſentialem Dei iuſtitiam habitantem in nobis, & excitantem nos ad benè agendum, eſſe iuſtificationem noſtram. Hæc Hoſius.

De hoc vide Staphylum in de Lutheranorum inter ſe concordia.

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

ELEN-

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER QVARTVSDECIMVS.

DE LITERA P.

PACIFICI. 1.

PAcifici hæretici, ſunt ſecta Anulutherani, ad tertiam noſtræ tempeſtatis Euangelicorum claſſem ſpectantes. De his Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo ſcribit in hunc modum: Inter Anabaptiſtas, inquit, alij ſe pacificos iactant, vndè & ſeſe apud imperitam plebeculam, nomine domùs pacis venditant. Hanc autẽ tã diù amplexantur, donèc impunè in omnium fortunas, adeoq; corpora graſſari liceat: quemadmodùm ſuo exemplo docuêre Amſterdami anno 1535. & ſequẽti Leidis: vti & varia per alia Hollandiæ ac Friſię loca, vt in Poeldyko, Hazerſſon, & Oudeclooſter. Hæc Lindanus.

Pacificorũ hæreticorũ dolus & vafrities.

PARMENIANISTAE. 2.

PArmenianiſtæ à Parmeniano Carthaginenſi epiſcopo, Maiorini ſucceſſore, ſunt appellati. Hic cùm Donati partes ſequeretur, multas turbas in eccleſia Afriana conciauit atq; inuexit, circa annum Domini 389. ſub Valẽtiniano 2. Imperatore, & Siricio, Romano pontifice. nam ſeditioſus magis & ambitioſus, quàm doctus erat: quod ex ipſius ſententijs & ratiocinationibus per Optatũ Mileuitanum epiſcopum (qui eius hæreſim et acta ad viuum deſcripſit) & diuũ Auguſtinum addiſtis, à ratione mirandum in modum diſſentaneis, colligere licet. Nõ ceſſabat tamen ille cùm publicis exhortationibus, tum ſcriptis, maximam Africanorum partem ſeducere, & ad ſuam erroneam pellicere ſententiam. Id quod potiſſimùm quadam epiſtola ad epiſcopũ Ticonium miſſa, peregit, qui cũ ſecta Donatianus eſſet, & ad catholicã eccleſiã redire cuperet, eũ auertere conabatur. Cũ itaq; Donatiſtæ, eodẽ Parmeniano duce & cohortatore, in ſuo errore ſedulò perſeuerarẽt, magisq; atque magis eiuſdem euulgarent ac laudibus efferrent epiſtolã, coactꝰ tandèm fuit diuus Auguſtinus in eum tres conſcribere libros. Is nempè Parmenianus inter ſuos populares tantæ famæ, celebritatis, & gloriæ tunc temporis erat, vt qui ſuæ ſectæ & ſchiſmaticæ factionis erant, non Donatiſtæ, ſed Parmenianiſtę appellarẽtur. Hos diuus Hieronymus in ſuis Chronicis, Montenſes vel Montaniſtas nuncupat, ob eam, quam Optatus ſecundo ſui voluminis libro recenſet, rationem, cùm de Donatiſtis qui ſuo tempore Romæ degebant, verba facit.

Parmenianus nõ tã doctus, q̃ ſeditioſus.

Parmeniani nequitia.

Mõtaniſtę, Donatiſtę, et Parmenianiſtæ, idẽ.

De his Philaſtrius libro de hæreſibus ſcribit in hunc modum: Montaniſtę sũt, inquit, qui rebaptizãt ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmũ eccleſiæ Catholicę, aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt: qui & Donatiani dicuntur, à quodam Donato in Africa conſtituto, q̃ hanc hæreſim ſeminauit. Qui & Parmeniani nunc appellantur à Parmenione quodam, qui eorum nupèr ſucceſſit erroribus & falſitati. Hæc Philaſtrius.

Philaſtrius.

1. Quamuis autem iſti (quemadmodũ diuus ſcribit Auguſtinus libro de hæreſibus ad Quoduultdeum) patrem & filiũ, & ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe ſubſtãtiæ faterentur; negabant tamen, filium æqualem eſſe patri, & ſpiritum ſanctum filio: Adeò quidem, vt Theodoritus illos in Arrianorum numerum redigat.

Parmenianiſtarum hæreſes.

2. Dicebant etiàm, hominem itã ſuum habere arbitriũ, vt ſi velit, in Deum cre-

dat, vel non credat, ſi illi ità videre videatur & placeat. & ità in eo quod credit, ſi velit, perſeueret, vel non perſeueret. Ex quo quidem dicebant effectum, vt, quum per orbem vniuerſum eccleſia multiplicata & adaucta eſſet, in ea homines perſeuerare noluerint, & indè religio Chriſtiana defeciſſet in cunctis hominibus, prætetquàm in his, qui Donati dogmati conſenſiſſent. De quo vide Auguſtinum li. 2. contra Petilianum, cap. 19.

3. Prætereà Parmenianiſtæ & Donatiani, Nouatianorum errorem ſunt ſequuti, cùm ſe Catharos, puros à peccato, & innocentes appellari vellent. Nunquàm enim communicare cum his, quos peccatores exiſtimabant, voluerunt, & cum his potiſſimùm, qui perſequutionis tempore Deum offendiſſe cognoſcerentur. De hoc vide Epiphanium libro ſecundo, tomo primo, hæreſi quinquageſimanona.

Si poſtremò alios Parmenianiſtarum errores atque hæreſes, quas contra Eccleſiam & eius Sacramenta commenti ſunt, ſi de eorum miniſtris, peccato, martyrio, & alijs ab eadem Catholica eccleſia alienis ritibus, nôſſe cupias, vide Optati, quam in Parmenianum potiſſimùm conſcripſit, hiſtoriam: in qua libro primo cū de fractione altarium loqueretur, de eo hoc inter reliqua eius facinora profert elogium: Hoc immane facinus geminatū eſt, dum fregiſtis calices, ſanguinis CHRISTI portatores, quorum ſpecies reuocâſtis in maſſas, mercedem nefarijs nundinis prouocantes. Lege etiàm lib. 2. Auguſtini contra Creſconium, cap. 3. & 4. De his etiàm vide plura in Donatiſtis, Maiorino, & Montaniſtis.

PASCHATITAE.

3.

PAſchatitæ erant olim ij, qui ſub Cōmodo Imperatore & Sotero ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 182. de Paſchatis obſeruatione in eccleſia quæſtiones mouebant: aſſerentes (vt verbis Philaſtrij Brixienſis epiſcopi vtar) quattadecima luna celebrādum eſſe Paſcha, non autem ſicut Eccleſia Catholica celebrat, ſed menſe Martio ſemper celebrandum. Quod cùm faciūt, inquir, non Dominicam diem ſemper cuſtodiunt Paſchę, neque computant horas & dies, ſed ſecunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut ſexta die celebrant. Et ex hoc errore non cognoſcunt diem Paſchæ DOMINI noſtri veram & ſalubrem vnā orbi terrarum ſtatutam & confirmatam à Domino curſu numerali lunæ, menſibus, & emboliſmis. Et cùm hæc non cōputant, ignorant quid celebrant. Iſti porrò qui cum Iudæis ità debere fieri paſcha aſſerunt, in Galatia, Syria, & Phrygia cōmorantur, & Hieroſolymis, qui ſanè cùm Iudæos ſequuntur, ſimili cum eis errore depereunt. Et in hoc ſuum Iudæi confirmant mendacium, cùm prouident quoſdam Chriſtianos legis indoctos, eorum magìs ſequi vanitatem, quam regulam catholicæ veritatis. Et nihilominùs ij, cùm ipſum paſcha illis concelebrant, hoc pacto conſortes Iudæorum criminis & ſceleris eſſe manifeſtantur, atque ab omnibus dignoſcuntur. Hæc Philaſtrius.

Paſcha à ſchiſmaticis Iudaico more celebratum.

Iudæorum mēdacium & vanitas.

Hanc nanque diſſenſionē inter Chriſtianos cùm videret Victor, Eleutherij in Papatu ſucceſſor, & quem ſub Commodo martyrium ſubijſſe ferunt, ſanxit vt paſcha à quattadecima luna Martij ad vigeſimamſecundam, contra morem Iudæorum, celebraretur, idque die Dominica. Quem tamen Victorem, teſte Euſebio, Irenæus increpare auſus eſt, quòd fratres in Aſia in Paſchatis celebratione à ſe diſſentientes, excommunicare, atque à ſua eccleſia diuidere ſtatuiſſet. Hæc Euſebius lib. 5. cap. 20.

De hac re Niceph. eccleſiaſt. hiſt. lib. 4. cap. 36. apertiſſimè ſcribit in hunc modū: Enimuerò circa finem imperij Commodi, inquit, inter Orientales & Occidētales eccleſias non parua incidit quæſtio. Eccleſiæ nanque Aſiaticæ ex traditione vetuſta, quæ ad eas vſque ad id tempus tranſmiſſa erat, quartumdecimum diem lunæ obſeruandum eſſe neceſſariò duxerunt: quandò & Iudæi ex præſcripto legis agnum mactare, & Paſcha ſuum manducare ſoliti ſunt. Perindè atquè neceſſitas prorsùs quædam impoſita eis eſſet, in quemcunque diem hebdomadis incidiſſet,

Quęſtio de tempore celebrādi paſchatis, inter Aſiaticas & Occidentales eccleſias.

ſet, eo ipſo die ſtata conſuetaque ſoluerētur ieiunia: & (vt ſemèl dicam) vnà cum Iudæis, apud ipſas quoquè ſacrum noſtri Paſchatis myſterium celebraretur. Reliquæ verò per Orientem & item per Occidentem eccleſiæ, non licere id ita facere aſſeuerabant: ſed potiùs obtinente tum, quam antiquitùs ex Apoſtolorum traditionibus continuatam accepiſſent, conſuetudine, ſtandum eſſe. Non enim decere alio, quam reſurrectionis Dominico die, ieiunio reiecto, Paſcha celebrare.

Tum enim Chriſtiani ieiunare deſinunt.

Hoc verò modo controuerſia & diſſidio multò maximo in eccleſijs vſque adeò exorto, vt inter ſe ſibi aduerſariorum partes, vtrinquè antiquitùs traditā conſuetudinem obtinere debere contenderent, conuentus epiſcoporum varijs in locis ſunt acti. Vbi quum in eandem conceſſiſſent ſententiam, poſteà omnibus vbiquè eccleſijs decretum ſiue edictum ſcriptum promulgârunt & propoſuerunt, vt decæterò, non alio quàm Dominico die, tremendum reſurrectionis & Paſchatis myſterium, ieiunio tum ſoluendo, celebraretur. Circumferuntur etiamnū celebratarum eo tempore ſynodorum literę, quæ variarum hinc & indè eccleſiarum epiſcopos deſignāt: Romæ ſcilicet Victorem, Hieroſolymitanæ Narciſſum, Cæſareæ Palæſtinæ Theophilum, Tyriæ Caſſium, Ptolemaidis Clarum. Eædem literæ, Ponti eccleſijs tum præfuiſſe indicant antiquiſſimum Palmam: Galliæ autem, & regionum quæ ad Rhenum flumen ſunt, Irenæum: Corinthi autem, Bacchylum: & prouinciarum aliarum alios, qui vno ſuffragio & ſententia omnes, Dominico die Paſcha celebrandū ſanxerunt, Narciſſus ſanè & Caſſius Palæſtini, & Clarus à Ptolemaide, & qui prætereà in eandem conuenére ſynodum, quum primùm quamplurima de traditione, quam initiò ab Apoſtolis ſumptā vſq; ad tēpora ſua cōſeruârāt, expoſuiſſent, circa finē ſynodalis decreti, hæc quoquè addidêre: Epiſtolæ huius noſtræ, facite vt ad eccleſias omnes exempla mittantur: nè ſcilicet rei atque participes ſimus eorum, q facilè animas ſuas decipiunt atque ſeducunt. Certiores autem vos facimus, eodem prorsùs die Alexandriæ, quo apud vos, Paſcha celebrari. Literas nanque ea de re ad illos dedimus, atque illi itidèm ad nos ſcripſère, ità vt vno conſenſu ſimul ſanctum hunc peragamus diem. Ad omnes igitur vnum hoc præſcriptum & regula eſt diuulgata.

Deciſio eiꝰ quæſtionis vt ipſo reſurrectiōis Chriſti die Paſcha Chriſtiani celebrent.

Aſiani autem ſententiam adhuc ſuā retinebant, & ſe ad finem vſque traditiones Apoſtolicas defendere oportere opinabantur. Sētentiæ eorum primarius potiſſimum propugnator erat Polycrates, eccleſiæ Epheſiorum antiſtes. Hic magnus & Apoſtolicus vir habitus, traditionem & authoritatem Apoſtolicam ad tēpora ſua durantem, Victori epiſcopo & eccleſiæ vrbis Romanę declarans, ad hūc modum ſcripſit:

Aſiani recepto more Paſcha quartadecima die mēſis Martij ſibi celebrādum eſſe putant.

Nos profectò diem hunc intemeratū atque inuiolatum, neque addentes neq; auferentes quicquam, peragimus. In Aſia namque ingentia primordia dormiūt ac conquieſcunt, quæ quidem reſurgent in aduentûs Domini noſtri die: quo die cum gloria è cælis veniet, & exuſcitabit omnes ſanctos: Philippus videlicet ex duodecim Apoſtolis vnus, qui Hierapoli obdormiuit: duæque filiæ eius, ad decrepitam vſque ætatem virgines: & alia prætereà filia eius, in ſpiritu ſancto curſu vitæ abſoluto, Epheſi quieſcit. Itidèm & Ioannes, qui ſupra pectus Domini recubuit, quique ſacerdos creatus, pontificium inſigne, petalum ſcilicet, ſiue auream in fronte laminam, martyr ſimul & doctor geſtauit, Epheſi obijt. Præterea Polycarpus Smyrnenſis epiſcopus & martyr, item Thraſæas Eumeniæ epiſcopus, idemque martyr, Smyrnæ morte ſopiti ſunt. Quid Sangarim epiſcopum & martyrem dicam, qui Laodiceæ mortuus eſt: Prætereà beatus Papyrius, & Melitô eunuchus, qui per Spiritum ſanctum vita peracta, Sardis humatus eſt, viſitationē è cælis expectans, in qua à mortuis reſurget. Iſti omnes retinuerunt & ſeruârunt decimumquartum diem Paſchatis, iuxta Euangelium, nihil tranſgredientes, ſed præſcripto canonum fidei inſiſtentes.

Polycratis Epheſij antiſtitis verba ad Victorē Romanum epiſcopum.

Sancti homines in Aſia ſepulti.

S. Philippꝰ.

S. Ioannes.

S. Polycarpus.

Thraſæas.

Sangaris.

Papyrius.

Meliton.

Ego quidem veſtrûm atq; adeò omnium minimus Polycrates, iuxta cognato-

rum

rum meorum, ex quibus quoſdam ſum conſectatus, (ſeptem enim cognati mei epiſcopi fuêre, ego octauus ſum) traditionem ambulo. Et cognati mei ſemper diẽ hunc, quãdo Iudæorum populus azyma comedit, celebrârunt. Ego, inquam, fratres, ſexaginta & quinque annos natus in Domino, qui cum totius orbis fratribus hac de re contuli, & ſcripturam ſanctam omnem perlegi, nihil moueor aut perturbor minacibus denunciationibus & terroribus. Nam qui me longè maiores fuêre, plus obediendum eſſe Deo, quàm hominibus, edixêre.

In fine porrò, epiſcoporum omnium qui ſententiæ ſuæ conſentientes affuerunt, meminit, ſic ſcribens: Poſſem quidẽ epiſcoporum, qui mihi affuêre, edere nomina, quos ità, vt voluiſtis, accerſens euocaui: ſed eorum nomina ſi aſcriberem, multitudo eorum in immenſum excreſceret. Illi autem tenuitatis meæ probè cõſcij, epiſtolam ſententia ſua comprobârunt: non ignorantes, me non fruſtra canos circunferre: tum autem vitam me ſemper in Chriſto Ieſu egiſſe ſciunt. Hæc Polycrates.

Victor Romanus epiſcopus Aſianos excõmunicare ſtatuit: quẽ ab ea ſententia epiſcopi alij Occidẽtales abduxerũt, inter quos fuit beatus Irenæus.

Victor verò Romanus epiſcopus, literis eiuſmodi acceptis, extemplò Aſiæ, eique finitimas eccleſias, veluti alienũ atq; diuerſum dogma propugnantes, reijcere, & ab vnitate catholica arcere, in animo habebat. Quam ob cauſam & ſubitò literas conſcripſit, quibus illos publicè notabat, omneſque ſimul à communione ꝓhibebat. Atque ille quidem eiuſcemodi ſumpſerat conſilium. Verùm id alijs, qui cum eo erant, epiſcopis minùs placuit. Itaque illum ſunt adhortati, vt benignius per conſilia pacata de eis, qui idem fidei prædicarent dogma, ſtatueret: neque tam facilè, re intentata, proximorum abijceret & poſthaberet vtilitatem: Senſim id & doctrina & tempore aliquandò corrigi ac perfici poſſe. Et acrius ſeueriuſq; cum illo, qui gloria eos anteiret, egerunt: inter quos & Irenæus erat, vt quidem ex eo ſcripto, quod Galliarum eccleſiarum, quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Adſtruit quippe & ipſe, debere quidem omninò Dominico die Paſcha peragi: nequaquam tamẽ Victori permittit, vt tantam eccleſiarum multitudinem ab eccleſiaſtica vnitate ſegregaret: idq́ue, cùm vetuſtæ & Apoſtolicæ conſuetudinis obſeruent traditionem. Multa ſanè præclarè, & vt par fuit, Irenæus de pace & vnitate ad Victorem ſcribens, hæc quoquè refert. Operæpretium enim eſt, ſicuti de Polycrate modò fecimus, verba eius perutilia & neceſſaria eccleſiæ futura, adducere.

Locus animaduertẽdus.

Præclara Irenæi ad Victorem verba.

Irenæus ità ſcribit: Non modò enim de die, verùm etiàm de ieiunij ſpecie controuerſia & quæſtio eſt. Quidam nanque exiſtimant, vnum ipſos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diem metiuntur. Atqui varietas hæc obſeruationum non ætate noſtra exorta eſt, ſed longè anteà apud Maiores noſtros extitit: qui ità, vt decuit, accuratè conſeruatam per ſimplicem ſinceritatem conſuetudinem, ad poſteros tranſmiſêre. Nihilominùs tamen iſti omnes pacem tenuêre, atque etiamnùm pacem inter nos retinemus: & ieiunij diſſenſio, fidei conſenſum confirmat.

Varietas in obſeruatione ieiunij.

His verbis hiſtoriam annectit, dignã profectò quæ hic quoq; inſeratur. Enimuerò qui Soterem præceſſerunt presbyteri, & eccleſiam, quam tu nunc gubernas, adminiſtrârunt, Anicetum dico, Pium, Higinum, Teleſphorum, & Xiſtum: neq; ipſi ità Paſcha & ieiunium obſeruauerũt, neque eos, qui cum illis fuêre, obſeruare permiſerunt. Sed nihilominùs ipſi non obſeruantes, pacem tenuerunt aduerſus eos, qui ad ſe ex eccleſijs, quæ ità obſeruarent, venerunt. Atque equidem maximè inter ſe iſta, obſeruare ſcilicet, & non obſeruare, diſſidebant. Nunquàm tamen eã ob rem aliqui ſunt reiecti. Quin ipſi non obſeruantes, qui antè fuerunt presbyteri, aduenientibus ex eccleſijs obſeruantibus Euchariſtiam miſerunt. Ac cùm beatus Polycarpus peregrè Romam ſub Aniceto veniſſet, & aliquantulùm illi inter ſe de rebus nõ magnis diſſiderent, eis ſtatim compoſitis, deinceps nihil quicquam cõtrouerſiæ inter ſe de hoc capite mouerũt. Neque enim Anicetus Polycarpo perſuadere potuit vt non ità obſeruaret: quippe

Euchariſtiæ communis participatio, cõmunionis, charitatis & vnitatis eccleſiæ certiſſimum ſymbolum.

pe

pe qui id poſt Ioannem Domini noſtri diſcipulum, & reliquos Apoſtolos, cum quibus vixerat, ſemper obſeruâſſet: neq; Polycarpus Anicetum, vt obſeruaret, induxit, conſuetudinem eorum, qui nos præceſſerunt presbyterorum retinendam eſſe allegantem. Quæ cùm ità ſe haberet, communionem inter ſe celebrârunt. Et in ipſa eccleſia Anicetus Euchariſtiæ miniſterium Polycarpo honoris ergò permiſit. Atque ità in pace per diſceſſum ſūt ſeiuncti: pacem quoquè eccleſijs, ſiue obſeruarent, ſiue non obſeruarent, retinentibus.

Irenæus egregius ecclefiarum pacificator. Quapropter egregius, vt aptiſſimo nomini ſuo reſponderet, pacificator Irenæus fuit, qui ſic interceſſione ſua pacem eccleſiæ conciliârit, & non modò cum Victore, ſed etiam cùm alijs permultis Eccleſiarum antiſtitibus, congruentia conuenientiaque eis quæ diximus, de propoſita quæſtione afferendo, egerit. Quod verò ratio non perſuaſit, id dies poſteà perfecit. Nam hac in re Aſia vix tandèm ceſſit: & vbiquè terrarum in orbe decretum eſt, vt non cum Iudæis, ſed ipſo Dominico die myſterium Paſchæ peragatur. Quā uìs adhuc in Aſia reliquiæ quædam maneant, conſuetudinem eam in paucis, prorsùs inuiolatam retinentes. Vndè etiam Quatuordecimani cognominati ſunt, cōſuetudinem eam, & alia quædam ex illegitimis & ab Eccleſia reiectis libris decerpta ſeruantes, & nominibus quorundam magnorum Apoſtolorum ea in re abutētes. Porrò de Paſchate quæſtio ità eſt deciſa. Hæc Nicephorus. De qua re vide etiàm in Quatuordecimanis, Teſſareſcedecatitis, Nouatianis, Montaniſtis, Peputitis, Samaritanis, & Sabbatio.

Quatuordecimani, ſeu Teſſareſcedecatitę & Paſchatitæ idem.

De noſtræ ætatis Paſchatitis. De his verò, qui hac noſtra ætate hunc Paſchatitarum errorem renouare contendunt, ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Sunt, inquit Sabbatharij, qui an cum ſabbatho & Dominicam colant, incertum habeo. Sanè huic ſabulæ præludium diabolus ſtuduit per Lutherum edere. Nā libro de concilijs, principibus perſuadere conatur, feſtum Paſchæ eſſe inter immobilia feſta computandum, vt in quenuis diem incidere queat, ſicutì dies natalis, Purificationis, & Apoſtolorum. Iudaizare enim, & nimis ſuperſtitioſè agere eccleſiam & patres Nicenos ait, quòd poſt plenilunium Martij, diem Paſchatis in diem ſolis collocārunt. Quod ſi ex Lutheri ſententia fiat, iam Apoſtolica periērit traditio, qua poſt Sabbatum, Dominicam voluēre colendā Reſurrectionem.

Lutherus feſtum Paſchæ vult transferendum inter feſta immobilia.

Ab hac Iudaica prophanatione non abludit, quòd Proteſtantium quidam carnium inopia adacti, aliquot dies coguntur à carnibus abſtinere, quod, Catholicorum odio, mâlle feruntur die Dominico, quàm alia quauis hebdomadis feria.

Fortaſſis illius magni Antichriſti opus futurum eſt, vt dies Dominica ſemèl aboleatur. Quid enim illi ſuo mancipio peculiariter relinqueret moliendum & innouandum Satan, ſi nunc diem Dominicam vbiquè immutaret? Omnia enim Chriſti Domini beneficia diabolus per electa ſua iſthæc Euangelicorum organa Lutherum & Caluinum, alios que non modò ſeductis illis Chriſti ouiculis fecit inutilia, immò venenato ſuo toxico peſtifera: ſed ipſum adeò Chriſtum (ſi fieri poſſet) Chriſtianorum ſemèl euulſit cordibus, ore nunc paſsìm excluſit, adeoq; ſuo deturbauit cæleſti throno. Hæc Lindanus.

Chriſtus Euāgelicis per falſa Lutheri & Caluini dogmata factus eſt mors

PASCENTIVS.

4.

Paſcentius quidam Comes in Aphrica fuit, Arrianæ hæreſis fautor acerrimus, tempore Diui Auguſtini, aduersùs quem etiàm diſputauit idem pater, & ad quem in hanc rem aliquot miſit epiſtolas, quibus omni conatu illum ab hac inſania abducere contendit: quæ diſputatio inter ipſius Auguſtini epiſtolas reperitur, epiſt. 178. Viguit autem hic Paſcentius ſub Archadij & Honorij Imperatorum principatu, Innocētio verò huius nominis primo, pontificatum ſummum agente, circa annum Domini 409.

Iſte cum authore ſuo Arrio dicebat, filium minorem eſſe patre, neque cum eo eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, ſed meram eſſe creaturam. Vide reliqua in Arrianis.

Paſcentij hæreſis.

PASSIONISTAE.

5.

Paſſioniſtarũ hæreſes. Paſſioniſtæ ſunt hæretici, qui (authore Philaſtrio) circa paſſionem Chriſti aberrant, dicentes Chriſtum in ſua paſſione ità carnem dimiſiſſe, & in cęlum ſic aſſcendiſſe, vt non ſit iam in carne diuinitas. Neque enim poſt paſſionẽ reſurrexit in carne, neque cum carne aſſcendit (inquiunt) in cælum, cùm ſalus omnis hominum in paſſione carnis ipſius, & reſurrectione, & aſſcenſione in cælum conſiſtat, ſine cunctatione nobis & credentibus vniuerſis: cùm & Apoſtolis angeli dixerint, pro noſtra fide ac lætitia, in actibus Apoſtolorum: Sicut vidiſtis eum aſſcendentem in cælum, ſic eum iterùm ſperate venturum de cælo. Act.1. Hæc Philaſtrius.

PASTILLARII.

6.

Paſtillariorũ dogma. Paſtillarij ſunt (authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) q corpus quidem Domini præſens in ſancta Euchariſtia fatentur, ſed in pane aut ſub pane, vti ferina in paſtillo, aut pillulæ in ouo recondite. Sic quatuordecim illi Paſtores Sueuici, quorum nunc Brentius anteſignanus, cùm Oecolampadiũ oppugnarent communi ſcripto. Sunt autem ij ſecta Lutherani, ad primam vtiquè noſtræ ætatis Euangelicorum claſſem pertinentes.

Lutheri ſectæ trigintaquatuor. Lutheri nempè ſectam eſſe circiter in trigintaquatuor ſectas diuiſam, ait Bredẽbachius in pſalmum 67. quæ ſe mutuùm editis libris oppugnant, præter eas, quæ in indocta plebe latent. Plura enim Lutheranorum deprehendes genera, ſi (vti ait Cleiuuitzius) ſupputes varias præſentis corporis Domini in Euchariſtia ſentẽtias. Alij enim adeſſe, alij ineſſe, alij ſubeſſe, alij eſſe cum pane, alij circa panem. Alij deniquè aliter nouum Lutheri figmentum efferunt.

Diuerſa Miſſæ celebratio apud Lutheranos. His alias adde Lutheranorum ſectas, quæ ſuam, quam dicunt, Miſſam Euangelicam aliter atque aliter celebrant. Alij ſemilatinam, alij habitu laico, alij eccleſiaſtico. Aliter denique Vuittembergæ, aliter Norimbergæ, aliter per ducatum Vuittembergenſem, aliter per Brandemburgenſem, aliter per Bauariam ſuperiorem.

Euchariſtię eleuatio apud quoſdã Lutheranos abolita. Sunt & qui Eleuationem ſacræ Euchariſtiæ retinent, vt teſtatur Cleiuuitzius contra Heshuſium: ſunt & qui aboleuerunt hunc ritum, ait Heshuſius. Hactenùs Lindanus.

PASTORICIDAE.

7.

Paſtoricidæ (eodem Lindano authore vbi ſuprà) ſunt, qui in Paſtorum Eccleſiæ aut Sacerdotum catholicorum necem coniurant: quorum ſcelere plurimi per Rynlandiam & Galliam periere, iniecto in collum laqueo, in foſſam præcipitati & demerſi. Paſtoricidarum ſcelus. De qua re vide Claudium Sanctium libro quem de templorum direptione edidit anno 1562. Sunt autem iſti ſecta Antilutherani & Anabaptiſtæ, ad tertiam nimirùm noſtri temporis Euangelicorum claſſem ſpectantes.

PATRICIANI.

8.

Patriciani à Patricio quodam Romano (authore Philaſtrio) dicti sũt. Quo verò tempore emerſerint, neq; ex Auguſtino, neque ex Philaſtrio conſtat, ſicut nec Paterniani, de quibus ſequẽti capite dicetur.

Patricianorũ hęreſis. Dicebant autem ij, carnem hominis non à DEO, ſed à diabolo factam eſſe: ideoque eam contemnendam, & modis omnibus abijciendam decernebant: adeò quidem, vt (eodem Philaſtrio & Auguſtino teſtibus) vltrò ſibi mortem conſciſcere non dubitarẽt, quò vel ſic tandèm carne carere poſſent.

Quæ hæreſis incarnationis Dominicę veritati prorsùs reluctatur ac repugnat. Si enim caro opus eſſet à dæmone conditum, vt aiunt, neutiquàm credere dignũ eſſet, filium Dei carnem humanam aſſumere voluiſſe. Ideò in concilio Braccarenſi cap.1. Decretorum, ſic à Patribus defini- Concilii Braccarẽſe.

finitum fuit: Si quis dicit, creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et ideò ipſemet CHRISTVS DEI filius de dæmone ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Vndè Leo Papa huius nominis primus, epiſtola ſeptuageſima prima, in qua Priſcillianiſtarum damnat errores, cap. 8. de hac re loquitur in hæc verba.

Leo Papa de Patricia norũ & horũ ſimiliũ errore.

Octauum eorum eſt, plaſmationem humanorum corporum diaboli dicere eſſe figmentum, & ſemina conceptionum, opere dæmonum in mulieris vtero figurari: propterea reſurrectionem carnis non eſſe credendam, quia concretio corporis non ſit congruens animæ dignitati. Quæ falſitas ſine dubio opus diaboli eſt, & talia prodigia opinionum, figmenta ſunt dæmonum, qui non in fœminarum ventribus formant homines, ſed in hæreticorum cordibus tales fabricant errores. Quod immundiſſimũ virus de Manichæa impietatis ſpecialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit atque damnauit. Hæc Leo Papa.

PATERNIANI, 9.

Paterniani à Paterno quodam appellati ſunt. Dicuntur & alio nomine (vt author eſt Auguſtinus libro de hæreſibus) Venuſtiani.

Paternianorum hæreſis.

Hi in eundem ferè errorem impegerunt, quo Patriciani, niſi quòd totam hominis carnem vt illi, non damnârunt. Dicebant enim ſolùm inferiores partes humani corporis non à Deo, ſed à diabolo factas eſſe. Quapropter omnium ex illis partibus (authore Diuo Auguſtino) flagitiorum licentiam ſibi tribuentes, impuriſſimè viuebant. Contra quam hæreſim dicit Eccl. (Eccleſ. 17.) ſiaſticus, Deum de terra creâſſe hominem, maſculumque & fœminam feciſſe: quibus poſteà, vt eſt in Geneſi (Gen. 2.), benedixit, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Quibus verbis generationem præcepit, quæ per corporum coniunctionem fit, non per quaſcunque corporis partes, vt omnibus innoteſcit, ſed per inferiores, in quibus potiſſima ſexûs diſtinctio conſiſtit. Ergò partes illas, quibus fit generatio, à Deo factas eſſe oportet, à quo generatio præcipitur.

Quam ſententiam diuus Paulus manifeſtiùs confirmat, cùm inquit (Rom. 6.): Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos ipſos Deo tanquàm ex mortuis viuêtes, & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo. Cùm itaque arma iuſtitiæ, corpus & eius membra Paulus appellet, cõuincitur indè, vt ſuapte natura malum non ſit, cùm poſſit illud ad arma iuſtitiæ conuerti. Hæc ex Alphonſo à Caſtro.

PATROPASSIANI, 10.

Patropaſſiani (quemadmodùm ſuprà in Noëtianis diximus) ſunt qui Deum patrem paſſum fuiſſe aſſerunt: vtpotè qui in diuinis perſonarum numerum denegent, vnamque ſolùm eſſe in eis perſonam aſſerant, diuerſis tamẽ nominibus appellatam. De quibus diuus Auguſtinus ſermone ſecundo Dominicæ poſt feſtum Trinitatis, ità ait: Sabelliani, id eſt, Patropaſſiani, dicunt, quòd vnus ſit pater & filius: quoniam qui pater, ipſe itidèm & filius eſt. Nam ſi aliter dixerimus, (inquiunt) diceremur deorum multicolæ. Emerſit autem hæc hæreſis ſub Galieni Impera. & Stephani I. papæ temporibus, circa annum Domini 260.

Hæreſis Patropaſſianorum vndè orta.

Iſtorum hæreſis indè orta eſt, (vt ait Euſebius Cæſareenſis lib. 10. hiſtor. eccleſiaſtic. cap. 29. quòd diſtinguere neſcirent illi inter perſonam & eſſentiam, vel (vt verbis Euſebij vtar) inter ſubſtantiam & ſubſiſtentem: cùm tamen latum ſit inter illa diſcrimen. Subſtantia quidem aut eſſentia, aut natura, quo vocabulo Theologi ſcholaſtici magis vtuntur, eſt commune aliquid pluribus ſingularibus, in quo indiuidua ſingula conueniunt, & quod totum cuiuſlibet ſingularis perfectionem explicat. Perſona verò eſt ſingulare quoddam, vnumque numero,

Subſtantia quid.

Perſona quid.

mente & ratione præditum, à cæteris eiuſdem naturæ indiuiduis ſingulari proprietate diſcretum: vt cùm dicis hominē in communi, naturam explicas humanā omnibus hominibus communem: communem dico, non re, ſed ſola vocis dictione: cùm verò dicis Petrum, Ioannem, Franciſcum, perſonas nominas, quæ in illa natura humana conueniunt. Conueniunt, inquam, ſola (vt dixi) vocis dictione, quia quilibet eorum dicitur & eſt verus homo. Aut ſi mâuis, conueniunt in definitione explicante rei perfectionem, quæ in quolibet ſingulari reperitur. In Deo itaque ſubſtantia aut eſſentia eſt ipſa deitatis natura, quę totam deitatis perfectionem dicit. Perſona verò, eſt ſingulare quoddam, in quo deitas exiſtit, ab alio ſingulari realiter ſeparatum, realiter inquam, non per naturam, ſed per proprietatem perſonalem; vt, cùm dicimus Deum, ſubſtantiam explicamus naturæ diuinæ omnibus perſonis communem: Communem, inquam, non (vt diximus de homine) ſola vocis dictione, ſed verè & realiter communem. Cùm verò dicimus patrem, aut filium, aut ſpiritum ſanctum: vnum ſingulare, aut vnam perſonā dicimus, in qua deitas ſubſiſtit. Cùm ergò hoc Trinitatis & vnitatis myſteriū tam altum ſit, vt humanum & angelicū ſuperet intellectum, hîc oportet captiuare intellectum noſtrum in obſequium fidei. Quapropter ſuperfluum eſt, immò ridiculum, rationibus & argumentis hoc agere, ſed ſolis ſcripturarum teſtimonijs: quæ quoniam longum eſſet hîc recenſere, lectorem remitto ad eiuſdem rei explicationem, quæ fit ab Alphonſo de Caſtro, libro, quem aduersùs hæreſes edidit, quinto, cùm de DEO agit, hæreſi quinta.

De his mentio fit apud Nicephorum libro nono, cap. 11. in ea fidei expoſitione, quam epiſcopi Orientales compoſuiſſe dicuntur, quam longiorem nominârunt, & Occidentalibus miſiſſe, cùm per triennium de doctrina fidei inter ſe diſſediſſent. Eiuſdem fidei expoſitionis verba ſunt huiuſmodi: Atque itidèm credim', eundem eſſe patrem & filium & ſpiritū ſanctum, & vnius eiuſdémque rei & perſonæ, tria hæc nomina impiè accipientes, meritò ab eccleſia proſcribimus: quoniā patrem qui comprehendi nequeat, atque perpeſſioni obnoxius non ſit, & comprehenſibilem, & perpeſſioni obſtrictū per inhumanationem cōſtituunt. Tales ſunt, qui Patropaſſiani apud Romanos, Sabelliani apud nos dicuntur. Siquidem nouimus, patrem quidem, qui miſerit, in ſuo immutabilis diuinitatis ſtatu permanſiſſe: qui verò miſſus eſt, Chriſtum inhumanationis œconomiam & munus obiiſſe. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Noëtianis, Sabellianis & Priſcilliano. *Patropaſſiani ſiue Sabelliani.*

PATTALORINCHITÆ. 11.

Pattalorinchitæ à πάτταλος græca dictione, quæ Latinè palus dicitur, & ῥύγχος, id eſt, naſus, appellantur. Cōſtat ergò, ideò dictos eſſe Pattalorinchitas, quòd veluti palum vel digitū in modum pali, naribus ſuis vel labijs ſuperponerent.

Adeò enim iſti ſilentiò ſtudebant, (quemadmodùm diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus aſſerit) vt non aliæ rei quā taciturnitati vacarent: hac in re ſe prophetas imitari dicentes, propterea quòd Dauid propheta Dominum orans, dixiſſet: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Nam quia ieiunijs beati prophetæ vacantes, ſilentium ſæpiùs accommodabant, indè hoc iſti vſurpantes, æſtimabant obſeruandum. *Pattalorinchitarū hæreſis.* *Pſal. 144.*

Ex quo quidem patet, hanc vocem apud Philaſtrium eſſe corruptam atque deprauatam per librariorum lapſum vel ignorantiam. Hi enim apud eundem Paſſalorinchitæ, cùm Pattalorinchitæ dici debuiſſent, appellantur. Cur autem per palum, digitum ſignificare mâluerint, à quibus hoc nomen compoſitum eſt, neſcio, cùm Dactylorinchitæ multò euidentiùs appellari debuiſſent, vt dicit Auguſtinus lib. de hæreſibus, quàm Pattalorinchitæ. *Dactylorinchitę potiùs quàm Pattalorinchitæ.*

Quo autem tempore hæc hæreſis inceperit, aut quis illius fuerit inuentor, nec Philaſtrius, nec Auguſtinus expreſſit.

Quan-

Pattalorinchitarũ hæreſis refutatio. Quantum verò ad hanc ipſam hæreſim attinet, hi Pattalorinchitæ magis mihi videntur Pythagoricam ſequi vanitatem, quàm prophetarum ſapientiam & pietatem. Nam illud prophetæ Dauidis, quod ex pſalmis citauimus, minimè illis ſuffragatur. Non enim (vt verbis vtar Alphonſi à Caſtro) petit propheta in cuſtodiam labiorum ſuorum murum, ſed oſtium. Pone (inquit Pſalmiſta) cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Non dixit murum, quoniam ſi eum petiuiſſet, omnem videretur loquendi facultatem à ſe abiecíſſe. Sed dixit oſtium, & non qualecunque, ſed circunſtantiæ, quod videlicet loco & tẽpore aperiri valeat. Quibus verbis ſolùm moderatam atque temperatam petiuit loquutionem, & non perpetuum ſilentium: vt videlicet cùm tacendum eſſet, taceret: cum loquendum foret, loqueretur. Eſt enim tempus loquẽ-
Eccleſ. 3. di, & tempus tacendi. Nam ſi taciturnitas eſſet ſemper commendatione digna, nunquàm Eſaias ægrè tuliſſet ac deploràſſet
Eſa. 6. obſeruatum à ſe ſilentium, cùm inquit: Væ mihi, quia tacui. Hæc Alphonſus à Caſtro.

PAVLVS SAMOSAtenus *Antiochenus epiſcopus.*

12.

Paulianiſtæ. PAulus Samoſatenus, à quo Paulianiſtæ ſeu Pauliani hæretici dicti ſunt, Syrus natione, homo multæ quidem arrogantiæ, ſed nullius propè ſapientiæ, Artemonis & Ebionitarum hæreſim reuocauit, Aureliani Cæſaris, & Felicis I. papæ temporibus, circa annum Domini 273.

PauliSamoſateni errores. Hic pſalmos cantari ſolitos vetuit, hisq; alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem conſcripſerat.

2. Negabat, Dei filium è cælis deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe, quemadmodum Diuus teſtatur Auguſtinus in catalogo hæreticorum. Sed hæc hæreſis cum ſuo authore, Antiochiæ omnium epiſcoporum ſuffragijs damnatur, anno 274.

3. Docebat item, teſte Philaſtrio, Chriſtum Deum Dei filium non ſubſtantiuũ ac perſonalem, & ſempiternum eſſe cum patre: ſed prolatiuum tantùm, id eſt, quaſi aërem quendam eſſe, non autem perſonã viuam & ſempiternam cum ſempiterno patre credendam.

4. Prædicabat ergò, Chriſtum fuiſſe quidem hominem iuſtum, non autem Deum verum, Iudæum potiùs hîc præ ſe ferens, quàm Chriſtianum hominem.

5. Vndè & circuncitionem obſeruandã docebat: adeò quidem delirus, vt, teſte Philaſtrio, Zenobiam quandam reginam in Oriente tunc temporis ipſe iudaizare docuerit.

6. Hi deniquè (vt habetur 1. quæſt. 1. cap. Paulianiſtæ) in nomine Trinitatis minimè baptizabant. Quapropter in Niceno concilio præceptum fuit, vt cùm aliqui ex illis ad eccleſiam redirent, rebaptizarentur, quòd veram baptiſmi formam non tenerent, atque ideò nec verum baptiſma. Quali autem forma vterentur, non meminerunt nec Philaſtrius, nec Auguſtinus.

De Paulo verò Samoſateno Nicephorus lib. 6. cap. 27. ſcribit in hunc modum: Eodem, inquit, tempore (nimirùm quo Sabellius ſuam hæreſim inſtituit, ſub imperio videlicet Aureliani Imperatoris) Demetriano epiſcopo Antiochiæ defuncto, Paulus Samoſatenus thronum eius accepit, quum Zenobia eius loci regnum obtineret. Perſæ enim, Romanis victis, adminiſtrationem ei Syriæ & Phœniciæ tradiderant. Paulus porrò iſte, curare eam in religione Iudaizantem volens, plurimũque operæ & curæ in ea rectè inſtituenda atque conuertenda ponens, in Artemonis hæreſim impegit. Nimis enim humilia atq; humi ſerpentia de Chriſto docuit. Pauli Samoſateni hæreſis. Communem quippe hominem natura fuiſſe, neque quicquam præcipuum præ nobis habuiſſe, & diuinæ ſubſtantiæ expertem extitiſſe, atque in eo perindè atque in propheta filium Dei inhabitàſſe, & rurſùm ab eo diſceſſiſſe, nonnullaq; hiſce ſimilia contra eccleſiaſticam doctrinam cenſuit.

Quod vbi tum eccleſiarum paſtores cognouerunt, non deſpiciendam ſerpentem iam tantam contagionem iudicàrũt:

præcipuè quum piaculum id, domicilium & tanquàm adiutricem, tam magnam nactum eſſet vrbem. Atque Dionyſius quidem Alexandrinus, vir celebris, propter ætatem affectam, & grauem imbecillitatem, proficiſci eò diſtulit. Literis autem & ipſum ad officium eſt cohortatus, & eos, qui ad eum confluebant, ad ardorem & æmulationem veræ pietatis exacuit, iudiciumque ſuum & ſententiam de propoſita quæſtione ad eos miſit. Reliqui verò eccleſiarum antiſtites, veluti ad vaſtan tem & pernicioſam feram conficiendam, Antiochiam vndiquaquè, alius poſt alium, congregabantur, reſplendentes enſes & cuſpides, vera eccleſiæ dogmata, præ ſe ferentes. Eorum primi nominis & maximè celebres, ſicut ſtellæ radiantes præfulgebant, Gregorius magnus ille, miraculis edendis decantatus: & Athenodotus, ſententijs, verbis, & factis, fraternè illi coniun ctus: Ponticarum eccleſiarum epiſcopi, Firmilianus Cæſareæ Cappadocum antiſtes, vir præclarus, & vtriuſque generis literarum ſummè doctus: Helenus metropolis Tarſi Cilicum epiſcopus præterea Nicomas Iconij, Hymenæus Hieroſolymorum, & Cæſareæ Palæſtinæ Theotecnus, epiſcopi. Maximus inſupèr, qui fra tribus Boſtræ præfuit: Theophilus, Proclus, Heleanus, Paulus, Babylianus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, diuerſarum eccleſiarum præfecti. Hi omnes, & alij quamplurimi, vnà cum presbyteris & diaconis, in eam quam diximus ciuitatem conuenerunt.

Dionyſius Alexandrin' Pauli hæreſim oppugnat.

Epiſcopi Antiochiæ aduerſus Paulum Samoſatenū cōgregati.

Quum igitur in vnum congregati eſſent, ſæpè multumque ſermones conſerebantur, & in quolibet conſeſſu, quæſtiones plures proponebantur. Ibi Paulus obumbrare, & quantum poſſet, hæreſim ſuam tegere & occultare laborabat. Illis autem illud maximè ſtudio fuit, vt illa proferretur, & tanta in Chriſtum blaſphemia omnibus propalàm nota fieret. Quapropter ſuadendo primùm & conſulendo, conati ſunt Paulum à concepta opinione abducere, & in contrariam ſententiam pertrahere. At quum ille iuramento interpoſito, apertè errori ei renunciaret, neque ſe quippiam eiuſmodi ſentire, ſed Apoſtolicis finibus & doctrinis adhærere, eiſque inſiſtere confirmaret: tum quidem illi communem ſeruatorem Deum de eccleſiarum conſenſu & concordia quum laudibus concelebrâſſent, Synodum ſoluerunt, & pro ſe quiſq; ad greges ſuos redierunt.

Samoſatenus orthoxum ſe eſſe iurat.

Conuētus epiſcoporū ſoluitur.

Sed enim temporis proceſſu, quum rurſùm vbique fama ſpargeretur de Paulo, qui irà à veræ fidei profeſſione degenerans deſciuiſſet, celeberrimi illi viri ne tum quidem ſtatim ad illum detrudendum ſunt progreſſi, ſed litteris ſcriptis vulnus eius curare ſunt conati, lethalem ſe eo modo doctrinam oppreſſuros eſſe opinati. Dionyſius equidem epiſtolam dedit, authorem erroris eius ne alloquutione quidem dignans, ſed populum eccleſiæ Antiochenæ inſtruens tantùm & confirmans. Firmilianus autem Cappadox Antiochiam venit: ſed ſtatim dolo ab ea repulſus, reſipiſcentiam & conuerſionem denuò pollicente, indè deceſſit. Poſteà verò quum rurſus cum eo congredi debetet, vt qui totiès Deum negantis audaciæ eius periculum feciſſet, è vita exceſſit. Quo tempore etiàm Dionyſius Alexandrinus eſt mortuus, duodecimo videlicet Galieni imperantis anno, quum quidem decem et ſeptem annis rem eccleſiaſticam adminiſtrâſſet. Atque eius ſucceſſor Alexandriæ Maximius fuit.

Samoſatenus in errorē relapſus. Proceſſus cōtra hæreticum legitimus.

Cæterùm quum Galienus quindecim iam annis rerum potitus eſſet, Claudius ei ſucceſſit, qui biennium tantùm imperio adminiſtrato, Aureliano id reliquit: ſub quo vltimus eſt contra Samoſatenum, quamplurimis epiſcopis confluentibus, conuentus peractus. Poſtquàm enim illi multa admonendo, cohortationes adhibendo, & priorum admonitionum atque conuentorum pacta in memoriam reuocando, in inficiatione eum perſiſtere viderunt, & accuſatores eum confutaturi inſtiterunt, concilium eſt coactum. Hîc Malchion quidam, qui priùs Antiochiæ Sophiſticæ ſcholæ græcarum diſciplinarum præerat, & poſteà propter egregiam eius in CHRISTVM fidem, ſingularemque virtutem, ad di-

Vltimus epiſcoporū aduerſus Paulum Samoſatenū conuētus.

Malchion presbyter Paulum redarguit.

gni-

gnitatem presbyterij euectus fuerat, cum eo in publico colloquio congreſſus, celeribus notarijs, qui verba omnia chartis exciperent, diſpoſitis, illum conuicit: & tectum latentemque eius ſenſum fraudulenta ſeductione plenum, ità in lucem protulit, vt eum alij quoquè manifeſtò deprehenderent. Itaque aliena opinari atque docere conuictus, & vt hæreſis dux & author, à catholica & vniuerſali, quæ ſub cælo eſt, eccleſia, proſcriptus, non ſolùm fideli cleri ordine motus, ſed etiam eccleſia eſt electus: & Domnus pro eo eccleſiæ Antiochenæ gubernacula ſuſcepit.

Paulus excommunicatus. Domnus epiſcopus Antiochenus.

Sedenim quum Paulus contrà niteretur, eccleſiæq; adminiſtrationem retinere conaretur, & in Synodi decreto acquieſcere nollet, audacia eius ad Aurelianum tum imperantem, eſt delata. Is ſanctiſſimè de ea re conſtituit, eis ſcilicet epiſcopatum mandari iubens, quos Italici & Romani epiſcopi literis ſuis comprobâſſent. Etiamſi enim dæmonum cultui deditus eſſet, tum tamen quod iuſtum eſſet iudicauit, vt, qui in fidei profeſſione conſentientibus reſponſaret, decretumque eorum contemneret, ab illorum ſodalitate & collegio reſecaretur. Ità Paulus ab eccleſia, non tantùm à ſacra & eccleſiaſtica, verū etiàm à prophana & mundana poteſtate turpiter eſt pulſus. Aurelianus autem, tum quidem tam æquum ſe erga nos præbuit.

Romani epiſcopi prærogatiua. Euſeb. li. 7. cap. 30.

Procedente verò, vnà cum tempore imperio eius, vt alio in nos eſſet animo, à quibuſdam perſuadebatur: paulatimque vt & ipſe perſequutionem aduersùs Chriſtianos moueret, incitabatur. Et iam non minimus rumor de ea paſſim increbreſcebat. Quumque vix tandem ſuadentibus cederet, & ſubſcribere literis eis, quæ contra veram pietatem editæ fuerant, deberet, derepentè diuina affuit vindicta, quæ vnà cum ipſo cubito improbi ſcribæ manus inhibuit: omnibus ſatis declarans, non ſemper eis, qui in nos commouentur, facile eſſe aduersùs eccleſias eius, quod conſtituerint, perficere, niſi illa arcano occultoque iudicio, quo ei viſum eſt tempore, explorationis, caſtigationis, & conuerſionis noſtræ gratia, id permiſerit.

Aurelian⁹ & ipſe perſequutionē cōtra Chriſtianos molitur.

Aureliani cœptū Deus inhibuit, qui tēpore ſuo caſtigari ſuos permittit.

Porrò Samoſateno ad eum modum reiecto, eccleſiarum paſtores conuenientes ad Dionyſium Romanum & Maximinum Alexandrinum epiſcopos, communem conſcripſerunt epiſtolam, eamq; ad omnia terræ loca miſerunt: in qua pleniſſimè Synodi acta, videlicet eximium ſtudium ſuum, & Pauli morum improbitatem, diſputationesque & confutationes publicas, atq; impuram impudicamq; hominis vitam expoſuerunt. Vndè pauca quædam huc afferre placuit. Et alia quidem prætermittam: quæ verò mores eius, veluti in columnam inciſa, declarant, percurram.

De improbis Samoſateni moribus.

Ea ſic habent: Poſtquàm à canone & regula ſinceræ doctrinæ digreſſus, ad illegitima & adulterina dogmata deſciuit, nihil opus eſt actiones eius extra Eccleſiam recenſere: neque, quum priùs pauper fuerit & mendicus, (quippe cui neque à parentibus patrimonium aliquod creuiſſet, neque arte aut ſtudio quopiam quicquam parâſſet) quòd ad immenſas opes, per fraudes iniquiſſimas & ſacrilegas peruenerit: neque etiam quæ fratres excutiens exegerit, præmia ab eis, quos iniuria affecit, capiens, & mercede ſe eis opem laturum pollicens, quos tamen ipſos feſellit: fruſtraque vberes fructus percipiens, ex propenſione & promptitudine eorum, qui negocijs implicit, eo nomine illi dederunt, vt moleſtia litium defungerentur, prouentum atque vectigal, Dei cultum eſſe ducens: neque vt ille ſuperbierit, ſublatusque fuerit mundanis dignitatibus, Ducenarius potiùs quàm Epiſcopus vocari volens: neque vt per forum ſuperbè inceſſerit, ſimulque & epiſtolas legerit & dictauerit, cum ſatellitio publicitùs ingrediens, magno numero his præcedentibus, illis ſequentibus: vel vt propter faſtum & arrogantiam cordis eius, fidem odio habuerit & execratus ſit. Non etiàm in eccleſiaſticis conuentibus monſtroſam eius ſuperbiam, quam aucupatione famæ & gloriæ & oculorum præſtigijs, fucorumque me-
di-

Temporibus noſtris Ducenarijs pares eſſe videntur apud Reges & Principes, Cancellarij. Sēſibus hęc imis, res eſt non parua, repone: de

pſit ad Fabianum Romanæ vrbis epiſcopum, pœnitentiam agit, cur talia ſcripſerit, & cauſas temeritatis in Ambroſium refert, quòd ſecretò edita, in publicū protulerit. Hęc ille. Verum ne quis fallatur, Ambroſius, de quo hîc agit, Alexandrinus erat, vir vt nobilis, ità admodum diues. Hic quoniam Origenis induſtria, à Marcionis errore ad catholicam fidem reuocatus erat, ingenti ſtudio (vti par erat) ipſum complectebatur. Commentarij enim membranas, notarios, ac ea, quæ huic rei neceſſaria erant, abundè ſuppeditabat: nihil nō faciens, quo felix illud ingenium ad ſcribendum prouocaret. Hunc ergò cùm haberet ἐργοδιώκτην, hoc eſt, operis penſum exigentem, omne quod ab ſe ſcribebatur, ceu proprium is ſibi vendicans, amicis paſsim citra delectum legendum offerebat. Et hoc eſt quod Origenes ſuprà conqueritur.

Illud porrò ſcire oportet (inquit Nicephorus lib. 17. cap. 27.) hunc ipſum Origenem eſſe, qui inſano Maneti & Sabellio, Arrio & Eunomio, atque reliquo malè ſentientium choro, primus in ſcriptis eorum zizania adſpergendi ſeminandiq; author fuerit: vt qui finibus certis terminatam vim Deum habere, filium patre minorem, & rurſùm Spiritum filio inferiorem, filium creaturam & germen patris, atque per omnia filium patre minorem, eundemque merum hominem, & creaturas coæternas eſſe DEO, dixerit. Alia deniquè huius generis abſurda prorsùs & aliena, impiè per blaſphemiam effutijt, Platonicis opinionibus ſimplicem Apoſtolicorum dogmatum ſynceritatem miſcens atque confundens. Sed ex ipſis anathematiſmis, quos in eum Synodus quinta vniuerſalis Conſtātinopoli coacta, contorſit, qualis is vir fuerit, manifeſtò patebit. Qui de verbo ad verbum ſic habent:

Origenes hæreticis propè omnibus materiam erroris præbuiſſe creditus.

Anathema ta in Origenem in quinta ſynodo generali Conſtantinopolitana, contorta.

1. Si quis dicit, aut ſentit, hominum animas veluti prius extantes, intellectuales mentes ſiue naturas & ſanctas virtutes præexiſtere, contemplatione verò diuina exatiatas, atq; in deterius prolapſas, & ꝙ in eis charitas Dei refrixerit, indeq; ψυχὰς, id eſt, animas quaſi refrigeſcentes nominatas, & pœnę gratia in corpora demiſſas eſſe, anathema ſit.

2. Si quis dicit, aut ſentit, animam Domini præextitiſſe, vnitamq; eſſe Deo verbo ante incarnationem & natiuitatem ex virgine, anathema ſit.

3. Si quis dicit, aut ſentit, priùs formatū eſſe corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in vtero virginis ſanctæ, & dei ncèps vnitum eſſe ei Deum verbum atq; animam, vt quę prius extiterit, anathema ſit.

4. Si quis dicit, aut ſentit, omnibus cæleſtibus ordinibus aſſimilatum eſſe Dei verbum, ità vt ipſi Cherubin factus ſit Cherubin, & ipſi Seraphin factus Seraphin, omnibusque adeò ſupernis virtutibus prorsùs eſſe exæquatum, anathema ſit.

5. Si quis dicit, aut ſentit, in reſurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora exuſcitanda, neque confitetur, erectos nos exuſcitatum iri, anathema ſit.

6. Si quis dicit, cælum & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ ſupra cælos ſunt, animatas quaſdam eſſe & materiales virtutes, anathema ſit.

7. Si quis dicit, aut ſentit, Dominū Chriſtum in futuro ſeculo pro dæmonibus quemadmodum pro hominibus crucifixum iri, anathema ſit.

8. Si quis dicit, aut ſentit, virtutem Dei terminatam eſſe, eamq; tantum in creatione condidiſſe, quantum complexa ſit, anathema ſit.

9. Si quis dicit, aut ſentit, temporanea eſſe dæmonum & impiorum hominum tormenta, finemq; ea tempore aliquo habitura, ſiue reſtitutionem dæmonum aut impiorum hominum futuram, anathema ſit.

10. Anathema ſit Origeni, qui & Adamantius dictus eſt, & hæc promulgauit, vnà cum deteſtandis eius & execrandis dogmatibus, & homini omni qui hęc ſentit, aut aſſerit, aut aliqua ex parte quocunquè prorsùs tempore ea defendere audet: in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Hucuſquè Nicephorus.

Qui de Origeniſtis plura volet, legat eundem Nicephorum, qui de eo varijs in locis ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ ediſſerit, quę hîc longum eſſet recenſere.

De

Origeniſtæ noſtri temporis.

De his verò, qui hac noſtra tempeſtate Origenis errores reuocant, ita ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Origenis dogmata, inquit, quinto concilio Conſtantinopolitano, à 289. patribus damnata, nunc partim renouant, damnatos ſcilicet omnes dæmonas eſſe ſaluandos. Quod docuiſſe Ioannem Denkium Anabaptiſtam ait Sebaſtianus Francus. Hæc ille.

ORPHANI. 6.

ORphani ſunt ſecta Huſſitæ, qui exorti ſunt ſub Sigiſmundi Cæſaris Germani Imperio, & Martini quinti huius nominis ſummi Romanorum antiſtitis pontificatu, circa annum Domini 1420. De quibus Ioannes Nider lib. 3. Form. diſſerens, tres ait præcipuas hæreticorum ſectas in Bohemia extitiſſe, Pragenſium videlicet, qui alijs tolerabiliores & mitiores, Orphanorum, & Thaboritarum, qui peſſimi erant. Orphani verò dicuntur, teſte Aenea Syluio lib. de origine Bohemorum, cap. 48. propterea quòd Ioanne de Ziſcha eorum duce mortuo, quē inuincibilem putabant, ingens mœror ſeditioſum illum exercitum inuaſiſſet, perindè atquè orphani vel orbati eſſent tanto eorum duce, ſub quo prædas agere ſolebant. Ex quo effectum, vt Thaboritæ in duos exercitus diuiderentur, alij vetus nomen retinentes, alij Orphanorum appellationem & nomenclaturam, ob ducis ſui interitum, ſibi indentes. Hi porrò Orphani Morauiam vicinasq; regiones aſſiduis incurſionibus infeſtabant. Et quanuis velut hæretici inter ſe diſcordes eſſent, concordes tamen contra Iudam pugnabant, & propter deceptorum prædam quidam inter ſe diſcordabant, ex vna duas hæreſes conſtituentes. Inter quos hæreticos, poſt Ziſcham quidam Procopius nomine, eorum dux & patronus factus eſt, de quo vide loco ſuo. Hæc ille.

Tres hæreticorum ſectæ in Bohemia.

Orphani vndè dicti.

Hi, quòd Ioannis Huſſi hæreſi infecti erant, eccleſias inuadebant, euertebant templa, ſacraria ſpoliabant, monaſteria deſtruebant, fugabant monachos, Dei ſacerdotes & viros religioſos gladio occidebant, ſacras diuorum imagines aut igni cremabant, aut in fruſta comminuebant, chriſmate & oleo ſacro calceos & ocreas inungebant, aliaq; ſimilia facinora perpetrabant.

Orphanorum execranda facinora.

Sub vtraque ſpecie communicabant ſine præuia ſacramentali confeſſione, & ſuam perfidiam armis defendebant.

Eorum hæreſis.

Tanta autē cæcitate ſunt tandem percuſſi, vt vna ſecta alium inuaderet, & victrix victam occideret, hæreticus hæreticum. Quomodo verò hæc Orphanorum & Thaboritarum lues ſit tandem prorsùs deleta, refert idem Syluius eodem de Origine Bohemorum lib. cap. 55. in hæc verba: Mainardus, inquit, quidam catholicus & nobilis vir, quoddam bellum ſe fingebat agere velle, & ad eam rem neceſſarios eos fore dicebat, qui ſub Procopio militâſſent: quapropter voce præconis edixit, vt omnes qui ſub ſe ſtipendia facere vellent, in horrea ſeſe proxima reciperent. Cauerent aūt, nè rudes inexpertosq; belli ſecum admitterent. Itaq; in ea introiērunt horrea pleraq; Orphanorum & Thaboritarum millia, homines nigri, ad ſolē & ventum prorsùs indurati, & aſſuefacti, adſpectu tetri atque horribiles, & qui circa fumum in caſtris ſedulò vixiſſent, aquilinis oculis, impexo crine, corporibus proceris, membris hiſpidis, cuteque adeò dura, vt ferrum quaſi lorica repulſura videretur. Clauſa ſunt confeſtim horrea, & ignis immiſſus horreis, quo fæx illa & colluuies hominum, ignominioſum agmen, poſt multa, quæ patrauerat, ſcelera, exuſta, contemptæ demùm religionis pœnas dedit. Hæc Aeneas Syluius. De his vide plura in Thaboritis, & Ioanne de Ziſcha

Orphanorum & Thaboritarum lues quomodo tandem deleta.

OSIANDRIANI. 7.

OSiandriani ſeu Oſiandrini ab Andrea Oſiādro Lutherano dicti ſunt, ad primā vtiq; noſtri temporis Euāgelicorum claſſem pertinentes.

Hic, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, quum ſibi ſpiritum iſtū nactus Euangelicum videretur, id eſt, diſ-

diſſenſionis magiſtrum, nec Lutheri quidem veſtigijs conſiſtere potuit, tametſi plurima Lutheri loca ad ſuæ doctrinę confirmationem adduxerit.

Oſiādri hæreſis.

1. Docet autem, hominem iuſtificati non fide, ſed eſſentiali iuſtitia Chriſti in nobis habitante, vt non ſit gratiæ in credentibus, ſed naturæ; ait Querela Lutheri.

Oſiandri mors.

2. Hic etiàm (eodem Lindano teſte) ſe eſſe alterum Enoch iactitabat. De quo tamen narrat Palladius, quòd tandèm planè mutus vt beſtia, horribiliter extinctus eſt, anno 1552. die 17. Octobris. Hæc Lindanus.

Oſiāder malè tractatus à Confeſſioniſtis.

De hoc item ſcribit Hoſius de hæreſibus noſtri temporis lib. 1. In hunc modum: Interea, inquit, de iuſtificatione inter Confeſſioniſtas ingens eſt exorta dimicatio. Nam cùm in Auguſtana Confeſſione minùs dilucidè fuerit locus hic explicatus, fas ſibi eſſe putauit Andreas Oſiander, clariùs de eo aliquid diſſerere. Quod cùm feciſſet, non relata priùs re ad Philippum, & eos, qui Confeſſionis Auguſtanæ præcipui ſunt doctores, tantę fuerunt excitatæ tragœdiæ, vt non longè res abfuerit à ſeditione. Cuius tandèm criminis non eſt inſimulatus Oſiander: Quę conuicia & maledicta in eum iactata non ſunt: Vocatus eſt, vt ipſe ſcribit, Hæreticus, Antichriſtus, Iudæus, niger diabolus, Draco, Homo nefarius, Conſceleratus, Hoſtis Chriſti. Fuit etiàm de eo confictum, quacunquè incederet, quòd cùm in ſpecie canum duo diaboli comitarentur, quos tamē nō cuiuis videre liceret, quodque quo tempore cibum & potum in inferiore cum ſuis hypocauſto ſumebat, vbi vacare ſolitus erat literarum ſtudijs in ſuperiore ſedens in illius loco diabolus viſus fuerit ſcriptitare. Et alia id genus pleraque. Tum & illud ſparſum de illo fuit, quòd affirmaret, Chriſti paſſionē & mortem nullum nobis fructum attuliſſe, cùm tamen in ſcriptis illius diuerſum reperiatur. In ſumma, tantum fuit odium homini conflatum, vt non ipſe modò tanquàm impius haberetur, verùm etiàm qui ſermones eius audiebant, à cōmunione cæterorum, qui ſe pios exiſtimabant, arcerentur, ac ne ſepultura quidem communi digni ducerentur. Miſſum fuit Vuittembergam, vt de doctrina eius iudicium fieret: damnata eſt per Philippum, Pomeranum, Forſterum, & alios. Miſſum eſt Vuittembergam: approbata eſt per Brentium, & qui ſunt eiuſdem ſectæ. Hîc vides, dè vna eademq; doctrina, quàm diuerſum fuerit iudicium Vuittembergenſium & Vuittembergenſium Doctorum, cùm tamen inter vtroſq; non ſit niſi vnius literæ diſcrimē, cùm prolatis etiàm è Lutheri libris locis aliquot, planum facere conetur Oſiander, quod ipſe ſcripſerit, idem de iuſtificatione ſenſiſſe Lutherum: nimirùm eſſentialem Dei iuſtitiam habitantem in nobis, & excitantem nos ad benè agendum, eſſe iuſtificationem noſtram. Hæc Hoſius.

In Oſiandrum à Cōfeſſionis iactata conuicia.

Oſiādri doctrina Vuittembergæ damnata, Vuittēbergæ approbata à Confeſſioniſtis.

De hoc vide Staphylum in de Lutheranorum inter ſe concordia.

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

ELEN-

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER QVARTVSDECIMVS.

DE LITERA P.

PACIFICI.

1.

PAcifici hæretici, ſunt ſecta Anulutherani, ad tertiam noſtræ tempeſtatis Euangelicorum claſſem ſpectantes. De his Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo ſcribit in hunc modum: Inter Anabaptiſtas, inquit, alij ſe pacificos iactant, vndè & ſeſe apud imperitam plebeculam, nomine domûs pacis venditant. Hanc autē tā diù amplexantur, donèc impunè in omnium fortunas, adeoq; corpora graſſari liceat: quemadmodùm ſuo exemplo docuêre Amſterdami anno 1535. & ſequēti Leidis: vbi & varia per alia Hollandiæ ac Friſię loca, vt in Poeldyko, Hazerſſon, & Oudeclooſter. Hæc Lindanus.

Pacificorū hæreticorū dolus & vafricies.

PARMENIANISTAE.

2.

PArmenianiſtæ à Parmeniano Carthaginenſi epiſcopo, Maiorini ſucceſſore, ſunt appellati. Hic cùm Donati partes ſequeretur, multas turbas in eccleſia Afriana concitauit atq; inuexit, circa annum Domini 389. ſub Valētiniano 2. Imperatore, & Siricio, Romano pontifice. nam ſeditioſus magis & ambitioſus, quàm doctus erat: quod ex ipſius ſententijs & ratiocinationibus per Optatū Mileuitanum epiſcopum (qui eius hæreſim et acta ad viuum deſcripſit) & diuū Auguſtinum addi&tis, à ratione mirandum in modum diſſentaneis, colligere licet. Nō ceſſabat tamen ille cùm publicis exhortationibus, tum ſcriptis, maximam Africanorum partem ſeducere, & ad ſuam erroneam pellicere ſententiam. Id quod potiſſimùm quadam epiſtola ad epiſcopū Ticonium miſſa, peregit, qui cū ſecta Donatianus eſſet, & ad catholicā eccleſiā redire cuperet, eū auertere conabatur. Cū itaq; Donatiſtæ, eodē Parmeniano duce & cohortatore, in ſuo errore ſedulò perſeuerarēt, magisq; atque magis eiuſdem euulgarent ac laudibus efferrent epiſtolā, coact' tandèm fuit diuus Auguſtinus in eum tres conſcribere libros. Is nempè Parmenianus inter ſuos populares tantæ famæ, celebritatis, & gloriæ tunc temporis erat, vt qui ſuæ ſectæ & ſchiſmaticæ factionis erant, non Donatiſtæ, ſed Parmenianiſtę appellarētur. Hos diuus Hieronymus in ſuis Chronicis, Montenſes vel Montaniſtas nuncupat, ob eam, quam Optatus ſecundo ſui voluminis libro recenſet, rationem, cùm de Donatiſtis qui ſuo tempore Romæ degebant, verba facit.

Parmenianus nō tā doctus, q̄ ſeditioſus.

Parmeniani nequitia.

Mōtaniſtę, Donatiſtę, et Parmenianiſtæ, idē.

De his Philaſtrius libro de hæreſibus ſcribit in hunc modum: Montaniſtę ſūt, inquit, qui rebaptizāt ſi quos ſeduxerint homines, & ſupra baptiſmū eccleſiæ Catholicę, aliud ſuum baptiſma inſanientes promittunt: qui & Donatiani dicuntur, à quodam Donato in Africa conſtituto, q̄ hanc hæreſim ſeminauit. Qui & Parmeniani nunc appellantur à Parmenione quodam, qui eorum nupèr ſucceſſit erroribus & ſalſitati. Hæc Philaſtrius.

Philaſtrius.

1. Quanuis autem iſti (quemadmodū diuus ſcribit Auguſtinus libro de hæreſibus ad Quoduultdeum) patrem & filiū, & ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe ſubſtātiæ faterentur; negabant tamen, filium æqualem eſſe patri, & ſpiritum ſanctum filio: Adeò quidem, vt Theodoritus illos in Arrianorum numerum redigat.

Parmenianiſtarum hæreſes.

2. Dicebant etiàm, hominem irà ſuum habere arbitriū, vt ſi velit, in Deum cre-

 dat,

dat, vel non credat, ſi illi ità videre videatur & placeat: & ità in eo quod credit, ſi velit, perſeueret, vel non perſeueret. Ex quo quidem dicebant effectum, vt, quum per orbem vniuerſum eccleſia multiplicata & adaucta eſſet, in ea homines perſeuerare noluerint, & indè religio Chriſtiana defeciſſet in cunctis hominibus, præterquàm in his, qui Donati dogmati conſenſiſſent. De quo vide Auguſtinum li. 2. contra Petilianum, cap. 19.

3. Præterea Parmenianiſtæ & Donatiani, Nouatianorum errorem ſunt ſequuti, cùm ſe Catharos, puros à peccato, & innocentes appellari vellent. Nunquàm enim communicare cum his, quos peccatores exiſtimabant, voluerunt, & cum his potiſſimùm, qui perſequutionis tempore Deum offendiſſe cognoſcerentur. De hoc vide Epiphanium libro ſecundo, tomo primo, hæreſi quinquageſimanona.

Si poſtremò alios Parmenianiſtarum errores atque hæreſes, quas contra Eccleſiam & eius Sacramenta commenti ſunt, ſi de eorum miniſtris, peccato, martyrio, & alijs ab eadem Catholica eccleſia alienis ritibus, nôſſe cupias, vide Optati, quam in Parmenianum potiſſimùm conſcripſit, hiſtoriam: in qua libro primo cū de fractione altarium loqueretur, de eo hoc inter reliqua eius facinora profert elogium: Hoc immane facinus geminatū eſt, dum fregiſtis calices, ſanguinis CHRISTI portatores, quorum ſpecies reuocâſtis in maſſas, mercedem nefarijs nundinis prouocantes. Lege etiàm lib. 2. Auguſtini contra Creſconium, cap. 3. & 4. De his etiàm vide plura in Donatiſtis, Maiorino, & Montaniſtis.

PASCHATITAE.

3.

PAſchatitæ erant olim ij, qui ſub Cõmodo Imperatore & Sotero ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 182. de Paſchatis obſeruatione in eccleſia quæſtiones mouebant: aſſerentes (vt verbis Philaſtrij Brixienſis epiſcopi vtar) quartadecima luna celebrādum eſſe Paſcha, non autem ſicut Eccleſia Catholica celebrat, ſed menſe Martio ſemper celebrandum. Quod cùm faciūt, inquit, non Dominicam diem ſemper cuſtodiunt Paſchę, neque computant horas & dies, ſed ſecunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut ſexta die celebrant. Et ex hoc errore non cognoſcunt diem Paſchæ DOMINI noſtri veram & ſalubrem vnā orbi terrarum ſtatutam & confirmatam à Domino curſu numerali lunæ, menſibus, & emboliſmis. Et cùm hæc non cõputant, ignorant quid celebrant. Iſti porrò qui cum Iudæis ità debere fieri paſcha aſſerunt, in Galatia, Syria, & Phrygia cõmorantur, & Hieroſolymis, qui ſanè cùm Iudæos ſequuntur, ſimili cum eis errore depereunt. Et in hoc ſuum Iudæi confirmant mendacium, cùm prouident quoſdam Chriſtianos legis indoctos, eorum magìs ſequi vanitatem, quàm regulam catholicæ veritatis. Et nihilominùs ij, cùm ipſum paſcha illis concelebrant, hoc pacto conſortes Iudæorum criminis & ſceleris eſſe manifeſtantur, atque ab omnibus dignoſcuntur. Hæc Philaſtrius.

Paſcha à ſchiſmaticis Iudaico more celebratum.

Iudęorum mēdacium & vanitas.

Hanc nanque diſſenſionē inter Chriſtianos cùm videret Victor, Eleutherij in Papatu ſucceſſor, & quem ſub Commodo martyrium ſubijſſe ferunt, ſanxit vt paſcha à quartadecima luna Martij ad vigeſimamſecundam, contra morem Iudæorum, celebraretur, idque die Dominica. Quem tamen Victorem, teſte Euſebio, Irenæus increpare auſus eſt, quòd fratres in Aſia in Paſchatis celebratione à ſe diſſentientes, excommunicare, atque à ſua eccleſia diuidere ſtatuiſſet. Hæc Euſebius lib. 5. cap. 20.

De hac re Niceph. eccleſiaſt. hiſt. lib. 4. cap. 36. apertiſſimè ſcribit in hunc modū: Enimuerò circa finem imperij Commodi, inquit, inter Orientales & Occidētales eccleſias non parua incidit quæſtio. Eccleſiæ nanque Aſiaticæ ex traditione vetuſta, quæ ad eas vſque ad id tempus tranſmiſſa erat, quartumdecimum diem lunæ obſeruandum eſſe neceſſariò duxerunt: quandò & Iudæi ex præſcripto legis agnum mactare, & Paſcha ſuum manducare ſoliti ſunt. Perindè atque neceſſitas prorsùs quædam impoſita eis eſſet, in quemcunque diem hebdomadis incidiſſet,

Quęſtio de temporecelebrādi paſchatis, inter Aſiaticas & Occidentales eccleſias.

ſet, eo ipſo die ſtata conſuetaque ſoluerētur ieiunia: & (vt ſemel dicam) vnà cum Iudæis, apud ipſas quoque ſacrum noſtri Paſchatis myſterium celebraretur. Reliquæ verò per Orientem & item per Occidentem eccleſiæ, non licere id ita facere aſſeuerabant: ſed potius obtinente tum, quam antiquitùs ex Apoſtolorum traditionibus continuatam accepiſſent, conſuetudine, ſtandum eſſe. Non enim decere alio, quam reſurrectionis Dominico die, ieiunio reiecto, Paſcha celebrare.

Tum enim Chriſtiani ieiunare deſinunt.

Hoc verò modo controuerſia & diſſidio multò maximo in eccleſijs vſque adeò exorto, vt inter ſe ſibi aduerſariorum partes, vtrinquè antiquitùs traditā conſuetudinem obtinere debere contenderent, conuentus epiſcoporum varijs in locis ſunt acti. Vbi quum in eandem conceſſiſſent ſententiam, poſteà omnibus vbiquè eccleſijs decretum ſiue edictum ſcriptum promulgârunt & propoſuerunt, vt deinceps, non alio quàm Dominico die, tremendum reſurrectionis & Paſchatis myſterium, ieiunio tum ſoluendo, celebraretur. Circumferuntur etiamnū celebratarum eo tempore ſynodorum literę, quæ variarum hinc & indè eccleſiarum epiſcopos deſignāt: Romæ ſcilicet Victorem, Hieroſolymitanæ Narciſſum, Cæſareæ Palæſtinæ Theophilum, Tyriæ Caſſium, Ptolemaidis Clarum. Eædem literæ, Ponti eccleſijs tum præfuiſſe indicant antiquiſſimum Palmam: Galliæ autem, & regionum quæ ad Rhenum flumen ſunt, Irenæum: Corinthi autem, Bacchylum: & prouinciarum aliarum alios, qui vno ſuffragio & ſententia omnes, Dominico die Paſcha celebrandū ſanxerunt, Narciſſus ſanè & Caſſius Palæſtini, & Clarus à Ptolemaide, & qui præterea in eandem conuenēre ſynodum, quum primùm quamplurima de traditione, quam initiò ab Apoſtolis ſumptā vſq; ad tēpora ſua cōſeruârāt, expoſuiſſent, circa finē ſynodalis decreti, hæc quoque addidēre: Epiſtolæ huius noſtræ, facite vt ad eccleſias omnes exempla mittantur: nè ſcilicet rei atque participes ſimus eorum, q facilè animas ſuas decipiunt atque ſeducunt. Certiores autem vos facimus, eodem prorſus die Alexandriæ, quo apud vos, Paſcha celebrari. Literas nanque ea de re ad illos dedimus, atque illi itidèm ad nos ſcripſēre, ità vt vno conſenſu ſimul ſanctum hunc peragamus diem. Ad omnes igitur vnum hoc præſcriptum & regula eſt diuulgata.

Deciſio eius quæſtionis vt ipſo reſurrectiōis Chriſti die Paſcha Chriſtiani celebrent.

Aſiani autem ſententiam adhuc ſuā retinebant, & ſe ad finem vſque traditiones Apoſtolicas defendere oportere opinabantur. Sētentiæ eorum primarius potiſſimum propugnator erat Polycrates, eccleſiæ Epheſiorum antiſtes. Hic magnus & Apoſtolicus vir habitus, traditionem & authoritatem Apoſtolicam ad tēpora ſua durantem, Victori epiſcopo & eccleſiæ vrbis Romanę declarans, ad hūc modum ſcripſit:

Aſiani rece pto more Paſcha quartadecima die mēſis Martij ſibi celebrādum eſſe putant.

Polycratis Epheſij antiſtitis verba ad Victorē Romanum epiſcopum.

Nos profectò diem hunc intemeratū atque inuiolatum, neque addentes neq; auferentes quicquam, peragimus. In Aſia namque ingentia primordia dormiūt ac conquieſcunt, quæ quidem reſurgent in aduentûs Domini noſtri die: quo die cum gloria è cælis veniet, & exuſcitabit omnes ſanctos: Philippus videlicet ex duodecim Apoſtolis vnus, qui Hierapoli obdormiuit: duæque filiæ eius, ad decrepitam vſque ætatem virgines: & alia præterea filia eius, in ſpiritu ſancto curſu vitæ abſoluto, Epheſi quieſcit. Itidèm & Ioannes, qui ſupra pectus Domini recubuit, quique ſacerdos creatus, pontificium inſigne, petalum ſcilicet, ſiue auream in fronte laminam, martyr ſimul & doctor geſtauit, Epheſi obijt. Præterea Polycarpus Smyrnenſis epiſcopus & martyr, item Thraſeas Eumeniæ epiſcopus, idemque martyr, Smyrnæ morte ſopiti ſunt. Quid Sangarim epiſcopum & martyrem dicam, qui Laodiceæ mortuus eſt? Præterea beatus Papyrius, & Melitō eunuchus, qui per Spiritum ſanctum vita peracta, Sardis humatus eſt, viſitationē è cælis expectans, in qua à mortuis reſurget. Iſti omnes retinuerunt & ſeruârunt decimumquartum diem Paſchatis, iuxta Euangelium, nihil tranſgredientes, ſed præſcripto canonum fidei inſiſtentes.

Sancti homines in Aſia ſepulti. S. Philipp⁹. S. Ioannes. S. Polycarpus. Thraſeas. Sangaris. Papyrius. Meliton.

Ego quidem veſtrûm atq; adeò omnium minimus Polycrates, iuxta cognato-

rum

ſum meorum, ex quibus quoſdam ſum conſectatus, (ſeptem enim cognati mei epiſcopi fuêre, ego octauus ſum) traditionem ambulo. Et cognati mei ſemper diē hunc, quādo Iudæorum populus azyma comedit, celebrârunt. Ego, inquam, fratres, ſexaginta & quinque annos natus in Domino, qui cum totius orbis fratribus hac de re conſului, & ſcripturam ſanctam omnem perlegi, nihil moueor aut perturbor minacibus denunciationibus & terroribus. Nam qui me longè maiores fuêre, plus obediendum eſſe Deo, quam hominibus, edixêre.

In fine porrò, epiſcoporum omnium qui ſententiæ ſuæ conſentientes affuerunt, meminit, ſic ſcribens: Poſſem quidē epiſcoporum, qui mihi affuêre, edere nomina, quos ità, vt voluiſtis, accerſens euocaui: ſed eorum nomina ſi aſcriberem, multitudo eorum in immenſum excreſceret. Illi autem tenuitatis meæ probè cōſcij, epiſtolam ſententia ſua comprobârunt: non ignorantes, me non fruſtra canos circunferre: tum autem vitam me ſemper in Chriſto Ieſu egiſſe ſciunt. Hæc Polycrates.

Victor Romanus epiſcopus Aſianos excōmunicare ſtatuit: quē ab ea ſentētia epiſcopi alij Occidētales abduxerūt, inter quos fuit beatus Irenæus.

Victor verò Romanus epiſcopus, literis eiuſmodi acceptis, extemplo Aſiæ, eiusque finitimas eccleſias, veluti alienū atq; diuerſum dogma propugnantes, reijcere, & ab vnitate catholica arcere, in animo habebat. Quam ob cauſam & ſubitò literas conſcripſit, quibus illos publicè notabat, omnesque ſimul à communione ꝓhibebat. Atque ille quidem eiuſcemodi ſumpſerat conſilium. Verùm id alijs, qui cum eo erant, epiſcopis minùs placuit. Itaque illum ſunt adhortati, vt benignius per conſilia pacata de eis, qui idem fidei prædicarent dogma, ſtatueret: neque tam facilè, re intentata, proximorum abijceret & poſthaberet vtilitatem: Senſim id & doctrina & tempore aliquandò corrigi ac perfici poſſe. Et acrius ſeueriusq; cum illo, qui gloria eos anteiret, egerunt: inter quos & Irenæus erat, vt quidem ex eo ſcripto, quod Gallicarum eccleſiarum, quas regebat, nomine ad Victorem dedit, apparet. Adſtruit quippe & ipſe, debere quidem omninò Dominico die Paſcha peragi: nequaquam tamē Victori permittit,

Locus animaduertēdus.

vt tantam eccleſiarum multitudinem ab eccleſiaſtica vnitate ſegreget: idque, cùm vetuſtæ & Apoſtolicæ conſuetudinis obſeruent traditionem. Multa ſane præclarè, & vt par fuit, Irenæus de pace & vnitate ad Victorem ſcribens, hæc quoque refert. Operæpretium enim eſt, ſicuti de Polycrate modò fecimus, verba eius perutilia & neceſſaria eccleſiæ futura, adducere.

Præclara Irenæi ad Victorem verba.

Varietas in obſeruatione ieiunij.

Irenæus ità ſcribit: Non modò enim de die, verùm etiàm de ieiunij ſpecie controuerſia & quæſtio eſt. Quidam nanque exiſtimant, vnum ipſos oportere diem ieiunare, quidam duos, alij etiam plures. Nonnulli autem quadraginta horis diurnis & nocturnis diem metiuntur. Atqui varietas hæc obſeruationum non ætate noſtra exorta eſt, ſed longè anteà apud Maiores noſtros extitit: qui ità, vt decuit, accuratè conſeruatam per ſimplicem ſinceritatem conſuetudinem, ad poſteros tranſmiſêre. Nihilominùs tamen iſti omnes pacem tenuêre, atque etiamnùm pacem inter nos retinemus: & ieiunij diſſenſio, fidei conſenſum confirmat.

His verbis hiſtoriam annectit, dignā profectò quæ hîc quoq; inſeratur. Enimuerò qui Soterem præceſſerunt presbyteri, & eccleſiam, quam tu nunc gubernas, adminiſtrârunt, Anicetum dico, Pium, Higinum, Teleſphorum, & Xiſtum: neq; ipſi ità Paſcha & ieiunium obſeruauerūt, neque eos, qui cum illis fuêre, obſeruare permiſerunt. Sed nihilominùs ipſi non obſeruantes, pacem tenuerunt aduerſus eos, qui ad ſe ex eccleſijs, quæ ità obſeruarent, venerunt. Atque equidem maximè inter ſe iſta, obſeruare ſcilicet, & non obſeruare, diſſidebant. Nunquàm tamen eā ob rem aliqui ſunt reiecti. Quin ipſi non obſeruantes, qui antè fuerunt presbyteri, aduenientibus ex eccleſijs obſeruantibus Euchariſtiam miſerunt. Ac cùm beatus Polycarpus peregrè Romam ſub Aniceto veniſſet, & aliquantulùm illi inter ſe de rebus nō magnis diſſiderent, eis ſtatim compoſitis, deinceps nihil quicquam cōtrouerſię inter ſe de hoc capite mouerūt. Neque enim Anicetus Polycarpo perſuadere potuit vt non ità obſeruaret: quippe

Euchariſtię communis participatio, cōmunionis, charitatis & vnitatis eccleſiæ certiſſimum ſymbolum.

pe

pe qui id poſt Ioannem Domini noſtri diſcipulum, & reliquos Apoſtolos,cum quibus vixerat, ſemper obſeruâſſet: neq; Polycarpus Anicetum, vt obſeruaret, induxit, conſuetudinem eorum,qui nos præceſſerunt presbyterorum retinendam eſſe allegantem. Quæ cùm ità ſe haberêt, communionem inter ſe celebrârunt. Et in ipſa eccleſia Anicetus Euchariſtiæ miniſterium Polycarpo honoris ergò permiſit. Atque ita in pace per diſceſſum ſūt ſeiuncti: pacem quoquè eccleſijs, ſiue obſeruarent,ſiue non obſeruarent, retinentibus.

Irenæus egregius ecclesiarum pacificator

Quapropter egregius,vt aptiſſimo nomini ſuo reſponderet, pacificator Irenæus fuit,qui ſic interceſſione ſua pacem eccleſiæ conciliârit, & non modò cum Victore,ſed etiam cùm alijs permultis Eccleſiarum antiſtitibus, congruentia conuenientiaque eis quæ dixi mus, de propoſita quæſtione afferendo, egerit. Quod verò ratio non perſuaſit,id dies poſteà perfecit.Nam hac in re Aſia vix tandèm ceſſit:& vbiquè terrarum in orbe decretum eſt,vt non cum Iudæis,ſed ipſo Dominico die myſterium Paſchæ peragatur.Quā uìs adhuc in Aſia reliquiæ quædam maneant,conſuetudinem eam in paucis prorsùs inuiolatam retinentes. Vndè etiam Quatuordecimani cognominati ſunt,cōſuetudinem eam,& alia quædam ex illegitimis & ab Eccleſia reiectis libris decer pta ſeruantes,& nominibus quorundam magnorum Apoſtolorum ea in re abutētes. Porrò de Paſchate quæſtio ità eſt decîſa.Hæc Nicephorus. De qua re vide etiàm in Quatuordecimanis,Teſſareſcedecatitis, Nouatianis, Montaniſtis, Pepuziris,Samaritanis,& Sabbatio.

Quatuordecimani, ſeu Teſſareſcedecatitę & Paſchatitæ idem.

De noſtræ ætatis Paſchatitis.

De his verò,qui hac noſtra ætate hunc Paſchatitarum errorem renouare contendunt, ſic ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Sunt, inquit Sabatharij, qui an cum ſabbatho & Dominicam colant, incertum habeo. Sanè huic fabulæ præludium diabolus ſtuduit per Lutherum edere. Nā libro de concilijs,principibus perſuadere conatur, feſtum Paſchæ eſſe inter immobilia feſta computandum, vt in quenuis diem incidere queat, ſicuti dies natalis, Purificationis, & Apoſtolorum. Iudaizare enim, & nimis ſuperſtitiosè agere eccleſiam & patres Nicenos ait, quòd poſt plenilunium Martij,diem Paſcharis in diem ſolis collocârunt. Quod ſi ex Lutheri ſententia fiat, iam Apoſtolica periêrit traditio,qua poſt Sabbatum,Dominicam voluêre colendā Reſurrectionem.

Lutherus feſtum Paſchæ vult transferendum inter feſta immobilia.

Ab hac Iudaica prophanatione non abludit,quòd Proteſtantium quidam car nium inopia adacti, aliquot dies coguntur à carnibus abſtinere, quod, Catholicorum odio, mâlle feruntur die Dominico, quàm alia quauis hebdomadis feria.

Fortaſſis illius magni Antichriſti opus futurum eſt,vt dies Dominica ſemèl aboleatur. Quid enim illi ſuo mancipio peculiariter relinqueret moliendum & innouandum Satan, ſi nunc diem Dominicam vbiquè immutaret? Omnia enim Chriſti Domini beneficia diabolus per electa ſua iſthæc Euangelicorum organa Lutherum & Caluinum, aliosque non modò ſeductis illis Chriſti ouiculis fecit inutilia, immò venenato ſuo toxico peſtiſera:ſed ipſum adeò Chriſtum (ſi fieri poſſet) Chriſtianorum ſemèl euulſit cor dibus, ore nunc paſsim excluſit, adeoq; ſuo deturbauit cæleſti throno. Hæc Lindanus.

Chriſtus Euāgelicis per falſa Lutheri & Caluini dogmata factus eſt mors

PASCENTIVS. 4.

PAſcentius quidam Comes in Aphrica fuit, Arrianæ hæreſis fautor acerrimus,tempore Diui Auguſtini, aduersùs quem etiàm diſputauit idem pater,& ad quem in hanc rem aliquot miſit epiſtolas, quibus omni conatu illum ab hac inſania abducere contendit:quæ diſputatio inter ipſius Auguſtini epiſtolas reperitur,epiſt. 178. Viguit autem hic Paſcentius ſub Archadij & Honorij Imperatorum principatu, Innocētio verò huius nominis primo,pontificatum ſummum agente,circa annum Domini 409.

Iſte cum authore ſuo Arrio dicebat,filium minorem eſſe patre, neque cum eo eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, ſed meram eſſe creaturam.Vide reliqua in Arrianis.

Paſcentij hæreſis.

PASSIONISTAE.

5.

Paſſioniſtarũ hæreſes. PAſſioniſtæ ſunt hæretici, qui (authore Philaſtrio) circa paſſionem Chriſti aberrant, dicentes Chriſtum in ſua paſſione ita carnem dimiſiſſe, & in cęlum ſic aſſcendiſſe, vt non ſit iam in carne diuinitas. Neque enim poſt paſſionē reſurrexit in carne, neque cum carne aſſcendit (inquiunt) in cælum, cùm ſalus omnis hominum in paſſione carnis ipſius, & reſurrectione, & aſſcenſione in cælum conſiſtat, ſine cunctatione nobis & credentibus vniuerſis: cùm & Apoſtolis angeli dixerint, pro noſtra fide ac lætitia, in actibus Apoſtolorum: Sicut vidiſtis eum aſſcendentem in cælum, ſic eum iterum ſperate venturum de cælo. Hæc Philaſtrius. Act. 1.

PASTILLARII.

6.

Paſtillariorũ dogma. PAſtillarij ſunt (authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) q̃ corpus quidem Domini præſens in ſancta Euchariſtia fatentur, ſed in pane aut ſub pane, vti ferina in paſtillo, aut pillulæ in ouo recondite. Sic quatuordecim illi Paſtores Sueuici, quorum nunc Brentius anteſignanus, cùm Oecolampadiũ oppugnarent communi ſcripto. Sunt autem ij ſecta Lutherani, ad primam vtiquè noſtræ ætatis Euangelicorum claſſem pertinentes.

Lutheri ſectæ trigintaquatuor. Lutheri nempè ſectam eſſe circiter in trigintaquatuor ſectas diuiſam, ait Bredēbachius in pſalmum 67. quæ ſe mutuùm editis libris oppugnant, præter eas, quæ in indocta plebe latent. Plura enim Lutheranorum deprehendes genera, ſi (vti ait Cleiuuitzius) ſuppures varias præſentis corporis Domini in Euchariſtia ſentētias. Alij enim adeſſe, alij ineſſe, alij ſubeſſe, alij eſſe cum pane, alij circa panem. Alij deniquè aliter nouum Lutheri figmentum efferunt.

Diuerſa Miſſæ celebratio apud Lutheranos. His alias adde Lutheranorum ſectas, quæ ſuam, quam dicunt, Miſſam Euangelicam aliter atque aliter celebrant. Alij ſemilatinam, alij habitu laico, alij eccleſiaſtico. Aliter denique Vuittembergæ, aliter Norimbergæ, aliter per ducatum Vuittembergenſem, aliter per Brandemburgenſem, aliter per Bauariam ſuperiorem.

Euchariſtię eleuatio apud quoſdã Lutheranos abolita. Sunt & qui Eleuationem ſacræ Euchariſtiæ retinent, vt teſtatur Cleiuuitzius contra Heshuſium: ſunt & qui aboleuerunt hunc ritum, ait Heshuſius. Hactenùs Lindanus.

PASTORICIDAE.

7.

PAſtoricidæ (eodem Lindano authore vbi ſuprà) ſunt, qui in Paſtorum Eccleſiæ aut Sacerdotum catholicorum necem coniurant: quorum ſcelere plurimi per Rynlandiam & Galliam perière, iniecto in collum laqueo, in foſſam præcipitati & demerſi. De qua re vide Claudium Sanctium libro quem de templorum direptione edidit anno 1562. Sunt autem iſti ſecta Antilutherani & Anabaptiſtæ, ad tertiam nimirùm noſtri temporis Euangelicorum claſſem ſpectantes. Paſtoricidarum ſcelus.

PATRICIANI.

8.

PAtriciani à Patricio quodam Romano (authore Philaſtrio) dicti sũt. Quo verò tempore emerſerint, neq; ex Auguſtino, neque ex Philaſtrio conſtat, ſicut nec Paterniani, de quibus ſequēti capite dicetur.

Dicebant autem ij, carnem hominis non à DEO, ſed à diabolo factam eſſe: idcoque eam contemnendam, & modis omnibus abijciendam decernebant: adeò quidem, vt (eodem Philaſtrio & Auguſtino teſtibus) vltrò ſibi mortem conſciſcere non dubitarēt, quò vel ſic tandēm carne carere poſſent. Patricianorũ hęreſis.

Quæ hæreſis incarnationis Dominicę veritati prorsùs reluctatur ac repugnat. Si enim caro opus eſſet à dæmone conditum, vt aiunt, neutiquàm credere dignũ eſſet, filium Dei carnem humanam aſſumere voluiſſe. Ideò in concilio Braccarenſi cap. 1. Decretorum, ſic à Patribus defini- Conciliũ Braccarēſe.

finitum fuit: Si quis dicit, creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et ideò ipſemet CHRISTVS DEI filius de dæmone ait: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Vndè Leo Papa huius nominis primus, epiſtola ſeptuageſimaprima, in qua Priſcillianiſtarum damnat errores, cap. 8. de hac re loquitur in hæc verba.

Leo Papa de Patricia norū & horū ſimiliū errore. Octauum eorum eſt, plaſmationem humanorum corporum diaboli dicere eſſe figmentum, & ſemina conceptionum, opere dæmonum in mulieris vtero figurari: propterea reſurrectionem carnis non eſſe credendam, quia concreatio corporis non ſit congruens animæ dignitati. Quæ falſitas ſine dubio opus diaboli eſt, & talia prodigia opinionum, figmenta ſunt dæmonum, qui non in fœminarum ventribus formant homines, ſed in hæreticorum cordibus tales fabricant errores. Quod immundiſſimū virus de Manichææ impietatis ſpecialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit atque damnauit. Hæc Leo Papa.

PATERNIANI. 9.

PAterniani à Paterno quodam appellati ſunt. Dicuntur & alio nomine (vt author eſt Auguſtinus libro de hæreſibus) Venuſtiani.

Paternianorum hæreſis. Hi in eundem ferè errorem impegerunt, quo Patriciani, niſi quòd totam hominis carnem vt illi, non damnârunt. Dicebant enim ſolùm inferiores partes humani corporis non à Deo, ſed à diabolo factas eſſe. Quapropter omnium ex illis partibus (authore Diuo Auguſtino) flagitiorum licentiam ſibi tribuentes, impuriſſimè viuebant. Contra quam hæreſim dicit Eccl. 17. Eccleſiaſticus, Deum de terra creâſſe hominem, maſculumque & fœminam feciſſe: quibus poſteà, vt eſt in Geneſi, Gen. 2. benedixit, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Quibus verbis generationem præcepit, quæ per corporum coniunctionem fit, non per quaſcunque corporis partes, vt omnibus innoteſcit, ſed per inferiores, in quibus potiſſima ſexûs diſtinctio conſiſtit. Ergò partes illas, quibus fit generatio, à Deo factas eſſe oportet, à quo generatio præcipitur.

Quam ſententiam diuus Paulus manifeſtius confirmat, cùm inquit: Rom. 6. Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos ipſos Deo tanquàm ex mortuis viuẽtes, & membra veſtra, arma iuſtitiæ Deo. Cùm itaque arma iuſtitiæ, corpus & eius membra Paulus appellet, cõuincitur indè, vt ſuapte natura malum non ſit, cùm poſſit illud ad arma iuſtitiæ conuerti. Hæc ex Alphonſo à Caſtro.

PATROPASSIANI. 10.

PAtropaſſiani (quemadmodùm ſuprà in Noëtianis diximus) ſunt qui Deum patrem paſſum fuiſſe aſſerunt: vtpotè qui in diuinis perſonarum numerum denegent, vnamque ſolùm eſſe in eis perſonam aſſerant, diuerſis tamẽ nominibus appellatam. De quibus diuus Auguſtinus ſermone ſecundo Dominicæ poſt feſtum Trinitatis, ità ait: Sabelliani, id eſt, Patropaſſiani, dicunt, quòd vnus ſit pater & filius: quoniam qui pater, ipſe itidèm & filius eſt. Nam ſi aliter dixerimus, (inquiunt) diceremur deorum multicolæ. Emerſit autem hæc hæreſis ſub Galieni Impera. & Stephani I. papæ temporibus, circa annum Domini 260.

Hæreſis Patropaſſianorum vndè orta. Iſtorum hæreſis indè orta eſt, (vt ait Euſebius Cæſareenſis lib. 10. hiſtor. eccleſiaſtic. cap. 29.) quòd diſtinguere neſcirent illi inter perſonam & eſſentiam, vel (vt verbis Euſebij vtar) inter ſubſtantiam & ſubſiſtentem: cùm tamen latum ſit inter illa diſcrimen. Subſtantia quid. Subſtantia quidem aut eſſentia, aut natura, quo vocabulo Theologi ſcholaſtici magìs vtuntur, eſt commune aliquid pluribus ſingularibus, in quo indiuidua ſingula conueniunt, & quod totum cuiuſlibet ſingularis perfectionem explicat. Perſona quid. Perſona verò eſt ſingulare quoddam, vnumque numero,

 men-

mente & ratione prædirum, à cæteris eiuſdem naturæ indiuiduis ſingulari proprietate diſcretum: vt cùm dicis hominē in communi, naturam explicas humanā omnibus hominibus communem: communem dico, non re, ſed ſola vocis dictione: cùm verò dicis Petrum, Ioannem, Franciſcum, perſonas nominas, quæ in illa natura humana conueniunt. Conueniunt, inquam, ſola (vt dixi) vocis dictione, quia quilibet eorum dicitur & eſt verus homo. Aut ſi mauis, conueniunt in definitione explicante rei perfectionem, quæ in quolibet ſingulari reperitur. In Deo itaque ſubſtantia aut eſſentia eſt ipſa deitatis natura, quę totam deitatis perfectionem dicit. Perſona verò, eſt ſingulare quoddam, in quo deitas exiſtit, ab alio ſingulari realiter ſeparatum, realiter inquam, non per naturam, ſed per proprietatem perſonalem: vt, cùm dicimus Deum, ſubſtantiam explicamus naturæ diuinæ omnibus perſonis communem: Communem, inquam, non (vt diximus de homine) ſola vocis dictione, ſed verè & realiter communem. Cùm verò dicimus patrem, aut filium, aut ſpiritum ſanctum: vnum ſingulare, aut vnam perſonā dicimus, in qua deitas ſubſiſtit. Cùm ergò hoc Trinitatis & vnitatis myſteriū tam altum ſit, vt humanum & angelicū ſuperet intellectum, hic oportet captiuare intellectum noſtrum in obſequium fidei. Quapropter ſuperfluum eſt, immò ridiculum, rationibus & argumentis hoc agere, ſed ſolis ſcripturarum teſtimonijs: quæ quoniam longum eſſet hic recenſere, lectorem remitto ad eiuſdem rei explicationem, quæ fit ab Alphonſo de Caſtro, libro, quem aduersùs hæreſes edidit, quinto, cùm de DEO agit, hæreſi quinta.

De his mentio fit apud Nicephorum libro nono, cap. 11. in ea fidei expoſitione, quam epiſcopi Orientales compoſuiſſe dicuntur, quam longiorem nominârunt, & Occidentalibus miſiſſe, cùm per triennium de doctrina fidei inter ſe diſſidiſſent. Eiuſdem fidei expoſitionis verba ſunt huiuſmodi: Atque itidèm credim°, eundem eſſe patrem & filium & ſpiritū ſanctum, & vnius eiuſdémque rei & perſonæ, tria hæc nomina impiè accipientes, meritò ab eccleſia proſcribimus: quoniā patrem qui comprehendi nequeat, atque perpeſſioni obnoxius non ſit, & comprehenſibilem, & perpeſſioni obſtrictū per inhumanationem cōſtituunt. Tales ſunt, qui Patropaſſiani apud Romanos, Sabelliani apud nos dicuntur. Siquidem nouimus, patrem quidem, qui miſerit, in ſuo immutabilis diuinitatis ſtatu permanſiſſe: qui verò miſſus eſt, Chriſtum inhumanationis œconomiam & munus obijſſe. Hæc Nicephorus. De his vide plura in Noëtianis, Sabellianis & Priſcilliano. *Patropaſſiani ſiue Sabelliani.*

PATTALORINCHITÆ. 11.

PAttalorinchitæ à πάτταλος græca dictione, quæ Latinè palus dicitur, & ῥίγχος, id eſt, naſus, appellantur. Cōſtat ergò, ideò dictos eſſe Pattalorinchitas, quòd veluti palum vel digitū in modum pali, naribus ſuis vel labijs ſuperponerent.

Adeò enim iſti ſilentio ſtudebant, (quemadmodùm diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus aſſerit) vt non aliæ rei quā taciturnitati vacarent: hac in re ſe prophetas imitari dicentes, proptereà quòd Dauid propheta Dominum orans, dixiſſet: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Nam quia ieiunijs beati prophetæ vacantes, ſilentium ſæpiùs accommodabant, indè hoc iſti vſurpantes, æſtimabant obſeruandum. *Pattalorinchitarū hæreſis.* *Pſal. 144.*

Ex quo quidem patet, hanc vocem apud Philaſtrium eſſe corruptam atque deprauatam per librariorum lapſum vel ignorantiam. Hi enim apud eundem Paſſalorinchitæ, cùm Pattalorinchitæ dici debuiſſent, appellantur. Cur autem per palum, digitum ſignificare māluerint, à quibus hoc nomen compoſitum eſt, neſcio, cùm Dactylorinchitæ multò euidentiùs appellari debuiſſent, vt dicit Auguſtinus lib. de hæreſibus, quàm Pattalorinchitæ. *Dactylorinchitę potiùs quàm Pattalorinchitæ.*

Quo autem tempore hæc hæreſis inceperit, aut quis illius fuerit inuentor, nec Philaſtrius, nec Auguſtinus expreſſit.

Quan-

Pattalorinchitarū hæreſis refutatio.

Quantum verò ad hanc ipſam hæreſim attinet, hi Pattalorinchitæ magis mihi videntur Pythagoricam ſequi vanitatem, quàm prophetarum ſapientiam & pietatem. Nam illud prophetæ Dauidis, quod ex pſalmis citauimus, minimè illis ſuffragatur. Non enim (vt verbis vtar Alphonſi à Caſtro) petit propheta in cuſtodiam labiorum ſuorum murum, ſed oſtium. Pone (inquit Pſalmiſta) cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Non dixit murum, quoniam ſi eum petiuiſſet, omnem videretur loquendi facultatem à ſe abieciſſe. Sed dixit oſtium, & non qualecunque, ſed circunſtantiæ, quod videlicet loco & tēpore aperiri valeat. Quibus verbis ſolùm moderatam atque temperatam petiuit loquutionem, & non perpetuum ſilentium: vt videlicet cùm tacendum eſſet, taceret: cum loquendum foret, loqueretur. Eſt enim tempus loquēdi, & tempus tacendi. Nam ſi taciturnitas eſſet ſemper commendatione digna, nunquàm Eſaias ægrè tuliſſet ac deploràſſet obſeruatum à ſe ſilentium, cùm inquit: Væ mihi, quia tacui. Hæc Alphonſus à Caſtro.

Eccleſ.3.

Eſa.6.

PAVLVS SAMOSAtenus *Antiochenus epiſcopus.*

12.

Paulianiſtæ.

Paulus Samoſatenus, à quo Paulianiſtæ ſeu Paulitani hæretici dicti ſunt, Syrus natione, homo multæ quidem arrogantiæ, ſed nullius propè ſapientiæ, Artemonis & Ebionitarum hæreſim reuocauit, Aureliani Cæſaris, & Felicis 1. papæ temporibus, circa annum Domini 273.

Pauli Samoſateni errores.

1. Hic pſalmos cantari ſolitos vetuit, hisq́; alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem conſcripſerat.

2. Negabat, Dei filium è cælis deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe, quemadmodum Diuus teſtatur Auguſtinus in catalogo hæreticorum. Sed hæc hæreſis cum ſuo authore, Antiochiæ omnium epiſcoporum ſuffragijs damnatur, anno 274.

3. Docebat item, teſte Philaſtrio, Chriſtum Deum Dei filium non ſubſtantiuū ac perſonalem, & ſempiternum eſſe cum patre: ſed prolatiuum tantùm, id eſt, quaſi aërem quendam eſſe, non autem perſonā viuam & ſempiternam cum ſempiterno patre credendam.

4. Prædicabat ergò, Chriſtum fuiſſe quidem hominem iuſtum, non autem Deum verum, Iudæum potiùs hic præ ſe ferens, quàm Chriſtianum hominem.

5. Vndè & circuncifionem obſeruandā docebat: adeò quidem delirus, vt, teſte Philaſtrio, Zenobiam quandam reginam in Oriente tunc temporis ipſe iudaizare docuerit.

6. Hi deniquè (vt habetur 1. quæſt. 1. cap. Paulianiſtæ) in nomine Trinitatis minimè baptizabant. Quapropter in Niceno concilio præceptum fuit, vt cùm aliqui ex illis ad eccleſiam redirent, rebaptizarentur, quòd veram baptiſmi formam non tenerent, atque ideò nec verum baptiſma. Quali autem forma vterentur, non meminerunt nec Philaſtrius, nec Auguſtinus.

De Paulo verò Samoſateno Nicephorus lib. 6. cap. 27. ſcribit in hunc modum: Eodem, inquit, tempore (nimirùm quo Sabellius ſuam hæreſim inſtituit, ſub imperio videlicet Aureliani Imperatoris) Demetriano epiſcopo Antiochiæ defuncto, Paulus Samoſatenus thronum eius accepit, quum Zenobia eius loci regnum obtineret. Perſæ enim, Romanis victis, adminiſtrationem ei Syriæ & Phœniciæ tradiderant. Paulus porrò iſte, curare eam in religione Iudaizantem volens, plurimūque operæ & curæ in ea rectè inſtituenda atque conuertenda ponens, in Artemonis hæreſim impegit. Nimis enim humilia atq; humi ſerpentia de Chriſto docuit. Communem quippe hominem natura fuiſſe, neque quicquam præcipuum præ nobis habuiſſe, & diuinæ ſubſtantiæ expertem extitiſſe, atque in eo perindè atquè in propheta filium Dei inhabitàſſe, & rurſùm ab eo diſceſſiſſe, nonnullaq́; hiſce ſimilia contra eccleſiaſticam doctrinam cenſuit. Pauli Samoſateni hæreſis.

Quod vbi tum eccleſiarum paſtores cognouerunt, non deſpiciendam ſerpentem iam tantam contagionem iudicàrūt:

præcipuè quum piaculum id, domicilium & tanquàm adiutricem, tam magnam natum eſſet vrbem. Atque Dionyſius quidem Alexandrinus, vir celebris, propter ætatem affectam, & grauem imbecillitatem, proficiſci eò diſtulit. Literis autem & ipſum ad officium eſt cohortatus, & eos, qui ad eum confluebant, ad ardorem & æmulationem veræ pietatis exacuit, iudiciumque ſuum & ſententiam de propoſita quæſtione ad eos miſit. Reliqui verò eccleſiarum antiſtites, veluti ad vaſtantem & pernicioſam feram conficiendam, Antiochiam vndiquaquè, alius poſt alium, congregabantur, reſplendentes enſes & cuſpides, vera eccleſiæ dogmata, præ ſe ferentes. Eorum primi nominis & maximè celebres, ſicut ſtellæ radiantes præfulgebant, Gregorius magnus ille, miraculis edendis decantatus: & Athenodorus, ſententijs, verbis, & factis, fraternè illi coniunctus: Ponticarum eccleſiarum epiſcopi, Firmilianus Cæſareæ Cappadocum antiſtes, vir præclarus, & vtriuſque generis literarum ſummè doctus. Helenus metropolis Tarſi Cilicum epiſcopus præterea Nicomas Iconij, Hymenæus Hieroſolymorum, & Cæſareæ Palæſtinæ Theotecnus, epiſcopi. Maximus inſupèr, qui fratribus Boſtræ præfuit: Theophilus, Proclus, Heleanus, Paulus, Babylianus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion, & Lucius, diuerſarum eccleſiarum præfecti. Hi omnes, & alij quamplurimi, vnà cum presbyteris & diaconis, in eam quam diximus ciuitatem conuenerunt.

Dionyſius Alexandrinꝰ Pauli hęreſim oppugnat.

Epiſcopi Antiochiæ aduersùs Paulum Samoſatenū cōgregati.

Quum igitur in vnum congregati eſſent, ſæpè multumque ſermones conſerebantur, & in quolibet conſeſſu, quæſtiones plures proponebantur. Ibi Paulus obumbrare, & quantum poſſet, hæreſim ſuam tegere & occultare laborabat. Illis autem illud maximè ſtudio fuit, vt illa proferretur, & tanta in Chriſtum blaſphemia omnibus propalàm nota fieret. Quapropter ſuadendo primùm & conſulendo, conati ſunt Paulum à concepta opinione abducere, & in contrariam ſententiam pertrahere. At quum ille iuramento interpoſito, apertè errori ei renunciaret, neque ſe quippiam eiuſmodi ſentire, ſed Apoſtolicis finibus & doctrinis adhærere, eisque inſiſtere confirmaret: tum quidem illi communem ſeruatorem Deum de eccleſiarum conſenſu & concordia quum laudibus concelebrâſſent, Synodum ſoluerunt, & pro ſe quiſq; ad greges ſuos redierunt.

Samoſatenus orthoxum ſe eſſe iurat.

Conuētus epiſcoporū ſoluitur.

Sed enim temporis proceſſu, quum rurſùm vbique fama ſpargeretur de Paulo, qui ità à veræ fidei profeſſione degenerans deſciuiſſet, celeberrimi illi viri ne tum quidem ſtatim ad illum detrubandum ſunt progreſſi, ſed litteris ſcriptis vulnus eius curare ſunt conati, lethalem ſe eo modo doctrinam oppreſſuros eſſe opinati. Dionyſius equidem epiſtolam dedit, authorem erroris eius ne alloquutione quidem dignans, ſed populum eccleſiæ Antiochenæ inſtruens tantùm & confirmans. Firmilianus autem Cappadox Antiochiam venit: ſed ſtatim dolo ab ea repulſus, reſipiſcentiam & conuerſionem denuò pollicente, indè deceſſit. Poſteà verò quum rurſùs cum eo congredi deberet, vt qui toties Deum negantis audaciæ eius periculum feciſſet, è vita exceſſit. Quo tempore etiàm Dionyſius Alexandrinus eſt mortuus, duodecimo videlicet Galieni imperantis anno, quum quidem decem et ſeptem annis rem eccleſiaſticam adminiſtrâſſet. Atque eius ſucceſſor Alexandriæ Maximius fuit.

Samoſatenus in errorē relapſus.

Proceſſus cōtra hęreticum legitimus.

Cæterùm quum Galienus quindecim iam annis rerum potitus eſſet, Claudius ei ſucceſſit, qui biennium tantùm imperio adminiſtrato, Aureliano id reliquit: ſub quo vltimus eſt contra Samoſatenum, quamplurimis epiſcopis confluentibus, conuentus peractus. Poſtquàm enim illi multa admonendo, cohortationes adhibendo, & priorum admonitionum atque conuentorum pacta in memoriam reuocando, in inficiatione eum perſiſtere viderunt, & accuſatores eum confutaturi inſtiterunt, concilium eſt coactum. Hîc Malchion quidam, qui priùs Antiochiæ Sophiſticæ ſcholæ græcarum diſciplinarum præerat, & poſteà propter egregiam eius in CHRISTVM fidem, ſingularemque virtutem, ad digni-

Vltimus epiſcoporū aduersùs Paulum Samoſatenū conuētus.

Malchion presbyter Paulum redarguit.

gnitatem presbyterij euectus fuerat, cum eo in publico colloquio congreſſus, celeribus notarijs, qui verba omnia chartis exciperent, diſpoſitis, illum conuicit. & rectum latentemque eius ſenſum fraudulenta ſeductione plenum, ità in lucem protulit, vt eum alij quoquè manifeſtò deprehenderent. Itaque aliena opinari atque docere conuictus, & vt hæreſis dux & author, à catholica & vniuerſali, quæ ſub cælo eſt, eccleſia, proſcriptus, non ſolùm fideli cleri ordine motus, ſed etiam eccleſia eſt eiectus: & Domnus pro eo eccleſiæ Antiochenæ gubernacula ſuſcepit.

Paulus excommunicatus.

Domnus epiſcopus Antiochenus.

Sedenim quum Paulus contrà niteretur, eccleſiæq; adminiſtrationem retinere conaretur, & in Synodi decreto acquieſcere nollet, audacia eius ad Aurelianum tum imperantem, eſt delata. Is ſanctiſſimè de ea re conſtituit, eis ſcilicet epiſcopatum mandari iubens, quos Italici & Romani epiſcopi literis ſuis comprobâſſent. Etiamſi enim dæmonum cultui deditus eſſet, tum tamen quod iuſtum eſſet iudicauit, vt, qui in fidei profeſſione conſentientibus reſponſaret, decretumque eorum contemneret, ab illorum ſodalitate & collegio reſecaretur. Ità Paulus ab eccleſia, non tantùm à ſacra & eccleſiaſtica, verũ etiàm à prophana & mundana poteſtate turpiter eſt pulſus. Aurelianus autem, tum quidem tam æquum ſe erga nos præbuit.

Romani epiſcopi prærogatiua. Euſeb. li. 7. cap. 30.

Procedente verò, vnà cum tempore imperio eius, vt alio in nos eſſet animo, à quibuſdam perſuadebatur: paulatimque vt & ipſe perſequutionem aduersùs Chriſtianos moueret, incitabatur. Et iam non minimus rumor de ea paſſim increbreſcebat. Quumque vix tandem ſuadentibus cederet, & ſubſcribere literis eis, quæ contra veram pietatem editæ fuerant, deberet, derepentè diuina affuit vindicta, quæ vnà cum ipſo cubito improbi ſcribæ manus inhibuit: omnibus ſatis declarans, non ſemper eis, qui in nos commouentur, facile eſſe aduersùs eccleſias eius, quod conſtituerint, perficere, niſi illa arcano occultoque iudicio, quo ei viſum eſt tempore, explorationis, caſtigationis, & conuerſionis noſtræ gratia, id permiſerit.

Aurelian[9] & ipſe perſequutionē cõtra Chriſtianos molitur.

Aureliani cœptũ Deus inhibuit, qui tẽpore ſuo caſtigari ſuos permittit.

Porrò Samoſateno ad eum modum reiecto, eccleſiarum paſtores conuenientes ad Dionyſium Romanum & Maximinum Alexandrinum epiſcopos, communem conſcripſerunt epiſtolam, eamq; ad omnia terræ loca miſerunt: in qua plèniſſimè Synodi acta, videlicet eximium ſtudium ſuum, & Pauli morum improbitatem, diſputationesque & confutationes publicas, atq; impuram impudicamq; hominis vitam expoſuerunt. Vndè pauca quædam huc afferre placuit. Et alia quidem prætermittam: quæ verò mores eius, veluti in columnam inciſa, declarant, percurram.

Ea ſic habent: Poſtquàm à canone & regula ſinceræ doctrinæ digreſſus, ad illegitima & adulterina dogmata deſciuit, nihil opus eſt actiones eius extra Eccleſiam recenſere: neque, quum priùs pauper fuerit & mendicus, (quippe cui neque à parentibus patrimonium aliquod creuiſſet, neque arte aut ſtudio quopiam quicquam paràſſet) quòd ad immenſas opes, per fraudes iniquiſſimas & ſacrilegas peruenerit: neque etiam quæ fratres excutiens exegerit, præmia ab eis, quos iniuria affecit, capiens, & mercede ſe eis opem laturum pollicens, quos tamen ipſos feſellit: fruſtraque vberes fructus percipiens, ex propenſione & promptitudine eorum, qui negocijs implicitι, eo nomine illi dederunt, vt moleſtia litium defungerentur, prouentum atque vectigal, Dei cultum eſſe ducens: neque vt ille ſuperbierit, ſublatusque fuerit mundanis dignitatibus, Ducenarius potiùs quàm Epiſcopus vocari volens: neque vt per forum ſuperbè inceſſerit, ſimulque & epiſtolas legerit & dictauerit, cum ſatellitio publicitùs ingrediens, magno numero his præcedentibus, illis ſequentibus: vel vt propter faſtum & arrogantiam cordis eius, fidem odio habuerit & execratus ſit. Non etiàm in eccleſiaſticis conuentibus monſtroſam eius ſuperbiam, quam aucupatione famæ & gloriæ & oculorum præſtigijs, fucorumque me-

De improbis Samoſateni moribus.

Temporibus noſtris Ducenatijs pares eſſe videntur apud Reges & Principes, Cancellarij. Sẽſibus hęc imis, res eſt non parua, repone: de

di-

Scribitur epiſcopus ſuperbus, auarus, vanus, & planè ſecularis.

ditatione eſt molitus: quibus rebus ſimpliciorum animas conterruit, & conſternatione impleuit, gradum quidem & thronum altiorem ſibi conſtituens, non vt Chriſti diſcipulus, ſecretum verò, ſicuti mundi Principes, & habens & nominans (vndè Secretarij & à Secretis dicuntur) ſubindeque femur manu pulſans, & ſuggeſtum pedibus quatiens. Quòd ſi qui hæc non laudarent, & quod in theatris fieri ſolet, faſciarum tenuium iactatione & concuſſione non applauderent, quive nō acclamarent, atque itidèm, vt qui circa ipſum ſtabant factionis eius, exilirent, ab eis ſibi iniuriam fieri putabat. Sic enim & viri & mulieres concionantem indecorè admodùm audiebant. Atque in eos, qui, vt in domo Dei, ſtatu corporis ad grauem decentemque habitum compoſito ſederent, acerbius cum contumelia inuchebatur. Doctores etiam & enarratores verbi, qui ex hac vita migraſſent, petulanter proſcindebat. Grauis & moleſtus in publico, & magnifica de ſeipſo prædicans, non vt epiſcopus, ſed vt ſophiſta & impoſtor.

Pſalmis porrò de Domino noſtro Ieſu CHRISTO abrogatis, tanquàm recentibus & à recentioribus compoſitis, in media eccleſia, magno die Paſchæ de ſeipſo mulierculas laudes cantare inſtituebat, quas nemo ſine horrore audierit. Quemadmodùm etiàm, vt de ſe pro concione ad populum dicerent, ex finitimis agris & oppidis, per aſſentationem ſibi adulantes epiſcopos & presbyteros ſummiſit atque diſpoſuit.

Hæreſis Samoſateni impia.

1. Filium quidem Dei, non vult nobiſcum profiteri è Cælo deſcendiſſe.

2. Non minùs verò etiam alicubi dicit IESVM CHRISTVM è terra ortum habuiſſe.

Qui autem in populo pſalmis & laudibus impium hunc hominem celebrant, angelum eum & magiſtrum ad ſe è cælo deſcendiſſe canunt. Et hæc ille ſuperbiſſimus non prohibet, ſed ea canentibus adeſt?

Quid autem mulieres eius ſubintroductas, (vt Antiocheni nominant) quid eius presbyteros & Diaconos, quibus & hoc delictum, & alia immedicabilia peccata permitit, eaque cum illis celat, conſcius ſibi eorum, & ſimul illos de eis arguens, vt ſibi obnoxios habeat, dicamus? Quibus in rebus, verbis ſimul & factis eis eſt iniurius, quòd accuſare eum, ſibijpſis timentes, non audeant. Sed eos ille quoque collocupletauit. Quapropter ab eis, qui talia conſectantur, amatur, & in admiratione habetur. Quid hæc, inquam, ſcribamus?

Ordo Epiſcopalis & ſacerdotalis omniū bonorum operum exemplo multitudini eſſe debet.

Scimus autem, dilecti, epiſcopum & ſacerdotalem ordinem omnem, multitudini exemplo eſſe debere bonorum operum omnium. Nec illud quidem ignoramus, perquàm multos, qui ſibi mulieres ſubintroduxiſſent, grauiter lapſos eſſe: multos in fœdam ſuſpicionem perueniſſe. Atque vt concedamus vnum aliquem in tali re nihil turpe atq; impudicum committere: ſuſpicionem tamen, quæ ex eiuſmodi côuictu naſcitur, vitare oportet, ne quem offendat, aut ad imitationem malæ conſuetudinis incitet. Quomodò nanq; alium obiurgabit vel inſtituet, vt videat nè frequenter cum muliere conueniens labatur, ſicuti ſcriptum eſt: qui vnam quidem iam repudiârit, duas autem ætate florentes & forma præſtantes apud ſe foueat, atque etiàm, ſi quopiam eat, ſecum ducat laſciuiens, atq; dilicijs diffluens? Cuius rei gratia pij omnes ſecum grauiter ſuſpirant & lugent. Adeò autem impotentem eius tyrannidem reformidârunt, vt nullus accuſare eum auderet.

Atque hæc quidem, ſicuti diximus, quiſquam emendauerit in viro qui catholicæ eſſet ſententiæ, & ordini noſtro connumeraretur. In eo verò, qui tacenda enūciauerit, myſteriumq; prodiderit, & deteſtandam hæreſim Artemonis (cur enim tandèm parentem eius non oſtendimus?) producendo iactarit, non oportet rationem talium delictorum requirere.

Artemonis qui ab Euſebio Artemas dicitur lib. 7. c. 30. hęreſim Samoſatenus renouauit.

Deindè in fine epiſtolæ, epilogi loco hæc adijciunt: Quapropter quum is tantoperè DEO repugnaret, nec cedere vellet: ea nobis eſt impoſita neceſſitas, vt homine iſto excommunicato, alium pro eo, non ſine DEI, ſicuti perſuaſum habemus, prouidentia, Eccleſiæ Catholicæ

licæ præficeremus: beati Demetriani, qui eccleſiam eam ante hunc præclarè adminiſtrauit, filium Dominũ, omnibus epiſcopalibus donis ornatum. Hoc ideò vobis ſcripſimus, vt ad eum communionis literas detis, & rursùm ab eo accipiatis. Samoſatenus autem ad Artemonem epiſtolas ſcribat, & cum eo etiãm, qui Artemonis ſententiam probant, communicent. Res Samoſateni ſic ſe habuerunt. Hactenus Nicephorus. De hac hæreſi vide ſupra in Artemone. Fuerunt autem, qui hac etiam noſtra tempeſtate Pauli Samoſateni renouarunt hæreſim, quos Samoſatenicos appellat Staphyl⁹ de Lutheranorum inter ſe concordia: vtpote qui negant apud Ioannem hanc vocem, ὁ λόγος, perſonam diuinæ Trinitatis ſignificare. Ità ſentire, inquit, Matthiam Illyricum teſtatur & ſcribit ſchola VVittenbergenſis. Eſt etiàm in Sileſiæ oppidulo Zary alius quidam Matthias, parochus eius loci, qui palàm negat Trinitatem eſſe. Item in Bohemiæ oppido Czeſlauu, quidam pari furoris ſtudio in Sanctam Trinitatem debacchatus eſt, dum eſſet in montibus Guttnis, & alij alibì non paucis in locis. Resq; eò dementiæ peruenit, imò ad hoc furoris euaſit, vt ſanctam Trinitatem vocent tricipitem Cerberum. Sunt alij, qui vnitatem Dei negant, & eſſe tres deos affirmant. Ità palàm quidam docuit in Pruſſia. Hæc Staphylus.

Proh ſcelus inter Chriſtianos.

PAVPERES DE LV- *gduno.* 13.

Pauperes de Lugduno, qui & VValdenſes, à VValdone quodam ciue Lugdunẽſi, qui eorum fuit author, nuncupati, emerſerunt Friderici huius nominis primi Imperatoris Germani, & Alexandri tertij, ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circa annum Domini 1160.

Vualdonis vita ex Aenea Syluio.

Hic Vualdo (teſte Aenea Syluio, libro de origine Bohemorum, Capite trigeſimo quinto) cùm diues admodùm eſſet, operibus relictis, pauperibusque erogatis, Euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum prætendit, multos interìm ſub hoc velamine impios errores adumbrans. Nam cùm idiota eſſet, quoſdam libros vulgari ac materna lingua cum quibuſdam ſanctorum dictis ac teſtimonijs ſibi conſcribi fecit: quos libros nõ ſanè intelligens, ſuo inflatus ſpiritu, Apoſtoli officium prædicando vſurpauit. Cùm itaque multos ſibi aggregaſſet diſcipulos & aſſeclas, peſſimos errores diſſeminare aggreſſus eſt, eccleſiæ prælatos & clerum aſpernando. Monitus autẽ reſpondit, obedire Deo magìs oportere, quàm hominibus. Cumque obduratus in ſua perſiſteret opinione, velutì hæreticus & contumax, anathematis vinculo innodatus, patria propellitur. Quæ res in laqueum & ſcandalum magnum facta eſt ſimplicibus. Quæ fatuitas multis adhuc in locis vigorem obtinet. Vbì quidem animaduertẽdum venit, fidem Catholicam olìm per potẽtes principes, per argutos philoſophos, per ſubtiles hæreticos impugnatam, diebus autem iſtis per viliſſimos idiotas & laicos pauperrimos tribulatam fuiſſe. Eorum autem hæreſes in concilio generali Romæ habito damnatæ fuerunt, circa annum Domini 1170. Sunt autem huiuſmodi:

Pauperum de Lugduno errores.

1. Aſſerunt primò, nullo pacto oleum ſacrum in Baptiſmo debere miſceri. *Baptiſmus*
2. Pro hæreticorum ſolita temeritate atque impietate, cunctas benedictiones, quas fecit eccleſia dicitve ſuper vinum, panem, aquam, oleum, ſal, ceram, incenſum, arbores oliuarum & palmarum, veſtes eccleſiaſticas, calices, cœmeteria & alia huiuſmodi, irrident atque ſubſannant, illas nullius eſſe momenti aſſerentes. *Benedictio.*
3. Dicunt, fruſtrà tempus teri in cantibus Eccleſiaſticis, & horis canonicis dicendis. *Cantus.*
4. Tempore Quadrageſimæ carnem & oua, & reliqua prohibita commedũt, dicentes, hac in re nullum ſubeſſe peccatum: quin etiàm eccleſiam non poſſe talem ciborum abſtinentiam præcipere, dicuntque in ea abſtinentia nullum ineſſe meritum. *Cibus.*
5. Dicunt etiàm, vrẽte carnis libidine, omnem carnalem commixtionem tam inter viros, quàm inter fœminas, eſſe licitam. *Coitus.*

Confeſſio. 6. Auriculatem cōfeſſionem prorsùs tollunt,eam neceſſariam eſſe negantes.

Confirmatio. 7. Docent,Confirmationem non eſſe ſacramentum.

Eccleſia. 8. Obedientiam non eſſe præſtandam ſummo Pōtifici,aut alijs quibuſuis prælatis eccleſiæ.

9 Sacerdotes,pauperes eſſe debere,& ſola contentos eleemoſyna.

Epiſcopus. 10. Dicunt etiàm, inter ſacerdotes nullum fore diſcrimen.

11 Et quòd non dignitas, ſed vitæ meritum efficiat presbyterum potiorem.

Euchariſtia. 12. Sine conſueta Eccleſiæ forma (vt Guido Carmelita capite 9. de hæreſibus VValdenſium ait) qua Chriſtus conſecraturus, nobis conſecrādi modū tradidit, Euchariſtiæ ſacramentum conficiunt:ſed ſeptiès dicendo PATER NOSTER, & benedicendo panem & vinū, ſe conſecrare aſſerunt.

13 Dicunt rursùs, hoc ſacramentum,in die cœnæ Domini, feria ſcilicet quinta maioris hebdomadæ confectum, eſſe præſtantioris virtutis & efficaciæ, quàm alio quolibet die conſecratum Quapropter (vt Guido Carmelita aſſerit) nulla alia die agni, quàm in die Cœnæ illud conficiunt, illoq; die confectum per totum annum conſeruāt, vt indè infirmis miniſtretur Hoc itidèm Græcis impingit idem Guido,vt ſuprà diximus.

Ieiunium. 14. Non ſolùm ciborum delectum damnant,ſed etiam in ieiunio nullum eſſe meritum prædicāt, in ſui erroris confirmationem illud diui Pauli, malè ab eis

1.Tim.4. intellectum,detorquentes: Corporis exercitatio ad modicum vtilis eſt.

Imago. 15. Docent,imagines eſſe tollendas ab Eccleſia , idololatriam eſſe dicētes imagines in tēplis habere,ſiue illæ ſint Chriſti,ſiue alicuiusè diuis.

Indulgentiæ. 16. Indulgentias,quas Pontifices peccatoribus largiuntur & præſtant,illis videlicet pœnam condonando, ad cuius tolerantiam peccator obligatur etiàm remiſſa culpa, contemnūt atque irrident. Aſſerunt nanq;, Papam nullam prorsùs habere poteſtatem indulgentias concedendi:quas ſi conceſſerit,dicunt nullius eſſe virtutis.

Iudex. 17. Docēt,nullum iudicem poſſe damnare aliquem hominem ad vllū ſupplicium aut pœnam. Hoc nempe eſt ſceleratis hominibus propriū, vt ſemper ſuis ſceleribus optent impunitatem, quò liberiùs & ſecuriùs,quæ voluerint,ſcelera perpetrare valeant. In cuius erroris ſui teſtimonium,illud adferunt: Nolite iudicare,& non iudicabimini. Matth. 7.

18. Aſſerunt, quodcunque iuramētum eſſe Chriſtianis interdictum : ſic, vt nuſquàm, etiàm coram iudice, extorquēdæ veritatis cauſa ad id aliquem adigente, iurare liceat. Iuramentum.

19 Dicunt,virum perfectum non debere manibus laborare, etiàm ſuſtentandæ vitæ cauſa. Labor.

20. Sentiunt nulla vera miracula fieri in Eccleſia. Ex quo licet colligere,quanta fuerit illorum dementia & ſacrarum literarum inſcitia, cùm ſint tam multa ſcripturę ſacræ teſtimonia ad miraculorum confirmationem. VValdenſes nanque,ſicut ſuprà diximus, homines prorsùs idiotæ & ignorātes extiterunt: quapropter hinc cōijcere licet, eos ignoraſſe quid ſit miraculum, quum ſit res inſolita ſupra naturæ potentiam operata. Miracula.

21. Dicunt,mendicantium religiones, fuiſſe maloiū dęmonum inuentionem. Monachatus.

22. Omnem Eccleſiæ poteſtatem & ordinem tollere volebāt,dicentes non eſſe obediendum Romano Pontifici, aut alijs eccleſiæ prælatis. Obedientia.

23. Aſſerunt,nullum capitale peccatum eſſe tolerandum,etiamſi vitandi quantūuis maioris mali gratia permittatur. Peccatum.

24. Docent,omnes presbyteros eſſe pares, neque vnum eſſe alio poteſtate ſuperiorem: hac ratione non ſolùm Papæ authoritatem imminuere, ſed etiàm illum à ſua ſede deijcere,omnemq; quam à Deo in terris recepit poteſtatem, illi adimere contendentes. Papa.

25. Aſſerunt item, omnem poteſtatem tam laicalem, quàm eccleſiaſticā amitti per peccatum mortale:ideoque non eſſe parendum illi, qui mortalis culpæ reus ſit : dicentes,huiuſmodi hominem non poſſe eccleſiaſtica neque ſeculari dignitate potiri. Poteſtas.

26. Docent, liberam eſſe cuiq; Chriſtiano verbi Dei prædicationem ; adeò quidem, Prædicatio.

dem, vt, quãtumuis fuerit alicui à ſuperiore ſuo inhibitum nè id agat, illum tamen liberè poſſe concionari, & ad populum verba facere.

Purgatorium. 27. Docent rursùs, nullum eſſe purgatorium locũ, in quo animæ ab hac luce migrantes, purgẽtur à ſordibus, quas in corpore contraxerant, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur.

Sacerdotium. 28. Dicunt, ſacerdotem conſecrãdi poteſtatem amittere, ſi peccatum mortale commiſerit: omnem verò hominem iuſtum ſuæ factionis poſſe conſecrare corpus Domini, etiàm ſi laicus ille fuerit. Si verò in peccatũ lapſus fuerit, eum perdere illam poteſtatem.

Sancti. 29. Omniũ ſanctorum feſta ab eccleſia auferre conantur, cùm aiunt, ſanctos non eſſe ab hominibus honorandos, colendos, aut inuocandos: quò vel ſic tandèm homines hic viuentes, ſanctorum, qui in cælis ſunt, & diuino cõſpectu fruuntur, defraudent auxilijs.

Sepultura. 30. Aſſerunt, nihil intereſſe, quacunq; tellure corpora humana ſepeliãtur, ſiue locus ſit ſacer, ſiue non.

Vnctio extrema. 31. Extremam denique vnctionem, inter eccleſiæ ſacramenta non admittunt.

Eccleſia. 32. Dicunt etiàm, tempore Syluestri Papæ eccleſiam defeciſſe: ideoq; nullum, quantumuis probum & iuſtum, ſaluari poſſe fidem eccleſię Romanæ tenendo.

Defuncti. 33. Item Miſſas & eleemoſynas, orationes, & ſuffragia pro defunctis, nihil prodeſſe.

Oratio. 34. Poſtremò nullas admittunt orandi formulas, excepta oratione Dominica, PATER NOSTER: omnes intereà ferè ſanctiões Romanæ Eccleſiæ ceu inutiles & ſuperſtitioſas tollentes.

Reliquos horum impiorum hominũ errores, vide in VValdenſibus, & apud Aeneam Syluium in de origine Bohemorum cap.35.

PELAGIVS.

14.

PElagius (à quo Pelagiani hæretici, qui & Cæleſtiani à Cæleſtio quodam monacho eiuſdem Pelagij coæuo & affectatore, ſunt appellati) profeſſione monachus, ſed diuinæ gratiæ hoſtis ac oppugnator acerrimus, ex magna Britannia oriundus fuit. Is cùm in partibus Orientis in Syria videlicet Palæſtinæ monachatũ induiſſet, & (vt autor eſt diuus Hieronymus) à quibuſdã Catholicis ad epiſcopalia munera obeũda eſſet perductus, tandèm in patriam reuerſus, ſuis erroribus vndique reſperſis, Britannicam inſulam eiſdem quoq; inſecit: idque Arcadij Imperatoris, ac Innocentij huius nominis primi ſummi Romanorũ Pontificis temporibus, circa annum Domini 405. Pelagij vita.

Quum autem Angli hac de cauſa fauorem & auxilium imploràſſent à Gallicanis epiſcopis, eò quod apud eos clarior, quàm apud reliquas totius orbis nationes foret doctrina, Germanum (vt inquit Beda libro de ratiõe temporum) & Lupum epiſcopos & fratres, & Catholicæ fidei egregios defenſores, virtutisq; eximios athletas & concertatores, doctrinã vita ipſa exornantes, ad eos Galli miſerunt: qui antiſtites eam inſulam ab hæreſi Pelagiana tandèm expurgàrunt, eam in fide & verbo veritatis, & miraculorum ſignis atque portentis confirmantes. Aduersùs hunc Pelagium duo fuère celebrata concilia, Carthaginenſe primum, alterum Mileuitanum. Germanus & Lupus epiſcopi fratres, Britanniam inſulam à Pelagiana hæreſi repurgant.

1. Liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponẽs, docebat nõ ex miſericordia Dei propter Chriſtũ ſine noſtro merito nos iuſtificari, ſed ex proprijs operibus & virtutibus naturalibus veram ac ſolidam coram Deo iuſtitiam parari, & remiſſionem contingere peccatorum non ex fide Chriſti, ſed noſtris conatibus. Pelagij hæreſes.

2. Dicebat item Pelagius (vt idem ait Auguſtinus lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum) quòd Adam moriturus erat etiamſi non peccàſſet, & quòd non ex culpa de merito, ſed ex conditione naturæ mortuus eſt.

3. Aſſerit rursùs, pueros non egere Baptiſmo ad deletionem peccati originalis, quia videlicet negat pueros ante baptiſmum vllum peccatum originale habere, vt idem teſtatur Auguſtinus lib. de hæreſibus, cap.88.

4. Dicit etiam, vitam iuſtorum in hoc ſeculo nullũ habere peccatum, tanquàm

ſi is, qui ſemèl iuſtus eſt, iam ampliùs peccare non poſſit.

5. Docet item, liberum hominis arbitrium poſt receptã baptiſmatis gratiam non poſſe ampliùs peccare.

6. Aſſerit, orationes, quas facit Eccleſia pro infidelibus & alijs peccatoribus, vt conuertantur, ſiue pro fidelibus, vt perſeuerẽt, fruſtrà fieri: quòd ad illa omnia ſufficere dicat noſtri arbitrij liberam poteſtatem, & ità non opùs eſſe à Deo petere, quæ noſipſi conſequi poſſumus.

Vincẽtius Lirinenſis, de ritibus hæreticorum.

De Pelagio verò ſic ſcribit Vincẽtius Lirinenſis: Prophanas (inquit Paulus) vocum nouitates deuita: quas recipere atque ſectari nunquàm Catholicorum, ſemper verò hæreticorum fuit. Et reuera, quæ vnquàm hæreſis, niſi ſub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis vnquàm hæreſes inſtituit, niſi qui ſe priùs ab Eccleſiæ Catholicæ vniuerſitatis & antiquitatis cõſenſione diſcreuerit? Quod ita eſſe, luce clariùs exempla demonſtrant. Quis enim vnquàm ante prophanũ illum Pelagium, tantam virtutem liberi præſumpſit arbitrij, vt ad hoc in bonis rebus per actus ſingulos adiuuandum, neceſſariam Dei gratiam non putaret? Quis ante prodigioſum diſcipulum eius Cæleſtium, reatu præuaricationis Adæ omne genus humanũ negauit adſtrictum? Hæc ille.

Pelagianiſmus hac noſtra tempeſtate renouatus.

De his porrò qui hac noſtra ætate Pelagianiſmũ renouant, Lindanus ſui Dubiantij dialogo ſecũdo, loquitur in hũc modum: Pelagius, inquit, Chriſtianæ gratiæ hoſtis ſuum diù coxit monachali ſub pallio venenũ, quod varijs patrum concilijs etſi fuerit damnatum, tamen nunc quoque à Lutheri diſcipulis in lucem renouatum, Euangelij titulo recrudeſcit in Saxonia Ioannes enim Pfeffingerus paſtor Lipſenſis, vnà cum ſchola Lipſenſi, docent, hominem naturalibus liberi arbitrij viribus ſeſe ad gratiam diſponere ac præparare poſſe, vt ipſi ſanctus infundatur ſpiritus. Sic enim definiuiſſe publica diſputatione de libero arbitrio ait Nicolaus Amſdorffius Confeſſione puræ doctrinę. Homo ſuis (inquit) naturalibus viribus verbo aſſentiri, promiſſionem apprehendere, & ſpiritui ſancto non repugnare poteſt.

Ioannes Pfeffingerus.

Ità quoq; Staphylus lib. de Lutheranorũ inter ſe cõcordia.

Heshuſius quoq; defenſione contra Caluinum, docet, non ſolùm Lipſenſes, ſed & VVittenbergenſes Theologos palàm adſerere ſynergiam & cooperationem humanæ volũtatis in cõuerſione, qua homini non renato tribuitur facultas ſe applicandi ad gratiam, & verbo Dei ex ſeſe aſſentiendi. Iſti & ſuum edidère INTERIM, quo veterem Lutheraniſmum mirificè interpolârunt. Illyricus Melanchthonem quoque huius inſimulat erroris, libro quem lingua Germanica inſcripſit BERICHT. Hæc Lindanus.

Et Fridericus Staphylus in Apologia de Lutheranorũ inter ſe concordia: Noui Pelagiani, inquit, huius noſtri ſeculi ſunt, qui dicunt, nõ eſſe in paruulis peccatum originale, ſed eſſe morbum quẽdam non morte damnandum. Ità Zuinglius in libello de Baptiſmo contra Vrbanum Regium. Item quò Numa, Cato, Scipio, & ſimiles præſtantes viri ethnici, quãuis caruerint vera fide venturi Chriſti, ſaluos tamen factos virtute legis naturæ. Idem Zuinglius ibidem, & Lutherus Zuinglianis hoc exprobrans in vltima ſua Confeſſione de Cœna Domini. Hæc Staphylus.

De his quoque Hoſius de ſacramẽto Baptiſmi loquitur in hunc modum: Et omnibus eccleſiæ ſacramentis nullũ eſt ęquè cunctis neceſſarium, atque Baptiſmus, ſine quo aut eius voto nihil eſt quod quiſquam ſalutem ſe cõſequi poſſe ſperet. Clara enim ſunt & aperta Chriſti verba, dicentis: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Cuius hæreditatem quiſquis adire cupit, neceſſe eſt, vt ab eo ſtatu, in quo natus eſt filius primi Adæ, transferatur in ſtatum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Quæ tranſlatio quoniam, vt diximus, in Baptiſmo fit, ad aſſequendam illam æternam gloriam apprimè cunctis eſt neceſſaria. Quamobrem ferendus non eſt error hic noſtri ſeculi Pelagianorum, qui contra clarum & apertum Dei verbum, contra communem totius eccleſię ſenſum & conſenſum aſſeuerare nõ dubitant,

Baptiſmi neceſſitas.

Ioan. 3.

Error Pelagianorũ eſt, quòd filij paruuli

fidelium ſine baptiſmo, regnũ Dei conſequuntur.

bitant, paruulos fidelium, hoc ſolo quòd filij ſunt fidelium, regnum cælorum conſequi. Contra quorum errorem ſic iam indè à multis ſeculis ab Auguſtino ſcriptum eſt epiſtola 28. Quiſquis dixerit, quòd in Chriſto viuificabuntur etiam paruuli, qui ſine Sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat eccleſiam: vbi propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur, aliter eos in Chriſto viuificari non poſſe.

Verba Chriſti, Niſi q̃s renatus fuerit ex aqua, ab Euangelicis noſtri temporis detorta atq; deprauata.

Verùm ijdem illi contra ſanctorum patrum omnium & Eccleſię totius receptum ſenſum, non verentur illa Chriſti verba, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, non de aquæ elemento, verùm de mortificatiõe, accipi debere, affirmare. Huc audaciæ atque amentiæ progreſſi ſunt homines inflati ſenſu carnis ſuæ, & non tenentes caput, dum ſibi licere volunt iuxta priuatum ſpiritum ſuum ſcripturas interpretari. Sed nos repudiatis horũ tam craſſis erroribus, cum Chriſto capite noſtro, & cum eius corpore Eccleſia dicamus & ſentiamus, quòd niſi quis fuerit renatus ex aqua viſibili & ſpiritu inuiſibili, nõ poteſt introire in regnũ Dei. Hæc Hoſius. Contra Pelagium autem congregatur concilium Carthaginenſe, 217. Epiſcoporum, circa annum Domini 423.

PEPVZITAE.

15.

Pepuza, q̃ alij ciuitatem, alij vicum eſſe dicunt.

PEpuzitæ ſeu Pepuziani (D. Auguſtino teſte, libro de hæreſibus cap. 27.) à quodam oppido quod Pepuza nominatur, ſunt appellati, ex quo quidem loco Montanum hæreticum oriundum fuiſſe aſſerũt. Hi enim alio nomine Mõtaniſtæ ſiue Phryges vocantur, vt habetur Cod. de hæreticis. Hanc Pepuzam, ciuitatem deſertã appellat Epiphanius: quam ſanè diuinum quidpiam eſſe iſti arbitrantes, Hieruſalem vocauerunt. Et propterea, quòd dicunt, in ea ciuitate Chriſtum ſpecie fœminæ reuelatum fuiſſe, tantam mulieribus tribuunt dignitatem, authoritatem & principatum, vt

Pepuzianorũ hæreſis.

ſacerdotio quoquè apud eos honorentur. Emerſerunt autem Commodi Imperatoris, & Soteri ſummi Romanorum Põtificis temporibus, circa annum Domini 181.

Aſſerunt hi, mulieres iuſtè poſſe ad ſacerdotium promoueri.

Nicephorus.

Horũ meminit Nicephorus libro 4. cap. 22. hiſt. eccleſiaſt. in hęc verba: Montaniſtæ, qui & Phryges, appellantur etiã Pepuziani, à vico quodam, quem Montanus eorum dux Hieruſalẽ vocare ſolitus erat.

Pepuzitarũ Paſcha.

Rursùs lib. 12. cap 32. cùm de Paſchalis feſti celebratione, quæ aliquandò ſecùs quàm nunc in Aſia fiebat, agit in hęc verba: Montaniſtæ verò, inquit, quos etiàm Pepuzitas & Phryges appellare conſuetudo eſt, quadam ratione inuenta, iuxta eam Paſcha celebrant. Atq; in primis eos reprehendunt, qui propter feſtum Paſchæ, lunæ curſum obſeruant. Non illum enim, ſed ſolis orbem, eis qui ritè Paſchæ diem inquirere velint, inſpiciendùm eſſe cenſent. Et mẽſem quemlibet dierum triginta, atque principium eorum æquinoctium vernum faciunt: quæ dies ſecundum Romanos, ritè ante nonum Calend. Aprilis dicatur. Ea nanque etiàm magna hæc duo luminaria initium ſuum habuiſſe allegant, per quę tempora & anni ſignificantur. Idque ex eo liquere aſſerunt, quòd luna per octẽnium cum ſole conueniat, & ambo initium nouum ſumant. Quandoquidem octennalis lunæ curſus, nonaginta & nouem mẽſibus perficiatur: diebus autem bis mille noningẽtis viginti duobus, quibus etiàm ſol octonos abſoluat curſus: Ità, vt annus quilibet cenſeatur eſſe dierum trecentorum ſexagintaquinque, & quartæ vnius diei partis. Ex ea nanque die, quæ eſt ante nonum Calend. April. quippe quæ principium creationis ſolis & primi menſis exiſtimetur eſſe, colligunt atque computant eam, quæ in ſacris literis dicitur, decimamquartã diẽ, quam eſſe dicunt ante 8. Idus April. in qua ſemper feſtum Paſchę agunt. Quòd ſi ità, vt ſæpè fit, in eam Reſurrectionis quoquè dies concurrat, proxima Dominica die id feſtum celebrant. Scriptum

Aequinoctium vernum ante 9. Calend. April.

Nono Cal. April. initium creationis.

Pepuzitæ Paſcha celebrãt ante octauum Idus April.

enim eſt, inquiunt, à decimaquarta vſq; ad vigeſimam primam, Paſcha eſſe peragẽdum. Hactenùs Nicephorus. De hac re vide plura in Paſchantis, Sabatio, & Quatuordecimanis.

PETILIANVS.
16.

Petilianus fuit ſecta Donatiſta, diui Auguſtini conuiciator acerrimus, & veritatis catholicæ vehementiſſimus oppugnator & hoſtis, contra quem etiamnum extant aliquot diui Auguſtini opuſcula, vt de vnico baptiſmo, & contra epiſtolam Petiliani libri tres. vixit autem Honorij & Theodoſij Imperatorum & Innocentij huius nominis primi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 415.

Petiliani damnandũ dogma. Hic docebat libello quodam quem de communi baptiſmo inſcripſerat, eos, qui ſe pro peccato interimunt, debere martyres nuncupari, eò quòd in ſe puniant, quod ſe dolent commiſiſſe.

Qui error ex Iudæ proditoris facto cõuincitur, qui, licèt doleret de peccato quod commiſerat, ſeſe tamen ſuſpendit. Iudam porrò eſſe damnatum, nullus dubitat catholicus, cùm tam ſit apertũ ſcripturæ teſtimonium, vt nihil ſuprà. Propheta nanq; de Iuda loquens, ità ait Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Pſal. 108.

Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. Quod vero verba hæc de Iuda ſint intelligenda, B. Petrus in ea oratione, quam ad reliquos condiſcipulos poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem habuit, teſtatur, cùm de alterius in locum Iudæ ſubrogatione loquitur, quemadmodum in Actis Apoſtolicis capite primo habetur.

Dicebat etiàm Petilianus, malos ſacerdotes non conferre vera ſacramenta, & malorum immunditiam bonis obeſſe.

PETRVS DRESENſis. 17.

PETRVS Dreſenſis, Germanus natione, & patria Miſnenſis, Vualdenſium ſequutus eſt inſanias, indeq; totam pene Bohemiam ſuo infecit errore, Ruperti Cæſaris Germani, & Alexãdri quinti huius nominis Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1410.

Nam (vt author eſt Aeneas Syluius libro de origine Bohemorum, cap. 36) poſt inceptam Ioannis Huſsi demẽtiã, pauloq; progreſſam, is Petrus Dreſenſis nouam Bohemis peſtem attulit. Hic nempe à ſuis cognitus, quòd Vualdenſium lepra eſſet infectus, patria pulſus eſt: indeq; fugiens, Pragam Bohemię ciuitatem, velut hereticorum aſylum ſe contulit, vbi puerorum inſtituendorum curam ſuſcepit. Petri Dreſenſis vita. In qua tunc ciuitate Iacobellus quidam, Miſnenſis etiam patria, moribus ſimul & litteris clarus, curam tenebat populi ſua prædicatione edocendi. Iacobellus Bohemorũ doctor. Hunc Petrus cum conueniſſet, mirari ſe ait, hominem alioqui doctum ac ſanctum, quique populi inſtruendi munus ſuſcepiſſet, non animaduertiſſe errorem communionis Euchariſtiæ, qui iampridèm Eccleſiam peſſundáſſet, in qua ſub vna tantùm ſpecie Dominicum corpus populo miniſtratur, quum apud Ioannem ſub duplici ſpecie panis & vini ſumi iubeatur, dicente domino: Niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. His commotus idem Iacobellus, quum perquiſitis vetuſtis ſanctorum doctorum, Dionyſij videlicet Areopagitæ & Cypriani, codicibus, cummunionem calicis aliquandò vſitatam planeq; laudatam inueniſſet, populum cohortatur & admonet, nè deinceps communionem calicis, ſine qua ſaluati nemo poſſet, negligeret. Cõmunio calicis laicis exhibita, laudata olim ac probata, ſed nunc prohibita. Huic cæteri, qui iam in Bohemia aderant, heretici conſenſerunt, non modicùm læti, quòd ſententiam aliquam inueniſſent in ſacro, vt aiebant, Euangelio fundatam, per quam Romanæ ſedis vel ignorantia, vel nequitia argui poſſet. Hæc Aeneas Syluius.

Docebant ergò iſti, neceſſariò ſub vtraque ſpecie, panis videlicet & vini, eſſe communicandum: Adeò quidem, vt, qui ſub vna tantum ſpecie communicaret, etiàm ſi laicus ſit, peccaret: quòd (vt aiunt) qui ita communicat, contra præceptum

Chriſti

Chriſti agat, qui vnicuique præcipit ſub vtraque ſpecie communicare. De hac re vide in Iacobello. Lege etiàm docti illius Hoſij Cardinalis epiſcopi Varminenſis libellum, quem aduerſus huiuſmodi hæreticos edidit de vtriuſque ſpeciei communione.

PETRVS DE BRVIS.

18.

PETRVS de Bruis, à quo Petrobruſiani hæretici, Gallus natione fuit, ex prouincia Narbonenſi oriundus, in ea quam mente conceperat, hæreſi tam obſtinatus & pertinax, vt tandèm apud oppidum diui Aegidij ob ſua crimina viuus exuſtus fuerit, quemadmodum de illo refert venerandus Petrus Abbas Cluniacenſis eo libello, quem contra eius errores conſcripſit. Idque Henrici quinti Cæſaris Germani, & Calliſti ſecundi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 1124.

Petri de Bruis impium dogma.

Aſſerebat autem hic, paruulis vſu rationis carentibus non prodeſſe baptiſma, quòd paruuli, qui ſunt rationis expertes, fidem habere nequeant, nec DEI verbo, quod illis prædicatum fuerit, credere. Hoc autem aſſeuerebat ſummè fore neceſſarium cuicunque baptiſma ſuſcipienti: adeò ſanè, vt, ſi quis ſine præuia fide baptiſma ſuſcepiſſet, nihil ei prodeſſe baptiſma diceret. De hoc vide plura in Henricianis.

PETRVS CNAPHAEus *Antiochenus epiſcopus.*

19.

PEtrus Cnapheus Antiochenus fuit epiſcopus, vel potius Antiochenā ſedem inuaſit, eiuſdem eccleſię epiſcopo nomine Martyrio adhuc vitam agente, cùm anteà templi ſanctæ Baſſæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ presbyter eſſet. Idq; Zenonis Cæſaris, & Simplicij ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 476.

Petri Cnaphęi hæreſis.

Hic duas perſonas Chriſto tribuens, auſus eſt in angelico hymno, qui Triſagion à Græcis nuncupatur, quartam ſuperaddere vocem, dicens: Sanctus Deus ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, ſanctus qui crucifixus es. Vt ſanctum fortem, quo nomine filius Dei deſignatur, aliū faceret ab eo qui crucifixus eſt. Quæ hæreſis in quinta Synodo Conſtantinopolitana damnata fuit. De qua Ioannes Damaſcenus libro 3. cap. 10. ait in hunc modum: Hāc additionem, in Triſagio ab inſano vaneque ſentienti Petro Cnaphæo factam, diffinimus blaſphemiam eſſe, vt quartam inducentem perſonam, & ad partem ponentem Dei filium, patris ſubſiſtentem virtutem, & ad partem, cū qui crucifixus eſt, & alium exiſtentem præter fortem Deum, aut paſſibilem ſanctam Trinitatem glorificantem, & cum filio patrem & ſpiritum ſanctum crucifigentem. Faceſſant hæ blaſphemiæ & aſcriptitiæ nugæ. Nos enim hoc, SANCTVS DEVS, de patre accipimus, &c. vide ibidem quæ ſuperſunt.

Ioānes Damaſcenus.

Is Cnaphæus itaque Deum paſſum & crucifixum fuiſſe aſſerebat, Chalcedonēſem Synodum incerim plurimum carpens & proſcindens: à quo etiam eius doctrinæ ſectatores, Theopaſchitæ ſunt appellati.

De eo rurſùs ſic ſcribit Nicephorus hiſtor. eccleſiaſt. lib. 15. cap. 28. Zeno, inquit, ſimul atquè Imperatoris gener factus eſt, in Orientem miſſus eſt: in qua profectione, Petrus cognomine Cnaphæus cum ſequutus eſt, templi ſanctæ Baſſæ martyris apud Chalcedonem Bithyniæ presbyter. Is vbi cum illo Antiochiam venit, & ſedes epiſcopalis ibi ei perplacuit, Zenoni perſuaſit, vt ſibi in epiſcopatu eo recipiendo adeſſet, quem tum Martyrius gerebat, Maximi, qui quartæ Synodi ſuffragijs dignitatem eam conſequutus fuerat, ſucceſſor. Et cùm Martyrius in vrbe imperiali, neceſſitate id flagitante, diutiùs moraretur, Petrus tumultus Antiochiæ non minimos excitauit, res plераſque apud plebem per confuſionem miſcens, & inſolita quædam aduerſùs fidem inducens. Quodq; maximum eſt, omnes eos qui Deum crucifixum & paſſum eſſe non crederent, anathematis fulmine feriens. Atque vbi opini-

Petri Cnaphæi vita ex Nicephoro Calliſto.

Zenone adiuuante, Petr' Cnaphæus, viuente adhuc Martyrio epiſcopo, ſedem Antiochenam inuadit.

opinionem ſuam confirmauit, terſancto hymno, Triſagion Græcè nuncupato, acceſſionem iſtam, Qui crucifixus es pro nobis, tandem adiecit. Quæ verba ad hunc vſque diem apud Theopaſchitas obtinent.

Theopaſchitæ qui & Monophyſitæ, ſiue Monothelitæ.

Quibuſdē etiam hominibus ex Apollinaris partibus ſibi adſcitis, multa aduersùs Martyrium Epiſcopum molitus eſt, & plures diduxit. Martyrius Antiochiam tedijt, & multitudinem ſeditionem aduersùs ſe & veram de Deo ſententiam mouere, Zenonemque quàm maximè Cnaphæo fauere reperit. Atque vbi poſt frequentem cohortationem perſuadere illis, vt ſententiam talem mutarent, non potuit, populi publicitùs cōcione cōuocata, epiſcopatum depoſuit, verbis hiſce in præſentia omnium vſus: CLERO REBELLI, ET POPVLO INOBEDIENTI, ET ECCLESIAE CONTAMINATAE NVNCIVM REMITTO, SACERDOTALEM MIHI RESERVANS DIGNITATEM.

Martyrij ſeſe epiſcopatu abdicantis grauiter dictū.

Hoc vbi ille dixit, & ſeceſſit, Cnaphæus in Antiochenum thronum inſiluit, Calcedonēſem ſynodū plurimùm proſcidit, atque omnes acceſſionem illam terſancti hymni vſurpare coegit. Quæ res poſtquam eſt ad piiſſimum Leonem delata, cōtinuò Cnaphæum ad exilium condemnauit. Id verò vbi ille cognouit, fuga ſaluti ſuę conſuluit, & in domicilio Inſomnium monachorum clàm latuit.

Cnaphæus in exilium agitur. Apud Inſomnes latet.

Cnaphæo Stephanus ſubſtitutus eſt, quem Antiocheni pueri, quòd ſcilicet Cnaphęo adhuc addicti eſſent, acutis calamis veluti cuſpidibus iugulârunt, & in amnem, qui vrbem eam pręterfluit, coniecerunt, ſicuti Ioannes Rhetor tradit. Stephano in epiſcopatu Calandion, qui tum Cōſtātinopoli propter negocium certum erat, ſucceſſit. Hic quartam ſynodum defendens, neminem priùs ad communionem admittebat, quàm Petrum Cnaphæū, & circulares, quæ poſteà à Baſilieo tyranno editæ ſunt, literas anathemati ſubiceiſſet. Idem Cnaphæi actionibus reſiſtens, acceſſioni illius in eo, quem diximus, hymno, præmiſit, Chriſte Rex.

Stephanū Antiochię epiſcopum pueri trucidant. Calandion eius ſucceſſor.

Petrum Cnaphæum tamen quatuor iſta Eccleſiæ Catholicæ commodiſſima reperiſſe dicunt: Vt ſacrum vnguentum in populi totius præſentia conſecraretur: Vt ad veſperam ſanctorum Theophaniorum, id eſt, Epiphaniæ, vnda in ſacrum lauacrum infunderetur: Vt ſymbolum ſanctum, quod ſemèl tātùm antea magno & ſancto Paraſceues die dici ſolitum fuerat, in ſynaxi & conuentu Eccleſiæ quouis decantaretur: Vt in precatione omni, Maria Dei genitrix nominaretur, & diuinum eius nomen inuocaretur. Hactenùs Nicephorus. De hoc vide in Monophyſitis, Theopaſchitis, & Timotheo Aeluro epiſcopatùs Alexandrini violento occupatore.

Petri Cnaphęi quatuor in eccleſia vtilia inuēta.

PETRVS IOANNIS. 20.

PEtrus Ioannis diœceſis Biranenſis, Ioachimi Abbatis, de quo ſuprà diximus, errores ſequut⁹ eſt & docuit, aliquot libris à ſe editis in diui Ioannis Apocalypſim & Matthæi Euangelium, qui poſteà ſummi Pōtificis authoritate, & multorum in ſacra Theologia Doctorum acri diligentique examine & conſilio, in curia Romana ſolenni conuentu ſunt condemnati. Vixit autem ille Henrici ſexti Cæſaris Germani & Cæleſtini huius nominis tertij maximi Romanorū antiſtitis temporibus, circa annū Domini 1199 De cuius antiſtitis iuſſu & mādato idē Petrus cùm in ſacro loco poſt mortem eſſet, exhumatus eſt, & hæreticus omnium calculo & ſentētia declaratus, eius oſſa rogo impoſita & exuſta fuêre. Eius hæreſes ſunt hæ:

1. Negat inprimis, animā rationalem eſſe formam corporis humani, non abſolutè quidem, ſed inquantùm rationalis eſt. Concedit porrò, animam rationalem eſſe formam corporis, non tamen ſub hac ratione, qua rationalis eſt, propterea quòd, inquit, per hanc rationem informare corpus non poſſit.

Petri Ioannis hęreſis.

2. Docet etiam cum Ioachimo abbate Calabrienſi, Apoſtolos non prædicâſſe Euangelium Chriſti iuxta ſpiritualem intelligentiam, ſed tantùm ſecundum literam.

3. Ais

3. Ait, in Baptiſmo gratiam & virtutes, quas vulgò Theologicas vocant, minime infundi.

4. Aſſerit, Chriſtum vulnus lanceę, cùm adhuc viuus eſſet, ſuſtinuiſſe, contra illud apertiſſimum Euangeliſtæ Ioannis teſtimonium: Cùm ergò (inquit) accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Et paulò poſt: Ad Ieſum autem cùm milites veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Hucuſque Diuus Ioannes. Ex quorum verborum ſerie clariſſimè patet, Chriſtum fuiſſe iam mortuum, cùm latus eius fuit lancea ſauciatum. Etſi ergò angelus de cælo nobis aliud nunciaret, non tamen credendus eſſet. Neque religionis aut contemplationis ergò, licet mendacium fingere aut comminiſci. Hic autem vt augere Chriſti dolores, quos in cruce pertulit, videretur, dicebat, licitè dici & contemplari, Chriſtum lancea perculſum fuiſſe, cùm adhuc viuus eſſet. At Deus non indiget mendacio noſtro. Ideò meritò error ille damnatus eſt in concilio Viennenſi ſub Clemente papa quinto. Cuius concilij definitio in volumine Clementinarum Decretalium, titulo de ſumma Trinitate & fide Catholica, habetur in hæc verba. Nos igitur ad tam præclarum Euangeliſtæ teſtimonium, acſanctorum patrum & doctorum communem ſententiam, apoſtolicæ conſiderationis, ad quam duntaxàt declarare pertinet, aciem conuertentes, ſacro approbante cōcilio, declaramus, prædictum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem, rectum in pręmiſſis facti rei ordinem tenuiſſe, narrando, quòd Chriſto iam mortuo vnus militum lancea latus aperuit. Hæc concilij Viennenſis definitio: cui magis vnumquenq; Chriſti nomine inſignitum credere oportet, quàm phantaſticis hæretico rum imaginationibus. Hæc ex Alphonſo à Caſtro.

Ioan. 19.

Cur Petrus Ioannis dixit Chriſtū cùm adhuc viuus eſſet, vulnus lanceæ pertuliſſe.

Concilij Viennēſis diffinitio.

5. Per Babylonem quoq; meretricem magnam, vniuerſalem eccleſiam Romanam militantem intelligit & interpretatur, quā eccleſiam carnalem, & beſtiam, & ſynagogam ſatanæ vocat.

6. Per myſticum Antichriſtum, Papam rurſus intelligit, & quòd omnes Abbates quinti temporis, in quintum caput beſtię conueniunt, quæ eſt diabolus, & Antichriſtus, & malorum congregatio. Reliquos eius errores vide in libro inquiſitionum Nicolai Emerici.

PETRVS ABAILARdus. 21.

Petrus Abailardus, vel, vt alij volunt, Abelardus, & Baliardus, vel Adelhardus, in Gallia ortum habuit: licèt Carion lib. 3. Chronicorum ſuorum, illum Anglum & philoſophum peripateticum Pariſienſem fuiſſe aſſerat. Vixit autem Cunradi huius nominis tertij Cęſaris Germani, & Cæleſtini ſecundi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1143. Sub quo pontifice contra eundem Abailardum Synodus in Gallia apud Senones congregata eſt, in qua ille erroris conuictus, poſtea (vt author eſt Platina de vitis pontificum) in deſerto loco monachus, cum quibuſdam diſcipulis ſanctiſſimè vixit.

1. Dicebat autem hic, Deum quicquam facere non poſſe, niſi quæ propter ordinem inſtitiæ & ſapientiæ ſuæ facit: immò ſes. ea quæ agit, illum ex naturæ neceſſitate agere. Petri Abailardi hæreſes.

2. Deum item omnium bonorum authorem non eſſe.

3. Illum per eſſentiam à beatis non videri.

4. In Deo aliquid compoſitionis ineſſe.

5. Ponebat etiàm præter creatorem & creaturas aliud quiddam, & præter Deum aliquid ponebat æternum.

6. Aſſerebat rurſùs, angelos aliquid creare. Et ſic de alijs eius erroribus, quos F. Petrus Pargamenus in tabella quadam, quæ operibus diui Thomæ annexa eſt, enumerat. Quos etiàm idem beatus Thomas diuerſis in locis ſuorum operum refellit & improbat.

Hic Petrus à B. Bernardo Claraualleñſi Petrus A-

bailardus à D. Bernardo ad diſputationẽ prouocat⁹.

Burgundiorum Abbate, in diſputationem prouocatus, vt de iuſtitia & dogmate ſuo reſponderet, cum veritus, Apoſtolicæ ſedis audientiam appellauit, & ità effugiẽs, haud multùm pòſt (vt quidam aiunt) Cabilone obijt. Contra quem Anſelmus Cãtuarienſis epiſcopus epiſtolam ſcripſit, q̃ incipit, Dominis & patribus, & fratribus omnibus catholicis, &c. Aduersùs eiuſdẽ hæreſes, Diuus quoq; Bernardus librum ad Innocentium Papam ſcripſit. De hoc vide plura in Arnoldiſtis.

PHARISAEI. 22.

Phariſęi vndè dicti.

PHariſæi à voce Phares, quæ ſegregatos ſignificat, ſunt appellati. Vſi ſunt enim hi quibuſdam humanis conſtitutionibus ſuper legem Moiſis, (nam doctiores reliquis fuerant) quibus à reliquo populo ſegregabantur. Fuit tamen paulò ſanior & rectior horum doctrina, quàm aliorum, hoc eſt, Saducæorum, & Eſſæorum. Nam docebant hi immortalitatem

Phariſæorum doctrina.

poſt hanc vitam, & quòd vlciſci Deus velit peccata. Crediderunt quoq; venturum eſſe Meſſiam in ſalutem credentium, & peccatoribus iudicem. Commiſſa etiàm huius ſectæ viris eſt Reſpublica Iudæorum præ alijs, quibus potentiores quoquè erant.

Philaſtri⁹.

De his ità ait Philaſtrius: Phariſęorum, inquit, alia eſt hæreſis, quæ reſurrectionem quidem futuram confitetur, legem accipit & prophetas: Chriſtum autem expectat vt iuſtum hominem. Hi iudaizant, & Euangelia non recipiunt, & quædam tempora Chriſto Domino noſtro eſſe contraria aſſerunt. Hęc Philaſtrius. Quàm verò fuerint hypocriſis fuco obuoluti Phariſæi, qui noſſe volet, Euangelicorum codicem, & potiſſimùm vigeſimumtertium caput Matthæi legat, vbi Chriſtus graphicè ſuis illos depingit coloribus & perſtringit, eorumq; hypocriſim detegit ac maximè execratur.

PHILETVS. 23.

PHiletus vnus eorum fuit, quos Diuus Paulus ob hæreſim & blaſphemiam in ſanam Chriſti & Apoſtolorum doctrinam, ſatanæ tradidit, ſub Domitio Nerone & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 56. Tantæ enim poteſtatis erat Apoſtolus (inquit Diuus Auguſtinus) vt recedentes à fide, ſolo verbo traderet diabolo.

Diui Pauli q̃ ámingẽs poteſtas.

Hic porrò negabat futuram reſurrectionem corporum, & omnia quæ in ſcripturis ſacris de reſurrectione corporali leguntur, ad ſpiritualem reſurrectionem referre conabatur, iuxta quod à morte peccati aliqui reſurgunt & euigilant. De quo Paulus ſuum Timotheum in fide & doctrina ſana erudiens, loquitur in hæc verba: Prophana & vaniloquia deuita. multùm enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate fidei exciderunt, dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & ſubuerterunt quorundam fidem. Quem locum explicans Oecumenius, Succeſſionem, inquit, procreationis liberorum, execrandi iſti appellabant reſurrectionem: & quoſdam illiciebant, vt ab Apoſtolica doctrina diſcederent. Vndè meritò dixit, Ad maiorem proficient impietatem. Vide enim quanta oriantur mala ex hoc, quòd dicatur iam factam eſſe reſurrectionem. Ex hoc priuamur Chriſti aduentu, quo quid poteſt contingere triſtius? Non eſt retributio, neq; ſupplicium: mentitur Chriſtus, qui hæc promiſit, aliaq; multa ſimilia. Nempè ſi reſurrectio non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit, neq; iudex ſedebit viuorum ac mortuorum. Et ità (inquit) ſubuerterunt quorundam fidem, ſimpliciorum videlicet & imbecilliorum. Hęc Oecumenius. De hoc vide plura ſuperiùs in Hymenæo.

Phileti hæreſis.

2. Tim. 2.

Oecumenius.

1. Cor. 15.

Act. 10.

PHITONISSAE. 24.

PHitoniſſæ, vel (vt alij ſcribunt) Pytoniſſæ, mulieres erant, quæ ſe ſciſcitantibus per pudenda, reſponſa dare videbantur. vndè & ventriloquæ Latinè, quaſi ventre loquentes, & Græcè Engaſtrimithæ ſunt nominatæ, quòd ore ſonũ non edentes, per ventrem loqui viderentur. A quarum diuinatione hæreſis quondam exorta eſt, quæ Phitonica nuncupatur

tur: de qua Philaſtrius Brixienſis epiſcopus ſcribit in hunc modum :

Phitoniſſa hæreſis. 1.Reg.28.

Alia eſt, inquit, hæreſis de Phitoniſſa, qua cooperientes veſtimentis mulierem, ab ea quædam reſponſa ſperabant ſe poſſe conſequi : vndè & aiunt Phitoniſſam illam, beati Samuelis animam ab inferis excitâſſe. Atq; indè maximè id credi poſſe, homines vſque hodiè plurimi ſuſpicantur, ex eo, quòd quæcunq; dixerat regi Sauli ſuperſtiti propheta beatiſſimus, ea etiam in executione eueniſſe vera cognoſcâtur. Cumq; plurimi huic acquieſcere mendacio mâlint, quàm veritati, in perpetuum deſcendunt interitum, cùm propheta dicat: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & mors non tanget eas. (Sapien.3.) Quomodò itaque anima impia piam ſanctamq; animam, & prophetam maximè, poterat ab inferis excitare? Sed eò fit, quia ignorant quòd recedentes animæ à fide Chriſti Domini, deditas iam ſe omni impietati faciunt, atque ei omni ſtudio ſubijciunt: quia arbitrij ſui eſt omnis homo, adeò vt quodcunque velit, eligere poſſit, id Deo permittente. Sed quia cor eius receſſit à Domino, ideò, vt immundus ſpiritus iam ei dominetur, permittit Deus, quemadmodùm dubijs & claudicantibus in lege diuina beatus dicebat Helias: Vſquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. (3.Reg.18.) Qui enim adhæret DEO, vnum corpus efficitur: atqui immundo ſpiritui, vnus vtriuſque conſenſus eſt. (2.Cor.6.)

Animæ à fide recedẽtes, omni ſe impietati dedunt atq; ſubijciunt.

3.Reg.22.

Et Achab rex Iſrael cùm crederet Sedechiæ & alijs falſis prophetis, verumque prophetam Domini Michæam contemneret, interrogat Dominus immundum Spiritum, adhuc bonitatis ſuæ quidpiam regi concedente Domino vſque ad tempus aliquod, vt ſi vellet vero prophetæ credere, procellam periculi deuitaret: ſi verò nollet, ſed magis crederet pſeudoprophetis, ſine dubio deperiret. Ità enim interrogat Dominus: Quis ſeducet Achab regem Iſrael, vt aſcendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba euiuſcemodi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus immundus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui inquit Dominus, In quo id facies? Et ille ait, Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et ait Dominus: Decipies, & præualebis: egredere, & fac ità. Ideoq; & Apoſtolus ait: Non magnum eſt ſi etiàm Satanas transfiguret ſe velut in angelum lucis, cùm ipſius ſatellites transfigurantur quaſi in miniſtros iuſtitiæ: & ità decipiunt multos viſu, verbo, aut perſuaſione. Cumq; malis mâlunt credere, eiſq; inhærere, quàm bonis & rectis corde, non mirum eſſe debet, ſi ineuitabilem æternę mortis incurrant ſententiam, diuerſiſq; poſt corporis exitum pœnis & cruciatibus peſſundentur. Quod & Iſraelitarum regi tunc temporis periculum ad noſtram doctrinam & exhortationẽ aduenit, nimirùm quòd falſis magis quàm veris Dei prophetis credere maluiſſet. Hactenùs Philaſtrius.

Spiritus mendax in ore pſeudo prophetarum.

2. Cor.11.

In quam ſententiam ſic quoquè Diuus Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana libro ſecundo, cap.23. loquitur: Quarè iſtæ quoquè opiniones quibuſdam rerum ſignis humana præſumptione inſtitutis, ad eadem illa quaſi quædam cum dæmonibus pacta & conuenta referendæ ſunt. Hinc enim fit, vt occulto quodam iudicio diuino, cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis voluptatum ſuarum, illudentibus eos atque decipientibus præuaricatoribus angelis : quibus iſta pars mundi infima, ſecundùm pulcherrimum ordinem rerum diuinæ prouidentiæ lege ſubiecta eſt. Quibus illuſionibus & deceptionibus euenit, vt iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis diuinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant, quàm dicunt : multaque obſeruantibus ſecundùm obſeruationes ſuas eueniãt, quibus implicati, curioſiores fiant, & ſeſe magis magiſque inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſſimi erroris. Hoc genus fornicationis animæ ſalubriter diuina ſcriptura non tacuit, neque ab ea ſic deterruit animam, vt propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicuntur à profeſſoribus eorum, ſed etiàm ſi dixerint vobis, inquit, & ità euenerit, nè

Auguſtin.

26. quæſt. 2.ca. illud.

Deut.13.

nè credatis eis. Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli regi vera prænunciauit, propterea talia ſacrilegia, quibus imago illa præſentata eſt, minùs execranda ſunt: aut quia in Actibus Apoſtolorum ventriloqua fœmina verum teſtimonium perhibuit Apoſtolis Domini, ideò Paulus Apoſtolus pepercit illi ſpiritui, ac non potiùs fœminam illius dæmonij correptione atque excluſione mundauit.

Act.16.

Augurũ artes ex dæmonum ſocietate procedunt.

Omnes igitur artes huiuſmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dæmonum quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitùs ſunt repudianda & fugienda Chriſtiano: non quòd idolum ſit aliquid, ait Apoſtolus, ſed quia quæ hi immolant, dæmonijs immolant, & non Deo: nolo autem, inquit, vos ſocios fieri dæmoniorum. Quod autem de idolis & de immolationibus, quæ honori eorum exhibentur, dixit Apoſtolus, hoc de omnibus imaginarijs ſignis ſentiendum eſt, quæ vel ad cultum idolorum, vel ad creaturam, eiuſque partes tanquàm Deum colendas trahunt, vel ad remediorum aliarumque obſeruationum curam pertinent: quæ non ſunt diuinitùs ad dilectionem DEI & proximi tanquàm publicè conſtituta, ſed per priuatas appetitiones rerum temporalium, corda diſſipant miſerorum. In omnibus ergò iſtis doctrinis ſocietas dæmonum formidanda atque vitanda eſt, qui nihil cum principe ſuo diabolo niſi reditum noſtrum claudere atque obſerare conantur. Hæc Auguſtinus. De hac re vide plura in Mathematicis.

1.Cor.10.

PHOTINVS SIRmienſis *epiſcopus.*

25.

PHotinus Pauli Samoſateni diſcipulꝰ & in errore ſucceſſor, fuit natione Pannonius, vel (vt alij volũt) Galata, à quo poſtea eius aſſectatores Photiniani, qui priùs Pauliani ab eodẽ Paulo Samoſateno vocabantur, ſunt appellati. Suam autem hæreſim inſtituit ſub Conſtantio Cæſare, & Iulio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 350.

Photini hæreſis.

Hic cùm Sirmianæ eccleſiæ epiſcopus eſſet, & Græca Latinaq; lingua admodum eruditus, Ebionis, Sabellij, atq; Pauli Samoſateni perfidiam fouit ac imitatus eſt, qui Chriſtum nudum duntaxàt hominem, non etiàm Deum eſſe blaterabant: humanæq; ſcientiæ præſidio fretus, concreditũ ſibi Chriſti gregem in ſuam ſententiam pertrahere & diuerſis atq; occultis cuniculis in catholicam domum irrepere tentabat. De quo eſt antiquorum patrum ſententia, quòd multa continentiæ & ingenij bona vno ſuperbiæ malo perdiderit.

Photiniani & Arriani ferè in errore conueniunt.

Eius itaq; error fuit, Chriſtum purum hominẽ fuiſſe, ex vtroq; ſexu natum, nec ante Mariã eius matrem extitiſſe, hac in re ferè cũ Arrianis conueniens. Illi enim etſi non crederẽt Chriſtum ex vtroq; ſexu natum, eum tamen puram creaturam eſſe arbitrabãtur, dicebantq; illum non natura, ſed adoptione filium Dei. Quę Photini hęreſis paulò pòſt in concilio Sirmij congregato damnata eſt, quẽadmodùm Tripart. hiſt. lib. 5. cap. 5. dicitur.

Vincentius Lirinenſis.

De eo Vincentius Lirinenſis eo opuſculo verè aureo, quod contra prophanas hæreticorum nouitates conſcripſit, loquitur in hunc modum: Illud, inquit, in omni hæreſi eſt ſemper maximè obſeruandum, quod Moſes ait: Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrùm ſ. diligatis eum, an non. Et vt alios prætereamus, in quibus plus ſemper admirationis quàm vtilitatis, plus famæ quàm experientiæ fuit: eos potiùs commemoremus qui multis profectibus, multaq; induſtria præditi, non paruæ tentationi catholicis hominibus extiterunt, velut apud Pannonias Maiorum memoria Photinus eccleſiam Sirmianam tentaſſe memoratur. Vbi cùm magno omnium fauore in ſacerdotium fuiſſet adſcitus, & aliquandiù tanquam catholicus adminiſtraret, ſubitò ſicut malus ille propheta, aut ſomniator, quem Moſes ſignificat, creditam ſibi plebem Dei perſuadere cœpit, vt ſequeretur deos alienos, id eſt, errores extraneos, quos anteà neſciebat. Sed hoc vſitatum: illud verò pernicioſum, quòd ad tantum nefas non mediocribus adminiculis vtebatur. nam erat & ingenij viribus valens,

Deut.13.

Photini tẽtatio.

Dij alieni, errores extranei dicuntur.

&

& doctrinæ opibus excellens, & eloquio præpotens. Quippe qui vtroque ſermone copioſè & grauiter diſputaret et ſcriberet: quod monumentis librorum ſuorũ manifeſtatur, quos item partìm Græco, partìm Latino ſermone compoſuit. Sed benè, quòd commiſſæ ipſi oues Chriſti, multum pro catholica fide vigilantes & cautæ, citò ad præmonentis Moſis eloqua reſpexerunt: & prophetæ atque paſtoris ſui, licèt admirarentur eloquentiam, tentationem tamen non ignorârunt. Nam quem anteà quaſi arietem gregis ſequebantur, eundem deinceps veluti lupum fugere cœperunt.

Photini ſecta.

1. Et paulò infrà: Photini ergò ſecta hæc eſt: Dicit Deum ſingulum eſſe & ſolitarium, & more Iudaico confitendum.

2. Trinitatis plenitudinem negat, neq; vllam Dei Verbi, aut vllam Spiritûs ſancti putat eſſe perſonam.

3. Chriſtum verò hominem tantummodò ſolitarium adſerit, cui principium adſcribit ex Maria.

4. Et hoc omnibus modis dogmatizat, ſolam nos perſonam Dei patris, & ſolum Chriſtum hominem colere debere. Hæc ergo Photinus. Hucuſquè Lirinenſis.

Nicephor. de Photini hæreſi.

Nicephorus quoque ſuæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 9. cap. 10. de eo ſcribit in hũc modum: Ea, inquit, tempeſtate (hoc eſt, poſt concilium Antiochenum ſub Conſtantio imperatore coactum, cùm diſſidium non paruum inter Orientales & Occidentales epiſcopos ob fidei formulas, quas vtrinque ſibi mittebant, obortũ eſſet) in Sirmio quoquè, quæ Illyrici vrbs eſt, Photini hæreſis emerſit: qui in minore Galatia ortus, & à Marcello, de quo ſuprà diximus, loci eius epiſcopo eruditus, eccleſijs ibi præfuit, merum eſſe hominẽ Dominum docens.

Execratio Photinianæ hæreſis.

Et ſubſequenti capite, in longiori ea fidei formula, quam Orientales epiſcopi ad Occidentales triennio elapſo poſt illã, quæ eis interceſſerat, diſſenſionem, miſerunt, ità refertur: Execramur verò inſupèr, & anathemati ſubijcimus eos, qui Verbum quidem ipſum Dei, ſed tantùm nudum & ſine ſubſiſtentia fictiuè vocãt: in alio verò eſſentiam habens, aliquandò ſanè vt vocale ſeu enunciatiuum, aliquãdò verò vt internum ſeu mentale à quibuſdam dictum, Chriſtum autem ipſum & Dominum & Deum, & mediatorem, & Imaginem Dei eſſe ante ſecula nolũt: ſed cum ex eo tempore Chriſtum eſſe factum & filium Dei dicunt, ex quo noſtrã ex virgine carnem aſſumpſit, ante trecentos quinquaginta annos. Ex eo enim tẽpore initium regni Chriſtum habuiſſe, & finem id habiturum eſſe poſt conſummationem & iudicium, volunt. Tales autem ſunt Marcellus & Photinus Ancyrani in Galâtia, qui anteſecularem ſubſiſtẽtiam & diuinitatem Chriſti, & ſimiliter interminatum eius regnum abolent, eo modo, vt ipſis videtur, monarchiam ſeu vnius imperium cõſtituentes. Nos enim ſcimus, eſſe non ſimpliciter verbum enũciatiuum aut internum: ſed viuentem Deum verbum, per ſeipſum ſubſiſtentẽ, & filium Dei & Chriſtum, & ità præſcienter ſimul exiſtentem, & ſimul agentem ante ſecula cum ſuo patre, & ad omnem eius adminiſtrantem creationem, ſiue inuiſibilium ſeu viſibilium, vt qui ſubſtantiale Verbum ſit patris, & Deus ex Deo, &c.

Marcellus & Photin. hæretici.

Et eiuſdem libri cap. 31. Conſtantius autem ex Oriente in Illyricum aduerſùs tyrannos exercitum ducebat. Quum autem Sirmij eſſet, Photini dogma in diſquiſitionem adduxit. Qui eloquens quidem, & ad perſuadendum idoneus, eccleſiæque Sirmienſis antiſtes fuit. Noua autem hæreſi inſtituta, multos in ſententiã ſuam pertraxerat: quam etiàm in imperatoris præſentia propalàm & liberè promulgabat.

Photini Sirmienſis epiſcopi impium dogma.

1. Dogma eius erat, vnum eſſe Deum omnipotentem, qui verbo ſuo vniuerſitatem hanc conſtituerit.

2. Anteſecularem verò Verbi generationem & exiſtentiam prorſus negabat.

3. Ex Maria autem Chriſtum initium ſumpſiſſe docebat.

Eo dogmate vbiquè locorum diuulgato, vniuerſi tam in Oriente quàm in Occidente epiſcopi, ſiue Nicenam ſequerentur fidem, ſeu Arrianam complecteren-

tur ſententiam, grauiter id tulêre: quod ex æquo contra omnes, nouas res inducere exiſtimaretur. Neipſe quidem imperator mediocriter diſſidio eo eſt commotus. Quapropter etiàm concilium ibi coëgit. Conuenêre eò ex Oriente epiſcopi, Marcus Arethuſius, Georgius Alexandrinus, quem Arriani miſerãt: Baſilius Ancyranus, Pancratius Peluſius, & Hypatianus Heracleotes. Ex Occidente, Valens Murſorum, & propter virtutem magnus Hoſius Cordubæ Hiſpaniæ vrbis epiſcopus, confeſſor, & Nicenæ ſynodi particeps, qui quidem perinuitus tum Sirmij affuit. Arrianorum enim dolo non dudùm anteà in exilium pulſus, annitentibus eis qui Sirmium conuenerant, imperiali edicto reductus fuerat. Sperauerant enim illi, ſi is ſuffragator eorum ſiue perſuaſione ſeu vi fieret, multùm eum ad cõſtituendum ſtabiliendumq; dogma eorum momenti allaturum eſſe: vt qui ſpectata fide teſtis, & veluti miraculũ quoddam eius ætatis hominibus haberetur. Verùm vbi aſſentiri eis renuit, varios rurſùs contracto iam extenuatoque grauiore ætate corpore ſuſtinuit cruciatus, adeò vt ad fidiculas & verbera peruenerit. Quibus ille coactus, tribus eorum formulis aſſenſit & ſubſcripſit.

Hoſius cõfeſſor.

Sed enim ſynodus, cùm Photinum cũ Sabellio Libyco, & Paulo Samoſateno ſacere, eademque docere manifeſtò deprehendiſſet, ſtatim ei epiſcopalem abrogauit dignitatem. Quod ſanè vt ritè atque ordine factum, & tum & poſteà omnes complexi ſunt, & comprobatione debita dignum iudicârunt.

Cæterùm illi diutiùs ibi manentes, perindè atquè priores fidei formulas damnarent, tres alias promulgârunt. Atque vnam quidem Græca lingua Marcus Arethuſius compoſuit, reliquæ Latino ſermone fuerant conſcriptæ: quæ ſimul & verbis & eorum ſtructura atque compoſitione ab Arethuſij expoſitione prorsùs diſſidebant. Quin neque eadem quæ priores formulæ, complectebantur. Græca neque Cõſubſtantialem, neque æquiſubſtantialem patri filium dicebat. Et eos q docerent filium principij expertem eſſe, aut qui filium dilatatam Dei ſubſtantiã facerent, aut qui etiam coniunctum, non autem ſubiectum patri dicerent, excommunicabat.

Primæ formulæ ſumma.

Itidèm verò & altera Latina, de ſubſtantia agens, Conſubſtantialem filium iuxtà & Aequiſubſtantialem omninò dicendum eſſe inhibebat: vt quæ verba neque in ſcripturis ſacris vſpiam inueniretur, neque notitijs primis aut cognitione hominum perciperentur. Conſtituit ſanè patrem maiorem dicendum eſſe, quũ honore & dignitate & diuinitate, tum ipſo paternitatis nomine. Decernit etiàm eum omnibus, filium ſubiectum eſſe patri. Et principij quidem expertem eſſe patrem, omnibus verò (patre excepto) filij generationem eſſe incognitam. Quam formulam vt minùs rectè compoſitam, poſteaquam multis promulgata traditaque fuerat, epiſcopi retractare contenderunt. Et Imperator ipſe id feriò, coërcitionem eis & pœnam, qui eam in lucem prolatam non reddidiſſent, minatus, mãdauit. Verùm ea quòd in multorum manus peruenerat, non prorsùs eſt abolita.

Ea porrò quam Marcus Arethuſius dictauit, ſic ſe habet: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorẽ & factorem vniuerſorum: ex quo omnis paternitas & in cælo & in terra nominatur. Et in vnigenitum eius filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ante omnia ſecula ex patre genitum, Deum de Deo, lumen de lumine: per quem facta ſunt omnia, in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Qui eſt Verbum, & lumen verum, & vita. Qui extremis diebus propter nos homo factus, & natus è virgine ſancta, & crucifixus, & mortuus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit à mortuis tertia die, & receptus eſt in cælum, & conſedit ad dexteram patris, venturus in conſumma tione ſeculi, iudicare viuos & mortuos, et reddere vnicuique ſecundùm opera ſua. Cuius regnum interminatum in infinita ſecula permanet. Sedet nanque in dextera patris non ſolùm in ſeculo iſto, ſed & in futuro. Et in ſpiritum ſanctum, hoc eſt, paracletum, quem quum ſe Apoſto-

Formula ſidei Sirmij à Marco Arethuſio cõpoſita.

lis

lis poſt aſcenſionem in cælos,miſſurum promiſiſſet, vt eos doceret & admoneret omnia,miſit. Per quem etiàm ſanctificātur, quæ in eum ſinceré credunt, animæ omnium.

1. Eos verò, qui dicunt,ex non exiſtentibus eſſe filium, aut ex alia ſubſiſtentia quàm ex Deo: & quòd fuerit tempus aut ſeculum, quum non fuerit, alienos eſſe ſcit ſancta catholica eccleſia.

2. Ac rurſùs dicimus,ſi quis patrem & filium duos profiteatur deos, anathema ſit.

3. Et ſi quis Deum dicens Chriſtum, anteſecularem filium Dei, adminiſtrâſſe patri in rerum vniuerſarum creatione nō profiteatur,anathema ſit.

4. Si quis ingenitum (patrem ſcilicet) aut partem eius ex Maria progenitam eſſe dicere audeat,anathema ſit.

5. Si quis iuxta præſcientiam, eum qui ex Maria genitus eſt, filium eſſe dicat, & non ante ſecula ex patre natum apud Deum eſſe, & per eum facta eſſe omnia, anathema ſit.

6. Si quis dilatatam ſubſtantiam Dei, filium facere dicat,aut dilatationem ſubſtantiæ eius filium nominet, anathema ſit.

7. Si quis ſubſtantiam Dei vel dilatari vel contrahi dicat,anathema ſit.

8. Si quis vel mente conceptum,vel ore prolatum Verbum,dicat filium Dei,anathema ſit.

9. Si quis hominem ſolum dicat,filium ex Maria prognatum,anathema ſit.

10. Si quis Deum & hominem ex Maria genitum profitens,Deum ingenitum ipſum intelligat,anathema ſit.

11. Si quis illud,Ego Deus primùm, & ego poſteà,& præter me non eſt Deus: qđ de abolitione idolorum, & eorum qui dij non ſunt, dictum eſt, ad abrogationē vnigeniti anteſecularis filij Dei Iudaicè accipiat,anathema ſit.

12. Si quis illud, Verbum caro factum eſt, audiens, Verbum in carnem mutatum, aut conuerſionem ſubijſſe, & ſic carnem aſſumpſiſſe exiſtimet, anathema ſit.

13. Si quis vnigenitum filium Dei crucifixum audiens,corruptionem, vel perpeſſionem, vel mutationem, vel diminutionem, vel abolitionem ſecundùm diuinitatem ſuſtinuiſſe dicat, anathema ſit.

14. Si quis illud, Faciamus hominem, non patrem ad filium, ſed ipſum ad ſe ipſum Deum dixiſſe profiteatur, anathema ſit.

15. Si quis cum Iacob,non filium vt hominem, ſed ingenitum Deum, aut partē eius colluctatam eſſe dicat,anathema ſit.

16. Si quis illud, Pluit Dominus à Domino, non de patre & filio accipiat, ſed ſeipſum à ſeipſo pluiſſe dicat, anathema ſit. Pluit enim Dominus filius, à Domino patre.

17. Si quis audiens Dominum patrem, Dominum filium, Dominum & Dominum patrem & filium dicat:& Dominos ex Domino dicens,duos ſtatuat deos, anathema ſit. Non enim componimus filium patri,ſed filium ſubiectum eſſe dicimus. Neque deſcendit in corpus abſq; cōſilio patris: neq; pluit à ſeipſo,ſed à Domino, authore patre. Neque ſedet à dextris à ſeipſo,ſed audit patrem, Sede à dextris meis.

18. Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum, vnam perſonam dicat, anathema ſit.

19. Si quis ſpiritum ſanctum paracletū profitens,ingenitum Deum intelligat, anathema ſit.

20. Si quis,ſicut ſcriptura nos docuit,nō alium à filio dicat Paracletū: dicit enim, Et alium paracletum mittet vobis pater, quem ego rogabo,anathema ſit.

21. Si quis ſpiritum partem dicat patris aut filij,anathema ſit.

22. Si quis patrem & filium & ſpiritum ſanctum,tres dicat deos,anathema ſit.

23. Si quis propoſito Dei filium Dei vt vnam creaturarum factum eſſe dicat, anathema ſit.

24. Si quis non volente patre genitum filium dicat, anathema ſit. Non etenim inuito patre,naturali neceſſitate coactus ille,nolens genuit filium: verùm vnà cū ipſa voluntate, & abſq; tēpore,& abſque perpeſſiōe, ex ſe genitū ipſum exhibuit.

25. Si quis ingenitum & principij expertem dicat filium,tanquàm duo ingenita

nita & duo principio carentia dicens, & duos deos ſtatuens, anathema ſit. Caput nanque eſt & principium omnium filius: caput autem Chriſti, Deus. Ità enim ad vnum initio carens rerum omnium principium, per filium piè omnia referimus.

26. Ac denuò Chriſtianiſmi certiùs accuratiusque ſententiam inquirentes, dicimus: Si quis Chriſtum Ieſum filiũ Dei anteſecularem adminiſtrâſſe patri in rerum vniuerſarum creatione non dicat, ſed ex quo Maria genitus eſt, tum filium & Chriſtum vocatum eſſe, & principium, vt Deus eſſet, cœpiſſe aſſerat, eum anathema eſſe, ſicuti Paulum Samoſatenum.

Hæretica pertinacia in Photino. Hæc ea formula eſt, cui vt Photinus etiàm poſt epiſcopatûs abrogationem aſſentiretur & ſubſcriberet, hominem ſunt hortati: dignitatem ſe ei epiſcopalem vnà cum throno reddituros polliciti, ſi quidem per pœnitentiam, quæcunque perperàm docuiſſet, anathemate iugularet. Ille verò ne audire quidem hoc ſuſtinuit, ſed eos ad diſputationem prouocauit. Et iuſſu imperatoris die dicta in locum vnum, quicunque doctrina, eloquẽtia & honore antecellere alios videbantur, conuenientibus, conditionem diſputandi accepit Baſilius, qui tum Ancyranam curabat eccleſiam. Concertatio ea longius producta, & notarij celeres vtriuſque dictata exceperunt: quibus longè ſuperior fuiſſe exiſtimatus eſt Baſilius. Porrò Photinus ad exilium eſt damnatus. In quo ille degens, opinionem ſuam Græcè & Latinè (multa enim ei in vtroque ſermone erat gratia) ſcriptis mandauit. Quod verò in eis maxime elaborabat, illud erat, quòd præter opinionem ſuam, alias aliorũ omnes nihil eſſe, parùm decorè probare eſt conatus. Photini quidẽ, eiusq; ſententiæ res, ad hunc ſe habuêre modum. Hucuſquè Nicephorus.

PIKARDI.

26.

Pikardi, genus hæreticorum eſt, qđ (teſte Hoſio lib. de vtriuſque ſpeciei communione) non apud orthodoxos modò, verum & apud hæreticos ſummæ ſemper fuit abominationi, à Pikardo quodam ex Gallia Belgica oriundo ſic appellati, qui Adamitarum hæreſim in Bohemiam inuexit, ſub Sigiſmundo Romanorum Imperatore, & Ioanne vigeſimo tertio huius nominis ſummo pontifice, circa annum Domini 1414.

Hic (authore Aenea Syluio libro de origine Bohemorum cap. 41.) tranſmiſſo Rheno, per Germaniam in Bohemiam penetrauit, qui præſtigijs quibuſdam fidẽ ſibi concilians, breui tempore non paruã mulierum virorumque plebem ad ſe traxit, quos nudos incedere iubens, Adamitas vocauit. Et occupata inſula quadam, amne* Luſinitio cincta, filium Dei ſe dixit, & Adam vocari voluit.

Pikardorũ hæreſes. 1. Connubia eis promiſcua fuêre: nefas tamen, iniuſſu ipſius Adam, mulierem cognoſcere: ſed vt quiſque libidine incenſus in aliquam exarſerat, eam manu comprehendens, & adiens principem, In hãc, aiebat, ſpiritus meus concaluit. Cui princeps reſpondebat: Ite, creſcite, & multiplicamini.

2. Aiebant, cæteros homines ſeruos eſſe, ſe verò, & qui ex eis naſcerentur, liberos.

Ex his porrò quadraginta viri inſulam exiẽre, & intrantes vicinas villas, euaginatis gladijs ſupra ducentos agreſtes interfecẽre, quos diaboli filios aſſerebant.

Ziſcha quã uis ſceleratus, ſcelera tos Pikardos prorſus delet. Ziſcha his auditis, quanuis ſceleratus, ſcelus tamen exhorruit. Habet enim hoc natura hominum, vt aliena magis, quàm ſua quiſque vitia exhorreſcat: neque ſumma mala diù inulta manent, victoremq; mali malum cernere licet. Direxit itaque ille in eos exercitum, expugnataque inſula, Adamitas omnes gladio deleuit, duobus tantùm reſeruatis, ex quibus gentis ſuperſtitionem cognoſceret. Hęc Aeneas Syluius.

De his item ſic ſcribit Hoſius libro quẽ de expreſſo Dei verbo compoſuit: Quotquot à nobis, inquit, diſceſſerunt, magna ex parte vel Pikardi ſunt, vel Caluiniani, aut Laskani, aut Neſtoriani, aut Seruetiani, quibus concedendo calicem, nemo ſatisfecerit. Qui legerit apologiam Pikardorum, reperiet in ea, quòd Pikardi nominorum apologia.

Pikardorũ apologia.

mi-

minùs propè Bohemos illos inſectantur, qui in ſola vtriuſque ſpeciei communione acquieſcunt,(cæterum verò Catholici videri volunt) quam eos, qui per omnia ſunt Catholici. Hæc Hoſius. De his vide plura in Adamitis.

PNEVMATOMACHI. 27.

Pneumatomachi, ſpiritûs ſancti oppugnatores dicuntur, a πνεῦμα Græca dictione, quæ ſpiritum ſignificat, & μάχοι, id eſt, oppugnantes, ſeu bellum inferentes, vel reſiſtentes. Exorti ſunt autem Conſtantij Imperatoris, & Liberij papæ temporibus, circa annum Domini 359.

Pneumatomachorũ hæreſis inuentores

Huius hæreſis inuentores fuerunt Macedonius Conſtantinopolitanus, (a quo & Macedoniana hæreſis appellata) & Marathonius Nicomedienſis, Eleuſius Cyzicenus, Sophronius Paphlago, & Euſtathius Sebaſtienſis epiſcopi. Hi omnes cũ alijs multis, & fere omnibus, quibus à

Eorum dogma.

parte aduerſa pauloantè eam ob rem in concilio Seleuceno dignitas epiſcopalis abrogata fuerat, ſpiritum ſanctum perſonam vnam Trinitatis dicendam eſſe negabant. Ac filium quidem (vt author eſt Nicephorus libro nono, c. 47.) Deum perfectum & ſubſtantia patri æqualem eſſe dicebant, in hoc Arrianis diſſentientes: Spiritum ſanctum autem expertẽ honoris & dignitatis eiuſmodi ſtatuebant, famulum eum & adminiſtrũ, angelicisque ordinibus paulò præſtantiorem eſſe docentes.

Conſtantinopolitanũ cõciliũ aduerſus Pneumatomachos.

Contra hos ita habet epiſtola ſynodi Conſtantinopolitanæ ad Damaſum Papam & Occidentales Epiſcopos per Orientales orthodoxos in maxima ciuitate Conſtantinopoli congregatos miſſa: Euangelicam, inquiunt illi, fidem, quæ in Nicea Bithyniæ à trecentis decem & octo patribus roborata dignoſcitur, & vobis & nobis, & omnibus qui non ſubuertunt verbum veræ fidei, complacere confidimus, quam ſcimus antiquiſſimam exiſtere, & ſequacem baptiſmatis, docentẽque nos credere in nomine patris, & filij, & Spiritûs ſancti. Diuinitatem quippe & virtutem atque ſubſtantiam vnam patris & filij & Spiritûs ſancti credimus, & æqualem honorem ac dignitatem, & imperium coæternum, in tribus perfectiſſimis ſubſiſtentijs, ſeu tribus perfectis perſonis: vt neque Sabellij languor habeat locum confuſione ſubſiſtentiarum, aut peremptione proprietatum: neque Eunomianorum & Arrianorum pneumatomachõn, id eſt, ſpiritui reſiſtentium blaſphemia præualeat: ſubſtantia videlicet ſecundũ illos, aut natura, aut diuinitate diuiſa, aut vt increatæ conſubſtantiali & coæternæ Trinitati poſterior aliqua vel creata vel alterius ſubſtantiæ natura detur. Hæc ex Tripartitæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 9. cap. 14. Theodorito referente. De hac hæreſi vide plura in Macedonianis, Marathonio, & Euſtathio.

POENITENTIARII. 28.

Poenitentiarij, ſunt ſectã Molles Cõfeſſioniſtæ huiuſce noſtri ſeculi: q., teſte Staphylo, ſeptem craſſiſſimos errores immiſcuerunt doctrinæ de Pœnitentia. Illyricus ſic accuſat Vuittenbergẽſes & Lipſenſes Theologos in ſuo ſcripto contra Euangelij corruptelas edito, anno 1559. in oppido Ienæ.

POLYGAMISTAE. 29.

Polygamiſtæ ſunt ex Anabaptiſtarũ familia: qui, authore Staphylo, docẽt licere vni viro habere plures vxores eodem tempore. Item licere fratri vxorẽ viui fratris ducere. Sic Ioannes Leidenſis rex Monaſterienſium, (vide Sleidanum) & Lutherus in edita concione de coniugio, vbì ait; Si non vult vxor, veniat ancilla.

PORPHYRIVS. 30.

Porphyrius Athenienſis philoſoph⁹, natione Siculus, nominis Chriſtiani acerrimus perſequutor & hoſtis, à porphyrione aue immunda, & in lege

Leuit.11.

eam ob rem edi prohibita, eò quòd ſerpẽtes comedat, dicitur. Hic Origenis fuit cõdiſcipulus apud Plotinum magiſtrum, & vſque ad tempora Probi Imperatoris vixit: cumque adoleſcentulus admodum (vt ipſe in tertio eorum quos cõtra Chriſtianos ſcripſit, librorum refert) in Origenem Alexandriæ docentem, magnaque tum gloria virum, inciderit, hinc ſatìs colligere licet, illum circa Alexandri Seueri Imperatoris, & Vrbani huius nominis primi Romani pontificis tempora emerſiſſe, circiter annum Domini 225. Quo tempore etiamnum, vt refert Oroſius lib. 7. cap. 17. ingens Chriſtianorum perſecutio Alexandriæ incidit: adeo vt multi tormentorum terrore & metu, à fide ad paganiſmum deficerent: alij contra religionem Chriſtianam ſcriberent, & eam velut impiam deteſtarentur.

Porphyri⁹ Origenis condiſcipulus, & Plotini auditor.

Hic porrò quum horum vnus, qui idipſum agerent, eſſet, (authore Nicephoro, lib. 5. cap. 13.) plurimum ſtudij ad id contulit, vt in Chriſtianos inueheretur, & literas diuinas perindè atque nihil eſſent, reprehenderet & aboleret. Et mentionem inſerens eorum qui in eis elaborârunt, earumque ſecretiorem ſenſum expoſuerunt, quum nihil argumenti ex verborum inopia haberet, quod contra noſtra dogmata criminando afferret, ad cõuicia ſe conuertens, & enarratores eorum carpens, & inter eos Origenem, quem in tenera ætate viderat, proſcindere conatur. Quid enim ille, more ſycophãtæ, non cõminiſceretur, qui contra Chriſtianos ità eſt debacchatus?

Porphyri⁹ in Chriſtianos plurimùm inuehitur, & legis enarratores iniurijs afficit.

Quomodò Chriſtum abiurârit, & in Chriſtianiſmum ſit inuectus, idem refert Nicephorus lib. 10. cap. 36. in hæc verba: A quibuſdam, inquit, Chriſtianis Cæſareæ verberatus ille, quòd iniuriam eam non benè ferret, veluti atra bile percitus, Chriſtianiſmum quidem abiurauit: eorũ aũt, qui plagis illum affecerant, odio, ad Chriſtum & Chriſtianorum ſcripturas impiè conuicijs proſcindendas eſt progreſſus, quemadmodum Euſebius Pamphili inquit, qui eius aduersùs nos compoſitos libros optimè refutauit. Quod idem feciſſe tradit ipſe Nicephorus Iulianum apoſtatam, & eum per omnia idem præſtitiſſe contra pietatem Chriſtianam. Is nempe (inquit) per arrogantiam ingentem, propter ſimpliciores, impetu furioſo contra Chriſtianos concepto, eodẽ modo ad Porphyrij rabiem declinauit. Itaque ambo deteſtandi: quippe qui prudentes atque ſcientes, impietatem complexi ſint, & voluntarij propterea, conſilioque admiſſi peccati ſupplicium pendant. Id porrò eos feciſſe, contra Libanium Iuliani præceptorem & laudatorem diſputans, & noſtros libros redarguere & refellere vi dicendi, commemorat: verùm imbecillitate potius ingenij, & defectu veritatis, vt homines faceti & ſcommatibus libenter ludentes, quæ probè fundata ſunt, conuellere & traducere sũt conati. Nam cum noſtris hoc pugnæ genere congreſſi, quædam in ſacris libris contenta adulterantes atque deprauantes, quædam de ſuo adijcientes, modiſque omnibus in re & ſententia quaque veritatem ſupprimentes, mentiuntur & fallunt: atque odio & inimicitijs infeſti, non facere ſolùm, ſed etiam dicere hoſtiliter ſtudent, ac quæcunque ſibi inſunt mala, inimico ea ſuo imponere contendunt.

Cauſa cur Porphyri⁹ Chriſtum abiurârit, & in Chriſtianiſmũ ſit inuect⁹.

Cur Iulianus quoque à Chriſto defecerit.

Pec[...]ti[...] ad mort[...].

Refutatio Libanij, Iuliani et Porphyrij laudatoris.

Sedenim quòd ambo, Iulianus inquã & Porphyrius, quem Tyrium ſenem vocat Libanius, ſcommatum conſectatores fuerint, id ex libris eorum apertè oſtenditur. In Philoſophica enim, quam ita Porphyrius inſcripſit, hiſtoria, mirum eſt quantoperè vitam philoſophorum coryphæi Socratis cauillando taxet, tot in eũ confictis ſycophantijs, quot neque Anytus, neque Melitus, qui illum, quòd res nouas contra leges veteres induceret, accuſarunt, vnquam excogitârũt. Atque id quidem in Socratem, quem propter temperantiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes, non ſolum Plato & Xenophon, verùm etiam reliquus philoſophorum cœtus præcipuè miratus, vt dijs charũ, & ſupra hominis captum ſapientem, commendârunt, ille fecit.

Iulianus et Porphyri⁹ ſcommatũ amantes, et conuiciatores maximi.

Transgreſſor verò patrem æmulatus, idem eis fecit, quibus ſucceſſit, Imperatoribus. Omnes nanque reprehendit, &

ac

ne Marco quidem Philoſopho pepercit. Adeò ſanè in Conſtantinum Magnum & Conſtantium filium eius eſt inuectus. vt facilè exiſtimare liceat, non aliam ob cauſam illum ſcribendi laborem ſumpſiſſe,quàm vt iſtos proſcinderet : vtpotè viros Dei amantes,& qui fortitudine,virtutibus aliis, & vera philoſophia, laudem magnam conſequuti eſſent. Verùm ambos hos conuiciatores fuiſſe, ampliore probatione mihi opùs non eſt. Sufficiũt enim iſta,ad certam maleuolentis animi illorum declarationem.

Iulian' ... Imperatores inuectus.

Etiam ante Porphyriũ & Apoſtatã, multi Chriſtianamdoctrinam & religionem exarunt.

Porrò quòd etiàm ante iſtos permulti doctrinæ noſtræ veritatem vi oppugnare aggreſſi ſunt, è diuinis oraculis quædam peruertentes, quædam autem ad ſenſum ſuum detorquentes, non pauci oſtenderunt, qui cum illis cõgreſſi, cauillationes eorum confutatas in publica monumenta retulerunt. In primis verò doctiſſimus Origenes, qui longo ante Iulianum tempore & Porphyrii apud Plotinum magiſtrum condiſcipulus fuit, quæcunque in ſacris literis turbas ciere, aut lectores earum perturbare viſa ſunt,probè diſtinxit: ſubiectiſque contrariis argumentis & locis quibuſque,ità vt debuit,declaratis,eorum qui eas malè & imperitè acciperent, nugas longas & ſophiſticas aggreſſiones refellit. Indicant hoc, quæ is ad Marcellum Galatam compoſuit, & quæ ad Porphyrium,quem diximus, luculenter reſcripſit, libellis de rebus eiuſcemodi editis,quibus propter copiam verborum veritatis effecit, vt illi quod contradicerẽt, non haberent. Quos libros ſi non ità cur ſim Iulianus legiſſet,nunquàm ad cauillationes & blaſphemias ſcribendas contra doctrinam pietatis, vti iam diximus, delapſus fuiſſet. Hæc Nicephorus.

Origenes aduerſus Marcellũ Ga'atam et Porphyriũ Tyriũ literas Chriſtianas defendit.

Porphyri' Libanio Deus.

Tanto autem Porphyrii amore tenebatur Libanius ſophiſta,Iuliani encomiaſtes & præceptor, vt in numerum fuorũ fœdiſſimorum Deorum eum referre nõ ſuppuduerit. Propitius enim, inquit, ſit ſenex Tyrius,quòd videlicet Imperatoris ſcripta illius libris præferat. Hæc ſic retulit,propter horum trium,Porphyrii nimirùm,Iuliani Apoſtatæ, & Libanii ſophiſtæ contumelias, quas in noſtram euomuerunt religionem. De hoc vide plura in Ammonio Alexandrino & Iuliano Apoſtata.Lege etiàm librum 4. Euſebii de Præparatione Euangelica. Item Rufinum Aquilegienſem lib. 2. ad Apronianum,qui contra eum ſcripſerunt.

POSTELLANI.

31.

Poſtellani à Vuilhelmo Poſtello Barentonio ducunt originem.

Hic(authore Lindano Dubitantii ſui dialogo ſecundo)diſciplinarũ linguarumque propè omnium exoticarum ad miraculum vſque doctiſſimus, inanes ex Rabinorum & Thalmudiſtarũ ſomniis inuexit nenias,quas adeò tetras & abominandas cenſet P. Palladius,vt piis eas retulare indignum ſit, anno Domini 1550. de Trinitate mundi, corporis, & animarũ, de Veneta virgine, de Chriſto intoxicato,de matrice mundi, infanda in orbem euomuit.

Poſtellus vir doctiſſimus, ſed non ſatis integra & ſana mente.

Eius errores.

1\.

2\. Hic clauem abſconditorum à ſeculo ſcripſit,vbi ſe profitetur declaraturum, q̃ nec Apoſtoli,nec ipſa,inquit,eccleſia potuit ad hanc diem portare.

3\. In Elia Pandochæo vniuerſas omnis generis hominum ſectas per Chriſtum ſomniat ſaluandas.

4\. Scripſit & de natiuitate Mediatoris vltima nunc futura : cuius operis authorem diſertè in titulo libri ſcribit Spiritum Chriſti.Immò in fine præfationis ait,hæc ſcripta non eſſe ſua, ſed Chriſti, inquit, ſenſibiliter in nobis ſuum Euangelium exponentis.

5\. Iactat quoquè,angelum Raziel varia ſibi myſteria reuelâſſe. Ità phanaticos dementat angelus ille ſeſe in Apoſtolum Chriſti mendaciter transformans. Huius præcurſorẽ fuiſſe Suueneſeldium ait Petrus Palladius Catalogo hæreſeõn. Hæc Lindanus.

Suueneſeldius Poſtelli præcurſor.

P R A X E A S.

32.

Praxeas Aſiaticus, authore Philaſtrio,plures negabat perſonas in Trinitate, ſed eundem patrẽ & creâſſe om-

Praxeæ hæreſis.

omnia, & in cruce pependiſſe aſſerebat, quòd (vt dicebat) communicata pluribus monarchia, authoritatem principatûs minuat. Huius argumentis reſpondit Tertullianus, cuius in Praxeam liber extat.

Praxeani, Sabelliani, & Hermogeniani idē

Ab hoc Praxeani dicuntur hæretici, quos Diuus Auguſtinus libro de hæreſibus ait vocari à pleriſque Sabellianos, eadem nimirùm ſentientes cum Sabellianis & Hermogenianis. Non enim tantū iſtæ plures ſectæ ſunt, vt idem ait Auguſtinus, ſed & vnius ſectæ plura nomina ex his qui in ea maximè viguerunt. Emerſerunt autem Galieni Cæſaris & Stephani huius nominis primi papæ temporibus, circa annum Domini 260. De his vide plura in Hermogenianis, Patropaſſianis, & Sabellianis.

PRAEDESTINATI.

33.

Prędeſtinati cur ità dicti.

PRædeſtinati hęretici à ſua doctrina nomen ſortiuntur, teſte Sigiberto monacho in ſuis Chronicis. Nam quis eorum dux & inſtitutor fuerit, neſcitur, nec refert ipſe Sigibertus: tantùm ait eos ideò Prędeſtinatos appellari, quòd de prædeſtinatione & diuina gratia diſputātes, aſſerebant piè viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi a Deo ad mortem ordinati fuiſſent: & impijs & peccatoribus non obeſſe quæcunque ſcelera & flagitia ab illis commiſſa, ſi Deus illos ad vitam æternam prædeſtinâſſet. Quæ aſſertio & bonos à bonis operibus agendis auocabat, & malos ad mala prouocabat.

Quo tempore exorti ſunt prædeſtinati.

Exortos autem ait idem Sigibertus ſub Honorio Imperatore, & Innocentio primo huius nominis ſummo Romanorū pontifice, circa annum Domini 414. De hac hæreſi & eius immigratione his extremis temporibus vide plura in Huſſitis, & Martino Luthero.

PRAEMONSTRATENSIS *Apoſtata.* 34.

PRæmonſtratēſis apoſtata, ſecta Antilutheranus eſt, ad tertiam vtique noſtri temporis Euangelicorū claſſem ſpectans: de quo Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecūdo ſcribit in hunc modum: Antichriſtiani denique varij ſunt. Quidam enim Chriſtum aiunt, quòd in cruce (vti blaſphemant) deſperârit, damnatum: vti ille Præmonſtratenſis Apoſta ta, qui hoc apud mortales iam nunc ob atrociſſimam in Chriſtum Dei filium blaſphemiam, meruit pręmij, vt ſua cum impietate adeò ſit hominibus execrabilis, vt ne nomen quidem ſupereſſe voluerint. Nuſquàm enim me legere memini. Hæc Lindanus.

Præ[illegible]tenſis Apo ſta[illegible] fuer[illegible] ſcitur.

Item Hoſius lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis, de eo ità loquitur: Apoſtata ille Præmonſtratenſis docuit, non eſſe infernum, neque deſcendiſſe Chriſtum ad inferos: ſanctos Patriarchas & Prophetas in inferno non fuiſſe, quin Chriſtum etiā in ipſum, quoniam, cum diceret, Deus Deus meus, quarè me dereliquiſti: deſperare viſus eſt, hoc nomine condemnatū eſſe. Potuítne dici magis blaſphemum aliquid: Hæc Hoſius.

Horrendæ blaſphemię Apoſtatæ Præmonſtratēſis.

PRISCA.

35.

Priſca & Maximillæ Montani prophetiſſæ.

PRiſca (alio nomine Priſcilla appellata) & Maximilla Montani hæretici prophetiſſæ extiterunt, ſub Commodi Cęſaris Imperio, & Sotheri ſummi Romanorum præſulis pontificatu, circa annum Domini 181. quemadmodùm ſuprà in Maximilla & Montano diximus. Sicut enim veræ, ità & falſæ prophetiſſæ quondam fuerunt. Has falſas Hebræi dixerunt maleficis artibus eruditas per necromantiam & Phytonicum ſpiritum diuinare, qualis fuit ea, de qua ſuprà diximus, quæ viſa eſt Samuelis animam ſuſcitare, vt Diuus ait Hieronymus ſuper 13. caput Ezechielis, addens & illud: Priſca & Maximilla vaticinio mendacij fidem ſubuerterunt veritatis. Hæ ſiquidem Montani ludibria ſecutæ, quum eſſent opulentę ac nobiles fœminæ, & propheticum ſpiritum ſe habere mentirentur, multas eccleſias primùm auro, deindè nefandis dogmatibus corruperunt. Scribunt veteres, has mulieres cum præceptore ſuo Montano, ſuſpendio interiſſe.

iſſe, quemadmodùm ſuprà in Montano diximus.

Has ipſe Montanus ex Spiritûs paracleti inſpiratione factas iactabat. De qua re qui plura noſſe cupit, legat librum quintum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Euſebij, à capite quintodecimo uſq; ad decimumnonū. Vide etiam ſuprà in Maximilla & Montano: item infra in Tertulliano.

PRISCILLIANVS *Abilæ ciuitatis Hiſpaniæ epiſcopus.* 36.

PRiſcillianus, à quo Priſcillianiſtæ hæretici, Hiſpanus fuit natione, & Abilę notiſſimæ ciuitatis in ulteriore Hiſpania ſitæ epiſcopus, & qui (ut teſtatur Sigibertus monachus in ſuis Chronicis) condens hæreſim ſui nominis, eccleſiam perturbauit, Valentiniani huius nominis ſecundi Cæſaris, & Siricij Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 388.

Priſcillian' ex omniū hæreticorū ſentina ſuā hęreſim ex hauſit. Hic, authore Iſidoro, ex errore Gnoſticorum & Manichæorum permixtum dogma compoſuit: &, ut dicit Leo Papa in epiſtola ad Aſtoricenſem epiſcopum, & B. Auguſtinus in lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum cap. 70. ex omnium hæreticorum ſentina hæreſes hauſit.

Priſcilliani errores.

Anima. 1. Dicit ergò inprimis cum Origene, animas ante infuſionem corporis peccâſſe, & in pœnam peccati, in corpora tanquàm in carcerem fuiſſe incluſas.

Cibus. 2. Carnium eſcas pro immundis habebat cum Tatianis & Encratitis.

Creatura. 3. Cum Gnoſticis & Manichæis duos ponebat deos: unum bonum, qui nihil harum rerum creârit: alterum malum, à quo omnes creaturas proceſſiſſe dicebat. Hunc enim mundum à maligno principe factū eſſe adſtruebat, atq; ab eo principe per diuerſa carnis corpora ſeminari.

Deus. 4. Negat cum Noëto & Sabellio in diuīnis perſonarum numerum, Trinitatis perſonas confundens, cùm tamen diuerſis appellarentur nominibus, indeq; adeò eundem eſſe patrem, quem filium & Spiritum ſanctum. Ex quo fonte corrupto hunc etiàm uitiatum riuulum deducebat, patrem uidelicet eſſe paſſum, quemadmodùm & filium. Quod fateri ſuit illi neceſſarium, cùm diceret, patrem & filium unam eandemq; eſſe perſonam. A qua ſanè doctrina nomē ſortiti qui hanc ſecuti ſuēre opinionem, Patropaſſiani ſunt appellati. Quā hæreſim hinc ortam Euſebius Cæſarienſis lib. 10. hiſt. eccleſ. cap. 29. aſſerit, quòd illi diſtinguere inter eſſentiam & perſonā neſcirent, uel (ut uerbis Euſebij utar) inter ſubſtantiam & ſubſiſtentem, cùm tamen latum ſit inter illa diſcrimen: quod uide ſuprà in Patropaſſianis perſpicuè explicatum.

Patropaſſianorum hæreſis undè orta.

Diabolus. 5. Docet cum Manichæis, diabolum ex ſua natura malum eſſe, nec bonum fieri poſſe.

Fatum. 6. Dicebat cum Bardeſane, homines eſſe fatalibus ſtellis alligatos, & ipſum corpus noſtrum iuxta duodecim ſigna cœli eſſe compoſitum, in capite Arietem conſtituens, Taurum in ceruice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & hoc pacto reliqua ſigna per cæteras corporis partes diſtribuit uſque ad plantas, quas Piſcibus tribuit, quòd hoc poſtremum eſſe ſignum doceant Aſtrologi. Quæ ſanè doctrina facilè conuincitur hæreſeos, quoniam apertè tollit liberum hominis arbitrium, adeò quidem, ut nullam prorsùs in eligendo habeat libertatem. Nam ſi in eligendo liber eſt homo, ità ut res aliter agere poſſit, quàm agit, conſequens eſt, ut ille non ſit fatalibus aſtris alligatus. At ſi ex aſtrorum uirtute pendet omne, quod acturus eſt homo, & non ex ſua electione, hic colligere licet, liberum non eſſe hominis arbitrium. Prætereà, ſi fato omnia reguntur in homine, non erit quod in eo laudemus aut uituperemus. In his enim, quæ à natura inſunt, nec laudamur, nec uituperamur. Propretereà in concilio Braccarenſi cap. 9. decretorum, ſic ab eccleſia ſuper hac re definitum eſt: Si quis animas & corpora humana fatali ſigno credit adſtringi, ſicut Pagani & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Et ca. 10. iterùm ait: Si qui duodecim ſigna, id eſt, ſigna quæ mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ uel corporis diſſipata credunt, & nominibus patriarcharum aſſcripta dicunt, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit. Hęc concilium Braccarenſe. Leo quoq; Papa huius nominis

Hominem nō eſſe alligatum fatalib' aſtris.

Braccarēſe cōcilium.

Leo papa.

minis

minis primus, epiſt. 71. ad Aſtoricenſem epiſcopum, in qua Priſcillianiſtarum errores dānat, ſic ait: Vndecima ipſorū blaſphemia eſt, qua fatalibus ſtellis & animas hominū & corpora opinantur adſtringi: per quam amentiam neceſſè eſt, vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi (vt putant) ſidera colere, & aduerſaria ſtudeant mitigare. Verùm iſta ſectantibus nullus in eccleſia catholica locus eſt: quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, a Chriſti corpore totus abſceſſit. Hæc Leo papa, vir alioqui & doctus & pius.

Iuramentum. 7. Sic aūt (teſte Auguſt. lib. de hæreſibus) admittebat iuramentū, vt etiā periuriū licere diceret. Priſcillianiſtæ, inquit ibidē Auguſtinus, docebāt diſcipulos ſuos, vt iuramēto interrogati, & requiſiti, nihil vnq̄ reuelarēt de illorū doctrina, & ad illius doctrinæ occultationem dicebant eſſe licitū periurium. Quaꝓpter hāc ſemper in ore verſabāt ſententiā: *Iura, periura, ſecretum prodere noli.*

Nuptiæ. 8. Idem refert Auguſtinus, q̀ Priſcillianiſtę cōiugia ſeparauerint: & quibus hoc ꝑſuadere poterāt, fœminas a nolentibus viris, & viros à nolētibus fœminis diiūgebant. Quarè verò hoc fecerint, an quia nuptias dānarent, aut fortè q̀ putarent nuptiarū fœdera ſemèl iūcta, poſſe ad alterius coniugis arbitriū reſcindi, nō exprimit Auguſtinus. Quos tamē hæreticos ſpiritu prophetico ꝓuidens Apoſtolus, de eis ſic ait 1. ad Timoth. epiſt. Spiritus aūt inquit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendētes ſpiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiā, prohibentium nubere, & abſtinere à carnibus, quas Deus creauit ad percipiendū fidelibus. (1. Tim. 4.)

9. Dicebat etiàm Priſcillianus cum Montano, Prophetas fuiſſe arreptitios, neq; ea intellexiſſe quæ loquebantur. (Propheta)

Chriſtus. 10. Nec natalem Domini ſecundùm carnem, nec diem reſurrectionis illius piè veneratur, quemadmodùm dicit Leo papa, proptereà quòd Chriſtum verum fuiſſe hominem cum Manichæis non credebat.

Super quib. auditis in concilijs epiſcoporum, (vt author eſt Sigibertus) Romā petijt, ibiq; à ſanctis Damaſo & Ambroſio repudiatus eſt. In Gallijs quoq; in Synodo Burdegalenſi, à S. Martino alijsq; epiſcopis hæreticus iudicatus. Vbi verò ſe damnatū intellexit, Imperatorē Maximū appellat: à quo auditus, & epiſcopatu pulſus, Treueris ab Euodio ꝑfecto perimitur cū multis alijs ſuis ſequacibus, edicēte Imperatore, vt huius ſectæ complices in Hiſpania perimerentur. Damnatæ ſunt aūt eius hæreſes in Braccarēſi concilio, & in prima Synodo Toletana, authōritate Leonis huius nominis primi Romani antiſtitis. De hoc vide in Noeto, Manichæo, & Gnoſticis: in Simone mago quoq; ex Vincentio Lirinenſi. (Priſcillianus ... Maximo Imperatore ... Treueris occiditur.)

PROCLIANITAE. 37.

PRoclianitæ (qui & Prodianitæ ſeu Hermionitæ à Philaſtrio appellantur) ſunt natione Galatæ, Seleuci & Hermiæ hæreticorum diſcipuli, qui emerſerunt Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi pontificis temporibus, circa annum Domini 382. Proclianitarū hæreſes.

1. Hi, teſte Auguſtino & Philaſtrio, Chriſtum aſſerunt non veniſſe in carne, illum negantes de virgine natum. Chriſtus

2. Nullum dicunt futurum iudicium, hac puto occaſione, (ſatana ad id eos impellēte) quod minùs propter ſuum vitium pœnam infligendam arbitrarentur & crederent. Iudiciū.

3. Carnis etiam reſurrectionem eſſe futuram negant. Reſurrectio.

4. Addūt prætereà & ſequūtur alios diuerſos errores, præter eos quos à Seleuco & Hermia eorū, hoc eſt, Maſſalianorū ducibus, didicerunt: vt eſt illud, quod ab Ezechiele propheta ſcriptū eſt de quatuor animalibus, q̄ quatuor Euangeliſtas ꝑ ſe ferūt. Proclianitæ tamē aſſerunt, teſte Philaſtrio, ꝑ leonē, regē paſtorū (quē fingunt) ſignificari: ꝑ vitulum, regē Aegyptiorū: per aquilam, regem Romanorum: per hominē verò pijſſimorum denotari ſimilitudinem arbitrantur. Error de quatuor animalibus ab Ezechiele deſcriptis.

Hi potiſſimùm Sapientiæ libro vtuntur Sirach illius, qui longa poſt tempora à Salomone, illum conſcripſit, vt loquuntur.

Cōmorantur aūt (vt idē ait Philaſtrius) in locis Galatiæ, vbi quidē plurimos, vt vulpes latitantes, deprædantur, ſicut (inquit) Salomon teſtatus eſt, dicens: Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam Domini ſaluatoris. Hæc Philaſtrius. De his vide plura in Hermia, Seleuco, & Maſſalianis. Cant. 2

PROCOPIVS. 38.

PRocopius Thaboritarū in Bohemia hæreticorū dux fuit, & Ioānis Rockeſanæ co-

Concilij Baſilee inceptū anno Domini 1431.

Concilij cognomēto Raſi, defenſor atq; protector acerrimus, Bohemorumq; ad conciliū Baſileēſe legatus, in ſpiritualibus Thaboritarū rector & patron⁹, Sigiſmūdi Imperatoris Germani, & Ioānis 23. papæ tēporibus, circa annū Domini 1411. Cumq; is multis victorijs & magnis ſceleribus nobilitatus eſſet, euenit tandē vt eā ob cauſam de eo fama increbreſceret atq; diuulgaretur, in omniūq; ore, vt vir omnium impietate inſignis, haberetur: Adeò quidem, vt cùm Bohemorum legatus Baſileam intraret, in eum cuncti defigerent lumina, velut in illū, qui toties fidelium fudiſſet exercitum, qui tot oppida ſubruiſſet, qui tot deniq; hominū millia neci dediſſet.

Procopij nobilitas ex ſceleribus.

Procopij contumacia & faſtus in cōcilio Baſileenſi.

Hic tandem cū à cōcilio recedere ſtatuiſſet, infecta re pro qua cū ſuis Bohemis illuc venerat, in omniū patrum præſentia, ꝓ eiſdē Bohemis ibidē exiſtentibus, cōtumaciter & ſuperbè locutus eſt in hunc modū: Communionē calicis habere & tenere pro laicis intēdimus, &c. Hæc Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum. De hoc vide in Ioanne Rockeſana, Orphanis & Thaboritis.

PROCVLVS. 39.

PRoculus, q̃ & Proclus, Mōtani & Cataphrygū ſectator, eorūq; doctrinæ vehementiſſimus aſſertor atq; protector fuit Septimij Seueri Imperatoris, & Zephyrini ſummi Romanorū pōtificis tēporibus, circa ann. Dom. 207. Cōtra hūc, eodē Romano pōtifice pſente, Caius vir diſertiſſimus diſputauit, & eum euicit, quēadmodùm refert Euſebius Cæſarienſis eccleſiaſt. hiſt. lib. 6. cap. 18.

Cai⁹ ſcriptor eccleſiaſticus, Romæ contra Proclum diſputat.

De eo Nicephor. li. 4. c. 20. ità ait: Mōtano inquit, tanq̃ inexpugnabile propugnaculū Deus obiecit Hierapolitanæ eccleſiæ antiſtitē Apollinarē, virū eximiū. Aduerſus hūc quoq; ſcripſerunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenæ eccleſię epiſcopus, & alij cōplures: ſicuti & contra Proclū, eiuſdem hæreſeos anteſignanū, Caius, q̃ plurima certè & pulcherrima edidit ſcripta. De Cataphrygum hęreſi, vide in Cataphrygis & Mōtano.

Qui contra Montanum et Proclum ſcripſerunt.

PSALLIANI. 40.

PSalliani ſunt ij, quos ſuprà Enthuſiaſtas, Euchītas, ſiue Maſſalianos nominauim⁹, q̃ emerſerūt Iouiniani Imperatoris & Liberij papæ tēporibus, circa annū Dom. 367. Ab orādo aūt ex lingua Syriaca deducto vocabulo, Pſalliani appellātur, quaſi ſedulò atq; cōtinuè orātes. Tantū.n. orāt (vt Epiphani⁹ hæreſi 18. & Auguſt. hæreſi 57. teſtātur) vt his q̃ de illis hoc audiūt, incredibile videatur, vt ꝓrè q̃ nulla ab orādo intermittāt tēpora: adeò quidē, vt hinc iudicentur inter hæreticos nominādi. Quāuis eos nōnulli dicāt de purgatiōe animarū, neſcio quā fantaſticā & ridiculā fabulā narrare: porcā videlicet cū porcellis ſuis videri exire de ore hoīs, quādò pingatur, & in eū viſibili ſimiliter ſpecie ignem q̃ nō cōburat, intrare. His adiūgit Epiphan. Euphemios, Martyrianos, & Satanianos, ex q̃b⁹ omnib. vnā conflat atq; conſtituit hæreſim.

Pſalliani vnde dicti.

Fabuloſa quædam Pſallianorū de animorum purgatione.

De his Hoſius lib. de Ceremonijs à tēpore ſumptis, ſcribit in hūc modū: Sicut, inq̄t, Euchariſtię ſacramentū quouis tēpore pcipere fas eſt, ſic & orare quouis tēpore fas eſt. Docemur à Chriſto, q̃ oportet ſemꝑ orare, & nō deficere. Monemur & à Paulo, vt ſine intermiſſione oremus. Neq; defuerunt q̃ Chriſti hæc & Pauli verba ità accipiēda putarent, vt nullū tēpus à vocali oratione vacuū eſſe vellēt: q̃ quidē propter perpetuū orandi vſum, Pſalliani ſiue Euchītę ſunt vocati: de quibus & Epiphanius & Auguſtinus pleraq; ſcripſerūt. Cæterùm quis eſt qui poſſit ità ſemper orare, & ſine defectu vel intermiſſione precibus inſiſtere, vt nec alimentum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat?

Orare quouis tempore fas eſt. Luc. 18. 1. Theſ. 5.

Quamobrē Auguſtin⁹ vbi ſuprà, & eū ſecuutus Anſelmus, in epiſtolā Pauli ſcribēs, ſic hæc Chriſti & Apoſtoli verba accipienda putauerūt, vt nullo die intermitterētur certa tēpora orandi: q̃ ſi quotidiè quiſq̃ obſeruāſſet, iā ſine intermiſſiōe orare diceretur. Peculiariùs tamē ad orandū ſine intermiſſiōe adſtricti ſunt ſacerdotes & monachi, quorum proprium eſt officiū, iuge ſacrificiū iugeſq; Deo preces offerre, nō pro ſuis tantū, verùm etiā pro populi peccatis, cuius peccata comedere dicūtur, qn̄dò ex eius viuūt eleemoſynis. Sūt hi tanq̃ publici quidā totius eccleſię miniſtri, vt q̃d à ſingulis & vniuerſis pſtari ſemꝑ nō pōt, eorū ſaltē expleatur miniſterio.

Orare ſine intermiſſiōe, eſt nullū diem ad orandū ordinatū intermittere.

Sacerdotes tanq̃ publici eccleſiæ miniſtri.

Quid aūt? Nunquid non eadē infirmitate præditus eſt ſacerdos aut monachus, qua quiſq̃ alius ex eis, qui addicti ſeculo iudicātur? Eſt reuerà. Et ille cibum quandoq; capiat, & ille ſomno temporis nonnihil tribuat, & ille corporis ſui curam non prorſus abijciat, neceſſè eſt. Quamobrē & huius infirmitati proſpiciendū putauit pia mater eccleſia: certas horas conſtituit, quas Canonicas vocāt, quib. nō alij rei q̃ precationi vacaret: has

Horæ canonicæ.

minis primus, epiſt. 71. ad Aſtoricenſem epiſcopum, in qua Priſcillianiſtarum errores dānat, ſic ait: Vndecima ipſorū blaſphemia eſt, qua fatalibus ſtellis & animas hominū & corpora opinantur adſtringi: per quam amentiam neceſſè eſt, vt omnibus Paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi (vt putant) ſidera colere, & aduerſaria ſtudeant mitigare. Verùm iſta ſectantibus nullus in eccleſia catholica locus eſt: quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit, a Chriſti corpore totus abſceſſit. Hæc Leo papa, vir alioqui & doctus & pius.

Iuramentum. 7. Sic aūt (teſte Auguſt. lib. de hæreſibus) admittebat iuramentū, vt etiā periuriū licere diceret. Priſcillianiſtæ, inquit ibidē Auguſtinus, docebāt diſcipulos ſuos, vt iuramēto interrogati, & requiſiti, nihil vnq̄ reuelarēt de illorū doctrina, & ad illius doctrinæ occultationem dicebant eſſe licitū periurium. Quapropter hāc ſemper in ore verſabāt ſententiā: *Iura, periura, ſecretum prodere noli.*

Nuptiæ. 8. Idem refert Auguſtinus, q̄ Priſcillianiſtæ cōiugia ſeparauerint: & quibus hoc pſuadere poterāt, fœminas à nolentibus viris, & viros à nolētibus fœminis diſiūgebant. Quarè verò hoc fecerint, an quia nuptias dānarent, aut fortè q̄ putarent nuptiarū fœdera ſemèl iūcta, poſſe ad alterius coniugis arbitriū reſcindi, nō exprimit Auguſtinus. Quos tamē hæreticos ſpiritu prophetico pūidens Apoſtolus, de eis ſic ait 1. ad Timoth. epiſt. Spiritus aūt inquit, quia in nouiſſimis tempo-

1. Tim. 4. ribus diſcedent quidam a fide, attendētes ſpiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiā, prohibentium nubere, & abſtinere à carnibus, quas Deus creauit ad percipiendū fidelibus.

9. Dicebat etiàm Priſcillianus cum Mon-

Propheta tano, Prophetas fuiſſe arreptitios, neq; ea intellexiſſe quæ loquebantur.

Chriſtus. 10. Nec natalem Domini ſecundùm carnem, nec diem reſurrectionis illius piè veneratur, quemadmodùm dicit Leo papa, proptereà quòd Chriſtum verum fuiſſe hominem cum Manichæis non credebat.

Super quib. audiris in concilijs epiſcoporum, (vt author eſt Sigibertus) Romā petijt, ibiq; à ſanctis Damaſo & Ambroſio repudiatus eſt. In Gallijs quoq; in Synodo Burdegalenſi, à S. Martino alijsq; epiſcopis hæreticus iudicatus. Vbi verò ſe damnatū intellexit, Imperatorē Maximū appellat: à quo auditus, & epiſcopatu pulſus, Treueris ab Euodio pſecto perimitur cū multis alijs ſuis ſequacibus, edicēte Imperatore, vt huius ſectæ complices in Hiſpania perimerentur. Damnatæ ſunt aūt eius hæreſes in Braccarēſi concilio, & in prima Synodo Toletana, authoritate Leonis huius nominis primi Romani antiſtitis. De hoc vide in Noeto, Manichæo, & Gnoſticis: in Simone mago quoq; ex Vincentio Lirinenſi.

Priſcillianus Maximo Imperatore iubēte Treueris occiditur.

PROCLIANITAE. 37.

Procliani tarū hæreſes. PRoclianitæ (qui & Prodianitæ ſeu Hermionitæ à Philaſtrio appellantur) ſunt natione Galatæ, Seleuci & Hermiæ hæreticorum diſcipuli, qui emerſerunt Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi pontificis temporibus, circa annum Domini 382.

Chriſtus 1. Hi, teſte Auguſtino & Philaſtrio, Chriſtum aſſerunt non veniſſe in carne, illum negantes de virgine natum.

Iudiciū. 2. Nullum dicunt futurum iudicium, hac puto occaſione, (ſatana ad id eos impellēte) quod minitis propter ſuum vitium pœnam infligendam arbitrarentur & crederent.

Reſurrectio. 3. Carnis etiàm reſurrectionem eſſe futuram negant.

4. Addūt præthereà & ſequūtur alios diuerſos errores, præter eos quos à Seleuco & Hermia eorū, hoc eſt, Maſſalianorū ducibus, didicerunt: vt eſt illud, quod ab Ezechiele propheta ſcriptū eſt de quatuor animalibus, q̄

Error de quatuor animalibus ab Ezechiele deſcriptis. quatuor Euangeliſtas p̄ ſe ferūt. Proclianitæ tamē aſſerunt, teſte Philaſtrio, p leonē, regē paſtorū (quē fingunt) ſignificari: p vitulum, regē Aegyptiorū: per aquilam, regem Romanorum: per hominē verò pijſſimorum denotari ſimilitudinem arbitrantur.

Hi potiſſimùm Sapientiæ libro vtuntur Sirach illius, qui longa poſt tempora à Salomone, illum conſcripſit, vt loquuntur.

Cōmorantur aūt (vt idē ait Philaſtrius) in locis Galatiæ, vbi quidē plurimos, vt vulpes latitantes, deprædantur, ſicut (inquit) Salo-

Cant. 2 mon teſtatus eſt, dicens: Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam Domini ſaluatoris. Hæc Philaſtrius. De his vide plura in Hermia, Seleuco, & Maſſalianis.

PROCOPIVS. 38.

PRocopius Thaboritarū in Bohemia hæreticorū dux fuit, & Ioānis Rockeſanæ co-

Concilij Baſileēſis inceptū anno Domini 143[1]

cognomēto Raſi, defenſor atq; protector acerrimus, Bohemorumq; ad conciliū Baſileēſe legatus, in ſpiritualibus Thaboritarū rector & patron', Sigiſmūdi Imperatoris Germani, & Ioānis 23. papæ tēporibus, circa annū Domini 1411. Cumq; is multis victorijs & magnis ſceleribus nobilitatus eſſet, euenit tande vt eā ob cauſam de eo fama increbreſceret atq; diuulgaretur, in omniūq; ore, vt vir omnium impietate inſignis, haberetur: Adeò quidem, vt cùm Bohemorum legatus Baſileam intraret, in eum cuncti defigerent lumina, velut in illū, qui totiès fidelium fudiſſet exercitum, qui tot oppida ſubruiſſet, qui tot deniq; hominū millia neci dediſſet.

Procopij nobilitas ex ſceleri.

Procopij contumacia & faſtus in cōcilio Baſileenſi.

Hic tandem cū a cōcilio recedere ſtatuiſſet, inſecta re pro qua cū ſuis Bohemis illuc venerat, in omniū patrum præſentia ꝑ ceſſ dē Bohemis ibidē exiſtentibus, cōtumaciter & ſuperbè locutus eſt in hunc modū: Communionē calicis habere & tenere pro laicis intēdimus, &c. Hæc Aeneas Sylvius in libro de origine Bohemorum. De hoc vide in Ioanne Rockeſana, Orphanis & Thaboritis.

PROCVLVS. 39.

PRoculus, q & Proclus, Mōtani & Cataphrygū ſectator, eorūq; doctrinæ vehementiſſimus aſſertor atq; ꝓtector fuit Septimij Seueri Imperatoris, & Zephyrini ſummi Romanorū pōtificis tēporibus, circa ann. Dom. 207. Cōtra hūc, eodē Romano pōtifice ꝑſente, Caius vir diſertiſſimus diſputauit, & eum euicit, quēadmodum refert Euſebius Cæſareenſis eccleſiaſt. hiſt. lib. 6. cap. 18.

Cai' ſcriptor eccleſiaſticus, Romæ contra Proclum diſputat.

De eo Nicephor. li. 4. c. 20. ità ait: Mōtano inquit, tanq̄ inexpugnabile propugnaculū Deus obiecit Hierapolitanæ eccleſiæ antiſtitē Apollinarē, virū eximiū. Aduerſus hūc quoq; ſcripſerunt Miltiades, Apollonius, Serapion Antiochenæ eccleſię epiſcopus, & alij cōplures: ſicuti & contra Proclū, eiuſdem hæreſeos antesignanū, Caius, q plurima certè & pulcherrima edidit ſcripta. De Cataphrygum hęreſi, vide in Cataphrygis & Mōtano.

Qui contra Montanum et Proclum ſcripſerunt.

PSALLIANI. 40.

PSalliani ſunt ij, quos ſuprà Enthuſiaſtas, Euchytas, ſiue Maſſaliāos nominauim', q emerſerūt Iouiniani Imperatoris & Liberij papæ tēporibus, circa annū Dom. 367. Ab orādo aūt ex lingua Syriaca deducto vocabulo, Pſalliani appellātur, quaſi ſedulò atq; cōtinuè orātes. Tantū. n. orāt (vt Epiphani' hęreſi 18. & Auguſt. hæreſi 57. teſtātur) vt his q de illis hoc audiūt, incredibile videatur, vt potè q nulla ab orādo intermittāt tēpora: adeò quidē, vt hinc iudicentur inter hæreticos nominādi. Quāuis eos nōnulli dicāt de purgatiōe animarū, neſcio quā fantaſticā & ridiculā fabulā narrare: porcā videlicet cū porcellis ſuis videri exire de ore hoīs, quādò pingatur, & in cū viſibili ſimiliter ſpecie ignem q nō cōburat, intrare. His adiūgit Epiphan. Euphemios, Martyrianos, & Satanianos, ex qb' omnib. vnā conflat atq; conſtituit hæreſim.

Pſalliani vndè dicti.

Fabuloſa quædam Pſallianorū de animorum purgatione.

De his Hoſius lib. de Ceremonijs à tēpore ſumptis, ſcribit in hūc modū: Sicut, inq̄t, Eucharistię ſacramentū quouis tēpore ꝑcipere fas eſt, ſic & orare quouis tēpore fas eſt. Docemur a Chriſto, q̄ oportet ſemꝑ orare, & nō deficere. Monemur & à Paulo, vt ſine intermiſſione oremus. Neq; defuerunt q Chriſti hæc & Pauli verba ità accipiēda putarent, vt nullū tēpus à vocali oratione vacuū eſſe vellēt: q quidē propter perpetuū orandi vſum, Pſalliani ſiue Euchitę ſunt vocati: de quibus & Epiphanius & Auguſtinus pleraq; ſcripſerūnt. Cæterùm quis eſt qui poſſit ità ſemper orare, & ſine defectu vel intermiſſione precibus inſiſtere, vt nec alimentum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat?

Orare quouis tempore fas eſt.

Luc. 18.

1. Theſ. 5.

Quamobrē Auguſtin' vbi ſuprà, & eū ſequutus Anſelmus, in epiſtolā Pauli ſcribēs, ſic hæc Chriſti & Apoſtoli verba accipienda putauerūt, vt nullo die intermitterētur certa tēpora orandi: q ſi quotidie quiſq̄ obſeruāſſet, iā ſine intermiſſiōe orare diceretur. Peculiariùs tamē ad orandū ſine intermiſſiōe adſtricti ſunt ſacerdotes & monachi, quorum proprium eſt officiū, iuge ſacrificiū iugesq; Deo preces offerre, nō pro ſuis tantū, verùm etiā pro populi peccatis, cuius peccata comedere dicūtur, quādò ex eius viuūt eleemoſynis. Sūt hi tanq̄ publici quidā totius eccleſię miniſtri, vt q̄d' a ſingulis & vniuerſis pſtari ſemꝑ nō pōt, eorū ſaltē expleatur miniſterio.

Orare ſine intermiſſiōe, eſt nullū diem ad orandū ordinatū intermittere.

Sacerdotes tanq̄ publici eccleſiæ miniſtri.

Quid aūt? Nunquid non eadē infirmitate præditus eſt ſacerdos aut monachus, qua quiſq̄ alius ex eis, qui addicti ſeculo iudicātur? Eſt reuerà. Et ille cibum quandoq; capiat, & ille ſomno temporis nonnihil tribuat, & ille corporis ſui curam non prorsùs abijciat, neceſſè eſt. Quamobrē & huius infirmitati proſpiciendū putauit pia mater eccleſia: certas horas conſtituit, quas Canonicas vocāt, quib. nō alij rei q̄ precationi vacaret: has

Horæ canonicæ.

qui diligẽter iuxta ritum eccleſiaſticæ traditionis obſeruaſſet, eum ſemper orare & non deficere, Beda venerabilis interpretatur, vt cum propheta dicere poſſit: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Neq; tamen ex traditione magis eccleſiaſtica, quam è ſcripturis authoritatem habere videtur iſta certis temporibus orandi conſuetudo: quemadmodum id pluribus verbis oſtendere conati ſunt Cyprianus, Baſilius, Hieronymus, & alij nonnulli, ad quos lectorem remittimus. Nam exactiùs hæc omnia perſequi, non eſt præſentis inſtituti. Hactenus Hoſius. De hac hæreſi vide fuſiùs in Enthuſiaſtis, Euchitis, & Maſſalianis.

Beda in Lucam. Pſal. 33.

Cypria. in expoſitiõe orat. Dom. Baſ. in ſer. Aſcetico. cap. 33. Hiero. ad Euſtoch. et in 6. cap. Danie.

PSEVDOAPOSTOLI.

41.

Pſeudoapoſtoli ſunt ij, qui præceptorem ſatanam ſequuti, fuco pietatis, impietatis venenum inſerunt: Chriſtumq; authorem prætexunt, cùm ſatanæ rem agant: vel quum more diaboli ſpeciem ſumunt bonorum & lucidorum angelorum, vt decipiant: vel cùm tenebras ſuas ſuis coloribus ſic ornant, vt a luce diſtare nihil videantur. De quibus Diuus Paulus 2. ad Corinthios cap. 11. loquitur in hunc modum: Eſt veritas Chriſti in me, quoniam hæc gloriatio (nimirum vt in omnibus ſine onere me vobis ſeruem) non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quod ſanè cò facio & faciam, vt amputem occaſionem eorum, qui volunt occaſionem: vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmodi Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurãtes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirũ: ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur, velut miniſtri iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundùm opera ipſorum. Et rurſus ſuam in prædicando Chriſto fidem commendans, & eorundẽ Pſeudoapoſtolorum, ſua ſolum cum deceptione auditorum, quærentium, perfidiam & fallaciam perſtringens, itã ſuos Theſſalonicenſes alloquitur: Exhortatio, inquit, noſtra, non de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo: ſed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ità loquimur: nõ quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neq; in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt: nec quærentes ab hominibus gloriam, neq; a vobis, neq; ab alijs, &c. Hæc beatus Paulus. Vbi quidem ille Pſeudoapoſtolorum morem ad viuum depingit, eorumq; doctrinam impoſtura & errore plenam, eùm eam velut impuram, ſordidam, maleficam, abominandam, & ad imponendum ſimplicibus accommodam, immunditiam appellat.

2. Cor. 11.

Pſeudoapoſtolorũ impoſtura & dolus.

1. Theſſ. 2.

Pſeudoapoſtolorum mores.

Impura doctrina Pſeudoapoſtolorũ appellata.

Exorti ſunt autem hi Pſeudoapoſtoli cum eorum duce Gerardo Sagarello de Parma, qui in eo errore deprehenſus, indeq; adeo damnatus, combuſtus fuit ſub Adolfo Cæſare Germano, & Bonifacio huius nominis octauo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1296. Eorum hæreſes huiuſcemodi fuêre.

Pſeudoapoſtolorum hæreſes.

1. Primò aſſerebant, Apoſtolos nec habuiſſe nec recepiſſe pecuniam, nec aliquid in craſtinum ſeruaſſe: quinimmò docebant, nihil horum Apoſtolis licuiſſe, nec eadem ratione illorum ſucceſſoribus vllo pacto licere. Quapropter ſpem ſalutis adimebant omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in craſtinum ſeruantibus. Ad quod aſſerendum ex eo mouebantur, quod Chriſtus Apoſtolis dixit: Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris. Et iterùm: Nolite ſolicitι eſſe in craſtinum. Et alia huiuſmodi, quæ Dominum dixiſſe Apoſtolis ſuis Euãgeliſtæ referũt. De his itaq; dici poteſt illud, quod in Ioannis Apocalypſi ab Angelo Epheſinæ eccleſiæ dicitur: Nõ potes ſuſtinere malos, & tẽtãſti eos, qui ſe dicũt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. Iſti nempè ſe vitam agere Apoſtolicam indè mentiebantur, quòd ſe pecuniam non recipere, nec aliquid in craſtinum ſeruare inſtar Apoſtolorum iactitarent.

Apoſtoli.

Matt. 10.
Matt. 6.

Apo. 2.

2. Indeq; decimas dari nõ debere Romanæ eccleſiæ ſacerdotibus, quòd non eſſent pauperes ſicut Apoſtoli, contendebant.

Decimæ.

3. Docebant etiàm, neminem ſubijci debere

Subiectio.

bere cuiquam niſi ſoli Chriſto, quemadmodum Apoſtoli ſoli Chriſto ſubiecti fuêre.

Iuramentũ 4. Dicebant ruiſus, Chriſtianis eſſe interdictum iuramentum, ſic, vt nuſquàm iurare liceat.

Obediẽtia 5. Dicebant non eſſe obediendum Romano pontifici, aut alijs eccleſiæ prælatis.

Papa 6. Papam quoq; neminem abſoluere poſſe, niſi ea eſſet præditus ſanctimonia, qua beatus Petrus polluit.

Templum 7. Item eccleſiam conſecratam nõ plùs ad orandum valere, quàm porcorum ſtabulum. Quæ blaſphemia quam ſit execranda, pij homines viderint.

Votum. 8. Aſſeuerabant deniq; opera illa quæ ſine voto fiunt, eſſe ad maius præmium deſtinata, quàm quæ ex voti neceſſitate fiunt.

Vide reliqua in Falſis prophetis. Nam Pſeudoapoſtoli, Pſeudocuãgelici, & Pſeudoprophetæ eodem recidunt.

PTOLEMAEVS.

42.

PTolemæus Valentini hæreticæ prauitatis & perfidiæ ſucceſſor fuit, qui vanam quandam ac perniciofam doctrinam eructãs, & nouam numerorum fallaciam prædicans, multorum animas ignorantium (teſte Philaſtrio) captiuauit, ſub Marco Antonino Imperatore, & Higino maximo Romanorum pontifice, circa annum Domini 150.

Ptolemæi hæreſis. Hic, authore Auguſtino & Philaſtrio, nouum quid volens comments falſi decernere, quàm Valentinus doctor eius eſt ementitus, docuit eſſe quatuor Aeonas, id eſt, ſecula, & alios item quatuor, qui ſunt octo, cùm Valentinus triginta eſſe priùs dixiſſet. De qua re vide plura in Valentino.

PVBLICANI.

43.

PVblicani quidam hæretici in Francia exorti ſunt ſub Philippo huius nominis tertio Francorum rege, & Gregorio decimo Romanorum pontifice, imperante Rudolſo Cæſare Germano, circa annum Domini 1274. Philippus Diui Ludouici filius.

Publicanorũ hæreſes. 1. Hi paruulos non baptizandos dicebant, donec intelligibilem & rationis capacem ætatem attigiſſent.

2. Dicebant etiam non eſſe orandum pro mortuis.

3. Nec expetenda Sanctorum iam in cælis regnantium ſuffragia.

PVTEORITAE.

44.

PVteoritæ, authore Philaſtrio, erant olim hæretici, vel potiùs Idololatræ apud Iudæos, qui puteos colebant, eos in altum fodiẽtes, indeq; aquam haurientes, quam ſalutarem appellabant, in ea quippiam ſalutis ſperantes, cum contrà de eis conqueratur Dominus per prophetam, eos admonendo in hæc verba: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi lacus detritos, qui non poſſunt capere aquam ſalutarem. Quod ergò antè dixerat per prophetam, Chriſtus in ſua diuina complebat præſentia cùm diceret: Omnis qui ex hac aqua terreſtri biberit, ruiſum ſitiet: de aqua autem quã ei dabo, ſi biberit, non ſitiet in æternum, ſed fiet ei fons ſaliens in vitam æternam. Vbi quidem innuebat ille, gratiam baptiſmatis ab eo concedendam quæ hominem prorsùs à peccatorum maculis ablueret ac purificaret. Puteoritarũ hæreſis. Hiere. 2. Ioan. 4.

Hæc ex Philaſtrio.

FINIS LIBRI QVARTIDECIMI.

ELENCHI ALPHA= BETICI OMNIVM HAERESVM LIBER QVINTVSDECIMVS.

DE LITERA Q.

QVADRISACRAmentales. 1.

QVadriſacramentales, ſūt ex noſtri temporis Mollium Confeſſioniſtarū ſecta: qui teſte Staphylo, recipiunt quatuor tantùm Sacramēta, Baptiſmum, Cœnam Domini, Abſolutionem, & Sacerdotium. Ità ex locis communibus Philippi Melanchthonis tenetur in Vuittenbergenſi diſtrictu. Hæc Staphylus.

QVATVORDECImani. 2.

QVatuordecimani ſunt ij, quos aliâs Paſchatitas, ſeu Teſſareſdecatitas nuncupauimus, id eſt, qui cum Iudæis, & nō Dominico die, ſicut ab eccleſia decretū eſt, myſterium Paſchæ peragunt, & alia quædam ex illegitimis & ab eccleſia reiectis libris decerpta ſeruant, & nominibus quorundā magnorum Apoſtolorum ea in re abutuntur. Hi porrò inter alios fuére Sabbatiani, Nouatiani, & Mōtaniſtæ, vt ſuis locis videre licet. Quorum diſſidium & contentionem admirans Nicephorus cum Socrate, li. 12. eccle. hiſt. cap. 12. de his ità loquitur:

Admiratur Nicephorus cū Socrat. lib. 5 ca. 22. eos qui vel per tinaciter de feſto die Paſchæ diſceptant, vel Iudæos eo celebrādo imitantur.

Mihi, inquit, non rectè feciſſe videntur, qui olim de feſto hoc die tantoperè diſſidentes contenderunt: multò verò minus, qui hac in parte Iudæos ſibi imitandos eſſe ſtatuerunt. Sed illis, vt opinor, in mentem non venit, quòd Iudaiſmo in Chriſtianiſmum mutato, ex neceſſitate quadam figuræ rei ipſi ceſſerint: ſicuti hoc indè ſatis conſtabit. Nulla namque CHRISTI lex Chriſtianis, vt Iudaizent, præcipit. Præcipit autem? Immò potius id prohibet, quemadmodum diſertis verbis diuinus Apoſtolus ſanxit, non ſolum de circuncisione, quæ legis eſt caput, vetans, verùm etiàm de diebus feſtis cohortans, vt nequaquam diſceptantes ſegregemur. Et ad Galatas ſcribens: Dicite mihi, inquit, q ſub lege eſſe vultis, legem non audiſtis? Atque vbi de hoc pauca diſſeruit, deindè oſtendit, Iudæorum populum ſeruum eſſe: libertatem autem eos obtinere, qui Chriſtum ſequūtur. Vbi etiàm admonet, non obſeruandos eſſe dies & annos. In epiſtola autem ad Coloſſenſes clara prædicat voce, vmbram eſſe obſeruationes eiuſmodi. Quapropter inferi, dicens: Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbati, q̄ ſunt vmbra futurorū. Ad Hebræos autem hæc omnia veluti ſigillo confirmans, dicit: Tranſlato enim ſacerdotio neceſſariò etiam legis tranſlatio ſubſequuta eſt. Satis igitur liquet, neq; ſacrum Euāgeliorum librum, neq; diuinum ipſum Apoſtolum, Chriſtianis iugum ſeruitutis legis impoſuiſſe: ſed vt & Paſcha & reliquos feſtos dies honorificè, quandocunq; eis viſum eſſet, peragant, animi gratitudini eorum qui beneficio ſunt affecti, reliquiſſe.

Apoſtoli Paſchatis celebritatē liberam populis Chriſtianis reliquerunt.

Proindè quia homines maximè ferias amant, à laboribus in eis conquieſcentes, tum ſicuti cuique viſum erat, in regionibus paſſim, conſuetudine quadam per traditionem accepta adducti, ſalutiferæ paſſionis memoriam colentes celebrârunt. Neque enim vel Saluator ipſe, vel eius diſcipuli, lege vlla id obſeruandum eſſe ſtatuerunt: ſed neque in eum qui

qui hoc ità peragerent, condemnationem, aut pœnam, aut execrationem, ſicuti Moſis lex facere ſolita fuerat, vel Euangelica vel Apoſtolica ſcripta induxerunt, aut comminati ſunt. Diui verò Euangeliſtæ hiſtoria ſua ſcribenda Moſaici Paſchæ feſti obiter ſaltem mentionem fecére: Saluatorem ſcilicet azymorum tempore paſſum eſſe, quum celebre apud Iudæos ageretur feſtum: vt oſtenderent illi, feſtis potiſſimùm diebus cædes eos perpetrare cõſtituiſſe. Ipſis profectò ſanctis Apoſtolis conſilium illud propoſitum non fuit, vt ſibi de diebus feſtis iudicium ſumerent, aut de eis leges ferrent: ſed potiùs Deo gratam viam, virtutem, & veram erga Deum pietatem traderent atq; inducerent. Mihi quidem videtur, quemadmodùm alia plurima pleriſq; in locis ſuã obtinuere conſuetudinem, ita id quoq; de Paſchæ feſto accidiſſe, quòd ex more quondam apud gentes, quæq; ſuam habuit obſeruationem: vt ſatis manifeſtum ſit, neminem Apoſtolorum quidquam de feſto hoc die legis ſanctione conſtituiſſe.

Quòd potiſſimùm ſancti Apoſt. de doctrina ſua ſpectarint.

Porrò quod ab initio Paſcha moribus magis quàm legibus obſeruatum ſit, te ipſa declarabimus. Qui nanq; minorem Aſiam incoluêre, plurimi ab Apoſtolorum temporibus ſabbato deſpecto, decimamquartam Lunæ diem obſeruârunt. Quod cùm facerent, nequaquam ab alijs, qui hoc non itidèm facerent, diſſidebant, quoad Victor vrbis Romanæ epiſcopus, plurimum commotus, literis Aſianos quartamdecimam diem colentes, damnauit atq; excõmunicauit. Quã ob cauſam è diuerſo Irenæus Lugdunenſis in Gallijs Epiſcopus, ad Victorem literas dedit, quibus illum obiurgat: & facinus tam callidum reprehendit, perdoctè exponens, quòd quum antiquiores etiàm cõmunionem rerum omnium inter ſe in Chriſtianiſmo retinerent, & de Paſchæ feſti tempore variarent, nullum id putauerint eſſe præiudicium: Adijciens prætereà, Polycarpum Smyrnæ Epiſcopum, qui ſub Gordiano poſtea coronam martyrij recepit, Romam veniſſe, & cum Aniceto eius vrbis epiſcopo communicaſſe, nihil de feſto Paſchæ cum eo diſceptantem. Nam et ipſe Polycarpus patria quadam Smyrnenſium conſuetudine, decimaquarta die Paſcha celebrat: ſicuti Euſebius quoq; Pamphili in quinto eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſuæ libro teſtatur.

cap. 33. Iam tum ab Apoſtolorum temporibus Chriſtiani paſchæ ferijs celebrãdis variârunt.

Victor Romanus epiſcopus Aſianos eo nomine damnauit: ſed hic ab Irenæo eſt reprehenſus.

Polycarp° martyr cũ Aniceto Romæ de Paſchate colendo ab eo diſſidẽs cõmunicauit.

Conſtat igitur, ſicuti dixi, quoſdam in minore Aſia decimamquartam Lunæ diem obſeruâſſe. Alij verò, qui in ſuperioribus Orientis partibus habitant, ſabbatum feſto eo celebrando magis coluêre. Cæterùm de menſe eis maior fuit contentio. Quidam nanq; Iudæos ſequi voluerunt, quum quidem iamdudùm certiore obſeruatione illi excidiſſent. Alijs verò ab eo abhorrentibus, poſt æquinoctium vernum Paſcha agendum potiùs viſum eſt: celebrandum id ſemper eſſe dicentibus, quum ſol in Ariete ſit, ſecundum Antiochenos Xanthico, ſecundùm Romanos autem Aprili menſe. Qui quidem non eos, qui tum delirabant, Iudæos, ſed antiquiſſimos, & magnum illum imprimis Ioſephum, ſicuti is hac de re in tertio Antiquitatum Iudaicarum libro refert, ſequuti ſunt. Ac illi quidem qui minorem Aſiam & ſuperiores Orientis partes tenent, ad hunc modũ de feſto hoc die diſſenſerunt. Alij verò omnes qui Chriſtianiſmum ſuſceperunt, & Occidentales cuncti ad Oceanum vſq;, poſt vernum æquinoctium Paſcha peragere inueniuntur, vetuſtiorem conſuetudinem ſequentes. Qui ſanè vniuerſi ità feſtum Paſchæ celebrantes, nunquàm inter ſe diſcordare viſi ſunt. Neque verò, (quemadmodùm multorum ſermonibus fertur) magna illa ſub Conſtantino Niceæ celebrata Synodus, eiuſcemodi dici Paſchæ celebrandi errorem indixit: ſed ipſe potiùs diuus Conſtantinus, paucos illos qui à recepta obſeruatiõne diſſentiebant, literis ſuis cohortatus eſt, vt partem maiorẽ ſequerentur: & eam immitantes, eodem modo cum illa feſtum diem peragerent. Epiſtolam eam Imperatoris totam, in tertio libro eorum quos de vita Conſtantini Euſebius conſcripſit, inuenies.

Iudæi veteres etiàm poſt æquinoctium vernum Paſcha celebrarunt.

Conſtantinus Magnus in Nicena ſynodo literis ſcriptis, Aſianos vt cum Occidentalibus eodem tẽpore Paſcha celebrarẽt, hortatus eſt.

Verumenimuerò, Quatuordecimanos ferunt à Ioanne Apoſtolo decimæquartæ diei lunæ obſeruationem accepiſſe: Romanis autem & Occidentalibus

Ioãnes Apoſtolus Quatuor-

decimanos in Aſia Paſcha celebrare docuit: Petrus & Paulus Romanos.

bus patribus Petrum & Paulum Apoſtolorum maximos, eam, quæ ibi frequentatur, tradidiſſe conſuetudinem. Scriptum quidem hac de re decretum edere nemo poteſt. Sapienter verò Victor & Polycarpus extinxiſſe de die feſto contentionem videntur. Quandoquidem autem Occidentales Epiſcopi traditionem Petri & Pauli minimè dehoneſtandam duxerunt, & Aſiani quoq; Ioannis Euangeliſtæ inſtitutum ſeruandum eſſe contenderunt, de communi conſilio placitum eſt, vt quiq; ſicuti aſſueuerant, feſtum diem agerent, mutuam autem communionem nequaquàm reſcinderent. Stultum quippe quam maximè eſſe opinati ſunt, conſuetudinem eiuſcemodi variantium gratia, à mutua coniunctione diſcedere, quum eis de rebus religionis præcipuis per concinentem concordiam conueniret.

Maiores noſtri Paſcha hoc vel illo tēpore peragere, adiaphorō eſſe voluerunt.

Cæremoniarū diſſimilitudine nō læditur vnitas eccleſię, vt inquit Greg. papa.

Quòd verò conſuetudinem potiùs, quàm legem ſequuti veteres pleriſq; in locis, vt quibuſq; viſum erat, Paſcha celebrarint, indè facilè colligitur. Non omnes etenim, quanuis eiuſdem opinionis eſſent, eaſdem traditiones in eccleſijs ſeruarunt. Et qui eandem colebant fidem, ſæpe conſuetudinum obſeruatione inter ſe variârunt. Neq; id veræ pietati detrimento fuit. Hactenus Nicephor. lib. 12. c. 33. Lege eiuſdem libri cap. 34. notatu digniſſima, de variis variarum gentium & eccleſiarum conſuetudinibus, per quas tamen nullum catholicæ religioni vel offendiculum vel diſſidium & diſcordia eſt creata. De Quatuordecimanis vide ſupra in Paſchatitis, & infrà in Sabbatianis, & Teſſareſcædecatitis.

Hoſius de Paſchatis controuerſia.

Vide Euſebium lib. 5. cap. 23. Eccleſiaſt. hi. Socr. lib. 5. cap. 25.

De his Hoſius libro de Cæremonijs à tempore ſumptis, cap. 91. eadem ferè quæ Nicephorus, tradit in hæc verba. Temporum in Eccleſia primitiua magis anxia fuit & diligens obſeruatio, quàm vel hoc noſtro ſeculo, vel iis, quæ proximè præceſſerunt. Documento eſt ingens & inſignis illa de tempore celebrandi feſti Paſchatis inter Orientis & Occidentis eccleſias concertatio, quæ vſq; eo etiam progreſſa eſt, vt qui tunc fuit Romanus pontifex Victor, totius Aſiæ parœcias, vna cùm vicinis eccleſijs, tanquàm alienas ſentientes, à communionis vnitate præcideret, quòd, vt monitis eius de feſto Paſchatis eodem cum Occidentis Eccleſijs die celebrando parerent, adduci non potuiſſent. Ac non defuerunt quidem graues viri, quibus hæc tanta Romani pontificis vehementia non probaretur, cùm præſertim traditum ſibi per manus ab ipſis Apoſtolis morem obſeruare ſe Aſiæ epiſcopi dicerent, neq; tanti eſſe hæc feſti celebrandi diſcrepantia putaretur, vt illius gratia præcidendum ab eccleſia quenquam exiſtimarent. Verùm Leoni pontifici non leuiter delinqui viſum eſt, cùm de feſto Paſchatis tractaret, ſi in principio ſacramenti veritas & vnitas ab vniuerſa Eccleſia non teneretur. Sed & ante eum celebri ſcriptori Epiphanio tam graue viſum eſt, in hac obſeruatione dies Paſchatis à more cæterarum orbis eccleſiarum alias diſcrepare, vt non dubitauerit, in album hęreticorum eos referre, qui quartadecima luna Paſcha celebrâſſent: quos quidem Quartadecimanos vocat.

Leo epiſt. 62.

Epiphan. hæreſi 51.

Epiphan. hæreſi 20.

Ac inter alia multa, quæ præclarè geſta ſunt à Conſtantino Imperatore, hęc duo vel maxima laude omniū prædicationeque digna eſſe cenſet, quòd is congregato Niceno concilio, & Arrij dogma ſubuertendum & diſceptationem ac diſcrepantiam hanc de celebrando Paſchatis die de medio tollendam curauit. Fuitq; Nicenum concilium non magis propter eos habitum qui in Aegypto dogmatis gratia diſſidebant, quàm propter eos, qui in Oriente in celebrando Paſchate diſcrepabant, conciliandos: quod etiam cùm alibi, tum in epiſtola quam ſcripſit ad epiſcopos Aphricanos, Athanaſius iudicat. Decretum itaq; fuit à trecentis decem & octo patribus, qui tum Niceæ conuenerant, vt vno eodemque die ſanctiſſimi Paſchatis feriæ peragerentur: vtque Orientis Eccleſiæ, quæ à Romana & cæteris Occidentis Eccleſijs diſſidere viſæ ſunt, eundem quem eæ, diem obſeruarent. idque duplici de cauſa, ſicut ab eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus memoriæ proditum eſt: Primum, quòd minimè fas eſſet Chriſtianis, Iudæorum ſequi con-

Paſchatis celebrandi vno eodē q; die duæ cauſæ. Euſeb. lib. 3. de vita Cōſtantini.

ſue-

ſuetudinem, qui poſteaquam conſceleratas manus ſuas nefaria Chriſti cæde contaminârunt, tanta ſunt animorum cæcitate percuſſi, vt videntes non videant, audientes non audiant, neque quod rectũ, quodque ſalubre eſt, intelligant. Deinde, quod graue cum primis & indecorũ eſſe putaretur, quandoquidem vnum corpus, vnus ſpiritus ſumus omnes, vna vocationis noſtræ ſpes, vnus Dominus noſter, vna fides, vnum Baptiſma, vnus eſt Deus & pater omnium, non vno eodemque tempore anniuerſarium redemptionis noſtræ diem ab omnibus & ſingulis eiuſdem corporis membris celebrari: ſed per eoſdem dies, alios quidem ieiunijs exerceri, alios verò conuiuijs vacare, & hos quidem feriari & conquieſcere, illos verò corporis affectionibus macerari: quemadmodùm in ſua quadam ad epiſcopos, qui ad ſynodum Nicenam venire non poterant, & ad omnes vbique locorũ eccleſias epiſtola fuſiùs ab Imperatore Cõſtantino, & in eo libro, quem aduerſus hæreſes conſcripſit, ab Epiphanio proditum legimus.

Ephe.4

Ex quo colligere licet, quæ ratio priſcis fuerit vel obſeruandi certa tempora vel mutandi. Duplex nimirum: Vna, vt nè quid vel cum Iudæis, quemadmodum de Paſchate, deque Sabbato factum videm⁹, vel cum Gẽtibus commune haberemus: quæ cùm ſextum hebdomadæ diem, tanquàm Veneri ſacrum, in ludis, epulis, & omnibus nequitijs conſumere ſolitæ eſſent, viſum eſt Chriſtianis, vt quem illi diem cum primis lætum & hilarem ducebant, eum in mœrore & luctu traducerent: non ſolùm acerbiſſimos cruciatus & mortem Chriſti turpiſſimam, verùm etiam peccata ſua, quæ cauſam illis dederunt, deflentes.

Temporũ ratio in eccleſia duplex obſeruata.

Altera, quòd ſicut à ſanctiſſimo Damaſo ſcriptũ, & à Leone repetitum legimus, nõ aliter vnus grex & vnus paſtor ſum⁹, quã ſi (quod iterùm atque iterùm monet Apoſtolus) idipſum dicamus omnes: ſi perfecti ſimus in eodem ſenſu & in eadẽ ſententia: ſi eoſdẽ vno atq; eodẽ tempore ritus obſeruemus. Hucuſquè Hoſius. De qua re vide plura ibidèm obſeruatu & notatu digniſſima.

Secunda cauſa.

1. Cor. 1.

QVINTIANVS GAZAE-
orum epiſcopus. 3.

QVintian⁹ Arrianæ perfidiæ defenſor acerrimus, & in Aſclepæ Nicenæ fidei validiſſimi atque conſtantiſſimi aſſertoris, Gazæorum pontificis (qui ab Arrianis Epiſcopatu & vrbe eam ob rem expulſus fuerat) locum ab eiſdem ſuffectus fuit, Conſtantij Imperatoris, & Iulij huius nominis primi maximi Romani antiſtitis temporibus, circa annum Domini 342.

De his ità ſcribit Nicephorus lib. 9. ca. 8. Cùm Athanaſius profugus Romæ ageret, Conſtante Conſtantini minimo natu filio toti Occidenti imperante, venit eò Conſtantinopolitanus quoquè epiſcopus Paulus, & Marcellus Ancyranus, Aſclepas etiàm Gazæorum epiſcopus, q mam pro- & ipſe, quòd fortiter Arrianis reſiſteret, accuſationem iudiciumque, quaſi ſacrificij aram euertiſſet, ſuſtinuit: & ob id epiſcopatum deponere coactus fuit, quem epiſcopatum Quintianus eſt cõſequutus. Lucius prætereà Adrianopolitanus eodem crimine delatus, & dignitate itidèm ſpoliatus, Romam confugit. Horum cauſa Iulius antiſtes Roman⁹ cognita, quòd conſentientes ſibi de Nicenis decretis inuenit, communiõe eos eſt dignatus. Pro amplitudine autem ſedis ſuæ, ex veteri priuilegio & prærogatiua, perſuaſum habens omnium vbique epiſcoporum curam & iudicium ad ſe pertinere, datis cuique liberrimè ſcriptis literis, ſuas eis eccleſias reddidit, eoſque in Orientem remiſit: illos, qui eps temerè exauthoráſſent, perſtringens, vt qui non rectà ſequerentur conſilia, motuſque & turbas eccleſijs crearent, neque ſemèl Niceæ factis fidei decretis ſtarent. Ad hæc præcepit, vt quidam ex eis ad diem conſtitutum Romæ præſtò eſſent, qui rectè ſententiam in condemnatos latam eſſe probarent. Sin minùs, minas addidit, niſi à rebus nouãdis deſiſterent, ſe ab eis ſacras exacturum pœnas. Athanaſius itaque & qui cum eo erant, miſſis ad Orientales epiſcopos literis, eccleſias ſuas receperunt. Hæc Nicephorus.

Catholici epiſcopi ab Arrianis ſedibus ſuis expulſi, ex Oriẽte Romam profugiunt.

Eccleſiæ Romanæ vetus priuilegium. Socr. lib. 2. ca. 15. Sozo. lib. 3. cap. 8.

Profugi epiſcopi in integrũ reſtituũtur.

Quomodò verò Quintianus, qui vel-

Occidentales epiſcopi in Sardicenſi concilio, Quintiano & reliquis epiſcopis Arrianis dignitatem abrogant.

ut lupus in Gazæorum eccleſiam innârat, & eius cóplices fuerint, ſedibus fraude Arrianorum occupatis, ex epiſcoporū Occidentalium apud Sardicam congregatorum ſententia exacti & Chriſtianorū communione interdicti, idem refert Nicephorus eiuſdem libri cap. 12. in hæc verba: Abrogârunt quoquè (inquit) epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiano Gazæo: & vt non modò epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorū quidem appellatione honorarentur, ſtatuêre. His & compluribus alijs dignitate adempta, communione etiàm interdixerunt, quòd filium Dei à paterna ſubſtantia ſepararent: & quòd qui dudum propter Arrianam hæreſim reiecti fuerant, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterij Dei euexiſſent dignitatem. Eis damnatis, ad omnes vbique epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, necnon Nicenis placitis conſentirent. Hæc Nicephorus.

QVINTINVS.

4.

QVintinus, à quo Quintiniſtæ hæretici, ſartor quidam fuit natione Picardus, è ſchola noſtræ tempeſtatis Euangelicorum prodiens, qui in Brabantia & Hollandia (vt author eſt Caluinus, ſuppreſſa tamen furoris huius origine) varias ſectas ſparſit, cum quodā Coppino Inſulano, eamque potiſſimùm quæ Libertinorum vocatur, à libertate, quam prædicant Euangelicam, id ſub Carolo quinto Imperatore Germano, & Clemēte 7. papa, circa annum Domini 1525.

Quintiniſtarum errores.

1. His, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. nihil ęquè diſplicet, neque magìs ab eis improbatur, atque ſimplex, proprius, & germanus ſcripturæ ſenſus.

2. Illis Chriſtus eſt Satanas, & contrà: vitium virtus, & virtus vitiū: nihil enim ex eorum ſententia peccatum, niſi eorū opinione, qui ſe peccare putant.

3. Vetus [illegible] & eo imbuta conſcientia, pro inferno illis habetur: pro paradiſo autem, conſcientia diuini iudicij contemptrix, ſecura, ſtupida, & conſopita.

4. Omnia ſimulare & diſſimulare, pro fundamento ſui iaciunt Euangelij, quò faciliùs ſpirituales (ſic enim ſe præ cæteris admirantur, quòd ſpiritum ſequâtur viuificantem) decipiant carnales, id eſt, non ſuæ haræ porcos.

5. Scripturas rident, ac pro fabulis habent: literæ enim ſe negant obnoxios, q iam ſpiritum ſequantur viuificantem.

Quinimmò ille Quintinus vnumquēque Apoſtolorum aliquo notabat ſcommate, Paulū vocans vas fractum, Petrum Chriſti abnegatorem, Ioānem, iuuenem ſtolidulum, Matthæum fœneratorem. Hæc Lindanus. Vide reliqua in Libertinis.

Quintini blaſphemię in Apoſtolos.

QVINTILLIANI.

5.

QVintilliani, authore Diuo Auguſtino libro de hæreſibus ad Quoduultdeum, à Quintilla vna ex Montani propheticis ſunt appellati, propterea quòd in ciuitate Pepuza, vt ſuprà in Pepuzitis dictum eſt, Chriſtum in ſpecie fœminea, quales Priſcilla, Maximilla, & Quintilla extiterunt, reuelatum fuiſſe aſſerant. Faciunt autem, inquit ille, & ipſi de ſanguine infantis, quod Cataphygas facere ſuprà diximus. nam & hi ab eis perhibentur exorti. De his vide ſuprà in Cataphrygis, Maximilla, Priſca, & Pepuzitis. Lege etiàm Epiphanium contra hæreſes Phrygaſtatum ſiue Montaniſtatum, aut Taſcodrugitarum, hæreſi 48.

Quintillianorum impuritas.

FINIS LIBRI QVINTIDECIMI.

ELEN.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HÆRESVM LIBER DECIMVSSEXTVS.

DE LITERA R.

RANATITAE. 1.

Ranarum cultores.

Ranatitæ, vt inquit Philaſter, erãt, qui apud Iudæos & Aegyptios quõdã ranas colebant, quas ſub Pharaone per diuinam iram & vltionem, Moſisque imperium, Aegyptiaca tellus emanauit, vt earundem infeſtatione & putore Aegyptij defatigarentur. Inque eo ſcelere illi adhuc perſeuerant, putãtes Dei iram ex hac vana obſeruantia poſſe placari. Hæc Philaſter.

Eorum error.

RAYMVNDVS LVLLIVS. 2.

Raymundus Lullius philoſophus ac theologus, floret ſub Interregno Imperatorum Romanorum, poſt cæſum Guilhelmum Hollandiæ comitẽ Cæſarem Germanum 27 tempore Alexandri quarti ſummi Romanorum pontificis, circa annum Domini 1260. Hic porrò (vt author eſt F. Bernardus Lutzẽburgus) Catalanus fuit genere, conditione laicus, & ex Maiorica ciuitate oriundus. Ait autem, cum multa edidiſſe opuſcula hæreſeos crimine vndequaquè referta: et inter cætera libellum de Dæmonum inuocatione, & alia vulgari ſermone Catalanico ſcripta. Quam doctrinam haud dubium eſt eum habuiſſe à diabolo, licèt ille aſſerat in quodam monte à Chriſto ſibi apparente in forma & ſpecie crucifixi, illam didiciſſe. Quæ omnia, Petrus Terracenſis Archiepiſcopus, & F. Nicolaus Emericus, ſententia ſua condemnãrunt. In quibus voluminibus pluſquã quingenti errores ſunt reperti. Inter quos is vnus eſt, quo aſſerit, Deum multas habere eſſentias.

Raimundi opuſcula.

Pluſquàm quingenti.

Errores in libris Raimũdi Lullij reperti.

2. Item quòd Deus pater eſt, antequàm eſſet Deus filius.

3. Quod diuina eſſentia non eſt ocioſa, ſed eſſentiat, natura naturificat, bonitas bonificat, &c.

4. Quod Spiritus ſanctus eſt conceptus de patre & filio.

5. Aſſerit rurſus, eos qui hæreticos ſupplicio afficiunt, illis iniurios & crimini obnoxios fore.

6. Item quòd quandò Deus illi apparuit crucifixus, pro ſeculi huius tenebris illuſtrandis artem iſtam ſibi contulit, quæ eſt ad omnem ſcientiam parandam, naturalem videlicet & medicam, & ad iura ſtatuenda, methodus generalis, valetque potiſſimùm ad quoſuis euertendos atque deſtruendos errores. Hæretici nanque ſunt ea natura indubiè prædi, vt ſæpenumerò Deum ſibi imaginaliter fingant, quem intueri ſpiritualiter nequeunt.

Hæreticorũ falſa atque erronea imaginatio.

RHETORII. 3.

Rhetorij ſeu Rhetoriani, à Rhetorio quodam exorti ſunt, teſte Philaſtrio, in Aegypto & Alexandria: ſed quo tempore emerſerint, ille non meminit.

Hi cunctas laudabant hæreſes, ex his neminem errare, ſed omnes benè ſentire aſſeuerantes. Verùm hæc aſſertio adeò rationi repugnat, vt Diuo Auguſtino libro de hæreſibus cap. 72. videatur impoſſibile, vt quis ſuæ mentis compos hoc ſentire poſſit. Cùm enim plures ſint hæreſes ex diametro pugnantes, minimè fieri poteſt, vt vnaquæque illarum credatur eſſe vera,

Rhetoriorum error tatione prorſus diſcrepans.

vera, non certè probabiliori ratione, quã ſi quis credat duo contradictoria ſimul vera exiſtere. Si enim omnes probabant, nulla erat quæ ab eis vituperaretur. Ex quo colligere licet, eos non vera tenere. Photinus enim eam ob rem laudandus eſſet hæreticus, qui Chriſtum Dominum negaret eſſe ante ſecula cum patre. Et item omnis hæreſis, quæ aut in patrem, aut in filium, aut in Spiritum ſanctum blaſphemat. Quomodò verò blaſphemos hæreticos laudat Rhetorius, quum eos Chriſtus Dominus, in hoc iam ſeculo damnauerit, dicens: Non dimitti hominibus blaſphemiam, in Spiritum ſanctum blaſphemantibus & perſeuerantibus, neque hìc, neque in futuro: Propter quod conſtat & iſtum eſſe hæreticum, immò potiùs rerum omnium inſcium, qui eoſdem hæreticos laudandos, & non vituperandos citiùs, & abijciendos prorſus iudicauerit. Hæc Philaſtrius.

Hæreticorũ blaſphemia perſeuerans, irremiſſibilis.

Matt. 12. Mar. 3.

RHVTENI. 4.

Hi aliàs vel Ruſſi, vel Rutheni, vel Muſcouitæ vocantur.

Rhuteni, quos appellare Roſanos Strabo videtur, Lituanis contermini ſunt, gens barbara, incompta, & quæ nunquàm Romanæ eccleſiæ obediens fuit. Immò ex omni gente Chriſtianum titulum præferente, in defenſionẽ ſui erroris ſchiſmatici, nulla pertinacior gente Rhutenica. Ex quo effectum, vt ſemper præciſa ab vnione eccleſiæ catholicæ extiterit. Huic genti Liuoniam Chriſtianarum vltimam prouinciarum ad ſeptentrionem iungi Pius ſecundus papa eſt author in ſua Europæ deſcriptione: quã Tartari ſæpè incurrũt. Illam fratres Teutoniti, qui beatæ Mariæ vocantur, armis quæſiuere, & Chriſti ſacra ſuſcipere coẽgerunt, cùm eſſet anteà gentilis, & idola coleret.

Rhuteni, barbari, & in ſuo errore ſupra modum pertinaces.

Liuonia.

Rhutenorũ hæreſes.

1. Rhutenorum errores ſunt huiuſcemodi: Negant inprimis Diuum Petrum verum Papam & Romanæ ſedis antiſtitẽ fuiſſe: idemque ſentiunt de his, qui ei in Papatu ſucceſſerunt.
2. Negant etiàm Romanam eccleſiam eſſe caput omnium aliarum eccleſiarum.
3. Non recipiunt ſanctorum Doctorum Latinorum lucubrationes & ſcripta.
4. Nec admittunt conciliorum generalium determinationes, canones, & decreta.
5. Reſpuunt Excommunicationem, ſacramentum Confirmationis, Extremæ vnctionis, & Purgatorium.
6. In pane denique fermentato, & nõ in azymo, ſacramentum Euchariſtiæ cõficiunt. Et item de aliis eorum erroribus, quos Dominus Ioannes Sacranius Doctor Theologus & Cracouienſis eccleſiæ canonicus, in eo tractatu, quem inſcripſit Elucidarium errorum & rituum Rhutenenſium, ad quadraginta recenſet.

REIVDAIZANTES. 5.

Reiudaizantes ſunt Iudæi, qui Chriſtiani effecti, in Iudaiſmum poſteà relabuntur, qualis fuit Sabbatius, de quo dicetur infrà: rurſùm (vt inquit Diuus Paulus) crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Ideoque ait impoſſibile, tales rurſùs renouari ad pœnitentiam, id eſt, per innouationem ſacri baptiſmatis à peccatorum ſordibus iterùm ablui & purificari, vt qui ſemel fuerint illuminati, guſtauerint etiàm donum cæleſte, & participes facti Spiritũs ſancti, guſtauerint denique bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, nihilominùs ſint prolapſi ac reciderint in priores offenſiones, & in filium Dei blaſphemias, quibus priùs abrenunciârant. Quapropter (inquit) teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed adhortantes inuicèm, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio & vehementia, quæ conſumptura eſt aduerſarios: &c. Ecce relapſorum in Iudaiſmum aut Paganiſmum

Hebr. 6.

Baptiſmus nõ repetẽdus.

Hebr. 10.

Peccatũ ad mortẽ ſeu irremiſſibile.

poſt

poſt acceptam veritatis notitiā baptiſmique ſuſceptionem, ſupplicium æternum. De temporali verò Reiudaizantium pœna habetur de Conſecratione diſtin. 4. c. Plerique.

Notæ & ſigna quib' reiudaizãtes cognoſcuntur.

Reiudaizantes porrò his ſignis dignoſcuntur. Chriſtianorum eccleſias raro ingrediuntur, frequentius Iudæorum conuentus & conſortia adeunt, Chriſtianorum verò diffugiunt: Carnes porcinas nō edūt: Domi ſuæ clam diebus Dominicis ſabbata colunt, & reliqua legalia Chriſtianis prohibita ſeruant in occulto.

ROGATIANI. 6.

Rogatiani ſunt de Donatiſtarum familia, à Rogato quodam appellati, de quibus mentionem facit Diuus Auguſtinus epiſtola 48.

Rogatianorū hæreſes.

Hi cum Donato Africano, filium eſſe minorem patre dicebant, & Spiritum ſanctum inferiorem filio.

Rebaptizabant ſi quos ſeduxiſſent homines, vt qui ſupra baptiſmum eccleſiæ catholicæ, ſuum eſſe maioris vis & efficaciæ inſanientes promittebant, quemadmodum inquit Philaſtrius. Dicebant enim, in ſola Donati & ſuorum ſectatorū parte eſſe veram eccleſiam. Quia etſi ex parte Catholicorum, hoc eſt, eorum qui Cæciliano fauebant, qui Donato erat aduerſarius, aliqui viri probi eſſent, ex communione tamen improborum eos vitiari, hacque de cauſa, eccleſiam in eis deperire ac labefactari aſſerebant. Reliqua ex Donatiſtis petenda lectori relinquimus. De his etiàm vide in Circumcellionibus, qui ad Donatiſtas quoquè pertinent.

RYSVICANI. 7.

Ryſuicani à quodā præſtigiatore Hermano Ryſuick nominati ſunt, quē, (teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) ob impietatem Haga ignibus abſumpſit, anno Domini 1510. Eius autem ſtolones nunc per Friſiam pullulant.

Ryſuicani athei.

Sunt autem hi ex Euangelicorum noſtræ ætatis familia, ex eorum videlicet, q veri Athei atque impij per ſuam improbitatem, perfidiam & malitiam eſſe noſcuntur, nimirùm qui nec Chriſtū, nec Deum, nec deniquè diabolum, nec cælū, nec infernum eſſe profitentur.

Quàm deploranda ſit Euangelicorum cęcitas, manifeſtum veritatis odiū teſtatur ꝑſpicuè.

Eò enimuerò deploratiſſimæ cæcitatis miſeri ij Euangelici lapſi ſunt, ſemèl in ſenſum reprobum mentemque malè ſanam iuſto Dei iudicio traditi, vt ſuam nō modò negligant ſalutem æternam, ſed alijs quoquè eodem errore deducendis omnem mouent lapidem, quacunque tandèm id faciant ratione. Nihil enim penſi habent quid doceant faciantve, modò id ſuo deo ventri commodet, aut ſaltem ſuę perfidiæ hoſtibus incommodet: aut veritatem, in quam oppugnandam coniurārunt, ſi non aboleant, ſaltem aliqua ex parte obſcurent. Odio enim veritatis, quā obfirmato abiurārunt animo, ebrij, eam quoquè ſuis in profeſſoribus infeſtiſſimè perſequuntur, atque odio pluſquàm Vatiniano vereque internecino ità execrantur, vt nulla ſuæ extiſtimationis, aut prudentiæ quoque politicæ habita ratione, furioſorum more quicquid in buccam venit, euomant.

Hæc Lindanus.

FINIS LIBRI DECIMISEXTI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HÆRESVM LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

DE LITERA S.

SABBAS.

I.

SAbbas Maſſalianorũ ſeu Enthuſiaſtarum factiõis, cum Dadoë, Adelphio, Herma, & Simeone prin ceps fuit: de quibus vide locis ſuis. Exortus eſt hic Valentiniani Imperatoris & Liberij papæ temporibus, circa annum Domini 368.

Sabbæ & ſociorum ei⁹ hæreſes. Hic baptiſmo derogabat, aſſerens nullam ex ſacro baptiſmate vtilitatem baptizatis accedere, ſed ſolam ſtudioſam orationem dæmonem poſſidentem hominẽ effugare.

De hac hæreſi ità habet Nicephorus lib. 11. cap. 14. Qui verò, inquit, in hoc vitio perfecti ſunt, Enthuſiaſtæ, hoc eſt, numine afflati, nominantur, dæmone quopiam vim in eis ſuam exercente: quam rem, Spiritûs ſancti præſentiam eſſe opinantur.

Manuum opus omne & laborem perinde atquè improbitatem auerſantur. Itaque ſomno dediti, ſomniorum viſiones & phantaſias, prophetiam vocant. Iſtius hæreſis duces fuêre Dadoës, Sabbas, Adelphius, Hermas, & Simeones, atque præter ea alij. Hæc Nicephorus. De hac hæreſi vide in Maſſalianis, Euchitis, Enthuſiaſtis & Pſallianis.

SABBATIVS.

2.

Sabbatius ex Iudæo Chriſtianus factus, SAbbatius, à quo Sabbatiani hæretici ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum cõuerſus & presbyter ordinatus, ſectæ Iudaicæ nihilominus inſeruiebat: coque in ſcelere epiſcopatum ambiens, tandem obtinuit, nouitatem interim feſti paſchatis ſub Valente Imperatore conſtitutam, in vico Phrygiæ Pazo defendere totis nitens viribus. *& proindè, Iudęo Chriſtianus.* Vndè eius ordinator Marcianus, exindè Sabbatij errorem & ordinationis ſuæ temerariæ culpam agnoſcens, pœnitentia motus, cùm gemitu dictitabat, Melius ſibi fuiſſe ſuper ſpinas manus impoſuiſſe, quàm Sabbatium ordinâſſe presbyterum. Viguit autem ſub Archadio Cæſare, & Siricio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 399.

De hoc Nicephorus lib. 12. ca. 31. ſcribit in hunc modum: Per idem tempus (quo videlicet Eunomianorum, Macedonianorum, & Arrianorũ hæreſes ſub Theodoſio Imperatore in multas alias hæreſes diſſectæ atque diuiſæ fuerunt) Nouatiani quoque inter ſe diſſidentes, per ſeceſſionem, Sabbatianorum quæ vocatur, hæreſim conſtituerunt. *Nouatianorum diſſidium. Sabbatianorũ apud eos hęreſis.* Erat enim apud eos presbyter quidam Sabbatius nomine, à Marciano conſecratus: qui q̃ ex Iudæis ad Chriſtianiſmum perueniſſet, nihilominùs præſumptę & anticipatæ Iudęorũ opinioni inſeruire ſtuduit, & clàm etiàm epiſcopatum affectauit, necnon vnà cum Theoctiſto & Macario & ipſis presbyteris, eis adhærentibus, qui ſub Valentis imperio conuentum in Pazo vico habuerãt, feſtum diem Paſchæ cum Iudæis celebrauit. *Cũ Iudæis Paſcha celebrat.* Ac primùm quidem propter vitæ inſtitutum, quam optimam monaſticis exercitijs agebat, à Nouatianorum ſe corpore ſeiunxit: deindè verò quoſdam participatione diuinorum myſteriorum indignos reputans, talemque prætextum obtendens, eum, quem diximus, diem feſtum in aliud tranſtulit (de Iudæorum ſententia ſcilicet) tempus. Poſtquàm autem manifeſtò apparuit, res nouas cum *Marciani Nouatiani*

epiſ[illegible]i ſci [illegible] tè dicit de Sabbatii ordinatio[illegible].

molliri, Marcianus ſeipſum propter importunam Sabbatij conſecrationem reprehendit: identidèm dicere ſolitus, Melius ſe facturum fuiſſe, ſi ſpinis potiùs quàm illi manum impoſuiſſet.

Synodus Nouatianorum Sāgari celebrata

Sabbatius cauſam ſeceſſionis ſuę ꝑ ſimulationem indicat.

Atqui vbi is eccleſiam ſuam in partes duas diuiſam, & quoſdam ad alium deſciſcere vidit, epiſcopos hæreſis ſuæ, qui cū eo communicabant, ſtatim Sangarum cō uocauit. Eſt is locus Bithynorum prouinciæ, ad mare, non longè ab Helenopoli ſitus. Eò quoque Sabbatius ab epiſcopis congregatis euocatus eſt. Ibi cauſam mœroris ſui dicere iuſſus, feſti diei eius diſſenſionem allegauit. Nam eum cum Iudæis, ſicuti etiàm non ità pridem, qui in Pazo Phrygiæ vico conuenerant, ſtatuiſſent, peragendum eſſe dixit.

Idem iurat ſe ad epiſcoparum nō anhelaturum eſſe.

Cæterùm illi propterea hoc cum præſe ferre conſiderantes, quòd ad epiſcopatum anhelaret, iuriſiurandi ſacramento eum obſtrinxerunt, nè vnquam epiſcopatum ſibi expetendum ſtatueret. Poſtquā ille iurauit, ſe epiſcopatum ſuſcepturum non eſſe, non ſatìs cauſæ eſſe putantes, cur eccleſia eorum factionibus diuideretur, placitum eis eſt, vt omnes conſentirent, atque eodem in loco eccleſiaſticos conuentus agerent: feſtum autem Paſchę diem, quo quis vellet tempore celebraret.

Canon Nouatianorū de Paſchate adiaphorus, quo q̃s vellet tempore, celebrando.

Et ea de re canonem promulgârunt, quē adiaphoron, hoc eſt, arbitrarium & indifferentem vocauerunt. Statuerunt quoquè, nè decretum eorum qui Pazi conuenerant, vniuerſali canoni præiudicaret: quod & priſci illi viri, & maximè qui Apoſtolis primi fuêre, etiamſi de Paſchæ feſto die plurimùm inter ſe diſſiderent, inuicèm tamē inter ſe communicâſſent, & alijs in rebus omnibus prorsùs non diſſenſiſſent. Et quòd præterea Nouatiani

Non temerè vnionē eccleſię ſuę ſcindēdam propter diuerſitatem paſchatis celebrādi, Nouatiani cenſent.

in vetere Roma haudquaquàm cum Iudæis, ſed poſt æquinoctium cum reliquis Romanis, qui Petri & Pauli traditione vtebantur, Paſcha peregiſſent: nec ob eam cauſam, quòd Paſchæ feſto celebrando inter ſe diſſentirent, diſceſſionem ab eis, qui communem cum eis haberent religionem, feciſſent. Proindè re benè deliberata, indifferentem quem diximus, canonem protulêre, vt quilibet pro eo atque ei placitum eſſet, ex conſuetudine aliqua, aut præſumpta opinione, Paſcha celebrās perficeret. Non quidem vt ea res aliquam in communione diſſenſionem afferret: verùm vt qui ſic diſcrimine nullo feſtum diem agerent, in eccleſiæ communione concordarent.

Præterquā ſi feſtus dies, id eſt, ſi omnes eodē tēpore Paſcha peragere contingeret. Sozom.

Eiuſmodi canone confirmato, Sabbatius, qui ſcilicet iureiurando obſtrictus eſſet, quum Iudæorum obſeruationem ſequeretur, præterquàm ſi feſtus dies in idem cum illis tempus incideret, receptis ſtatiſque ieiunijs alios præueniebat, & clàm ſolennes ritus perficiens, Paſcha ꝑagebat: legitimoque & veſpertino ſabbati tempore vigilijs & precationibus alijs intereſſe ſolitus, poſtridiè cum reliquis cōmuniter de feſto die participauit, diuinaque myſteria percepit. Hoc ſic cùm annis aliquot latenter faceret, diutiùs ſeipſum occultare non potuit. Quum enim breuì celebritatem ex ea re conſequutus eſſet, permultos ex ſimplicioribus ad ſe pertractos ęmulatores habuit, & maximè Phryges & Galatas. Qui quoniam patrio, hoc eſt, Iudaico more ſic ieiunabant, morem eum vt rectiorem confirmari putauerunt. Itaque hunc ſequuti, clàm etiàm vna cum Iudæis Paſcha celebrârunt. Et Sabbatius ſuos ſibi paulatim conuentus agens, à reliquis Nouatianis ſeceſſit: & iuriſiurandi oblitus, epiſcopatum apud ſectatores ſuos ſuſcepit.

Sabbatius à reliquis Nouatianis ſeiunct⁹, epiſcopatū etiā inter ſuos gerit.

Quomodò verò is illegitimè eum epiſcopatum inuaſerit, refert idem Nicephorus lib. 14. cap. 13. his verbis: Sabbatius, inquit, ordine atque honore ſuo non contentus, ſed epiſcopatum affectans, quum non haberet apud quos epiſcopatum gereret, à Nouatianorum eccleſia diſceſſit, ſub feſti Paſchæ obſeruationis prætextu. Itaque illegitimos conuentus agere incipiens, apud Archadij Forū, cui Xerolophi, hoc eſt, Sicci tumuli cognomē eſt, multùm fuit: ibique aggredi facinus auſus eſt, grauiſſimo ſupplicio dignum. Quum enim in quodam frequenti conuentu partem illam Euangelicę lectionis pronunciare deberet, quæ dicit, Erat autem dies Iudæorum feſtus, qui dicitur Paſcha: diuinis verbis alia de ſuo attexuit,

Sabbatius lectionem Euangelicā adulterat.

xuit, quæ neque ſcriptura, neque auris quæpiam vnquàm percepit. Quænam vero ſunt iſta? Execrandus (inquit) eſt, qui extra azymorum dies Paſcha celebrat. Quod dictum ex eo auditum, & ad multos diuulgatum, ad illum ipſum etiàm eos, qui ſinceri apud Nouatianos erant, quodammodò rapuit atque pertraxit. Verum non diù homini talis profuit cauillatio. nam in deterius ei commentum hoc ceſſit. Non multò pòſt per anticipationem de concepta ſententia ſua is feſtū agebat diem, & ad eum ingens confluxerat multitudo. Quum verò in peruigilio ſolito, pro eo atquè conueniebat, ſacras cæremonias obirent, rumor ad eos perlatus eſt dæmoniacus, Siſinium Nouatianorum Conſtantinopoli epiſcopum, cū multitudine magna contra eos venire. Proinde ingenti excitato tumultu, quum & nox eſſet, & anguſtiæ loci eos premerent, illi inter ſe conflictati, & ſupra ſeptuaginta eorum enecti ſunt. Quæ ſanè res fecit, vt multi à Sabbatio diſcederent. Non pauci tamen cum eo manentes, agreſtem illius opinionem ſunt ſequuti.

In peruigilio Sabbatianorū, panico, ſeu potiùs dæmoniaco terrore tumultus excitatur, & cædes multa fit.

Porrò Siſinio mortuo, Chryſanthus ad præfecturam Nouatianorum eccleſiæ vocatus eſt, Marciani, cui Siſinius in epiſcopatu ſucceſſerat, filius: qui cùm ab adoleſcentia in aula imperiali militâſſet, & ſub Theodoſio primùm conſularis Italiæ, deindè etiam Britanniæ inſulæ Vicarius factus eſſet, in rerum publicarum adminiſtratione admirationem & laudem meritus erat. Aetate verò iam prouectus, Conſtantinopolim venit, & præfecturam vrbis ambiens, ad epiſcopatum eſt protractus. Siſinius enim è vita excedens, mentionem eius viri fecerat, idoneum eum eſſe ad epiſcopatum gerendum dicens. Quam illius vocem perindè atquè certam legem populus eius excepit, atque Chryſanthum inuitū per vim ad præfecturam eccleſiaſticam traxit. Cùm autem ille profugiſſet, Sabbatius opportunum ſibi id tempus eſſe ratus, vt quod ſtudebat perficeret, epiſcopis quibuſdam obſcuris ad amicitiam ſuam abductis, vt ſibi manus imponerent, perſuaſit, iuſiurando, quod iurauerat, poſthabito. In cōſecratoribus eis Hermogenes etiàm ille fuit, qui propter blaſphema quædam ſcripta ab eodem Sabbatio compoſita, ab eo damnatus atque excommunicatus erat. Verùm ne ſic quidem Sabbatio ambitioſa epiſcopatûs petitio ſucceſſit. Populo nanque exoſus fuit: & quod improbo conſilio, omnem funem mouens, epiſcopatum conſequi cōtenderet, ab eo reiectus eſt. Chryſanthus autem rurſum inquiſitus: Qui in Bithynia, vbi latebat, inuentus, etiàm reluctans ad epiſcopatum eſt euectus. Is, quòd prudens admodùm & caſtus vir eſſet, eccleſiam Nouatianorum magnis incrementis auxit. Pecuniam enim ipſe ſuam in pauperes erogans, nihil ex eccleſia percipiebat, prætérquàm duos benedictionis panes, quos diebus Dominicis habebat.

Chryſanthus Marciani epiſcopi filiꝰ vir conſularis, & Britanniæ Vicarius, inuitus epiſcopus a Nouatianis creatur

Sabbatius cōtra iuſiſiurandi religionē illegitimè epiſcopus ordinatur.

Hermogenes Sabbatij ordinator, anteà ab eo propter blaſphema ſcripta excommunicatꝰ.

Epiſcopi boni exemplum.

Sabbatius autem Rhodi deceſſit, quò ob impietatem & ambitionem immodicam a Theodoſio Imperatore in exilium detruſus fuerat, quemadmodùm his verbis idem Nicephorus eiuſdem libri cap. 24. teſtatur. Atticus autem, inquit, epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt eccleſia incrementa ſua caperet, mirificè operam dedit. Summa enim prudentia eam adminiſtrans, continua doctrina populum ad ſtudium virtutis excitauit. Et ad miſericordiam atque largitionem tam procliuis fuit, vt non modo eis, qui in parœcijs eius erant, egenis prouidendum duceret, ſed etiam vicinis Cōſtantinopoli Eccleſijs pecuniam multam, ad pauperum conſolationem mitteret. Verùm ille quoque, vt quorundam ſuperſtitionem minueret, magnoperè curauit. Et cùm audiſſet Sabbatium illum, qui propter Paſchæ diem iudaico more celebrandum, a Nouatianorum eccleſia ſeceſſerat, & gregem ſibi ſuum coëgerat, Rhodi, vbi exulare iuſſus fuerat, vitam finijſſe: populareſque factionis eius, corpore eius indè tranſlato, circa ſepulcrum eius precationes peragere, & velutì viro ſancto reuerentiam cultumque præſtare: noctù, hominibus certis miſſis, cadauer Sabbatij ſepeliri in

Sabbatius exulans Rhodi vitā finijt.

Atticus Cōſtātinopolitanus epiſcopus in alienos etiam ꝑ eleeſynam liberalis.

Atticus epiſcopus Sabbatij, ad cuius ſepulcrum Sabbatiani ſacra peragebant, alibi clam ſepeliri curauit, quò ſu

peſtiſ... in loco alio curauit. Porrò ſectatores illius vbi tumulum violatum repererunt, cæremonias ſuperſtitionemque ſuam ad ſepulchrum eius poſthabuerunt. Hactenus Nicephorus. De hac eius hæreſi vide plura in Paſchatitis & Quatuordecimanis.

occaſiones præſcindere.

SABBATARII.

3.

Sabbatarij ſunt huiuſce tempeſtatis hæretici, ſecta Anabaptiſtæ: qui nimirum anthore Staphylo de Lutheranorum inter ſe concordia, Sabbatum more Iudæorum colunt: diem Dominicam aſpernantur, ſolumq; Patrem inuocant, Filium & Spiritum ſanctum videntur negligere. De quibus vide Lutherum libro contra Sabbatarios.

SABELLIVS PENtapolitanus. 4.

Sabellius Pentapolitanus ex Ptolemaide Aegypti ciuitate oriundus fuit: Noëti (vt Philaſter ait) diſcipulus: à quo Sabelliani hæretici, & ſub cuius nomine totum hæreſis notior eſt & vulgatior, quàm ſub Noëti appellatione. Emerſit autem Gallieni Imperatoris, & Stephani I. ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 260.

1. Hic vnam eſſe perſonam Patris & Filij & Spiritûs ſancti adſtruebat, perſonarum in Trinitate differentiam & numerum confundens, quaſi de tribus vnam faciens. Contra quem Athanaſius ſuum Symbolum compoſuit, perindè atquè contra Arrium. Arrius enim naturã ſeu ſubſtantiam perſonarum ſeparabat: Sabellius verò confundebat. At contra vtroſque ſancta mater eccleſia via media ambulat, & Deum vnum prædicans, tres perſonas contra Sabellium aſſerit: & tres perſonas aſſerens, Deum vnum contra Arrium confitetur, vt inquit Damaſcenus lib. 1. cap. 11.

Sabellij hæretica opinio.

2. Saluatorem quoq; noſtrum filium eſſe patris denegabat, & primogenitum omnis creaturæ.

3. Sancti ſpiritûs etiam omnem tollebat intellectum, vt inquit Euſebius Cæſarienſis epiſcopus lib. 7. cap. 4. & 5. Idem aſſerit diuus Hilarius Pictauienſis lib. 6. de Trinitate. Multa quoq; nomina ponit D. Thomas prima parte, q. 31 arti. 2. quæ vitari debent in diuinis propter eundem Sabellium & Arrium, quæ ibi videbis ſi libeat. Hinc nempe variæ factiones & malorum germina & ſtolones pullulârunt. Sunt autem qui Sabinum & Sabellium eundem faciant, ſed falluntur.

De Arrij & Sabellij impietate ità exclamat Vincentius Lirinenſis: Quis, inquit, ante ſacrilegum Arrium, Trinitatis vnitatem diſcindere: quis ante ſceleratum Sabellium, vnitatis trinitatem confundere auſus eſt?

Vincentius Lirinenſis.

De Sabellio diuerſis in locis ſcribit Nicephorus in eccleſiaſtica hiſtoria, & primùm lib. 4. c. 22. cum de Montano mentionem facit, ita ait: Montanus de diuina Trinitate & mundi creatione, eadem nobiſcum docuit. Nonnulli tamen ex ſectatoribus eius poſteà, tres diuinitatis ſubſiſtentias vnum eſſe ſunt opinati, eundem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum dicentes. Vnde etiam Sabellium ex Libya, principia hæreſis ſuæ ſumpſiſſe ferunt.

Nicephor' Calliſtius.

Idem lib. 6. ca. 26. Nunc verò, quis Sabellius fuerit, & quæ eius fuerint blaſphemiæ, clarè exponam. Et ille quidem Libyeus genere fuit, Pentapoli eius regionis ortus. Docuit autem, vnam ſubſiſtẽtiam eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ, vnamq; trinominem perſonam. Et in veteri quidem Teſtamento, veluti patrem legem dediſſe: in nouo autem, quaſi filium hominem factum eſſe: vt Spiritum ſanctum verò, ad Apoſtolos adueniſſe. Hæc de Sabellio paucis.

Sabellij impium dogma.

Damnata eſt autem hæc hæreſis cum ea quæ Photini & Pauli Samoſateni eſt, in Sirmienſi concilio, vt author eſt idem Nicephorus lib. 9. cap. 31. In Alexandrina quoq; Synodo, vt idem habet lib. 10. c. 15. De hoc vide plura in Noëto, Arrio, & Paulo Samoſateno.

SABINVS HERACLEÆ EPISCOPUS. 5.

Sabinus Heracleæ Thraciæ Macedonianorũ epiſcopus fuit, Cõſtantij Imperatoris, & Liberij Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 359.

Sabinus viros qui ab Arrio deſecerãt, ridet. Hic Chriſtianos omnes, qui in Synodo Nicena ab Arrio defecerant, idiotas appellabat & ignauos, eosq; ingenij infirmitate potiùs quàm fidei integritate tuendæ cauſa lapſos aſſerebat.

SACRAMENTARII. 6.

Sacramẽtariorum origo. Sacramentarij ſunt ſecta Antilutherani, ad tertiam videlicet noſtri temporis Euangelicorum claſſem pertinentes. Hi, authore Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, ab Andrea Carolſtadio archidiacono VVittembergenſi originem ducunt, quòd is teſte Melanchthone, primùm diſputârit, non eſſe præſens in Cœna corpus Domini, primumque de Euchariſtia excitârit tumultum anno 1524. verba Chriſti in hunc detorquens ſenſum: Corpus meum, quod pro vobis datur, eſt hoc, quod hic aſſidet menſæ. Verùm cùm inſulſa eius interpretatio verborum Cœnæ Domini non placeret diſcipulo Hulrico Zuinglio canonico Conſtantienſi, nouam ſectabatur ſententiam de Euchariſtia, quam ſeſe in Baraui cuiuſdam epiſtola (teſte Heshuſio) repeiiſſe fatetur, vbi EST pro SIGNIFICAT accipiendum didicit. Quod prodigioſum commentum exemplis è ſcriptura petitis cùm nec ſibi, nec auditoribus perſuadere poſſet, narrat ſibi in ſomno viſum adeſſe monitorem (ater fuerit an albus, inquit in ſubſidio de Euchariſtia, nihil memini) qui diceret, Quin ignaue reſpondes quod ſcribitur Exodi duodecimo, Eſt enim phaſe, hoc eſt, tranſitus. Ita Tilmanus Heshuſius contra Caluinum & Bezam.

Commẽtario in epiſtolam ad Coloſſ.

Zuingliani.

Lib contra Caluinum

Zuinglio arma ſuppedirat diabolus contra S. Euchariſtiam.

Sectæ Sacramentariorum q̃ variæ. Cæterùm hæc Sacramentariorum doctrina tam fuit vel à ſui exordio variè diſſecta, vt intra biennium in ſex aut ſeptem ſectas fuerit diſſipata, inquit Lutherus ſermone ſuper Sacramento Haganoæ habito anno Domini 1527. Immo infinita penè eſt hac in parte (aiunt Bremenſes concionatores ad Vueſtphalum, confeſſione de ſancta Euchariſtia) opinionum varietas apud eos. Vnde fit vt varia etiam ſortiantur nomina. Iſtorum enim quidã dicti ſunt Significatiui, alij Tropiſtæ, alij Energici, alij Arrabonarij, alij Adeſſenarij, alij Metamorphiſtæ, alij Iſcariotiſtæ, alij Neutrales, alij Iconoclaſtæ, & alij a-lijs iridèm authorum nominibus, vt Oecolampadiani, Mastyriani, Buccrani, Farelliſtæ, Caluiniſtæ, Bezani, & Seruetiani: qui omnes nunc per Galliam Hugoniſtæ vno vulgatoq; nomine appellãtur. De quibus vide locis ſuis.

Sacramẽtariorum variæ opiniones, & varia nomina.

Hoſius. Hoſius quoquè Varmienſis epiſcopus, de his ſcribit in hunc modum libro quẽ de Communione vtriuſq; ſpeciei edidit: Sicut, inquit, altercatio de ſanctorum inuocatione, produxit nobis Seruetianos, hoc eſt, nouos Arrianos, qui Chriſto Deo Deique filio negant eundem quem patri honorem habendum, dum ſolum Deum patrem adorandum & inuocandum eſſe cenſent: ità contentio de vtraq; ſpecie genuit nobis Zuinglianos, qui vocantur Sacramentarij. Siquidẽ ab ipſis initijs res progreſſa eſt, vt primùm exſangue corpus manducandum, & cruor potiùs quàm ſanguis nobis bibendus dari crederetur. Qua quidem arte cùm effeciſſet Satanas, vt huic venerabili Sacramento minùs iã honoris haberetur (quis enim aut veneratione proſequendum, aut vitam ab eo putat expectandam, quod vita caret?) ſerpſit longiùs, nec ſtatim eò proſilijt, vt negaret eſſe corpus Chriſti: ſed quæ fuit olim Ioannis Vuicleffi, cuius erat ſectator Ioannes Hus, pridèm ab eccleſia damnata ſententia, panem in Euchariſtia ſimul eſſe cum Chriſti corpore docuit. Progreſſus eſt mox vlteriùs, & cùm in pane corpus eſſe Chriſti concederet, non alio tamen tempore, quàm quo ſumeretur, eſſe Chriſti corpus affirmauit: vt ſi quis extra ſumptionem adoràſſet, is grauiſſimum crimen idololatriæ non effugeret.

Seruetiani, hoc eſt, noui Arriani.

Zuingliani ſacramentarij.

Sententia Ioãnis Vuicleffi atque IoãnisHus damnata ab eccleſia.

Ioã nis Vuicleffi impietas.

His progreſſibus ità factis, poſteaquàm iſt-

iſthæc ex animi ſui ſententia cedere videt, iam euertit ſimul omnia: tollit ſacerdotium, tollit ſacrificium, omnem beneficiorum Chriſti memoriam ſempiterna quadam obliuione conatur obruere, dũ hoc agit modis omnibus, nè qua ſummi illius & immenſi beneficij, quo ſemetipſum Chriſtus redemptionem dedit pro nobis, memoria fiat & repræſentatio. Quibus iuxta voluntatem ſuam confectis, tum demùm impetu facto prorupit eò, quò tacitus initiò tendebat: vt etiam apertè dicat impius, dicat inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus, Non eſt Deus in hoc ſacramento, Non eſt in eo viuum & verum corpus Chriſti, ſed merus eſt panis piſtorius, cui diuinos honores tribuere, ſcelus eſt idololatriæ committere. Hæc Hoſius.

Sacramẽtariorũ atheiſmus. Pſal. 13. & 52.

Quo tempore verò iſti Sacramentarij in Galliam irruperint, ex eo manifeſtum apparet, quod in Carionis Chronicorum appendice habetur in hæc verba: Anno, inquit, milleſimo quingenteſimo triceſimo tertio, decima octaua die Octobris, ſub Franciſco rege Francorum huius nominis primo, Sacramentariorum ſecta in Gallia innoteſcit, ſparſis affixiſq; & in aula regia Pariſijs, & alijs vrbis locis paſsim libellis famoſis, qui ſacroſanctæ Euchariſtiæ honorem reuerentiamq; eleuarent. Eadem labes aliquot etiàm alijs Galliæ locis deprehenſa eſt: & menſe Ianuario rurſùm Luretię in palatio regio, foro cauſatum, paſsim inuenti ſunt libelli ea de re conſcripti. Proindè Rex vehementer commotus, quanta maxima potuit religione atque cæremonia indictis ſolennibus ſupplicationibus, ſcelus hoc expiauit, pedes ipſe aperto capite piacularem facem ardentem geſtans, ponè ſequentibus regina Leonora, regijsque liberis & aulæ primoribus, omnique populo. Qui & concione pomeridiana omnes ad exterminandam eam hæreſim, nulla ratione aut generis aut amicitiæ habita, hortatus eſt: teſtatus etiàm, ſe vel ſuum ſibi brachium reciſurum, ſi ea contagione infectum putaret. Sontes deprehenſos, viuos exuri iuſſit. Hæc ibidem. De his vide plura in Euangelicis, Carolſtadio, Caluiniſtis, Ioanne VVicleffo, & Zuinglianis, vbi de hac ipſa hæreſi plura repetias.

Quo tẽpore Sacramẽtariorũ ſecta Gallorum regnũ primùm inuaſit.

Supplicationes ſolennes à rege Frãciſco indictę, quib. ipſe ſupplex interfuit, ꝓpter Sacramẽtariorum ſcelus expiandum.

SADDVCAEI.

8.

SAdducæorum hæreſis vna eſt earum, quas inter Iudæos quondam viguiſſe recenſet Egeſippus bis quinque libris, quibus integram ſimplicemq; Euangelicæ profeſſionis reliquit doctrinam.

Hi porrò præclara admodùm (vt author eſt Carion Chronicorum lib. 2.) & inſigni appellatione nominis impietatem ſuam occultabant. Nam Zaddik iuſtum ſignificat, à quo nomine Sadducæi iuſti ſeu ſancti nominari volebant. Ità enim plerunquè comparatum eſt in mundo, vt qui peſſimi omnium ſunt, honeſtiſſima vocabula ſuis cupiditatibus prætexant.

Sadducæi vndè appellati.

Philaſtrius tamen, à Saddoc homine Iudæo, qui Doſithei itidèm Iudæi genere & hæretici diſcipulus fuit, & eius confirmauit hæreſim, Sadducæos dicit appellatos.

Docuerunt nullam vitam à morte ſupereſſe, ideoq; nullam reſurrectionem mortuorum futuram, nec ſpiritum, nec angelum eſſe credunt, nec futurum iudicium à lege atq; prophetis expectant: ſed ſecundùm carnem ſolùm prædicant eſſe viuendum, circuncidendum, corpusq; baptizandum: Epicuream dementiam hac in re potius quàm diuinæ legis iura ſectãtes. Legem enim in hoc tuliſſe Deum arbitrantur, vt honeſtè & tranquillè viuamus, accipientes interim in hac vita iuſtitiæ præmia à Deo: ex quo eos Epicureos prorsùs fuiſſe manifeſtum eſt. Interpretati ſunt enim ſcripturas planè pro iudicio rationis humanæ, aliud audire nolentes, niſi quod ad vitæ mores attinebat. De quibus pluries in Euangelicis ſcriptis mẽtio fit, docente Chriſto, contraq; hanc hæreſim peſtiferam prædicante: idq; potiſſimùm apud Matthæũ c. 22. vbi ita dicitur: In illo die acceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: &c.

Sadducæorũ hæreſis.

Sadducæi fuerunt Epicurei.

Matt. 3. 16. 22. Mar. 12. Luc. 20. Act. 4. 5. 23.

Hi porrò potentia tandèm aucti, non parùm negocij Phariſæis fecerunt. Eſtq;

hor-

horrendum inprimis auditu, in peculiarem populum Dei ethnica planè dogmata irrepſiſſe, adeò vt publicè etiam tradere non ſint veriti & adſerere conſtanter, poſt hanc vitam, aliam vitam nõ reſtare.

SAMARITANI.

9.

Gen. 10. SAmaritani à Samario eorum rege ſunt ita nuncupati. Alij verò volunt eos dictos à Samaræo filio Chanaan filij Cham, qui verenda patris detecta cõſpiciens, indeq; illum ludibrio ac deriſui habens, ab eo maledictus fuit.

Samaritanorum hæreſes.

1. Hi, authore Philaſtrio, ex Moſis Pentateucho quatuor tantum libros recipiũt, qui lex appellantur.
2. Iudicium futurum non expectant.
3. Reſurrectionem mortuorum negant.
4. Chriſtum Dominum Dei filium in lege & prophetis antè nunciatum & promiſſum non credunt.
5. Animam etiam immortalem habere hominem iuxta legem, inficiantur.
6. Solum autem in hoc corpore viuendum eſſe putantes, reſurrectionem futuram in filiorum procreatione & genitura, quæ in hoc ſeculo fit quotidiè, exiſtimant, eamq; prædicant vanitatem, inſensatis pecudibus comparati, quemadmodum a propheta ſcriptum eſt: Homo cũ in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc Philaſter. Pſal. 48. 143

SAMPSAEI. 10.

SAmpſæi & Elceſæi idem ſunt Epiphanio, qui eorum hæreſes recenſens, Ebioniris eos coniungit, tanquam vna ſit vtrorunq; hæreſis. Sampſæi enim (vt ſimiliter teſtatur Auguſtinus) Ebionitarũ dogma in vniuerſum amplexati ſunt. Quapropter de his vide ſupra in Ebionitis & Elceſæis. Emerſerunt hi Seueri Imperatoris & Victoris papæ temporibus, circa annũ Domini 195.

Sampſæi Ebionitarũ dogma per omnia ſectantur.

SANGVINARII.

11.

SAnguinarij ſunt ex Antilutheranorum ſecta, ad tertiam claſſem noſtri ſeculi Euangelicorum pertinentes. Hi teſte Lindano dialogo ſecũdo ſui Dubitantij, humano poto ſanguine, more Catilinario ad ſua ſeſe ſacrilegia & homicidia obſtringunt. Talem Anabaptiſtarum ſectam eſſe Antuuerpiæ non ignotam, narrãt quidam fide digniſſimi. Hæc Lindanus.

Sanguinariorum cõiuratio.

SARRABAITAE.

12.

SArrabaitæ, monachorũ genus quondam fuit in Aegypto teterrimũ & infidele, & quemadmodum Peamon abbas decima octaua Patrum collatione aſſerit, in vera hypocriſi degens: noxia vtiq; illa in eis plantatione, quæ in Anania & Saphira in exordio eccleſiæ per Apoſtoli Petri ſeueritatem ſucciſa fuerat, repullulante. Ab his enim Aegyptiacæ linguæ proprietate, ſecundum Bedam, Sarrabaitarum familia exorta eſt, qui rebus & poſſeſſionibus ſuis nequaquàm derelictis, Apoſtolorum diſtrictionem ſe cuſtodire ſimulabant. Sed vt eorum peſſima ſecta confundatur, (dicit idem Peamon abbas) ſciant omnes, eos in nullo monachorum ordine viuere, nec in aliqua ſectæ vocatione. Ipſi nanq; (inquit) a cœnobiorum regularium, ſub obedientia viuentium, congregationibus ſe ſequeſtrant, ac ſingulatim ſuas curas & neceſſitates contra eccleſiæ ſanctionem & concilia generalia, ſtatumq; ac regulam ſibi confingunt, libertatem habentes quocunq; locorum euagandi, pecunias comparandi, & de craſtino cogitandi, perindè atq; inopem & mendicum Deum haberent. Hæc ille.

Sarrabaitæ meri hypocritæ.

A quibus exorti.

De his item Diuus Auguſtinus ſermone duodecimo ad fratres in eremo ità ſcribit: Sarrabaitæ angelicam faciem foris oſtendunt, ſed eos lupum corde habere nõ dubitamus, de quibus tertiò nobis ſcripſit pater Hieronymus, quorum genus eſt omni affectu vitandum. Hi in Aegypto erant, in foraminibus petrarum habitan-

S. Auguſtinus de Sarrabaitarũ viuendi ratione.

tantes, induti pecorum & boum pellibus, tantum cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcaria portantes, & ad cingulū ligatas. Diſcalceati & ſanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad feſtum ſcenopegiæ pergebant Hieroſolymam, & ſancta ſanctorum inſtantes, ſe paupertatem & abſtinentiam prædicabāt ſeruare: barbas poſtmodum in conſpectu hominum ſine redemptione euellere feſtinabant, & ſic acquiſita fama, ad luſtra remeabant ſolitaria, gaudentes & epulantes ſuprà quàm explicare poſſumus. Hos itaq; nolite obſecro imitari, quia nō beatos, ſed damnatos eos eſſe prædicamus. Hæc Diuus Auguſtinus.

SATANISTAE.

13.

SAtaniſtæ vel Satanici, aduerſarij latinè dicuntur. nam Hebræi Satan, contrarius, repugnans, vel aduerſarius dicitur, iuxta quod Chriſtus Petro intulit, cùm illum increparet, quòd dixerat ſuis diſcipulis, oportere ſe ire Hieroſolymam, & multa pati à ſenioribus & Scribis, & principibus ſacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere: Vade, inquit ille, poſt me ſatana: ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum. Vbi quidem Chriſtus Petrum ſatanam, id eſt, aduerſarium appellat, quòd ſuæ ſententiæ obluctari videretur. Quod ignorantes quidam ex his, qui Maſſaliani, vel Martyriani appellantur (vt author eſt Epiphanius lib. 3. contra hæreſes, hæreſi 80.) Satanæ ſacra fecerunt, quò eum velut magnum & fortem, & qui multa hominibus mala inferre ſoleat, hac re placarent, vt ipſis velut ſuis ſeruis parceret. Ex qua impietate ſe Satanicos cognominauerunt, idq; Iouiniani Imperatoris & Liberij papæ temporibus, circa annum Domini 368.

Matt. 16. Mar. 8.

Sataniſtæ q hoc noſtro ſeculo dicantur.

Sataniſtæ quoq; appellātur hac noſtra tempeſtate, qui traditionem Apoſtolicā ex contemptu obmittunt, hac in re in Spiritum ſanctum peccantes. Aduerſari ſiquidem ei, (inquit Hoſius lib. 4 de Traditionibus eccleſiaſticis) quod ab Apoſtolis traditum eſt, & vnanimiter ab omnibus per orbem Chriſtianum vniuerſum in eccleſia Dei totis mille quingentis annis ſemper obſeruatum, quid eſt aliud, q̄ Satanam agere: cuius non aliud eſt ſtudium, quàm vt ob hoc ipſum pleraq; reijciat, quòd ea videt tanto Chriſtianorum omnium conſenſu obſeruari? Sic ferè fecit ille, qui ſe plurimùm ſalis cum Satana comediſſe gloriabatur: qui pleraq;, quanuis laudanda ſciret eſſe, non aliam tamen ob cauſam a ſuis reſpui voluit, quàm quòd authoritate Conciliorum ſancita, ſummoq; totius orbis conſenſu recepta eſſent ab omnibus & approbata. Quam enim ille cauſam habet, quamobrem calicem dari laicis tantopere nonnunquàm exigat? Num quia de neceſſitate ſalutis eſſe putat, vt ex eo bibant omnes? Atqui non vno ex loco illius colligere licet, longè aliam ipſius eſſe ſententiam: ſed quoniam illius vſu fuit à patribus in concilio congregatis interdictum, ea ſola viſa eſt illi cauſa legitima, quamobrem eum reſtituendū omninò laicis eſſe cenſeret. Quinetiàm ſi quo caſu, inquit, Concilium ſtatueret, minimè omnium nos vellemus vtraq; ſpecie potiri: immò tunc primùm in deſpectum Concilij vellemus aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraq; potiri, & planè eos anathema habere, quicunq; authoritate talis Concilij potirentur vtraq;. Sic & alio loco de Confeſſione ſcribens: Fidele, inquit, conſilium meum eſt, vt homo Chriſtianus, tempore quadrageſimæ & Paſchatis non confiteatur, nec ad ſacramentum accedat: & cogitet: ità, Ecce quandò hoc præcepit homo, Papa ſcilicet ob idipſum non faciam: & ſi non præcepiſſet, vellem facere. Faciam autem alio tēpore, quo non præcepit, quandò & quomodò mea libera voluntas me tetigerit. Et iterùm alio loco: Videns quæ eſſet eccleſia, quæ determināſſet, in altari nō eſſe verum panem verumq; vinum, ſed ſola accidentia, nempe Thomiſtica, hoc eſt, Ariſtotelica, audacior factus ſum, & ſtabiliui tandèm conſcientiam meam ſententia priore, eſſe videlicet verum panem, verumq; vinum &c. Simile quiddam ſcribit etiàm de eleuatione Euchariſtiæ.

Docet Lutherum ex contemptu peccare in eccleſiam.

Lutherus in lib. de Formula Miſſæ.

Idem de Confeſſione, par. 3. parag. 14.

Luther. de Capt. Babylon. cap. de Euchariſtia.

Idem in libello quē inſcripſit, Breuis confeſſio de Euchariſtia.

Ad hunc itaq; modum decretis & traditionibus Eccleſiæ repugnare, & ob hoc

ipſum eas aſpernari, quia ſic viſum fuit Eccleſiæ & ſpiritui ſancto, hoc eſt idololatriæ ſcelus admittere, hoc eſt in Spiritu ſanctum peccare, hoc eſt hominem exuere, & Satanam induere. Et qui tali ſunt ingenio præditi, non alio ſibi magis appoſito nomine poſſunt appellari, quam ſi vocentur Sataniſtæ. Hactenus Hoſius.

Sataniſmꝰ qui nunc per totam Germaniā Galliam, et Britanniā floret, vnde irrepſerit.

Vndè vero is, qui nunc in Germania & per Galliam, Britanniam, & Flandriam regnat Sataniſmus, originem duxerit, idē refert Hoſius in tertio libro primi de hæreſibus noſtri temporis, in hæc verba: Sataniſmus, inquit, qui nunc per totam Germaniam viget, non aliunde ſumpſiſſe videtur originem, quam ex quatuor capitibus, quę in quodam libello Brentius aſſerit. Nam dum vnuſquiſq; ſibi de doctrina religionis iudicium arrogat, dum arbitratu ſuo Scripturas interpretatur, dum nihil in eis difficile, nihil obſcurum eſſe perſuaſum habet, dum præter eas nihil recipi, traditiones autem Patrum prorſus reiici debere cenſet, dum eccleſiam neq; videri, neq; cognoſci poſſe credit, ita vt cuiq; cœtui liberum ſit nomen eccleſiæ vendicare quis non videt, ex his doctrinę Brentianæ capitib. cuius primus author fuit Martinus Lutherus, natum eſſe Sataniſmum, qui nunc regnat in multis partibus Germaniæ, qui pedetentim etiam Poloniæ regnum, & adiunctas illi terras irrepere conatur?

SATVRNINVS.

14.

SAturninus Antiochenꝰ patria, à quo Saturniani hæretici, doctrinæ ſuæ monſtroſę fomenta (vt author eſt Philaſtrius) a Simone mago & eiuſdē diſcipulo Menandro, qui Apoſtolorum temporibus viguerunt, accepit, turpitudinem ſimoniacam in Syria inſtaurauit, atq; confirmauit, Chriſti Euangelium mirandis modis dilanians, quemadmodum aduerſus Luciferianos teſtis eſt Diuus Hieronymus, dum prodigioſa fabularum figmenta comminiſcitur. Id, Traiani Imperatoris & Euariſti Romani pontificis temporibus, circa annum Domini 118.

Saturninꝰ Menandri diſcipulus.

De quo Euſebius lib. 4. cap. 6. loquitur in hunc modum. Humani generis deceptor antiquus poſt Menandrum Simonis ſucceſſorem, velut quandam beſtiam bino ore ſibilantem, binisq; linguis diabolica venena vibrātem, Saturninum quendam Antiochiæ genitum, & Baſilidem Alexandriæ ortum produxit: quorum vterq. ſuis in regionib. ſchemata impiæ ac Deo inimicę condidit diſciplinæ. Equidem in eodem penè Saturninum quo Menander commenta ſua eſſe ſcribit Irenæus, Baſilidem verò ſub prætextu myſticæ doctrinę in immenſum tetendiſſe mentis impiæ cogitata, dum prodigioſa fabularum figmēta ſibimet complaceret. Hæc Euſebius Pamphili Cæſarienſis epiſcopus.

Euſebius Cæſarienſis.

1. Docebat autem Saturnianus, teſte Tertulliano lib. de hæreſibus, & Philaſtrio, ſeorſum ſeptem angelos mundū feciſſe præter conſcientiam Dei Patris. Diſtare autē angelos a virtute illa ſuperna, à qua dicſſt lumen fuiſſe demiſſum, quo mundus iſte, quem aſſerunt per ordinem angelis diuiſum, illuminaretur. Cuius luminis concupiſcentia adducti angeli, eius virtutis videndæ maximo tenebantur deſiderio, ſed ſtatim in cœlum conſcendit, ab eoq; receptum eſt. Videntes itaq. ſe aſſequi non poſſe, quod maximè exoptabant angeli, inuicem dixerunt: Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtrā. Qui cum factus eſſet, tantæ imbecillitatis & impotentię inuentus eſt, vt in eo vita ſubſiſtere non poſſet. Quod videns virtus illa ſuperna, in eum ſcintillā immiſit, quę ipſum erexit, exuſcitauitq;, & viuere fecit. Ideoq; illi ſcintillæ non minorem tribuunt virtutem, quam ipſi Deo.

Saturnini impia figmenta & hæreſes

2. Chriſtum aūt vmbraliter tantum apparuiſſe affirmāt, non carne hominis veram & animā ſumpſiſſe, atq; [illegible] œconomia myſterij Saluatoris ita cōpleſſe. Hæc Philaſter Brixienſis epiſcopus.

3. Docuerunt etiam cum Simone mago eorum magiſtro, promiſcuum fœminarum vſum eſſe licitum: ita vt quiſque, qua vellet vti, ſine peccato poſſet.

4. Saturninꝰ etiam, authore Tertulliano de hæreſibus, Chriſtū phantaſmate paſſum eſſe docuit, & reſurrectionem negauit.

De

Nicephorus.

De hoc Nicephorus eccleſ. hiſt. lib. 4. cap. 2. ſcribit in hæc verba: Communis autem pietatis & religionis noſtræ aduerſarius & hoſtis, quum poſt tyrannorum perſequutionem quietius eſſe non poſſet, fraude & verſutia hæreticorum Euangelium euertere aggreſſus eſt. Primum igitur contra nos excitauit Simonē: deinde Menandrum, Cerinthum & Nicolaum, de quibus in ſuperioribus diximus. Paruo deinde interuallo, monſtra alia exhibuit. A Menandro nanq; ambiguæ bicipitiſq; contagionis viperina vis exorta, duarum hæreſum progenuit duces, Saturninum & Baſilidem. Quorum hunc Alexandria, illum Antiochia produxit: & alter in Aegypto, alter aūt in Syria exoſas Deo aperuere ſcholas. Irenæus Saturninum eadē quæ Menandrum commentum eſſe dicit: Baſilidem autem portentoſas confinxiſſe fabulas, & arcanarum ineffabiliumq; rerum præ ſe ferentem ſcientiam, latentem earum ſenſum & inuentionem in infinitum extendiſſe. Hæc Nicephorus. De hoc vide plura in Baſilide, Encratitis, Marcione, Menandro, & Simone mago.

Primi in eccleſia hæretici, craſſi, ac porciis Epicuri & impoſtores manifeſti.

Saturnin' Encratitarū author cum Marcione.

SCHISMATICI 15.

Hæretici ſeditionis cupidi.

NIhil in rebus humanis peſtilentius eſſe praua doctrina, atq; adeò etiā oēs hæreticos ſeditionis cupidos eſſe, atq; affectare aliud, quam vt errorē ſuum ſeditione & tumultu publico tueātur, & lautiſſimè propagent, noſtra ſecula hæc plus ſatis experta, poſteris exemplo & documento eſſe poterunt. Nam ſatan author eorum, mendax pariter & homicida eſt ab initio. Vtrumq; enim in omnibus ſchiſmaticis palam eſt, qui ſimul falſa docent, & cædem per ſeditiones & perturbationem rerum publicarum excitare ſolent. Nihil enim aliud eſt Schiſma, quàm ſectio, diſſenſio, & diſſidium. Contra quod ita ſuos exorat & adhortatur Corinthios Diuus Paulus: Obſecro autem vos fratres (inquit) per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipsū dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadē ſententia. Et ruſſus: Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidā aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Nihil eſt enim quod magis ſchiſma efficiat, quàm vita impura, quæ ſanè omnibus hæreticis ex animi tumore, inflatione, & arrogantia euenire conſueuit.

Schiſmaticorum proprium.

Schiſma quid.

1. Cor. 1.

1. Tim. 1.

Quæ porrò maior eſſe poteſt arrogantia, (inquit doctus ille Hoſius libro de Impedimentis matrimonij) quam ſi quis hoc ipſe ſibi tribuat, vt ſe plus intelligere putet, quàm omnes omnium ætatum homines, qui fuerunt ex eo tempore, quo Chriſtus homo fieri dignatus eſt, quibus viſum eſt vnanimiter omnibus, neque licere ſacerdotibus vxores ducere, neque deeſſe alia præter nuptias incontinentiæ remedia? Hæc arrogantia vna omnium maxime Deo abominabilis: hęc primum hominem de paradiſo deiecit. neque enim guſtando pomo grauiſſimè peccauerat, ſed in hoc erat crimen maximum, ꝙ cōtra Dei præceptū venerat, quòd eſſe ſicut Deus volebat, quod ſerpentis conſiliū ſequutus, quid è re ſua foret, ſe melius quàm Deum intelligere ſibi perſuadebat. Hæc Luciferum quoq; de cælo deturbauit. Neq; enim ob ſcortationem, aut adulterium, aut furtum deiectus eſt de cælo, ſed ſuperbia illum in ſe præcipitauit infra ipſam abyſſum, cuius hæc verba ſūt: Aſcendam & ponam ſolium è regione Dei, & ero æqualis altiſsimo. Et ob hęc verba deiect' eſt, inquit Athanaſius libro de virginitate, ignisq; æternus eius hæreditas & portio factus eſt.

Schiſmatū origo ex arrogantia, cæco ſui amore, & falſi nominis ſcientia.

Gen. 3.

Luciferi ſuperbia punita.

Hæc eſt, quæ ſchiſmata ſemper generauit & nunc generat. Huius fons eſt cæcus amor ſui, quando quis ita ſe, ità ſua idola, hoc eſt, commenta ſuarum opinionum amat, ita ſibiipſi placet, vt contemptis patrum ſanctorum theorematis, ſua illis theoremata non dubitanter anteponat. Hinc hæreſes & ſchiſmata oriri Petrus etiam indicat, cùm dicit, eos eſſe maximè cruciandos, qui poſt carnem in cōcupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemq; ſiue poteſtatem contemnunt: audaces, inquit, ſibi placentes, ſe-

Amor ſui ſchiſmata ſemper genuit.

2. Pet. 2.

ctas non metuunt introducere. Cùm enim ſibi placeāt, cùm adeò ſeipſos amēt, vt nihil niſi quod ipſi ſentiūt, rectum eſſe putent, ità fiunt in ſententia pertinaces & præfracti, vt ab eo, quod ſemel in animum induxerunt, nulla ratione deduci poſſe videantur. Hinc exiſtunt poſtea ſectæ: ſequuntur enim, qui ſunt hoc ingenio prædití, non quod vniuerſæ eccleſię, ſed quod ſuo capiti videtur. Hinc ædificatur Babylon, quam ædificat, ſicut ab Auguſtino ſcriptum eſt, amor ſui. Nam dū quiſq; opinione ſuam ſolitariam amat, et eam tuetur mordicus, nec dimoueri ſe de ea patitur, fit Babylon. fit confuſio linguarum & opinionum tanta, quantam nunc videre licet in ea Babylone, cuius primus architectus fuit Lutherus.

Amor ſui, Babylonē & confuſionem ædificat. Augu. lib. 14. cap. vlt. de Ciuitate Dei.

Quandò igitur quæritur, plus ne vitij ſit in nuptijs, an in fornicatione voto cōtinentiæ alligatorum, illud in quæſtionē venire videtur, maior ne ſit ſchiſmatis, an fornicationis culpa. Neq; dubitandum eſt, quin multò maior ſit in ſchiſmate: quod Cyprianus tam graue crimen eſſe ſcribit, vt ne ſanguine quidem expietur. Dauid adulterio iunxit homicidium, vtrunq; tamen crimen remiſſum eſt illi, ſimul vt confeſſus eſt: de Core, Dathan, & Abiron, nihil eius generis commemoratur: nullius criminis affines eſſe leguntur: quinimò ſcribit idem Cyprianus, eundē cū ſacerdote Aaron & Moiſe Deū nouerant, pari lege & religione viuentes; vnum & verum Deum, qui colendus atq; inuocandus fuerat, inuocabant: ob hoc ſolum facinus, quòd ſeorſum ſacrificabant, quod[illegible]; loci ſui miniſterium tranſgreſſi, contra ſacerdotem Aaron & Moſen inſurgentes, ſe ab illis ſegregauerant, diuinitus percuſſi, pœnas ſtatim pro illicitis conatibus pependerunt. Itaq; quod olim Donatiſtis dixit Auguſtinus, Non in ſacramentis, ſed in præciſione vitium eſt: hoc & nos iſtis rectè dicere poſſumus, Non tantùm in nuptijs voto continentię alligatorum, quantum in ſeparatione crimen eſſe, quandò quis ſeipſum ſeparat à Christo. Separat autē ſeipſum à Chriſto, quiſquis ab eius corpore, quę eſt Eccleſia, ſe ſegregat: &c. Hæc Hoſius. Vide ibidem quæ ſequuntur lectu & ſcitu digniſſima.

Schiſma crimen grauiſſimum. Cyprianus de ſimplicitate prælatorum. 2. Reg. 11. Num. 16. Idem lib. 1. epiſt. 6.

Aug. contra epiſt. Parmenianū li. 2. c. 13.

Vndè verò ſchiſmatici hodiè digno ſcantur, idem refert Hoſius de Authoritate ſacræ ſcripturæ lib. tertio contra Brentium, in hęc verba: Quamobrem nihil eſt Brenti, inquit, quòd ità grauiter feras, vos pro talibus haberi, quales vos ipſi facitis. Ab eccleſia Dei vos ipſos præciditis, altare contra altare erigitis, cathedram cōtra cathedram conſtituitis, veteres ritus abrogatis, nouos inſtituitis, nō à priuata vnius alicuius ex priſcis illis doctoribus ſententia, ſed à communi omnium opinione, totius eccleſiæ conſenſu comprobata, diſcedere vobis fas eſſe ducitis, vt ità vos nō ſolùm à noſtri temporis, quæ tamē diuerſa non eſt, verùm etiàm ab illa, quę fuit Apoſtolorum priſci temporis Eccleſia, in qua fuerunt præclara illa lumina, Hieronymus, Auguſtinus, Cyprianus, Baſilius, Chryſoſtomus, Ioannes Damaſcenus, Theophylactus, & alij multi viri ſancti, eſſe ſeparatos doceatis. Et interea moleſtè fertis, ſi quis eo vos nomine appellet, quod non modò ſcripta vel dicta, verùm etiàm ipſa facta veſtra vobis impoſuerunt.

Quo argumento noſtri [illegible] ſchiſmatici [illegible] tur.

Et rurſus idem de Catholica eccleſia libro quinto: Sed ſi quis Brenti, inquit, recta ratione rem expendat huius diſceſſionis, qua vos à nobis nefario ſchiſmate ſeparâſtis, arrogantiā, faſtum, proteruiam veſtram, præcipuam fuiſſe cauſam dixerit. Nam cùm nonnihil gratiarum donorumq; ſuorum Deus in vos ſua benignitate contuliſſet, tùm nec ingenium vobis nec doctrina, nec linguarum peritia, nec præclara pleriſq; dicendi ſcribendiq; facultas deeſſet, has eſſe Dei gratias obliti (quas ille ſicut non paucis Catholicis, ità veſtrûm quoq; nonnullis largitus eſt) ſic vos ipſos amare, ſic vobis ipſi placere, ſic vos magnificè efferre cœpiſtis, atque eò inſolentiæ prorupiſtis, vt haud aliter quam ſi à vobis verbum DEI proceſſiſſet, aut in vos ſolos perueniſſet, illius poſſeſſione reliquos omnes excluderetis, & vniuerſum orbem Chriſtianum aut cæcitatis, quòd non videret in ſcripturis ea, quæ vos videre vobis videmini, aut impietatis, quòd ſciens prudensque agnitam veritatem oppugnaret, condemnaretis.

Schiſmatis hodierni parēs, faſt' & arrogantia nouorū doctorum.

1. Cor. 14.

Hæc

Hæc arrogantia veſtra præclarum illud pacis vinculum rupit, quo ſuciamus inter nos in vnitate ſpiritus colligati. Nã cum illo, qui poſtea detractus eſt in infernum laci, viſi eſtis in cælum conſcendere, ſuper aſtra Dei exaltare ſolium veſtrũ, aſſcendere ſuper altitudinem nubium, et eſſe velle ſimiles altiſſimo. Quicquid à ſanctis patribus traditum, quicquid conciliorum authoritate conſtitutum, quicquid incredibili totius orbis Chriſtiani conſenſu tot ſeculis eſt receptum, id tanquàm hominum commentum reijci: quod autem vobis placuiſſet, id tanquam Dei verbum ab omnibus adorari voluiſtis. Quorſum autem aliò ſpectant hæc, quã quòd vos pro dijs coli ab imperita multitudine cupiebatis? Et certè queritur Oſiander, quòd trigintaſex loca produxerit è ſcripturis, quibus habitare Deum in nobis, demonſtrauit: neque tamen pro Dei verbo, quod è ſcripturis protulerat, habitum fuerit: ſimul vt idem hoc a Philippo dictum eſt, ſtatim tanquam Dei verbum adoratum eſſe. Hæc itaque diuinitatis affectatio, quę & Cherub illũ ſapientia pręſtantem de cælo, & primum parentem noſtrum de paradiſo deturbauit, vos à compage Chriſti corporis, vna, ſancta, catholica, & Apoſtolica eccleſia diuulſit.

Schiſmati corũ noſtri tẽpor. arrogan tia quid effecerit.

Iſa. 14.

Oſiandri queremonia de ſuis ſectarijs.

Epheſ. 5.

Ac initiũm quidem huius rei, profectum eſt ab ea, quam rectè Paulus vocat idolorum ſeruitutem, auarita, cùm quẽ ſibi ſuiſque deberi quæſtum Lutherus putabat, eum ab alijs intercipi ferre non poſſet. Sed fuit iſta cauſa quædam diſceſſionis remotior. Cæterum poſtquàm ei non defuerunt applauſores, qui cum illũ ſolidá plauſtra conuicijs onuſta, in mores vitamque noſtram effundentem viderent, ſubinde EVGE EVGE, acclamabãt: eã demùm res animum homini addidit, quò minùs cunctanter ab vnitate Eccleſiæ diſcederet. Non igitur doctrina noſtra iudicio veſtro parum pia, ſed ſuperbia veſtra non minor, quàm fuit illius Angeli, quem de cælo deiectum eſſe paulò antè commemorauimus, diſceſſionis huius cauſam dedit. Quòd ſi ſpiritus minùs altos geſſiſſetis, ſi, quemadmodùm nos eſſe dicitis, ità & vos homines, atque hoc ipſo errori obnoxios eſſe recordari voluiſſetis, ſi, quod monet Paulus, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, ei parere, in animum inducere potuiſſetis, nunquam hæc tam pernicioſa & ſacrilega ſeparationis conſilia amplexi fuiſſetis. Hactenus Hoſius.

Auaritia & inanis gloria Lutherum perpulit ad ſchiſma.

Philip. 2.

SCRIPTVRARII. 16.

SCripturarij ſunt ſecta Antilutherani, ad tertiam Euangelicorum noſtri tẽporis claſſem ſpectantes.

Hi, teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. a diuinæ ſcripturæ profeſſione quã pollicentur, & extra quam nullius antiquorum patrum lucubrationes ſuſcipiunt, appellantur: ſicuti per Vuaterlandiã ſeſe Paulinos dictitant, à diui Pauli ſtudio. Ita enim, vt quondam Arrianos, hos hæreticos in errorem abducit ſatan, dum ſolum ſacram admittunt ſcripturam, et interpretes doctos illos & ſanctos reijciunt: dum ſcripturarum ſacrarum ſententijs tanquam velleribus quibuſdam agni illius immaculati Chriſti hi lupi obuoluti, ſuam ipſorum hæreſim ſubijciunt: &, ſicut diuus Ambroſius alicubi dicit, per verba legis legem impugnant, dum proprium ſenſum verbis legis adſtruunt, quò ſuæ mentis prauitatem legis authoritate commendent. Cõtra quos Catholici traditiones Patrum, eccleſiæ ſenſum & conſenſum opponunt, ſcripturas canonicas iuxta catholici dogmatis regulas interpretantes.

Hæc ex Hoſio lib. 2. de legitimis iudicibus rerũ eccleſiaſtic.

Ambroſi⁹ in cap 3 ad Titum.

Et certè ſcribit hoc Theodoritus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib. 1. cap. 8. quòd ex non ſcriptis ſermonibus, piè tamen intellectis, Arriani fuerint damnati. Certè Athanaſius in libro quem inſcripſit, Synodi Nicenæ contra hæreſim Arrianam decreta, cùm produxiſſet Patrũ traditiones, quas Scripturarij reijciunt, Ecce nos demonſtramus, inquit, iſtiuſmodi ſententiam à patribus ad patres, quaſi per man⁹ traditã eſſe: vos autem noui Iudæi & diſcipuli Caiphæ, quos verborum veſtrorum Patres ac Maiores demonſtrabitis? cum ne vnum quidem ex prudentibus aut doctis in authorem citare poſſitis. Cuncti enim

Arriani damnati ex non ſcriptis ſermonibus.

Athanaſi⁹.

vos, præter diabolum, iſtius veſtræ defectionis à Chriſto authorem, audiamur. Ille & olim vobis hanc impietatem inſeuit, & nunc vobis author eſt, vt orbis terrarum concilium vituperetis, non alia de cauſa, quam quòd in eo concilio, nô quæ veſtræ factioni patrocinentur, ſed illa fint ſcripta, quæ ab initio ipſi, qui teſtes oculati & miniſtri verbi fuêre, tradiderunt. Fides enim quę ſcriptis decretiſq; Synodi ſancita eſt, ea eſt totius eccleſiæ. Hanc cû aſſerere vellent beati Patres, iſtis verbis concipiendam putauerunt, condemnaruntque Arianam hæreſim. Hæc Athanaſius.

Idem Athanaſius Oratione 2. contra Arianos.

Vides quemadmodum is Patres, Eccleſiam, Traditiones obijciat Arianis? De quibus quid alio loco ſcribat, audi: Iſta, inquit, omnium hæreſeon vltima, & nûc recens egreſſa, & deambulo, & præcurſatrix Antichriſti, cui nomen eſt ab Ario, doloſa & vafra, cum videret ſorores ſuas, cæteras inquam hæreſes, ætate grandiores, publicè palàq; probroſas haberi, ſpeciem ſuam diſſimulabat, & literarum ſacrarum vocibus quaſi honeſto cultu induitur, vt pater eius diabolus: at ſatagit denuò intrare in paradiſum eccleſię, quò ſub ſpecie Chriſtianiſmi nônullos ſeducat, vt credibilitate falſâtum rationû perſuaſi, contra Chriſtum ſentiant.

Ariani vt Scripturarii huius temporis ad ſcripturas prouocabant.

Ac nonnullis interiectis: Tametſi ſubinde, inquit, ſerpentis more ſurſum deorſumq; ſeſe voluat, non tamen effugere potuit, vt non caderet in errorem Phariſeorum. Quemadmodum enim illi, cum legem præuaricari vellent, legis tamê verba prætendebant: & cùm eius animi eſſent, vt expectatum hactenùs & iam præſentem Dominum abnegarent, Deû quidem in ore habebant, ipſum tamen blaſphemare deprehendebantur, cum his vocibus vtebantur: Cur tu, homo cùm ſis, Deum te facis, & dicis, Ego & pater vnû ſumus? Ita quoq; fucatus Arius ſimulat ſe quidem de Deo loqui, cum interponat verba ſacrarum literarum, deprehenditur tamen ἄθεος, &c.

Ibidèm Athanaſius.

Et iterùm: Si igitur ea de cauſſa, quòd voculas aliquot ſacræ ſcripturæ ab illis ſcriptas videant, arbitrentur blaſphemias benedictiones eſſe, prorsùs futurum eſt, vt cum Iudæos noſtri temporis videant legem & prophetas euoluere, vna cum Iudæis Chriſtum abnegent. Forſitan quoque audientes, Manichæos loqui particulas aliquot Euangeliorum, inficiabuntur cum illis legem & prophetas. Sin autem ex ignorantia ita æſtimant & garriunt, diſcant è ſcripturis, excogitatorem inuentoremq; hæreſeon diabolum metu ſuæ graueolentiæ ſcripturarum voces vſurpare, vt illis obiectus, adſperſo veneno ſuo ſimplices decipiat. Ita enim Euam decepit, ita etiam illos hæreticos in errorem abduxit, ità nunc quoq; Ario perſuaſit, vt quaſi ſub ſpecie aduerſarij contra hæreſes loqueretur, quo melius falleret, ſuam ipſius hæreſim ſubijciens. Hæc Athanaſius.

SECVNDVS, VALENtini & Ptolemæi hæreticorum diſcipulus. 17.

SEcundus quidam nomine, Valentini & Ptolemæi perfidiæ ſucceſſor, Aeonas ſimiliter (vt inquit Philaſtrius) docebat factos, ſed tamen infinitos aſſerebat. Chriſtum autem quaſi per phantaſiam apparuiſſe, id eſt, velut vmbram, humano generi, & non veram carnem hominis habuiſſe ſuſpicabatur. Hæc Philaſtrius. Floruit autem Antonini Pij Imperatoris, & Higini maximi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 150.

Anno 170.

Secundi hæreſis.

SECVNDVS, PTOLEmaidis epiſcopus. 18.

SEcundus alius hoc nomine inſignitus, Ptolemaidis epiſcopus fuit, cum Theona Marmaricæ vrbis epiſcopo ſectę Arianę defenſor & alumnus acerrimus, Niceni concilij tempore, quod ſub Conſtantino Magno Imperatore, & Papa Syluestro 318. epiſcopis celebratum eſt, anno Domini 328. in quo cum ſuis condemnatus fuit ſub hęc verba Qui dicunt, fuiſſe aliquandò cum non eſſet filius, aut non

Arianorû in Niceno

concilio condemnatio.

non fuiſſe, priuſquàm genitus ſit, aut ex non exiſtentibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia fuiſſe, aut creatu, aut mutationi alterationiue obnoxium, eos anathemate ferit catholica & Apoſtolica eccleſia Dei. Ad hunc modum omnibus epiſcopis in ea Synodo congregatis inter ſe conuenit, vt Conſubſtantialem patri filium eſſe decernerent, & ſanam fidem complecterentur. Theonas porro & Secundus, quod idem facere nollent, ab omnibus, ſuffragijs conſentientibus, ſunt excommunicati, vt qui Arij blaſphemiam veritati Euangelicæ anteferret. Hæc Nicephorus lib. 8. cap. 17. & 20.

Secundus & Theonas epiſcopi excommunicati.

SECVNDINVS.

19.

SEcundinus Manichæi diſcipulus fuit, floruitque circa annum Domini 405. ſub Archadio Imperatore & Innocētio huius nominis primo ſummo Romanorum pontifice. Hic ad Diuum Auguſtinum epiſtolam ſcripſerat, licèt illum antea non vidiſſet Auguſtinus, qua eum toto conatu hortabatur, vt ad Manichæorum ſectam, à qua Chriſtianus factus defecerat, redire dignaretur. Cuius epiſtolę reſpondens Auguſtinus, in eum librum conſcripſit, in quo illum ſuæ ſuorumque veſaniæ carpens, fallacem eius beneuolentiam prorſus reijcit, eumque mirandum in modum hortatur, vt ipſemet relicta ſua perfidia, ad catholicam fidem reuertatur.

Secundini errores.

1. Hic Auguſtinum reliquoſq; catholicos errare in fide aſſeuerabat.
2. Dicebat quoq;, Chriſtum non eſſe vnigenitum patris ſecundum naturam.
3. Deum eſſe mutabilem.
4. Malum eſſe quandam ſubſtantiã.
5. Carnes denique non eſſe edendas, quòd à malo principio creatas diceret. Reliquos eius errores vide in eo libro, quem idem Auguſtinus aduerſus eum ſcripſit. Vide etiam de Manichæorum hæreſi ſuprà in Manichæis.

SECTARII.

20.

SEctarij ſunt ij, qui noſtra hac tempeſtate cauſæ Chriſti agendæ, aut verbi DEI propagandi prætextu, in hoc toti incumbunt, hoc eorum eſt totum ſtudium, ſuam vt gloriam propagent, ſuum vt verbum pro Dei verbo rudi populo vendirent. Id nanque eſt (inquit Hoſius libro primo de hæreſibus noſtri temporis) quod eorum quiſq; ſtudet maximè. Vocauerunt, inquit propheta, nomina ſua in terris. In hoc eorum cura conſumitur omnis, vt ſit nomen eorum in terris celebre, vt dicatur, Hæc eſt confeſſio Philippi, Hæc Brentij, Hęc Oſiandri. Quamlibet igitur induti ſint ouium veſtimenta, tamen quæ ſua ſunt, omnes quærunt, non quæ Ieſu Chriſti: de ſua quiſq;, non de Chriſti, gloria ſolicitus eſt. Hæc Hoſius. Quomodo vero hi ſectarij inter ſe diſſecti ſint, & quam horrendæ ſectæ ſint natæ ſub Luthero, quantoq; cum animę periculo eis credatur, ſi quis noſſe volet, eundem legat Hoſium lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis.

Quid venētur noui ſectarum aſſertores.

Pſal. 48.

Matt. 7.

Philip. 3.

Sunt autem quatuor articuli, quos Fridericus Staphylus in ſua Apologia ait oēs Sectarios vnanimi conſenſu retinere, prę ter reliquos quos illi iampridèm perpetua diſſenſione intellectuq; contrario penitus conuulſerunt.

Quatuor articuli, quos omnes ſectarij vnanimi conſenſu retinent.

1. Primus Articulus eſt, inquit, quòd ſectæ omnes volunt nunc vocari homines Euangelici.

Primus Artic.

2. Quod omnes gloriantur, ſe purum amplecti verbum DEI, & Euangelium & Symbola, Apoſtolicum & Athanaſianum.
3. Quòd verbum DEI ſit per ſeſe ſatis clarum atque apertum, nec vlla egeat interpretatione.
4. Quòd licitum ſit mulieribus æquè ac viris, laicis non minùs quam Sacerdotibus, tractare verbum Dei: & quicunque ſcripturæ ſenſus cuique placuerit, cum pro ipſo Dei verbo habere atque defendere.

1. Secūdus Articulus eſt, in quo omnes co-

Secundus Sectariorũ artic.

concordes ſunt, Quòd vniuerſi pari ſtudio ac odio oppugnant Eccleſiam catholicam.

2. Quòd nullum admittunt catholicũ ſcripturæ ſacræ intellectum.

3. Quòd omnes habent Romanum põtificem pro Antichriſto: epiſcopos, prælatos, ſacerdotes, pro membris ſatanæ.

4. Quòd omnes nullam ſciunt conſtitutionem, nullas eccleſiæ catholicæ ceremonias.

5. Quòd omnes æquè oderunt & oppugnant ſacrificium Miſſæ.

6. Quòd omnes conantur ex Eccleſia omne ſacerdotium profligatum atq; ſublatum.

Tertius articulus.

Tertius articulus eſt, in quo concordant vniuerſi ſectarij, quòd pleriquc omnes ſectarum duces quædam confingunt de catholicis doctoribus mendacia, quæ perſuadeant imperito populo eſſe doctrinam Papiſticam. Exempli gratia. Comminiſcuntur Papiſtas docere, quòd homines poſſunt gratiam Dei, iuſtificationiſque beneficium mereri ſuis bonis operibus. Hoc & generis eiuſdem pleraque iam ita perſuaſerũt populo, vt etſi nemo Catholicorum vnquàm ſic docuerit, tamen eam abſurditatem ponant tanquã certum Papiſticæ doctrinæ fundamentum.

Quartus articulus Sectariorum.

1. Quartus articulus eſt, in quo etiàm cõcordant vniuerſi ſectarij, ſcilicet quòd ſit Papiſtica carnificina & impietas, peccata enumerare & confiteri: vllam ſatisfactionem, qua pœna temporaria mitigetur, ſuſcipere: bonis operibus ex diuinæ gratiæ & meritorum Chriſti virtute profectis vitam æternam velle mereri

2. Quòd Confirmatio, Matrimonium, Extrema vnctio, humana inuenta ſint, non ſacramenta Eccleſiæ.

3. Concordãt etiam in hoc, quòd nemo ſe poſſit continere, & nec minus quã d[...] quam ſaliuam nõ expuere, vt ipſis Lutheri verbis vtar.

4. Et quòd certis diebus ieiunare, ſit cul[...]us dæmoniorum

In hiſce [...]ug[...]ſtanæ confeſſionis, quintic, Fu[...]gel[...]ults, ſunt omnes huius ſeculi no[...] ſectæ concordiſſimæ: in reliquis verò plus quàm Cadmæi fratres rixantur.

Quibus in locis aut habitant aut verſantur ſectarij

Loca porrò in quibus aut palàm habitant, aut clàm verſantur ſupradicti ſectarij, ſunt hæc:

Anabaptiſtæ.

Anabaptiſtæ inprimis liberè habitant & manifeſto quidem in orientali & occidentali Friſia, in Pruſia, maximeq; circa Gedanum vel Dantiſcum, Elbingam, & Regiomontem: item in Morauia & Bohemia: quanquam hîc rariores, illic frequentiores. Sparsim tamen & clam, prætextuque Lutheranicæ communionis, ad Rhenum, in Belgio, Hollandia, & Vueſtphalia, & iam ad Danubium, & in Sileſia frequentes verſantur.

Zuingliani

Zuinglianorum verò latè patet regnũ, & vltra ſectas omnes ſanè latiſſime. In Heluetijs enim ſex potiores pagos occupauerunt, & partem quandam Sabaudiæ & Geneuam, Angliam quoquè & Scotiã non minima ex parte tenent. Quin & Palatinatum Rhenenſem cœperunt nunc clam inuadere, & Vuirtembergenſem Ducatum. Auguſtæ Vindelicorum ſimulatur Lutherus quidem, ſed reipſa regnat & viuit Zuinglius & Caluinus: qui etiã in Polonia & Gallijs, & in nonnullis Hũgariæ locis potens eſt & ſatellites habet: nec Vuittemberga prorsùs, nec Lipſia exulat Zuinglianiſmus.

Confeſſioniſtæ Rigidi & Stoici

Rigidi & Stoici Confeſſioniſtæ Vinarienſe territorium obtinuerunt & maximam Saxoniæ partem, Magdeburgum, Brunſuicum, Lunæburgum, Lubecam, Hamburgum, Bremam, & Daniam penè vniuerſam & Holſatiam, maximamque partem Megaloburgenſis Ducatûs, & in Bauaria vrbem Ratiſponenſem.

Confeſſioniſtæ molles & Melãchthonici.

Molles verò & Melanchthonici manifeſtò dominantur in Miſnia, in potiore parte Franconiæ & Norimbergæ, tum in Palatinatu ſuperiori & inferiori, tum in aliqua etiàm parte Sueuiæ, Vlmæ, & in Ducatu Vuirtembergenſi & Marchia. Sed mixtim in his alii enim Flacciãi eſſe mâlunt, alij Melanchthonij, atque Adiaphoriſtæ. In Sileſia autem, præſertim Vratiſlauiæ & Brigæ, potiores partes tenent Vuittenbergenſes.

Suenckfeldiani.

Suenckfeldiani ſanè in Sueuia & Auguſtæ

ſiæ Vindelicorum, clàm illi quidem, ſed frequentes tamen deliteſcunt. In Sileſia inter nobiles manifeſtò, nec obſcurè Suidniciæ, nec occulte Glogouiæ.

Oſiādrini.

Caput extulerunt Oſiandrini in ea Pruſſiæ parte, quam Albertus Marchio habet, aguntque palàm, clàm Norinbergæ.

Stācariani.

Stācariani in minori Polonia & Trāſſyluania. Pullulant enim hæ Extrauagātes, tanquam adhuc minorum gentium familiæ, mox caput prolaturæ, cùm incendium fuerit vulgi flatibus expoſitum.

Dei inuocatio pro extirpandis hæreſibus.

Vſquequò Domine iraſcéris in finem? accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde irā tuā in gētes, quæ polluerunt ſanctū templum tuum: nec memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: citò anticipent nos miſericordiæ tuæ: & fac nos omnes idem ſapere, eandem habere charitatem, vnanimes idem ſentire, nihil per cōtentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate agnoſcere te vnum verum DEVM, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, Amen.

Hæreticorum inter ſe pugnantes contradictiones.

Vtcunquè ergò ſursûm ac deorsùm iactent ſciſti ſectarij, qui ſe Euangelicos dicunt, velint nolint, non poſſunt non confiteri, hæreticas, virulentas, improbas easque innumeras inter ſe habere & fouere ſciſſuras & ſchiſmata, quæ vſqueadeò in ſeipſis pugnantes ſint contradictiones, vt nunquam in æternum conciliari queant. Vndè id citra vllam ambiguitatē conficitur: quandoquidem malum ſeipſum deſtruit & conſumit, porrò hæretica diſſidia & ſchiſmata in ſe mala ſunt, ea igitur eam ob rem tandem ſeipſa conſumptura atq; in nihilum redactura eſſe. Hactenùs Staphylus.

SELEVCIANI ET *Hermiani.* 21.

SEleuciani & Hermiani, à Seleuco & Hermia Galatis (vt author eſt Philaſtrius) originem deduxerunt, à quib⁹ etiàm Maſſalianorum hæreſis exorta eſt, quemadmodùm Tripartitæ hiſtoriæ lib. ſeptimo, capite vndecimo dicitur: idque Valentis Imperatoris & Damaſi ſummi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 380.

1. Hi, vt idem inquit Philaſtrius & Auguſtinus lib. de hæreſibus capite 59. cùm volunt Deum eſſe corporeum, Hylen etiam, id eſt, materiam mundi, coæternā eſſe Deo aſſerunt. Et materiam quidem elementorum, quæ eſt ſine anima, irrationabilis ſcilicet, quę à Deo patre per filiū ex nihilo facta eſt, non ita accipiunt, vt poſſit eſſe quæ ante non erat. Seleucianorū & Hermianorū hæreſes.

2. Spiritum autem hominis, id eſt, animam non factam a Deo per filium, ſed de terra eſſe aiunt.

3. Malum aliquandò à Deo, aliquandò eſſe à materia adſerunt.

4. Saluatorem in carne ſedere ad dexteram patris negant, ſed carnem expoliâſſe antequàm in cælum conſcenderet, & in ſole poſuiſſe exiſtimant, propterea quod dixerit propheta, In ſole poſuit tabernaculum ſuum, neſcientes interim quid ille hac ſententia innuere vellet. De qua re vide ſuprà in Paſſioniſtis. Pſal. 18.

5. Paradiſum viſibilem eſſe affirmant ex Platone: & vanitatibus huiuſcemodi inſeruiunt.

6. Animas quoquè hominum ex igne & ſpiritu conſiſtere exiſtimant: ideoque aqua in baptiſmate non vtuntur, propter verbum illud Ioannis Baptiſtæ, cùm de Chriſti baptiſmo myſticè loqueretur: Ipſe vos, inquit, baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Mar. 3. Luc. 3.

7. Angelos dicunt creatores eſſe animarum noſtrarum, non autem Chriſtū Saluatorem noſtrum.

8. Mūdum autem iſtum, infernum eſſe aſſerunt, & nullum alium ſupereſſe.

9. Reſurrectionem deniquè in filiorū procreatione hanc eſſe prædicant, quæ fit in humano genere quotidiè, non illā immortalitatis futuram atq; glorioſam.

Ex quibus damnandis aſſertionibus apertiſſimè videre eſt, bonam hæreſeōn partem à gentilium librorū lectione ortū habere. Nam cum plures fuerint de natura mundi & eius qualitate hæreſes ortæ, ferè omnes ex philoſophorū officina prodiiſſe exiſtorum hæreticorum abſurditate colligere licet. De Hermianis vide plura in Herma. Ex philoſophorū doctrina, pluima incōmoda in eccleſiā irrepſerunt.

SEMIARRIANI.

22.

SEmiarriani, tanquàm non pleni Arriani, ſed quaſi Arriani appellantur. Emerſerunt autem Conſtantij Imperatoris, & Liberij papæ temporibus, circa annum Domini 357. Hi porrò (teſte Philaſtrio & Epiphanio lib. de hæreſibus) de patre & filio contra Eunomianos benè quidem ſentiunt, vnam vtriquè eorundē qualitatis ſubſtantiam, vnam diuinitatē eſſe credentes: Spiritum autem ſanctum non de diuina ſubſtantia, nec Deum verum, ſed factum atque creatum prædicātes, adeò quidem, vt eum coniungant atque comparent creaturæ, cùm Chriſtus Dominus patri ſibique in fide baptiſmi ſalutis æternę coniunxerit, eumquc cum patre & filio cunctis credentibus adorandum iuſſerit, omniq; ſeculo Deum verū prædicandum ſtatuerit.

Semiarrianorum hæreſis in ſpiritū ſanctū.

Matt. 28.

Ioan. 4.

Non intelligunt autem illi, quòd cùm dicit Euangeliſta, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, non de ſpiritu ſancto dicatur, quaſi factū ſpiritum per filium. Nam propheta Trinitatē omnia feciſſe viſibilia & inuiſibilia definit, dicens: Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. In omni itaque creatura, quam per Spiritum factam eſſe aſſerit, non aliquid prætermiſit quod non per eum factū ſit. Alioqui in fide ſeruus cum Domino nō iungeretur, ſi diuinus & ſanctus ſpiritus creatura eſſet. Quapropter omnis ſcriptura & Dominus quoque Chriſtus, remitti omnia peccata hominibus præter blaſphemiam diuini & adorandi ſpiritûs, cæleſti ſententia pronunciauit. Hæc Philaſtrius.

Ioan. 1.

Pſal. 32.

Ezech. 18.
Matt. 12.
Luc. 12.

SEMICHRISTIANI.

23.

SEmichriſtiani ſunt (authore Hoſio libro de expreſſo Dei Verbo) qui cū de Chriſto capite credant quæ credenda ſunt omnia, priuata tamen ſua libidine, certis in rebus ab eius corpore ſe diuidunt. Tenere ij quidem caput ſe putant, non autem tenent corpus. Itaque dimidia ex parte volunt eſſe Chriſtiani, dimidia ex parte hæretici aut ſchiſmatici, vtpotè Lutheri aut ſimilium, hoc eſt, ſatanæ: cum tamen (ipſo Chriſto dicente) nemo duob⁹ dominis ſeruire queat. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? ait Paulus. Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Nam aut totus Chriſtianus oporteat ſis, aut totus Lutheranus: nihil eſt quod in vtraq; partem claudicare velis. Aequè condemnaberis, ſi ſemichriſtianus aut ſemicatholicus ſis, ſeu ſemilutheranus, atque ſi totus eſſes Lutheranus. Et in Apocalypſi legimus: Scio opera tua, quod neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus eſſes aut calidus. Sed quia tepid⁹ es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Aeque eijcitur, æque euomitur ab ore Dei is, qui tepidus eſt, atquè is qui in contrariam parte peccat.

Semichriſtiani qui cenſendi.

Matt. 6.
Luc. 16.
2. Cor. 6.

Apo. 3.

Quamobrem non mediocriter reuerà falluntur, qui de religione concordiam iniri poſſe putant in tanta opinionum diuerſitate & diſcordia. Coanguſtatum eſt ſtratum, dicit propheta, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrunque operire non poteſt. Nō poſſunt in eodem eſſe ſtrato, hoc eſt, in eodem hominis corde Chriſtus & Lutherus: alter excidat neceſſe eſt, nō poſſunt eodem operiri pallio. Quamobrem, vna parte rituum Chriſtum, altera Lutherum profiteri, nihil eſt aliud, quā totum Chriſtum abnegare. Veriſſimum itaque illud eſt, quòd cauſa religionis cōcordiam nō patitur, quia non eſt pax impijs, dicit Dominus. Profitemur in Symbolo fidei noſtræ, nos credere ſanctā eccleſiam Catholicam. Ab hac ſi quis diſceſſerit, ſi docentem illam & præcipientem non audiuerit, ſi ſuo plùs quàm illius iudicio tribuendum eſſe putauerit, etiam ſi cætera credat omnia, quæ continentur in Symbolo, ſi credat & recipiat preterea ſcripturas omnes, ſi tanquam Dei verbū (quod reuerà ſunt, modò ſanus adſit intellectus) eas adoret, nihilominus non eſt ei cum Chriſto capite quicquam cōmune. Qui ſe à Chriſti corpore ſeparauit, ethnicus eſt, publicanus eſt, Chriſtianus nulla ex parte dici meretur.

Cōcordiā de religiōe iniri non poſſe in tāta opinionū noſtri ſeculi hereticorū diſcordia.

Iſa. 20.

Iſa. 48.

Qui ſe à Chriſti corpore ſeparauit, Chriſtianus nullo modo dici poteſt.

Quotiès

Quotiès tentatum fuit ab Arrianis, vt aliquam cum catholicis concordiam inire poſſent? Ad quam vt accedere tamen viderentur, facilè ſe paſſuros dicebant, vt ὁμοιούσιος eſſe patri filius crederetur, modò nè diceretur ὁμοούσιος. De vno tantū iota res agi videbatur inter Chriſtianos & Arrianos, neque tamen concedendū Arrianis eſſe Chriſtianj iudicabāt, quòd ſub hac vna litera viderent eos errorem ſuum occultare, quo largitate gratiæ, non proprietate naturæ, filium patri ſimilem intelligi volebant. Quibus autem artibus Cæſareæ vrbis præfectus Baſilio perſuadere conabatur, vt tempori cederet, neqꝫ tot eccleſias in diſcrimen adducere vellet tenui dogmatis exquiſitione? Quid autē ad hæc Baſilius? Adoleſcentulis, inquit, tales ſermones congruere. nam & hos & his ſimiles, huiuſmodi rebus inhiare. Qui verò diuinis eſſent literis innutriti, nullā eos earum ſyllabam in diſcrimen venire pati poſſe, ſolereque, ſi res ità poſtulet, nullum genus mortis pro illis ſubeundū recuſare. Ac viſus quidem fuit hæreticis eſſe pertinax Baſilius, itidèm vt ante eum Athanaſius atque Hilarius. Sed quam hæretici pertinaciam, eam catholici & orthodoxi conſtantiam eſſe iudicabant. Quo minùs & ego moleſtè fero, ſi quibuſdam pertinax eſſe videor, qui nego coire poſſe concordiam inter catholicos & hæreticos, niſi qui diſceſſerunt à nobis, redeant vnde diſceſſerunt, ad gremiū ſanctæ matris eccleſiæ, illam credant, illi ſe totos permittant, illius iudicio ſuum iudicium ſubijciant. Mâlo pertinax videri cum Athanaſio, Hilario, Baſilio, quàm vt eſſe dicar arundo ventis agitata. Hæc Hoſius.

Inter Chriſtianos & Arrianos diſcordia de vno iota tātùm.

Orthodoxorum cōſtantia.

Lindanus. De his itē Vuilhelmus Lindanus Ruræmundenſis eccleſiæ epiſcopus, Dubitantij ſui dialogo ſecundo, habet in hæc verba: Tales quidem habet Germania ſuperior, qui Syncuangelicorum cenſura vtrique parti placere ſtudent. Verùm sūt & per Belgium non obſcuri nominis, qui ſeſe (velut loquuntur) neutrales gerunt, qui in Catholica & Romana permanentes (quod verbis quidem aiunt) eccleſia, de fœdis aliquot eam repurgare conantur erroribus. At ſi de hominum moribus ſatagerent corrigendis, nos ſanè vltroneos haberēt ſuffragatores. Iā cū erroris notent quod erroris eſt vacuum, rurſùs pro Euangelio arripiant, quod Euangelio eſt contrarium, homines miſeri, frustra ſenſu carnis ſuæ inflati, aliud conſequuntur nihil, quàm vt ab vtraque parte audiant malè, ac à neutra pro ſuis agnoſcantur: vtrinquè reiecti, vtrinquè damnati, ac ferè proſcripti. Vndè vere Semicatholici appellantur, quod iſta profeſſio ad ſalutem non plùs ipſis profuerit, quā Iudæis vnum eundemque Deum colentibus veri Dei cognitio atque cultus Iudaicus. Qui enim non eſt mecum, (ait veritas Chriſtus) contra me eſt. Qui contra Chriſtum eſt, Dei filius, nedum hæres DEI, aut cohæres Chriſti, eſſe nequit. Hæc Lindanus.

Neutrales ſeu Semicatholici.

Semicatholici quare ſic dicti.

Matt. 12. Luc. 11.

SEMILVTHERANI. 24.

Semilutherani dicuntur, qui (authore Lindano Dubitantij dialog. 2.) Lutheri placitis ſua quædam noua Euāgelij prætextu aſſuunt. Horum varia eſt natio, ſed primas (inquit) ferunt facilimè Interimiſtæ, qui duplicis ſunt generis. Alij enim INTERIM Auguſtanum ſectantur anno Domini milleſimo quingēteſimo quadrageſimooctauo confectū, vbi poſt mortem Lutheri falſi quidam fratres (ait Palladius, de ſuis loquens Euāgelicis) iniquitatis mercede conducti, cū aduerſarijs (catholicos dicit) conuenerūt, & libellum INTERIM, ait, compilârunt. Alij dicuntur Adiaphoriſtæ ſiue Lipſenſes, ab INTERIM Lipſenſi, quòd Adiaphora, id eſt, indifferentia habeant eccleſiæ & conciliorum conſtitutiones atque ceremonias, quas qui vel obſeruat, vel violat, mutátve, nihil peccat. Alij Lutheroſiandriani, Lutherozuingliani, Vbiquetij, Belliani, Heshuſij, Melanchthonici, Frontores, Pneumatici, Lutheropapiſtæ nuncupantur, de quibus vide locis ſuis. Hæc Lindanus.

Interimiſtæ.

Adiaphoriſtæ, ſeu Lipſenſes.

SEMIOSIANDRIANI. 25.

Semioſiandriani ſunt, (authore Staphylo de Lutheranorum inter ſe con-

cordia) qui affirmant contra Oſiãdium pro Antoſiandrinis, in hac vita imputatiuè haberi hominem iuſtum: viciſſimq; contra Antoſiandrinos pro Oſiãdro aſſirmant, in futura vita oportere hominẽ eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri. Ita ſentiunt Tubingẽſes theologi. Vide Ducis Pruſſię librum de hac Oſiandri controuerſia editum, & ipſius Brentij epiſtolam ad ſuum Principem de eadem controuerſia ſcriptam, editamque Vuittembergæ anno Domini 1552.

Qui ſint Antoſiandrini, vide loco ſuo.

SERRAS.

26.

SErras fautor ac defenſor Aëtianæ impietatis & perfidiæ pertinaciſſimus fuit in cõcilio, quod ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum pontifice, Conſtantinopoli coactũ eſt, in quo & condemnatus eſt, & in exilium pulſus Aetius, & ipſe Serras cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo eius ſequacibus excommunicatus, circa annum Domini 363.

Serræ & ei' ſequacium hæreſis.

Dicebant autem iſti cum eodem Aetio, Acacio quoquè & Eudoxio, oportere ſermonem ſimilis ſubſtantiæ auferri ab expoſitione fidei traditæ tam in Arimino, quàm Niceno concilio: non celantes, (vt Socratis verba accommodem ex libro quinto Tripartitæ hiſtoriæ, capite 42.) ſed apertè dicentes, quòd per omnia diſſimilis filius eſt patri, non ſolùm ſecũdùm ſubſtantiam, ſed etiàm ſecundum voluntatem: & quòd ex non extantibus eſſet, ſicut prædicauerat Arrius. Hoc porrò ſyllogiſmo ſuam confirmabant ſentẽtiam Aetius & eius ſectatores, quemadmodùm author eſt Theodoritus, in eadẽ hiſtoria: Quæ diſſimiliter proferuntur, aiebant, diſſimilia ſecundum ſubſtantiã ſunt. Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia: Diſſimile autem eſt, ex quo, & per quem: diſſimilis igitur filius Deo & patri.

Aetii impius ſyllogiſmus, quo contendebat probare, filium eſſe patri diſſimilẽ.

Catholici verò contrà diſputatiuè atque veraciter dicebãt: Si ex non exiſtentibus non eſt, neque creatura, nec ex alia ſubſtantia Deus verbum, igitur conſubſtantialis eſt genitori patri: ſicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandemque habet cum genitore naturam. Qua ſentẽtia commotus Imperator, qui eidem diſputationi aderat, & Arrianis fauebat, exilium illis interminatus eſt, niſi aliter, hoc eſt, cum Arrianis de filio ſentirent. At illi: Poteſtatem, inquiunt, habes, ô Imperator, nos puniendi, non tamen eam ob rẽ patrum ſtatuta deſtruimus. Tunc Imperator illos pelli iuſſit eccleſijs, & pro eis alios ordinari. Cùm itaque Aetium cum ſcriptis ſuis, & eos qui eius videbantur eſſe conſortes, abdicauiſſent catholici, Georgio Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo ſcripſerunt, quod ibi fuerat geſtum, in hæc verba:

Catholicorum ſentẽtia de conſubſtantialitate filij cum Deo patre.

Catholici propter rectam fide, a Conſtantio eccleſijs ſuis expelluntur.

Sancta Synodus Conſtantinopoli cõgregata, Domino honorabili Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo Georgio ſalutẽ. Synodo reprehendente Aetium propter nefandas eius & plenas ſcandalis ſcripturas, ſecundùm conſequentiam eccleſiaſticarum ſanctionum, ſuper eo ab epiſcopis actum eſt quod decebat. Diaconatu nanq; depoſitus eſt, & ab eccleſia factus extraneus. A nobis autem hæc monita proceſſerunt, vt neque ad lectionem cuiuſpiam veniant nefandæ eius epiſtolæ, ſed abijciantur, eò quod vehementer inutiles ſunt. His adijcimus etiàm, anathematizandũ eum, ſi permaneat in eo propoſito, cum ſequacibus ſuis. Conſequens enim erat, vt omnes in Synodo conuenientes epiſcopi deponerent authorem ſcandalorum et ſchiſmatum, in omni terrarum orbe factorum inter eccleſias, & concordarent in ſententia contra eum iuſtè prolata.

Conſtantinopolitani concilij epiſtola ad Georgiũ Alexãdrinæ epiſcopum, ſuper excommunicatione ac depoſitione Aetij, Serræ & eius ſequacium.

Sed præter vota ſpemque noſtram, Serras & Stephanus, Heliodorus & Theophilus, in noſtra ſententia concordare noluerunt, neque in eius depoſitione ſubſcribere: cùm ſcilicet Serras etiàm aliam veſanã arrogantiam eiuſdẽ accuſaret Aetij. Dicebat enim, eum aſperiora præſumere atq; dixiſſe: quoniam ea quæ Deus hactenus celaſſet Apoſtolos, reuelata ſibijpſi fuiſſent. Poſt huiuſmodi veſanos ſuperbosq́; ſermones a memorato Serra de Aetio proteſtatos, flecti tamen precibus nequiuerunt, vt in noſtra fierent determinatione concordes. Veruntamen nos longanimi-

Serras & eius aſſeclæ ſententiæ cõcilij Cõſtãtinopolitani ſuffragari recuſant, q̃ aduerſus Aetium tulerant.

tate detenti, multo tempore ſuſtinuimus eos, nunc indignantes, nunc rogantes, nunc interminantes, nunc iterùm ſupplicantes vt conuenirent nobiſcum, & conſona omni concilio definirent. Suſtinebamus igitur, ſi forſitan audirent, ſi forſitan intelligerent, ſi fortè proſpicerent.

Serræ & ſociorum ei' pertinacia & faſtus.

Cumque multo tẽpore nobis perdurantibus non flecterentur, ſequi ſententiã ſuper prædicto viro prolatam, eccleſiæ honorabilius eſſe, quam horum virorum amicitias iudicantes, finiuimus contra eos excommunicationem, tempus ſex menſium ad agendum pœnitentiam, eis dantes inducias, vt, ſi intra hoc tempus conuerterentur, & conſentirent definitionibus ſtatrũ ſuorum, ſuſciperentur in eccleſiam, & propriam fiduciam charitatemq; reparent. Si verò ſine pœnitentia permanerent, amicitiaſque hominum regulis eccleſiæ & concordiæ noſtræ præponerent, tunc eos epiſcopatus dignitate eſſe iudicamus extraneos. Quibus depoſitis, neceſſarium erit vt in eorum locis alij conſtituantur epiſcopi, vt legalis eccleſia competentem ſumens ordinem, ſibijpſi concordet, epiſcopis videlicet vniuerſis ſeruantibus vinculum charitatis, eademque cum perfectione dicendo in vno intellectu, vnaque eſſentia. Vt ergò cognoſcas quæ concilio placuerint, hæc tuæ reuerentiæ ſcripta tranſmiſimus, orantes vt gratia Chriſti iſta cuſtodiens, pacificè & legitimè regas ſub te conſtitutas eccleſias. Hec Synodus Conſtantinopolitana ex Theodorito. De hac re vide plura in Aetio, Acacio, & Eudoxio.

Eiſdẽ induciæ dantur ad agẽdum pœnitẽtiã.

SERGIVS CONSTANTINOPOLITANUS patriarcha. 27.

Sergi' Monothelitarũ dux & propagator.

Sergius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Monothelitarum hæreſis princeps & propagator fuit, duas quidem in Chriſto eſſe voluntates & virtutes operatrices, diuinam videlicet & humanam ante vnionem aſſerens, ſed deindè ita vnitas fuiſſe & confuſas, vt in vnam eandemque naturam abierint, atque mixtionem ſubierint: adeò vt & diuinitas ea, q̃ humanitatis ſunt, paſſa fuerit, & contrà. Quamobrem eos, qui hæc ità ſunt opinati, Monophyſitas & Theopaſchitas diui patres noſtri cognominauerunt. Floruit autem hic Sergius ſub Phoca Imperatore & Sabiniano Romanorum ſummò pontifice, circa annum Domini 604.

Monophyſitę & Theopaſchitæ qui.

De hoc ſcribit Nicephorus lib. 18. cap. 54. Sedenim Iacobitarum cõtagione Sergius etiàm, qui non ità pridèm Archiepiſcopatus Conſtantinopolitani gubernacula ſuſceperat, maximè infectus eſt, per quem Monothelitarum hæreſis admodũ eſt propagata. De hac re vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Theopaſchitis, Armenijs, Chazinzaritis, & Aphthartodocitis, & alijs.

Nicephor'

SERGIVS PSEVDO-monachus. 28.

Sergius Pſeudomo' nachus Arrianus & Neſtorian' ſecta.

Sergius monachus primò, ſed à monaſchatu reſiliens, in errorem Arrij atq; deindè Neſtorij prolapſus eſt, Chriſtum Dei filium ex virgine Maria natũ, hominem duntaxàt, non etiàm Deum, eſſe contendens, Heraclij Imperatoris, & Honorij 1. Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 630.

Hic in Arabiam veniens, Mahometo pſeudoprophetæ & Antichriſti præcurſori adhæſit ac ſociatus eſt, quem in vtroq; Teſtamento multa falsò detorta & interpretata docuit, multaſque leges, quas poſteà ipſe Mahometus promulgauit. Ex quo & ſuum ſatanicum Alcoranum Saracenis compoſuit, innumeris blaſphemijs & nenijs ſcatentem. De quo vide ſuprà in Mohomete.

Alcoran'.

SERPENTICOLAE. 29.

Num. 21. Deut. 8. Iudith. 8. Sapien. 11. & 17. Ioan. 3. 1. Cor. 10.

Serpenticolę ſunt, qui quondàm apud Iudæos ſerpentem æreum, quem, cũ illi deſerto & vaſta ſolitudine in Deũ demurmurantes, à ſerpentibus ignitis morderentur atque deperirent, iuſſerat Domin' ſeruo ſuo Moſi fieri atque ſupra lignum erigi, vt qui in illum intueretur, à plagis & vulneribus ſuis ſaluarentur, adorabant, eique ſacrificabant. Quę ſane im-

pietas vſque ad Ezechiæ regis tempora apud eos perdurauit, quemadmodũ quarto 4.Reg.18. libro Regum, ca.18. habetur in hęc verba: Anno tertio Oſeæ regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda feciťque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitq́ue ſerpentem æreum, quem fecerat Moſes. Siquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum, vocauitq́ue nomen eius Noheſtan, vel, vt alij volunt, Nehuſtan, id eſt, æneum.

Ezechiæ regis in Deũ pietas.

Iuſſit quoq; ille Rex beatiſſimus (vt inquit Philaſtrius Brixienſis epiſcopus) deleri atque ferro radi, penituſq; excindi impreſſiones ſiue inſculptiones quaſdã, quas Iudæorum populus faciebat in lapide quodam magno velut obeliſco, qui in templo, loco columnæ erectus erat. ex quo tollentes diuerſas formulas velut quarundam literarum, & in lamina ponentes, in collo baiulabant, quibus incantationes quaſdam & maleficia exercebant, atque percolebant ea velut numina quædam, in pectore ſuo illa portantes, quæ Dominus in lege paſsim fieri vetuerat, quod paganæ cæcitatis hæc eſſet impietas. Pro quo merito hoc etiàm illi ſcriptura ſacra defert elogium, quòd poſt eum non fuit ſimilis ei de cũctis regibus Iuda, ſed neq; in his qui ante eũ fuerunt. Et quia in Domino Deo Iſrael ſperauit, adhæſitq; ei omninò, & nõ receſſit a veſtigijs eius, fecitq́ue mandata quæ præceperat Dominus Moſi, ideò erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat, liberatusque eſt ab obſidione Perſarum & Aſſyriorum, qui ad captiuandũ & in ſeruitutem redigendum Iudæorũ populum venerant. adeò ſanè, vt illa nocte, qua maxime Barbaros reformidabat rex Ezechias, angelus Domini miſſus è cœlo, centum octoginta quinque millia alienigenarum, ciuitatem Hieruſalẽ obſidentia, nocte ſilenti in eorum caſtris percuſſerit, eoſque exanimes atq; mortuos, mane facto, regi omnique Iudæorum populo demonſtrauerit. Hæc ex Philaſtrio lib. de hæreſibus.

Iudæorũ ſuperſtitio

4.Reg.18.

Ezechiæ regis elogiũ.

Centum octoginta quinq; millia vna nocte ab angelo occiſi, in vltionem blaſphemiæ.

SERVETIANI. 30.

SErvetiani à Michaele Serueto Hiſpano, quondam Caluini atque Farelli collega, dicuntur: ſuntque ſecta Antilutherani, ad tertiam porrò noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes: q̃ ſuam hæreſim euomuit Caroli quinti Imperatoris Germani, & Pauli tertij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1538.

1. Hic (vt ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2.) nondum annos natus viginti quinque, ſe iactabat vnicum orbis totius prophetam, teſte Caluino in eius actis. In Aphricam profectus, Alcoranũ cum didiciſſet, libros ſcripſit, qui Eccleſię doctrinam in Mahumetiſmum transformant, (inquit Palladius catalogo hæreſeon) Deum eſſe vnicam perſonam. Negat enim in Chriſto ex virgine nato, duas eſſe naturas.

Serueti impia dogmata.

Monophyſitarum hęreſis per Seruetum renouata.

2. De peccato & Iuſtificatione tantùm loquitur vt Philoſophi & Phariſæi.

3. Spiritum ſanctum quoque negat eſſe tertiam perſonam, ait Eraſmus Alberus, lib. 2. contra Carolſtadium.

Porrò Caluinus cum miniſtris Geneuenſibus, quandò eum igni cremandum (licèt ſupplex gladium flagitaret, ac miſericordiam, teſte Caluino, ingenti precaretur boatu) tradebant, propoſitiones impias triginta octo, & in Deum blaſphemas collegerunt. Confeſſio quoquè Manſueldenſis eius errores refutat, quos hîc remęmorare non eſt locus, niſì quòd puerorũ baptiſma docet pluſquam Mahumeticè, immò diabolicè, eſſe deteſtandam abominationem, regni Chriſti conculcationem, Spiritûs ſancti extinctionem, ac Chriſti denique abnegationem. Vult tamen anno demum trigeſimo baptiſmũ eſſe dandum. Hæc Lindanus.

Serueti 38. impię propoſitiones.

In Baptiſmum eiuſdẽ blaſphemiæ.

De hoc item Hoſius libro primo de hęreſibus noſtri temporis, ſcribit in hunc modũ: Cæterùm (inquit) exorti ſunt demùm è ſchola Lutheri Ioannes Campanus, & ex Hiſpanijs Michael Seruetus, q̃ libros aliquot de Trinitatis erroribus, plenos erroribus & blaſphemijs ediderunt. In ijs nunc tandem veteres Arrij & Macedo-

Hoſius.

cedo-

Arrij & Macedonij errores per Seruetum renouati.

cedonij errores in lucem reuocare, fidem que quam in Niceno & Conſtantinopolitano primo concilijs Patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solum enim Deum patrem, & neminem alium adorari & inuocari debere contendunt, quòd ille ſolus videt corda noſtra, quod nulla creatura facere poteſt. Et eſt præceptum veteris legis, vt qui quenquã alium adorauerit præter Deum ſolum, occidatur. Ad quem Deum, alium interceſſorem, procuratorem, & mediatorem habemus nullum, præter vnum Dominum Ieſum Chriſtũ. Quid autem aliud his verbis, quàm adoratio inuocatioq; Dei filij, & Dei Spiritus ſancti prohiberi videtur?

Seruetica hæreſi nulla ſcripturarum armis inſtructior.

Longè tamẽ lateq; ſparſa ſunt hæc Seruetica contagia: quæ cum impietate ſuperare cæteras hæreſes videantur, nulla tamẽ eſt ex omnibus noſtri temporis hæreſib⁹, quæ ſit hac ſcripturarum armis inſtructior. Nihil enim crepat aliud, niſi ſcriptura ſcriptura, Euangelium Euangeliũ. Ac vide quæ fuerit hominis iſtius confidẽtia. Quamuis Caluini ſcriptis fuerit hic error ipſius oppugnatus, auſus eſt tamen proficiſci Geneuam, & cum eo ſermonẽ conferre. Tandem poſt multam & acerbam diſputationem, cùm dogma ſuum pertinaciter tueretur, capitis eſt damnatus. Quod vrgente Caluino factum eſſe, dubium non eſt: qui mox librum etiam edidit, quo doctrinam eius explicat, & tẽ omnem, quemadmodum acta ſit, deſcribit, ſimulq; in hæreticos rectè gladio vindicari docet. Hæc Hoſius. De hoc vide etiàm in Campaniſtis.

Seruetus à Caluino damnatus & occiſus.

SETHIANI.

31.

Sethianorũ fabuloſa vanitas & ſuperſtitio.

Sethiani, vel (vt Tertulliano placet libro quem de hæreſibus cõſcripſit) Sethoitæ, à Seth Adæ filio natu tertio dicti ſunt, quẽ Iudæi quidam venerari dicebantur, quemadmodùm author eſt Philaſtrius, & Auguſtinus libro de hæreſibus, ca. 19. Dicebant enim illi, Seth de ſuperna matre natum fuiſſe, eam aſſerentes cum ſuperno patre conueniſſe, vnde diuinum illud ſemen naſceretur tanquã filiorum Dei. Apud eos enim maſculi & fœminæ, dij deæque eſſe putantur.

Cur Sethiani Seth filium Adæ colebant.

De his Philaſter ſcribit in hunc modum: Sethiani, Seth Adæ filium, qui poſt interfectionem Abel beatiſſimi natus eſt, idcò colunt & venerantur, quod duobus fratribus hominibus in initio, & angelis in diſſenſione conſtitutis, Deus in iuſtum Seth, quem pro Abel pepererat mater Eua, magnæ virtutis ſpiritum collocâſſet, vt hoc pacto poſſent deſtrui inimicæ virtutes: quodq; de ipſo Seth Chriſtum Dominum genus deductum aiebant: immò eorum quidam non ſolùm genus de eo deductum, ſed etiam ipſum eſſe Chriſtum aſſerebant & opinabantur. Hæc ex Philaſtrio.

SEVERIANI.

32.

Seueriani à Seuero quodam Tatiani heretici diſcipulo ſunt appellati. Fuit autem Tatianus hic, Iuſtini martyris auditor, de quo infra dicetur. Idque Marci Antonini Philoſophi Imperatoris, & Soteris ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 178. Cuius etiam pontificis ſucceſſor Eleutherius, ſtatuit contra eoſdem Seuerianos (quemadmodùm author eſt Irenæus libro tertio, capite 3. & Euſebius lib. 5. cap. 6.) ne quis Chriſtianus aliquem cibum, quo veſcerentur homines, ſuperſtitionis cauſa abominaretur.

Eleutherij papæ cõtra Seuerianos ſanctio.

Seuerianorũ hęreſes.

1. Seueriani ſiquidem cibos, quos Deus humano generi propoſuit ad veſcendũ, damnabant, teſte Iſidoro, vinumque potiſſimùm, quo nullo pacto licere vti adſtruebant, eò quòd fabuloſa quadam vanitate (vt Auguſtinus ait) dicerent, de ſatana & terra vitem germinâſſe.

2. Aſſerebant etiàm, primos parentes Adam & Euam eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos propter eorum primum inobedientiæ peccatum: quo contra Salomon de ſapientia loquens, ità ait: Hæc illum, qui primus formatus eſt a Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. Quæ verba manifeſtò docent, Adam damnatum non eſſe, ſed Sap. 10.

pec-

per Dei miſericordiam ſalutem cõſequutum.

3. Carnis reſurrectionem negant.

4. Vniuerſum vetus teſtamentum reijciunt.

5. Actus Apoſtolorum non recipiũt, ſed eum librum ex catalogo ſacrorum librorum conantur auferre, vt author eſt Euſebius Cæſareenſis lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 26.

6. Idem Euſebius refert, Seuerum obtrectâſſe Paulo, & omnes eius epiſtolas refutâſſe.

7. Hi deniquè omnem coitum, ſpurcũ fœdumque putabant, aliaque item alia affirmabant deliramenta, quæ diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus enumerat. Cõtra quos etiam Muſanus librum conſcripſit.

Niceph. De his autem Nicephorus lib. 4. cap. 4. meminit, in hæc verba: Tatiani ſucceſſor Seuerus, hæreſim illius magis etiam adaugens, cauſam arripuit, cur ſectatoribus illius ad ſe pertractis, à ſuo ipſe nomine Seuerianos eos vocaret. Legem quidẽ, prophetas, & ipſa Euangelia ij quoquè recipiunt, proprijs quibuſdam interpretationibus, prout eis eſt viſum, ſacras ſcripturas accommodantes. Apoſtolum autem Paulum maledictis & conuicijs proſcindentes, Epiſtolarum eius librum, & item Apoſtolorum Acta prorſus reijciũt. Hęc Nicephorus.

SEVERVS ANTIOchenus epiſcopus.

33.

SEuerus Acephalorum author, poſt Flauianum in exilium ab Anaſtaſio imperatore pulſum, Antiochenam ſedem inuaſit, Eutychetisque & Dioſcori prauitati non minimum robur addidit, ſub eodem primùm Anaſtaſio Orientis Imperatore, & Symmacho ſummo Romanorum antiſtite, circa annum Domini 494. deindè ſub alijs, quemadmodùm ex infrà ſcriptis luculenter oſtenditur.

Seueri & Dioſcori hæreſis. De eo Ioannes Damaſcenus lib. 3. cap. 3. ità ſcribit: Seuerus, inquit, & Dioſcor⁹, & eorum ſcelerata cohors, in Chriſto poſuerunt vnionẽ non perſonalem in duabus naturis verè ſubſiſtentem, ſed tantũ habitualem, id eſt, ſecundum habitum, proprietatem, conditionemque quandã diuinam, qua, cùm ſolus eſſet homo, diuina tamen aſſiſtente per quandam participationem virtute, miracula operaretur. Hi porrò hæretici in quinta Synodo Conſtantinopolitana damnati ſunt.

De hoc Seuero Nicephorus hiſtoria eccleſiaſtica lib. 16. cap. 29. ſcribit in hunc modum: Flauiano in exilium fraude quadam abacto, proptereà quòd Chalcedonenſem ſynodum ad imperatoris mandatum anathemate damnare recuſaſſet, & petram quandam præruptam & ſolitudinem in Palæſtinæ finibus incolere per vitam iuſſo: Seuerus impius & Acephalos, hoc eſt, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioſcorus, Antiochenum conſcendit thronum: qui Zozopoli Piſidię ortus, Berytũ legum ſcientiæ, & actionibus forenſibus operã dedit. Atque vbi Chriſtianam addidicit doctrinam, confeſtim animo mutato, Baptiſmi lauacro initiatus eſt in Leontij illuſtris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia ſitum eſt. Et deindè monaſticam vitam in domicilio quodam inter Gazam & Maiumam oppidum coluit.

Acephalorum, id eſt, capite carentium hæreſis quædam, cuius author Seuerus fuit. Suidas.

Seuer⁹ primò monachus.

Porro Seuerus ſermonem primùm diſputando cum Nephalio contulit, qui eiuſdem cum illo opinionis anteà fuit, naturam in Chriſto profeſſus: poſteà autẽ & ipſe Chalcedonenſem ſynodum, & eos, qui duas naturas perhibent, tutatus eſt. Et cùm ſe confidentiùs arrogantiùsque Seuerus in diſputationibus gereret, vna cum popularibus ſuis, alijsque etiã plurimis, eandem opinionem conſectantibus, monaſtico domicilio ſuo à Nephalio eiectus eſt. Atque ille indè in imperialem conceſſit vrbem, Imperatori ſupplicaturus, vt ſibi atque ſuis, qui cum eo pulſi fuerant, phrontiſteria ſua reſtituerentur. Ità factum, vt in Imperatoris & Senatorum notitiam perueniret: ſicuti hoc, q. Seueri vitam conſcripſit, refert. Ioannes porrò qui cum illo iudicio contendit, ſcriptum reliquit: Seuerum, cùm conſecrari deberet, iuramentum in ſcriptum relatũ Imperatori Anaſtaſio obtuliſſe, à quo die thro-

throno Antiocheno potitus eſſet, haudquaquàm ſe ſynodum Chalcedonenſem anathemati ſubiecturum eſſe. Eumque eo ipſo, quo conſecratus eſt, die, a ſectatoribus ſuis inſtigatum, pro concione ex ambone anathema in eam ieciſſe: idemque diſertis verbis, cum ſynodales literas ſcriberet, feciſſe. Qua de re literæ ad Alciſonem ſcriptæ, hæc referunt in hunc modum.

Seuerus cõſulrò periurus.

Synodales Timothei Conſtantinopolitani epiſcopi hic in Palæſtina receptæ ſunt: Macedonij autem & Flauiani condemnatio recepta non eſt, ſicuti neque ſynodalia ſcripta Seueri. Quin illi etiam qui eas huc attulere, conuicijs atq; contumelijs, pro eo atquè conuenit, affecti, ꝓfugerunt: proptereà quòd aduerſus eos populus & monachi commoti eſſent. Ac res in Palæſtina quidem ſic ſe habuẽre. Antiocheni autem nonnulli in ſententiam eorum abducti ſunt, in quibus etiã eſt Marinus Beryti epiſcopus: quidam autem neceſſitate & vi adacti, eiſdem Seueri ſynodalibus literis, anathema ſimul & in ſynodum, & in reliquos, quòd duas naturas aut proprietates carnis & diuinitatis Domini profitẽtur, complectentes, aſſenſere. Aliqui porrò, quoniam vi & metûs cauſa aſſenſi fuerant, ſentẽtia mutata, errorem reuocârunt: inter quos ſunt qui ſub Apamea cenſentur epiſcopi. Quidam verò omninò eis non conſenſere, in quibus ſunt Iulianus Boſtrenſis, & Epiphanius Tyrius, aliique (vt dicunt) epiſcopi quidam. Sed enim Iſauri nunc reſipiſcentes, cùm priorem ſuum condemnant errorem, tum Seuerum factioniſq; eius populares anathemate iugulant. Alij qui ſub Seuero ſunt epiſcopi & clerici, eccleſijs relictis, fugerunt: quorum vnus etiàm eſt Iulianus Boſtrenſis, & Petrus Damaſcenus, qui hic ſunt. Sed & Mamas, q̃ vnus ex Dioſcorianis eſt, duas naturas ab initio incarnationis Verbi, ſed poſtea vnam tantùm naturam profitentibus, à quibus etiàm Seuerus tranſuerſim ductus eſt, cùm illorum anteà præfractam temeritatem condemnâſſet.

Seuerus catholicorũ ꝑſequutor.

Rurſus idem Nicephorus lib. 17. ca. 2. Eccleſijs tempore Iuſtini primi, inquit, præfuerunt Romæ Hormiſdas, Agapit⁹, & Agathon: Byzantij Macedonius, Timotheus, & Ioannes Cappadox: Alexandriæ, Ioannes & Dioſcorus: Hieroſolymis, Helias, Ioannes, & Petr⁹: Antiochiæ verò Seuerus Flauiani ſucceſſor thronum per tyrannidẽ tenebat, plurimũ in Chalcedonenſem ſynodum inuehens. Is cùm ità animatus eſſet, quotidiè (vt ità dicam) anathemati Synodum eam ſubiecit: potiſſimum verò in eis, quæ Enthroniſticæ ſiue Synodales dicuntur epiſtolis, quas ad loci cuiuſlibet patriarchas mittebat. Vnus autem eas Ioannes, qui priori Ioanni Alexandriæ ſucceſſerat, atque item Dioſcorus & Timotheus, recipiebant: per quos nugamenta multa aduerſus Eccleſiam ſunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuiſus.

Qui tẽpore Iuſtini primi ſactis adminiſtrãdis ſummatum ſedium præfuerint epiſcopi.

Sed enim Imperator fideliſſimus primo imperij ſui anno Seuerum commeritas petulantis verborum lubricitatis pœnas pendere, linguamque eius radicitùs excindere iuſſit. Rei ei, ſicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinum Antiochiæ dux. Quod ſanè verum eſſe literis ſuis Seuerus ipſe confirmat, Irenæum videlicet pœnam ſibi eam tumultûs concitati gratia molitum eſſe. Ad amicos enim quoſdam Antiochenos ſcribens, exilium ſuum fugamque commemorat, & quàm plurima in Irenæum ſcommata & conuicia iacit, proptereà ꝙ diligentiùs ille cuſtodibus diſpoſitis hominem, nè ex vrbe Antiochena profugeret, ſeruâtit. Noui ego quoſdam qui ſcribunt, a Vitaliano pœna hac Seuerum eſſe affectum, quum primas adhuc apud Iuſtinum ferens, linguã illius ab eo petijſſet. Verùm thronum Antiochenum deſeruit Gorpiæo menſe, quem Septembrẽ Romani vocant. Eius diſceſſu in ſedem eam Paulus conſcendit, qui perindè atq; ille aduerſus quartam Synodum occultè per rabiem latrauit. Ac tum quidem ille Synodum eam publicè eſt profeſſus: paulò pòſt verò ſua ſponte ſe ab eccleſijs ſubduxit, & ad communem deindè locum vita finita abijt. Et poſt hunc Hieroſolymis veniens Euphraſius, epiſcopatũ Antiochenum ſuſcepit.

Huic linguam, Iuſtino iubẽte, exſcindi debuit.

Rurſùm idem Nicephorus eiuſdem libri c. 7. de eadem Chalcedonenſis conci-

lij profeſſione & fide differens, quæ ſub Iuſtiniano & eius vxore Theodora accidêre, ità refert: Iuſtinianus porrò vbi imperio toto ſolus potitus eſt, Synod⁹ Chalcedonenſis Iuſtini ſanctionibus in omnibus vbique eccleſijs obtinebat. Adhuc tamen in quibuſdam prouincijs res eccleſiaſticæ propter turbas in ſtatu ſuo non erant. Potiſſimum verò id mali in vrbe Imperiali & Alexandria ipſa obuerſabatur: vbi etiàm nō ità liberè prorſus iactabatur. In vrbe imperante Anthimus nulla gloria epiſcopatum adminiſtrabat: Alexandriæ verò Theodoſius Dioſcori ſucceſſor ſacra curabat. Vterque vero & Anthimus & Theodoſius, vnam naturam in Chriſto eſſe poſt vnionem opinabantur. Verùm Iuſtinianus magno animo Chalcedonenſem ſynodum defendebat, ſanctionibusq; eius admodum addictus erat. Coniux autē eius Theodora, eos q vnam profitebantur naturam, idipſum magis veritati conſentaneum eſſe arbitrata, tuebatur. Si quandò enim de fide oboritur controuerſia, non modò parentes à liberis, & cōtra, ſed etiàm coniux à marito ſuo, & vir à coniuge per ſeditionem diſſentit. Iuſtinianus ſane & Theodora, neſcio quo pacto (fortaſsè autē ex compoſito) opiniones diuiſerant, ità vt ille quidem duas naturas in Chriſto poſt vnionem profitentes propugnaret, hęc autem vnam aſſerentibus naturam adhæreret. Neq; ſibi inuicē quicquam concedere videbantur, Iuſtinianus ſcilicet in Chalcedonenſibus decretis fortiter admodum perſiſtens, eaq; defendēs: Theodora verò aduerſæ maximè parti addicta, quæ eis q naturā vnam deprędicabant, multam curam præſtabat, neque noſtrates interìm prorſus negligens. Illis verò tam ingentē impendebat pecuniam, eosq; quàm maximè adiuuabat.

Theodora hęreticos præmijs & omni cura iuuat.

Cuius quum ea eſſet ſententia, ſæpiùs illa Iuſtinianum aggreſſa, vix tandèm ei perſuadet, vt Seuerum Conſtantinopolim euocet. Circunferuntur hodiè quoq; Seueri ad Theodoram Auguſtam & Iuſtinianum ipſum epiſtolæ, per quas oſtēdit, quum primum quidem ille profectionem ad eos ſuam, ex quo Antiochenam reliquit ſedem, diſtulerit, poſteà autem ad imperantem peruenerit vrbem: ſe & Anthimum eadem ſenſiſſe, eandemque ſecum de diuino numine opinionē illū obtinere reperiſſe: ſeq; illi etiam vt thronum ſuum relinqueret, perſuaſiſſe. Scripſit autem hæc quoque ad Theodoſium Alexandriæ epiſcopum, in quibus literis gloriari etiam videtur, quod in eam ſententiam eum ipſum Anthimum adduxerit, vt eiuſmodi deteſtanda dogmata temporaneæ etiam iſti gloriæ ſupremæque cathedræ præferret. Sed & Anthimi hiſce de rebus, atque itidèm Theodoſij ad Seuerum & Anthimum epiſtolæ extant: quas eam ob cauſam prætermiſi, ne ingentem talium ſcriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimuero quod cum Imperatore non conſentirent, ſed contra illius iuſſiones venirent, & Chalcedonenſem ſynodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodoſius, è ſedibus ſuis deturbati ſunt. Itaque in Alexandria Zoilus, in Conſtantinopoli autem Menas ſucceſſit.

Seuer⁹ Cōſtātinopolim euocatus ſuaſu Theodoræ Auguſtæ.

Accidit itaq; tum, vt in eccleſijs omnibus ſynodus Chalcedonenſis clarè prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemate vel calumnia expetere auderet. Qui verò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in eam ſententiam irent, in eaque conquieſcere cogerentur. Promulgauit quoque conſtitutionem Iuſtinianus, in qua Seuerum vna cum alijs anathemate ferit: & præterea quicunque illi addicti eſſent, opinionemque alienā complecterentur. Atque eoſdem etiam grauibus pœnis ſubijcit. Irà factum, vt timore omnes percellerentur, & cunctæ vbique eccleſiæ idem ſentirent, neque poſtea ſchiſma ſiue diſſidium aliquod in eccleſijs reliquum eſſet: ſed vt omnes omnium ditionum Patriarchę inter ſe cōuenirent, & locorum quorumcunque epiſcopi duces ſuos ſequerentur, propalāque per orbē vniuerſum in eccleſia quatuor tantùm Synodi celebrarentur: prima, Nicena trecentorum decem & octo patrum: ſecunda, Conſtantinopolitana: tertia, Epheſia prior: quarta, Chalcedonenſis. Coacta verò eſt quinta quoque Iuſtiniani iuſſu à centum ſexaginta ſanctis patribus aduerſus Origenem illum

l. Reddentes honorē §. Suſcipimus autē C de ſumma Trinitate.

inſa-

inſanum: cui præfuerunt Vigilius Romanus Papa, Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenſis, & Damianus Hieroſolymitanus, anno 545.

Ex cap. 9. Porrò quum Agathon adhuc in rebus humanis eſſet, altera Conſtantinopoli prouincialis ſynodus coacta eſt, cui Agathon & Menas præfuerunt. In hac Seueri Antiochiæ, & Petri Apameæ Syriæ epiſcoporum, necnon Zooræ monachi Syrites, in quæſtionem deductæ ſunt. Aduerſus quos Paleſtinæ, vrbis Conſtantinopolitanæ, & ſecundæ prouinciæ Syriæ monaſteria, libellos obtulerunt. Sed enim poſteà quam deprehenſi ſunt rebus illicitis inuoluti eſſe, & quod maximum eſt, Chalcedonenſem ſynodum anathemare configere, præterea Anabaptiſmos, aliaque nefandæ obſcœnitatis plena facinora peragere, & naturam in Chriſto vnam docere. & ipſi & quicunque cum eis in eadem erant ſententia, exploſi ſunt atq; reiecti. Lata quoquè lex, Seueri ſcripta conſeruari non debere: atque ſicubi reperirentur, vt igni comburerentur: ſin minus, vt capitis ſupplicio in eum animaduerteretur, qui ſcripta talia ſibi ſeruanda eſſe ſtatuiſſet. Hoc idem Hormiſdas quoquè, qui ante Agapetum & Agathonem epiſcopatum geſſit, celebrata Romæ ſynodo decreuit, cuius etiam actorũ epiſtolæ circunferuntur. Adhæc Synodus ſanxit, vt ſancta quatuor œcumenica cõcilia, & diuus Leo, eiuſdemque Tomus per vniuerſum orbem prędicarentur. Inſupèr vt Euphemius & Macedonius Conſtantinopolitani, & Flauianus Antiochenus epiſcopi, in integrum reſtituerẽtur, atque in ſacrarum tabulatum album referrentur: quippe qui egregiè pro veritate decertâſſent, rebus omnibus quæ aduerſus illos cœptæ actæque eſſent, abolendis. Quæ aliarum quoque prouinciarum atque eccleſiarum ephori approbantes confirmârunt. Atque equidem quæ in vrbe imperante aduerſus Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zooram, ante ſanctã magnam vniuerſalem quintam Synodũ, cuius antè meminimus, geſta ſunt, ſic habent.

Anabaptiſmi damnatio.

Synodus Rom. prouincialis.

Euphemi⁹, Macedonius, Flauianus, defuncti etiam in integrũ reſtitutu.

Quomodò verò hæc Seueri hæreſis ſub Mauricio Romano Imperatore per Gregorium Theopolitanum ſeu Antiochenæ ſedis præſidem nutu & inſpiratione diuina, ſit tandèm exterminata, referri idem Nicephorus lib. 18 cap. 23. in hæc verba: Poſtquam autem (inquit) Chosroes cruces quaſdam & diſcum aureum non paucarum minarum ponderis, in honorem victoris martyris Sergij DEO dedicauit, Gregorius nutu diuino ſolitudinẽ, quæ Limetarum nomen habuit, peragrans, & loca ibi omnia circumiens, Seueri dogmata, quę in eis partibus inualuerant, exterminauit: & ſana doctrina eccleſijs propoſita, multa caſtella & vicos populoſque frequentes, clerum ſimul & monaſteria, ad veram orthodoxorum & rectè ſentientium eccleſiæ diſciplinam adduxit. Hactenus Nicephorus. De hac re vide plura in Anthimo & Theodoſio: item in Agnoëtis, Monophyſitis, & Ioanne Philopono Alexandrino grammatico.

Gregorius Theopolitanus hære ſim Seueri exterminat.

SIGNIFICATIVI.

34.

Significatiui, ſunt ex noſtri ſeculi Sacramentariorum familia, nimirùm qui teſte Staphylo ex Lutheri primũ, deindè ex Carolſtadij & Zuinglij ſchola exorti, affirmant, nõ verum corpus Chriſti eſſe in Cœna Domini, (ſic enim illi ſolent altaris Sacramẽtum appellare) ſed corporis ſignum tantùm. Ita Zuinglius ſcribit in multis ſuis de Cœna Domini libris. De his vide in Sacramentarijs, Ioanne Oecolampadio, Luthero, & Zuinglio.

Significatiuorum error.

SIMONIACI.

35.

Simoniaci vel Simoniani, à Simone magicæ diſciplinæ peritiſſimo ſunt appellati. Fuit autem ille natione Samaritanus, ex villa quadam Gitthon vocitata, magicis artibus & ope dæmonum multos eludens, vt qui ſe eſſe virtutem quandam magnã, quæ ſupra virtutes omnes eſſet, aſſerere non vereretur: adeò q; dem, vt omnes qui in Samaria erant, eidem auſcultarent, dicentes, vt eſt in actis Apoſtolicis: Hic eſt virtus Dei quæ vo- Act. 8.

Simon magus, virtus Dei magna à Samaritanis appellatus.

ca-

catur magnâ. Cùmque iam multo tempore ſuis præſtigijs Samaritanos dementâſſet, cum tandèm perindè atq; patrem venerabantur & colebant: ità vt apud illos numinis loco habitus fuerit, & honore ſimulacri decoratus, cùm hac inſcriptione: Simoni Deo ſancto. Ab hoc itaq; (teſte Euſebio lib. 2. eccleſiaſt. hiſtor.) caput totius prauitatis & omnis hæreſis principium cœptum eſt, idque ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 55.

Simõis magi hæreſes. Hic cùm à Philippo diacono, in Samaria verbum Dei annunciante, baptiſma ſuſcepiſſet, & ab eo Apoſtolisque Ioanne & Petro fidem Chriſtianam edoctus fuiſſet, ab ea tandèm reſilijt, ſceleratamque & perniciofam hæreſim ſeminauit.

1\. Docebat enim, Chriſtum nec veniſſe, nec à Iudæis quicquam mali pertuliſſe: immò ſe ipſum Chriſtum eſſe aſſerebat. Vndè diuus Hieronymus contra Luciferianos: Simon magus (inquit) & Menāder diſcipulus eius, ſe Dei aſſeruêre virtutes.

2\. Docebat, promiſcuum fœminarum vſum ità fore licitum, vt quiſque, qua vellet, vti ſine peccato poſſet.

3\. Audebat quoquè dicere, vniuerſum hunc mundum ab Angelis factum fuiſſe: angelos autem factos à quibuſdam ſenſibus de cælo præditis, eosque genus humanum feſelliſſe.

4\. Intellectum autem quēdam alium aſſerit eſſe, qui in mundum ſalutis cauſa hominum deſcenderit.

5\. Spiritusſancti gratiam venalem eſſe putabat, atque ſpiritualia Dei dona pecunia comparari: ex quo peccatum illud & hæreſis ab illo nomen ſortita eſt, vt à Simone ſimonia dicatur. De qua re in Actis Apoſtolorum c. 8. ità habetur: Vidēs autem Simon, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit Apoſtolis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt, cuicunque manus impoſuero, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimâſti pecunia poſſideri. Non eſt enim tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.

6\. Carnis deniq; reſurrectionem eſſe futuram negabat.

Hic porro, cùm beatum Petrum fugeret, ab Hieroſolyma diſcedens, Romam venit, ibique cum eodem Apoſtolo apud Neronem congredi auſus, Petri oratione tandèm deuictus, atque ab angelo percuſſus, ſic meruit interire, (inquit Philaſtri⁹) vt eius magiæ euidens mendacium cunctis hominibus patefieret.

De quo Nicephorus eccl. hiſt. lib. 2. ca. 6. ſcribit in hunc modum: Perſequutione inprimis contra Stephanum excitata, Philippus ex his vnus, qui cum Stephano ad diaconatum erant electi, per diſperſionem eam in Samaria erat, edendorum miraculorum vi oppido quàm pollens. Siquidem tantum ab ea virtute valuit, vt & Simoni, arti ſuæ nuncium remittere, perſuaſerit, qui magicis præſtigiis longo tempore populum ſeduxerat. Vſqueadeò enim impoſturis & incantamentis homines deceperat, & tam celebrem ea ætate magica arte famam conſequutus fuerat, vt Simonem illi magnam virtutem Dei eſſe arbitrarentur. Is igitur Simon talis cùm eſſet, mirificis tamen Philippi rebus, quas ſupra opinionem fidemque hominum edebat, conſternatus, baptiſmum vnà cum reliqua Samaria ſubit, & verbotenùs profeſſionem & fidem in Chriſtum ægrè ſimulat: id quod & alij, qui abominandam eius ſectam erant complexi, faciebant, fraude & dolo authoris ſui venenum peſtiferum in ipſis occultatū, quoàd poſſent, eis, qui id ſuſcipiebant, communicantes. Qui tamen poſteà, quum malitia peruerſitasque eorum deprehenſa eſſet, merito ſunt reiecti. Quemadmodùm & Simon iſte a diuo Petro, qui impoſitione manuum ſpiritum contribuebat, manifeſtò deprehenſus eſt, gratiam eam venalem eſſe arbitratus: eoque nomine, vt nullius rei homo reprobatus atque repulſus eſt. Itaque ille æmulatione percitus, contra Apoſtolos eorumque do- Philippus diaconus Simonem magum cōuertit in Samaria.

Cri-

ctrinam ſe armauit. Hæc ibi.

Rurſus eiuſdem libri cap. 14. Quũ, inquir, ad eum modum perſuaſio & fides in Seruatorem per omnem propagaretur terram, antiquus ille generis ſalutisque noſtræ hoſtis, arte quadam vrbem eam, in qua ſummum eſſet imperium, p̄ripere atq; occupare contendens, Simonẽ vico Gitthon ortum, qui antea Orientẽ peragrans, incantamentis eum atque impoſturis compleuerat, eò mittit, ibiq; ille breui ciues (paucis exceptis) magica ſua arte ſeducit. Eò autem impietatis peruenit, vt, quum Deus eſſe crederetur, tum ſtatua magnifica in flumine Tiberi inter duos pontes honoraretur, cum inſcriptione tali: Simoni Deo ſancto. Atque ità Deus ille nõ tantum apud Samaritanos, verum in alijs quoquè nationibus princeps Deus colitur. Quin & Helena quædam comes eius, quæ Tyri Phœnicum aurehàc in lupanari corpore proſtituto quæſtum fecerat, parem cum eo honorẽ conſequuta, principis intelligentiæ nomen obtinet. Hæc ſic in defenſione profeſſionis noſtrę ad Antoninum, philoſophus idemque martyr Iuſtinus commemorat. Quibus ſimilia quoque ſcribit in primo ſuo contra hæreſes libro Irenæus Lugdunenſis epiſc. Vterque autem non longè poſt Apoſtolorum tempora vixit.

Roma à diabolo per Simonem Magum ei' diſcipulũ præoccupata.

Diuini honores ei ibi attributi.

Hæreſum porrò omnium dux & princeps Simon iſte habetur. Vndè in hodiernum vſque diem, qui eius ſunt ſectæ & opinionis, ſobrium & ſincerum Chriſtianæ philoſophiæ inſtitutum egregiè aſſimulantes, renunciâſſe quidem idolorum errori videntur, nihilominùs tamen eũ retinere contendunt, ſimulacra & imagines Simonis & Helenæ iſtius erigentes, libationibusque & ceremonijs eos colere ſtudentes.

Simon iſte hæreſum omnium author.

Horum res turpiſſimæ ſtuporem & cõſternationem mentis hominibus afferunt, quippe quę tales ſint, vt tantum abſit, vt ſtylo ſcriptis rectè mandari poſſint, vt propter obſcœnæ fœditatis exuberãtiam, nullum eas modeſtum & pudicum os eloquatur. Quidquid enim extare aut cogitatione concipi poteſt, quod turpitudine quauis ſit impurius, id omne hæreſis iſta omnium ſceleratiſſima atque nefandiſſima longè ſuperauit, hominibus miſeris, peccatiſque oneratis mulierculis imponens. Tantum parentem, authorẽ, & ducem aduerſarium magnis Chriſti diſcipulis, iam indè ab initio humanæ ſalutis inſidiatrix verſuta illa vis obiecit. At diuina è diuerſo gratia & inexpugnabilis virtus, miniſtris ipſa ſuis ſedulo aſſiſtens, tantorum malorum facem vbiquè incendium ſpargentem, quam celerrimè extinxit, ſublimitatem omnem, quæ ſe aduersus cognitionem Dei afferret, deijciens atque peſſundans. Quapropter nihil eorum, quæ tum temporis ſuccreſcere cœperunt, malorum, ad ſtatum & vigorem ſuũ peruenit. Veritatis .n. ipſius lux mirificè reſplendens coruſcabat, & recens cælit' relucens ineluctabile vigebat verbum, Apoſtolorũ concionibus & inſtitutis magis magiſque inualeſcẽs. Proindè & magus iſte, gratiam miſer venalem eſſe exiſtimans, primùm in Iudæa à diuo Petro, tanquam luce clariore, mẽtis oculis perſtrictus, maxima eaque maritima profectione ſuſcepta, ex Oriente Occidentem verſus migrat, Romanamq; vrbem præoccupat. Atque ibi cùm cœptis ſuis maxime ſuprema inſeruiret poteſtas, breui admodùm tempore vſqueadeò res ex ſententia ſuccedunt, vt quum ſibi incantationibus & præſtigijs totam conciliaret vrbem, tum ſtatua poſita, vt dictum eſt, diuini ei tanquam Deo exhiberentur cultus & honores.

Deus Simoni iſti magnos Apoſtolos oppoſuit, & Petrum p̄cipuè.

Sed enim non diu illi fraude ea vti cõceſſum eſt. Nam ſub eodem Claudij Imperio, quæ omnia ſapienter propter ſummum in genus humanum amorem dirigit prouidentia, quaſi anteſignanum & inſuperabilem atque inuictum fidei propugnatorem, qui virtutis ardoriſq; gratia, primas inter Apoſtolos diuinitùs eſt conſequutus, Petrum, perindè atquè contra feram agreſtem & pernicioſam, excitauit. Is non ſecus atque fortis generoſus Dei dux, diuinis inſtructus armis, occidẽtalibus ex Oriente ſupercæleſte perfert lumen, arcanum ſcilicet de Chriſto myſterium, & regnum cælorum læto promulgat nuncio. Atque ad hunc modum quũ in Occidente Euangelica reluceret lucerna, ilicèt Simon ipſe vnà cum fraude &

ſeductione ſua, confeſtim extinctus euanuit.

Simon magus Romæ præſtigiis homines ſeducit.

Nerone autem imperante, (vt idem refert Nicephorus eiuſdem libri cap. 27.) Simon iſte Magus Romæ miracula per imposturas & præſtigia edebat. Canem autem maximum pro foribus catenis vinctum habebat, per quem ad ſe venire volentes, ſi ei minùs placuiſſet, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simonem viſendum. qui canem eum efferatum & horrendum in ſe ferri videns, quum authorem eundem ante aduentũ ſuum mortis permulus fuiſſe, qui ingredi voluiſſent, intellexiſſet, vinculis eum ſoluit, atque humana voce annunciare hero ſuo, Petrum Chriſti ſeruum adeſſe, iubet. Canis porrò quo iuſſus fuerat modo, nuncium perfert. Ad eam rem, qui tũ cum Simone erant, conſternati obſtupuerunt. Quibus ille: Nihil noui eſſe, ſe quoquè eadem facere poſſe dixit. Itaque canem exire, & Apoſtolum ad ſe vocare iubet. Petrus accitus ingreditur. Ibi in colloquio mutuo multa inter ſe verba faciunt. Miraculis equidem & variis prodigiorum operibus Simon longè ſuperatur. Quapropter multi ex illis ad Chriſtum accedunt, atque baptiſmum ſubeunt.

Enimuerò & Simon ipſe, dæmonum ei inſeruientium opera, multa admiranda faciebat. Nam vt ſtatuæ mouerentur curabat, & in ædibus vaſa atque inſtrumenta domeſtica ſe ſponte propria hinc inde transferebant. & ipſe flammis circũdatus non vrebatur. Ferebatur quoquè volans in aëre. Ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes faciebat. Draconis quoquè formam induebat, & in varias animantium ſpecies mutabatur. Duplici facie indutus conſpiciebatur. In aurum ſeſe totum transformabat. Fores vectibus & clauſtris probè communitas & occluſas, dicto aperiebat. Vincula ferrea diſrũpebat. In conuiuiis omnifaria formularum ſimulacra exhibebat. Vt plurimæ ante eũ præcederent vmbræ, efficiebat, quas defunctorum dudum eſſe animas, nugabatur. Nec ipſe modò ad quã vellet, trãsformabatur ſpeciem: verum etiam alios, quos voluiſſet, in variarum animantiũ formas mutabat. Quoſdam autem, cùm planum eum & ſcurrã eſſe coarguere & conuincere tentarent, amicitiæ prætextu ſimulato, bouem ſacrificans ad epulas inuitabat, & indè multiformibus eiſque incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus ſubiiciebat. Hæc atque his ſimilia, quum diuus quidem Petrus verè ac re ipſa, Simon autem falsò & imposturarum fuco facerent, Nero vtrunque euocat: & quum quod melius eſſet, diſpicere non poſſet, tum quidem vt inſolentium prodigiorum effectores, ambos tanquam errones & ſcurras, Roma expellit. Poſtea autem animum ad impoſtorem & impurum Simonem, quippe & ipſe impius, maximè confert. Hæc ibidem.

De interitu verò Simonis, idem Nicephorus tradit eiuſdem lib. 2. ca. 16. in hæc verba: Sed enim (inquit) quum ibi mirificis beatorũ Petri & Pauli (nam extremis Neronis temporibus Romam, vrbium omnium reginam, quum ibi quoquè Paulus eſſet, Petrus peruenit) miraculis tanta ad Chriſtianiſmum conflueret multitudo, vt numerus eius iniri non poſſet: Nero, penes quem ſumma rerum erat, ad improba impiaq; delapſus flagitia, ea re cognita, contra ipſam diuini cultus armatur pietatem: & percuſſoribus diſpoſitis, tot fideles ferro necat Romanos, vt etiã Senatus admodum iam propter paucitatem ſui ordinis hominum imbecillis, alias ſuper alias accumulatas cædes ægrè ferret. Indè Simoni admodum Apoſtolos perſequenti, aditus liber ad Senatum & Neronem datus. Atque is omnem (vt in prouerbio eſt) mouet funem, vt illorũ etiam nomina è medio tolleret, tãquam qui cædis tantæ multitudinis authores fuiſſent. Itaque Nero Apoſtolis inſenſus, planum Simonem ipſe quoquè planus eſt complexus. Quum igitur Petrus Simoni reſiſtens, cũ eo ſæpe conflictatus eſſet, tumorque impietatis in malefico illo ſupra modum excreuiſſet, poſtremo quam licentioſiſſimè in conſpectu omnium Romæ ad Petrum, Tu verò quid ais? inquit: proptereáne Chriſtus tuus magnus eſt, quòd à terra cælos conſcendit: Quin & mihi id facere procliue eſt. Et confeſtim manibus extenſis, ſurſum verſum, dæ-

Perſequutio Chriſtianorũ ſub Nerone.

Planus, id eſt, impoſtor, præſtigiator, & fucum faciens.

dæmonibus cum, quibus ſe permiſerat, ducentibus, ferebatur.

Petri oratione Simõ dęmonum ope in cælos euolans, hūmi ſternitur & moritur.

Petrus autem admodum anxius eſſe, & cum Deo in corde per precationẽ colloqui: & tandem ſpiritu plenus, poteſtates illas, quæ nefarium hominem in ſublime attollebant, increpare, & vt ab eo diſcederent, iubere. At ille ſtatim præceps deorſum verſus fertur, & humi alliſus, mortuusque rumpitur.

Ibi qui aderant ex populo, quique antea Simonem diuinos vſurpantem honores laudibus celebrauerant, ſubitò ita proſtratum videntes, laudesq; priſtinas per palinodiam recantantes, ingenti claraq; voce, Vnus eſt magnus Deus, acclamant. Locus ſanè ipſe, in quem luctuoſum hoc ſpectaculum incidit, ad hodiernum vſq; diem, Simonium vocatur, etiam nunc Simonis Antichriſti perniciem & interitum declarans. Et erant ibi nonnulli, qui eum reuicturum eſſe opinarentur, & ob id diutiùs in publico iacuit. Cæterum vbi iam cadauer diffluere, maleque olere cœpit, re deſperata, in occultis illum ſepelire locis. Hactenus Nicephorus.

Epiphaniꝰ. De hac re Epiphanius quoquè meminit aduerſus hęreſim Simoniacam, in hęc verba: Dicat Simon, qui ſe magnam virtutem Dei, & meretriculam ſuam ſpiritũ ſanctum appellauit, quomodò tempore certo Romæ debitum naturæ per ſucceſſionem ad ſedelatũ perſoluerit, quomodò in media ipſa vrbe concidens extinctꝰ eſt.

Auguſtinꝰ Item diuus Auguſtinus in ſermonibus de ſanctis: Cùm Simon ſe Chriſtum diceret, & tanquàm filium ad patrem ſe volando aſſereret poſſe conſcendere, atque elatus ſubitò magicis artibus volare cœpiſſet, tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione ſancta vicit magicam leuitatem, & velut vinctum illum de ſublimi aëre depoſuit, & præcipitio in ſaxo elidens, crura eius confregit.

Idẽ Auguſ. Idem Auguſtinus epiſt. 86. de ieiunio diei ſabbati agens: Eſt quidem, inquit, & hæc opinio plurimorum, quamuis eam pleriqueque falſam perhibeant, quòd Apoſtolus Petrus Romæ cum Simone Mago die Dominico certaturus: propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridiè eum eiuſdem vrbis eccleſia ieiunauerit, & conſequuto tam proſpero glorioſoq; ſucceſſu, eundem morẽ tenuerit, cumque imitatæ ſint nonnullæ occidentales eccleſiæ.

Ignatius. Ignatius quoquè ad Tralleis: Fugite, inquit, malas ſoboles diaboli, Simonem dico primogenitum generis ipſius.

Vnde 1 q. 1 cap. Fertur: Simoniaca hæreſis eſt, quæ prima contra Dei eccleſiam diabolica ſupplantatione ſurrepſit, & in ipſo ortu ſuo, zelo Apoſtolicæ vltionis percuſſa & damnata eſt.

Et 1 q. 1. cap. Eos. Tolerabilior eſt Macedonij impia hæreſis, quam Simoniacorum. Iſti enim Spiritum ſanctum efficiunt ſeruum ſuum.

Vincentiꝰ Lirinenſis Et ruiſus Vincentius Lirinienſis libro illo verè aureo, quem aduerſus prophanas hæreſeõn vanitates conſcripſit, ait in hunc modum: Quis ante magnum Simonem, Apoſtolica diſtrictione percuſſum, à quo vetus ille turpitudinum gurges vſque in nouiſſimum Priſcillianum continua & occulta ſucceſſione manauit, authorem malorum, id eſt, ſcelerum, impietatum, flagitiorumq; noſtrorum, auſus eſt dicere creatorem Deum? Quippe quẽ aſſerit talem hominum manibus ipſum ſuis creaſſe naturam, quæ proprio quodam motu, & neceſſariæ cuiuſdam voluntatis impulſu, nihil aliud poſſit, nihil aliud velit, niſi peccare: eò quòd furijs omnium vitiorum exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum barathra, inexhauſta cupiditate rapiatur. Hæc Lirinenſis.

Qui verò ſint hodiè Simonis Magi diſcipuli, ità declarat Lindanus Dubitantij ſui Dialog. 2. Simon ille Magus, inquit, docuit, nos per opera (teſte diuo Theodoro & Irenæo) non ſaluari, ſed per fidem. An non hic reuiuiſcere tibi videtur in Luthero, Illyrico, & Antidiaphoriſtis, qui opera bona non ſolùm docent non neceſſaria, ſed & ad ſalutem pernicioſa? Idem Deum faciebat peccati authorem, ſic & Lutherus, ait rex Angliæ: ſic Caluinus, teſte Heshuſio: & Libertini, vt ait Caluinus. Hæc Lindanus.

SL

SISINIVS NOVATIANORVM *apud Conſtantinopolim epiſcopus.*

36.

SIſinius Nouatianorum ſectæ præfuit apud Conſtantinopolim, Theodoſij iunioris, & Cæleſtini maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 428. Hic (teſte Socrate eccleſiaſt. hiſtor. lib. 6. cap. 22.) præter morem eccleſiæ alba veſte vtebatur, qua morum ſynceritatem, vitæ puritatem, & cordis munditiam, inſtar eorum, qui Nouati ſectam amplectebantur, ſignificare ſolebat. De quo etiam Nicephorus libro 22. cap. 36. ſcribit in hunc modum.

Sectarum factiones.

Diximus, inquit, Eccleſiam, quum primùm factionibus eſſet diuiſa, in eo rerũ ſtatu non permanſiſſe: verùm eos deindè qui ſeceſſionem feciſſent, parua aliqua arrepta occaſione, à ſuis deſciuiſſe, & in ſectas alias abijſſe. Cæterùm alij aliter diuiſi ſunt. Nouatiani autẽ per occaſionem & prætextum Paſchalis feſti (quemadmodum ſupra diximus, cùm de his mentionem fecimus) in partes diſceſſere. Neque illi in vna partium ſeceſſione conſtiterunt, ſed etiam de diebus & hebdomadibus, alijſque non magni momenti rebus diſceptantes, in ſectas alias ſunt diſſecti: q. quidem alicubi ſegregati, ſeorſum conuentus egère, alibi autem communiter ſimul conuenire ſoliti fuere.

Nouatianorum diſſidia.

Illud portò obſeruandum eſt obitèr, eccleſiæ eorum Conſtantinopoli ad annos quadraginta Agelium præfuiſſe, à Conſtantij temporibus, ad annum Theodoſij ſextum. Qui cùm æger eſſet, & moriturum ſe eſſe putaret, ſucceſſorem ſibi deſignauit Siſinium. Is presbyter ſub eo fuit, vir præclarus, & qui vnà cum Iuliano in philoſophicis diſciplinis Maximo philoſopho præceptore vſus fuerat. Quũ autem Nouatianorum plebs electionem talem, Marcianum potius, hominem religioſum & celebrem, cuius virtute ſub Valente eccleſia eorum pacata permanſerat, deſignatum oportuiſſe rata, reprehenderet: Agelius populi ſententiæ gratificari volens, Siſinio poſthabito, Marcianum epiſcopum legit. At vbi ex morbo conualuit, eccleſiam ingreſſus, per ſeipſum ad populum retulit: Marcianum eos ab obitu ſuo, poſt Marcianum verò Siſinium epiſcopum habituros. Hęc verba proloquutus, breui poſtea deceſſit. Sed & Marciano non multò pòſt defuncto, Siſinius epiſcopatum recepit: vir, quemadmodùm dictum eſt, valde clarus. Simul enim philoſophicas & ſacras literas accurata diligentia ad ſummum addidicerat, potiſſimum verò ſingulari cura in Dialectica & diſſerendi arte ſe exercuerat. Quamobrẽ Eunomius etiam, cuius ars ea præcipuũ opus fuit, ſæpè diſputationem eius declinauit.

Marcianus

Siſinius.

Vita adeò moderata fuit, vt obtrectatorum quoquè calumnias ſuperârit. Dieta & quotidiani victûs ratio non adeò frugalis, ſed lætior quodammodò & ſumptuoſior erat ita vt quibuſdam videretur, eum in ſplendore & delicijs tantis pudicitiam & continentiam colere nõ poſſe. Et veſtitu in primis exquiſito vſus eſt, & bis interdùm die vno in balneis publicis lauit. Moribus præterea iucundus, atque in familiaribus colloquijs gratioſus. Proinde non Nouatianis tantùm, ſed & epiſcopis principibusque viris & magiſtratibus eccleſiæ catholicæ charus eſſe viſus eſt. Quum enim facetè cum gratia quadam ſales & dicta in alios iecit, tum id etiam ab alijs humaniter pertulit. Et vtrunque ea moderatione fecit, vt quàm longiſſimè ab hoſtili acerbitate abeſſet. Vt verò etiam cum venuſtate quadam interrogantibus, aptè atque tempeſtiuè reſponderet, vt Socrati videtur, mirificè promptus erat. Et aliquando quodam eũ percontante, cuiuſnam gratia, quum epiſcopus eſſet, bis die lauaret: Quia ter, inquit, non poſſum. Rurſum quum à quodam qui catholicæ eccleſiæ erat, dicto ꝙ candidam geſtaret veſtem, quæ epiſcopũ vt aliena minus deceret, perſtrictus eſſet, ſtatim dicacitatem in eum retorquens: Tibi verò, inquit, oſtendendum potius eſt, vbinàm ſcriptum ſit, quòd epiſcopũ pulla veſte vti oporteat. Atque ille vbi cogitabundus, quia quod reſponderet nõ habebat, ſtaret, ſubintulit ilicò Siſinius: Tu quidem oſtendere id non potes, ac

Præclaræ eius dotes.

Socrates lib. 6. cap. 22.

Sozomen' lib. 8. cap. 1.

Salo-

Eccleſ. 9.

Salomon me, vt id faciam, adhortatur, di cens: Sint veſtimenta tua ſemper candida. Verùm & Seruator in Euangelijs candida veſte vſus eſſe videtur, qui diſcipulis, qui ſecum montem Thabor conſcẽderant, Moſen & Heliam candidatos exhibuerit. Hæc atque his ſimilia quum ità diceret, admirationi hominibus fuit.

Luc. 9.

Quin & illud lepidè, vt ego puto, ab eo dictum, recenſendum eſſe videtur. Aduenerat Conſtantinopolim Leontius, Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopus, qui tum ibi Nouatianis eccleſiam ademerat. Conuenit hunc Siſinius, & ſupplicans rogauit, vt corpori ſuo eccleſiam redderet. Quod vbi ille ſe facturum negauit, Nouatianos etiàm conuicijs acerbè proſcidit, minimè eos eccleſiam habere dictitans, quòd pœnitentiam tollerent, & miſericordiam Dei reijcerent. Talia verò, atque alia hiſce ſimilia continuans, quum Nouatianos ſuggillaret: Atquì, Siſinius inquit, & ego, vt haud ſciam an magis quiſquam, pœnitentiam ago. Quum autem Leontius eum, quonam modo pœnitentiam ageret, interrogaret: reſpondẽs ille, Quòd te nunc, inquit, ità animatum video.

Facetè Siſinij in Leõtium Ancyranum epiſcopum dictum.

Vitam is ità produxit, vt eccleſiam Nouatianorum adhuc adminiſtraret, quum Ioannes Chryſoſtomus patriarcham gereret. Et auſus etiam eſt contra eum diſſerere, quum ſcripto ille pœnitentiam introduceret, atque ità diceret: Vel deciès millies per pœnitentiam reſipiſcens, eccleſiam ingredere. Paratus enim ego ſum pœnitẽtem admittere, vt modò deincèps ſimilibus per peccatum non circunuenia tur malis. Et accidit aliquandò, vt Diuus Ioannes inter deambulandum Siſinio occurreret, eique obijceret, non debere vnam vrbem duos habere epiſcopos. Prodibat enim & ille cum ſplendore & comi tatu multo. Cui Siſinius reſpondens, Minimè eam duos habere dixit, ſeipſum germanum legitimumque epiſcopum eſſe exiſtimans. Eo verò dicto grauius accepto, Ioannes ad illum: Vides ne, ait, te ſolum eſſe velle Conſtantinopolitanum epiſcopum? Atque ibi rurſum Siſinius: Non hoc ego, inquit, dico: ſed cùm alijs omnibus epiſcopus ſim, apud te vnum is eſſe non exiſtimor. Et Ioanne excandeſcẽte atque inferente: At ego efficiam, vt qui fœdiſſima labores hæreſi, amplius ad populum pro concione verba non facias. Siſinius perquàm facetè verbis eius occurrens: Ego verò, inquit, plurimas etiam tibi agam gratias, ſi me labore & onere tanto liberâris. Quo verbo Ioannes tandem flexus: Quandoquidem, ait, tibi concionandi munus moleſtiam & dolorem parit, minimè tibi, quandò id Deus fecit, concionibus interdicam.

Siſinius cũ D. Chryſoſtomo diſputauit.

Egregia D. Chryſoſtomi de pœnitentia vox.

Apud Socratem eſt: At ego tibi colloquijs ſiue concionibus nõ interdicã, quandò tibi verba facere moleſtum eſt.

Multa verò alia quoque viri eius vrbanè & ſcitè dicta, commemorantur. Quin & libellos multos non inuenuſtos compoſuiſſe dicitur. Magis verò in dicendo quàm ſcribendo laudatus eſt. In actione felix fuit, & pronunciationem ſedulò coluit. Labijs enim eius blanditiæ quædam inſidebant: & in voce, vultu, oculis, & habitu motuque corporis omni, gratia ſingularis inerat, ad auditorum animos alliciendos compoſita. Iucundus itaque & charus eam ob cauſam celeberrimis quibuſque ex Senatu viris, & omnis generis religionibus in admiratione fuit. Potiſſimum verò epiſcopus Atticus magno cũ eſt honore proſequut⁹. Sed qualis hic vir fuerit, ſatis, vt puto, loco hoc ex Socratis eccleſiaſtici ſcriptoris libris ſumpto, dixi. Atque hæc quidem proptereà commemoraui, vt oſtenderem, quum propter eorum virtutem, qui eis præfuẽre, Ageliị, Marciani, & Siſinij: tum quòd Conſubſtantialis profeſſioni adhærerent, Nouatianos aliarum ſectarum labe infectos non fuiſſe, maioremque eorum partem in eccleſia ſua quietam manſiſſe: eis exceptis, qui propter quæſtionem de ferijs Paſchalibus, quam Sabbatius, ſicuti dixi, per res nouas induxit, diſſidebant.

Gratioſus apud omnes Siſini⁹.

Nouatiani quam aliæ hæreſes pacatiores.

Multæ verò & aliæ diſſectiones eo tẽpore apud Arrianos & Macedonianos, et alias ſectas, fuẽre. Illis autem ità diſtractis, magis atque magis Eccleſia vniuerſa ſiſ creuit, quotidie ſe aliquibus propter mutuas illorum contentiones ad eã aggregantibus. Præcipuè verò qui Græcam idololatriam ſequuti fuerant, ad eam cõfluxere. Hæc Nicephorus.

Per ſectarũ diſſectiones, eccleſiæ catholicæ corpus creuit.

cordia) qui affirmant contra Oſiādrum pro Antoſiandrinis, in hac vita imputatiuè haberi hominem iuſtum: viciſſimq; contra Antoſiandrinos pro Oſiādro affirmant, in futura vita oportere hominē eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialiter iuſtus eſt, iuſtum re ipſa fieri. Ita ſentiunt Tubingēſes theologi. Vide Ducis Pruſſię librum de hac Oſiandri controuerſia editum, & ipſius Brentij epiſtolam ad ſuum Principem de eadem controuerſia ſcriptam, editamque Vuittembergæ anno Domini 1552.

Qui ſint Antoſiandrini, vide loco ſuo..

SERRAS.

26.

SErras fautor ac defenſor Aëtianæ impietatis & perfidiæ pertinaciſſimus fuit in cōcilio, quod ſub Conſtantio Imperatore & Liberio ſummo Romanorum pontifice, Conſtantinopoli coactū eſt, in quo & condemnatus eſt, & in exilium pulſus Aëtius, & ipſe Serras cum Stephano, Heliodoro, & Theophilo eius ſequacibus excommunicatus, circa annum Domini 363.

Serræ & ei' ſequacium hæreſis.

Dicebant autem iſti cum eodem Aëtio, Acacio quoquè & Eudoxio, oportere ſermonem ſimilis ſubſtantiæ auferri ab expoſitione fidei traditæ tam in Arimino, quàm Niceno concilio: non celantes, (vt Socratis verba accommodem ex libro quinto Tripartitæ hiſtoriæ, capite 42.) ſed apertè dicentes, quòd per omnia diſſimilis filius eſt patri, non ſolùm ſecūdùm ſubſtantiam, ſed etiàm ſecundum voluntatem: & quòd ex non extantibus eſſet, ſicut prædicauerat Arrius. Hoc porrò ſyllogiſmo ſuam confirmabant ſentētiam Aëtius & eius ſectatores, quemadmodùm author eſt Theodoritus, in eadē hiſtoria: Quæ diſſimiliter proferuntur, aiebant, diſſimilia ſecundum ſubſtantiā ſunt. Vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quē omnia: Diſſimile autem eſt, ex quo, & per quem: diſſimilis igitur filius Deo & patri.

Aetii impius ſyllogiſmus, quo contendebat probare, filium eſſe patri diſſimilē.

Catholici verò contrà diſputantuè atque veraciter dicebāt: Si ex non exiſtentibus non eſt, neque creatura, nec ex alia ſubſtantia Deus verbum, igitur conſubſtantialis eſt genitori patri: ſicut Deus ex Deo, & lumen ex lumine, eandemque litate filij habet cum genitore naturam. Qua ſentētia commotus Imperator, qui eidem diſputationi aderat, & Arrianis fauebat, exilium illis interminatus eſt, niſi aliter, hoc eſt, cum Arrianis de filio ſentirent. Arriani: Poteſtatem, inquiunt, habes, ô Imperator, nos puniendi, non tamen eam ob rē partum ſtatuta deſtruimus. Tunc Imperator illos pelli iuſſit eccleſijs, & procis alios ordinari. Cùm itaque Aëtium cum eiam fide, ſcriptis ſuis, & eos qui eius videbantur eſſe conſortes, abdicauiſſent catholici, Georgio Alexandrinę ciuitatis epiſcopo ſcri ſuis expreſſerunt, quod ibi fuerat geſtum, in hæc luntur verba.

Catholicorum ſentētia de conſubſtantia litate filij cum Deo patre.

Catholici propter re: a Conſtantio eccleſijs expelluntur..

Sancta Synodus Conſtantinopoli cōgregata, Domino honorabili Alexandrinæ ciuitatis epiſcopo Georgio ſalutē. Synodo reprehendente Aëtium propter nefandas eius & plenas ſcandalis ſcripturas, ſecundùm conſequentiam eccleſiaſticarum ſanctionum, ſuper eo ab epiſcopis actum eſt quod decebat. Diaconatu nanq; depoſitus eſt, & ab eccleſia factus extraneus. A nobis autem hæc monita proceſſerunt, vt neque ad lectionem cuiuſpiam veniant neſandæ eius epiſtolæ, ſed abijciantur, eò quod vehementer inutiles ſunt. His adijcimus etiàm, anathematizandū eum, ſi permaneat in eo propoſito, cum ſequacibus ſuis. Conſequens enim erat, vt omnes in Synodo conuenientes epiſcopi deponerent authorem ſcandalorum et ſchiſmatum, in omni terrarum orbe factorum inter eccleſias, & concordarent in ſententia contra eum iuſtè prolata.

Conſtantinopolitani concilij epiſtola ad Georgiū Alexādriæ epiſcopum, ſuper excommunicatione ac depoſitiōe Aëtij, Serræ & eius ſequacium.

Sed præter vota ſpemque noſtram, Serras & Stephanus, Heliodorus & Theophilus, in noſtra ſententia concordare noluerunt, neque in eius depoſitione ſubſcribere: cum ſcilicet Serras etiàm aliam veſanā arrogantiam eiuſdē accuſaret Aëtij. Dicebat enim, eum aſperiora præſumere atq; dixiſſe: quoniam ea quæ Deus hactenus celaſſet Apoſtolos, reuelata ſibijpſi fuiſſent. Poſt huiuſmodi veſanos ſuperboſq; ſermones a memorato Serra de Aëtio proteſtatos, flecti tamen precibus nequiuerunt, vt in noſtra fierent determinatione concordes. Veruntamen nos longanimi-

Serras & eius aſſeclæ ſententiæ cōcilij Cōſtātinopolitani ſuffragari recuſant, q aduerſus Aëtium ∗∗ ferant.

rate detenti, multo tempore ſuſtinuimus eos, nunc indignantes, nunc rogantes, nunc interminantes, nunc iterum ſuppli cantes vt conuenirent nobiſcum, & conſona omni concilio definirent. Suſtinebamus igitur, ſi forſitan audirent, ſi forſitan intelligerent, ſi fortè proſpicerent.

Serræ & ſociorum ei' pertinacia & faſtus.

Cumque multo tẽpore nobis perdurantibus non flecterentur, ſequi ſententiã ſuper prędicto viro prolatam, eccleſiæ honorabilius eſſe, quam horum virorum amicitias iudicantes, finiuimus contra eos excommunicationem, tempus ſex menſium ad agendum pœnitentiam, eis dantes inducias, vt, ſi intra hoc tempus conuerterentur, & conſentirent definitionibus fratrũ ſuorum, ſuſciperentur in eccleſiam, & propriam fiduciam charitatemq; repararent. Si verò ſine pœnitentia permanerent, amicitiasque hominum regulis eccleſiæ & concordiæ noſtræ præponerent, tunc eos epiſcopatus dignitate eſſe iudicamus extraneos. Quibus depoſitis, neceſſarium erit vt in eorum locis alij conſtituantur epiſcopi, vt legalis eccleſia competentem ſumens ordinem, ſibijpſi concordet, epiſcopis videlicet vniuerſis ſeruantibus vinculum charitatis, eademque cum perfectione dicendo in vno intellectu, vnaque eſſentia. Vt ergò cognoſcas quæ concilio placuerint, hæc tuæ reuerentiæ ſcripta tranſmiſimus, orantes vt gratia Chriſti iſta cuſtodiens, pacificè & legitimè regas ſub te conſtitutas eccleſias. Hęc Synodus Conſtantinopolitana ex Theodorito. De hac re vide plura in Aetio, Acacio, & Eudoxio.

Eiſdẽ induciæ dantur ad agẽdum pœnitẽtiã.

SERGIVS CONSTANtinopolitanus patriarcha. 27.

Sergi' Monothelitarũ dux & propagator.

SErgius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Monothelitarum hæreſis princeps & propagator fuit, duas quidem in Chriſto eſſe voluntates & virtutes operatrices, diuinam videlicet & humanam ante vnionem aſſerens, ſed deindè ità vnitas fuiſſe & confuſas, vt in vnam eandemque naturam abierint, atque mixtionem ſubierint: adeò vt & diuinitas ea, q; humanitatis ſunt, paſſa fuerit, & contrà. Quamobrem eos, qui hæc ità ſunt opinati, Monophyſitas & Theopaſchitas diui patres noſtri cognominauerunt. Floruit autem hic Sergius ſub Phoca Imperatore & Sabiniano Romanorum ſummò pontifice, circa annum Domini 604.

Monophyſitę & Theopaſchitæ qui.

De hoc ſcribit Nicephorus lib. 18. cap. 54. Sedenim Iacobitarum cõtagione Sergius etiàm, qui non ità pridèm Archiepiſcopatûs Conſtantinopolitani gubernacula ſuſceperat, maximè infectus eſt, per quem Monothelitarum hæreſis admodũ eſt propagata. De hac re vide plura in Monophyſitis, Iacobitis, Theopaſchitis, Armenijs, Chazinzarijs, & Aphthartodocitis, & alijs.

Nicephor'

SERGIVS PSEVDOmonachus. 28.

Sergius Pſeudomonachus Arrianus & Neſtorian' ſecta.

SErgius monachus primò, ſed à monachatu reſiliens, in errorem Arrij atq; deindè Neſtorij prolapſus eſt, Chriſtum Dei filium ex virgine Maria natũ, hominem duntaxat, non etiàm Deum, eſſe contendens, Heraclij Imperatoris, & Honorij 1 Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 630.

Hic in Arabiam veniens, Mahometo pſeudoprophetæ & Antichriſti præcurſori adhæſit ac ſociatus eſt, quem in vtroq; Teſtamento multa falsò detorta & interpretata docuit, multaſque leges, quas poſteà ipſe Mahometus promulgauit. Ex quo & ſuum ſatanicum Alcoranum Saracenis compoſuit, innumeris blaſphemijs & nenijs ſcatentem. Dè quo vide ſuprà in Mohomete,

Alcoran'.

SERPENTICOLAE. 29.

Num.21. Deut.8. Iudith.8. Sapien.16. & 17. Ioan.3. 1.Cor.10.

SErpenticolę ſunt, qui quondàm apud Iudæos ſerpentem æneum, quem, cũ illi deſerto & vaſta ſolitudine in Deũ demurmurantes, à ſerpentibus ignitis morderentur atque deperirent, iuſſerat Domin' ſeruo ſuo Moſi fieri atque ſupra lignum erigi, vt qui in illum intuerẽtur, a plagis & vulneribus ſuis ſaluarentur, adorabant, eique ſacrificabant. Quę ſane im-

pietas vſque ad Ezechiæ regis tempora apud eos perdurauit, quemadmodũ quarto libro Regum, ca. 18 habetur in hęc verba: Anno tertio Oſeæ regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda fecitque quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, confregitque ſerpentem æneum, quem fecerat Moſes. Siquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum. vocauitque nomen eius Noheſtan, vel, vt alij volunt, Nehuſtan, id eſt, æneum.

4. Reg. 18.

Ezechiæ regis in Deũ pietas.

Iuſſit quoq; ille Rex beatiſſimus (vt inquit Philaſtrius Brixienſis epiſcopus) dele ri atque ferro radi, penituſque excindi impreſſiones ſiue inſcriptiones quaſdã, quas Iudæorũ populus faciebat in lapide quodam magno velut obeliſco, qui in templo, loco columnæ erectus erat: ex quo tollentes diuerſas formulas velut quarũdam literarum, & in lamina ponentes, in collo baiulabant, quibus incantationes quaſdam & maleficia exercebant, atque percolebant ea velut tutamina quadam, in pectore ſuo illa portantes, quæ Dominus in lege paſsim fieri vetuerat, quod paganæ cæcitatis hæc eſſet impietas. Pro quo merito hoc etiam illi ſcriptura ſacra defert elogium, quòd poſt eum non fuit ſimilis ei de cũctis regibus Iuda, ſed neq; in his qui ante eũ fuerunt. Et quia in Domino Deo Iſrael ſperauit, adhæſitq; ei omninò, & nõ receſſit a veſtigijs eius, fecitque mandata quæ preceperat Dominus Moſi, ideo erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, ſapienter ſe agebat, liberatuſque eſt ab obſidione Perſarum & Aſſyriorum, qui ad captiuandũ & in ſeruitutem redigendum Iudæorũ populum venerant. adeò ſanè, vt illa nocte, qua maxime Barbaros reformidabat rex Ezechias, angelus Domini miſſus è cælo, centum octogintaquinque millia alienigenatum, ciuitatem Hieruſalẽ obſidentia, nocte ſilenti in eorum caſtris percuſſerit, eoſque exanimes atq; mortuos, mane facto, regi omnique Iudæorum populo demonſtrauerit. Hæc ex Philaſtrio lib. de hæreſibus.

Iudæorũ ſuperſtitio

4. Reg. 18.

Ezechiæ regis elogiũ.

Centum octogintaquinq; millia vna nocte ab angelo occiſi, in vltionem blaſphemiæ.

SERVETIANI.

30.

SErvetiani à Michaele Serueto Hiſpano, quondam Caluini atque Farelli collega, dicuntur: ſuntque ſecta Antilutherani, ad tertiam porrò noſtri ſeculi Euangelicorum claſſem pertinentes: q ſuam hæreſim euomuit Caroli quinti Imperatoris Germani, & Pauli tertij ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 1538.

1. Hic, vt ſcribit Lindanus Dubitantij ſui dialogo 2. nondum annos natus viginti quinque, ſe iactabat vnicum orbis totius prophetam, teſte Caluino in eius actis. In Aphricam profectus, Alcoranũ cum didiciſſet, libros ſcripſit, qui Eccleſię doctrinam in Mahumetiſmum transformant, (inquit Palladius catalogo hæreſeon) Deum eſſe vnicam perſonam. Negat enim in Chriſto ex virgine nato, duas eſſe naturas.

Serueti impia dogmata.

Monophyſitarum hęreſis per Seruetum renouata.

2. De peccato & Iuſtificatione tantùm loquitur vt Philoſophi & Phariſæi.

3. Spiritum ſanctum quoque negat eſſe tertiam perſonam, ait Eraſmus Alberus, lib. 2. contra Carolſtadium.

Porrò Caluinus eum miniſtris Geneuenſibus, quandò eum igni cremandum (licèt ſupplex gladium flagitaret, ac miſericordiam, teſte Caluino, ingenti precaretur boatu) tradebant, propoſitiones impias trigintaocto, & in Deum blaſphemas collegerunt. Confeſſio quoque Manſueldenſis eius errores refutat, quos hîc rememorare non eſt locus, niſi quòd puerorũ baptiſma docet pluſquam Mahumeticè, immò diabolicè, eſſe deteſtandam abominationem, regni Chriſti conculcationem, Spiritûs ſancti extinctionem, ac Chriſti denique abnegationem. Vult tamen anno demum trigeſimo baptiſmũ eſſe dandum. Hæc Lindanus.

Serueti 38 impię propoſitiones.

In Baptiſmum eiuſdẽ blaſphemiæ.

De hoc item Hoſius libro primo de hęreſibus noſtri temporis, ſcribit in hunc modũ: Cæterùm (inquit) exorti ſunt demùm è ſchola Lutheri Ioannes Campanus, & ex Hiſpanijs Michael Seruetus, q libros aliquot de Trinitatis erroribus, plenos erroribus & blaſphemijs ediderunt. In ijs nunc tandem veteres Arrij & Macedo-

Hoſius.

Arrij & Macedonij errores per Seruetum renouati.

cedonij errores in lucem reuocare, fidemque quam in Niceno & Conſtantinopolitano primo concilijs Patres congregati nobis tradiderunt, labefactare conantur. Solum enim Deum patrem, & neminem alium adorari & inuocari debere contendunt, quòd ille ſolus videt corda noſtra, quod nulla creatura facere poteſt. Et eſt præceptum veteris legis, vt qui quenquã alium adorauerit præter Deum ſolum, occidatur. Ad quem Deum, alium intercesſorem, procuratorem, & mediatorem habemus nullum, præter vnum Dominum Ieſum Chriſtũ. Quid autem aliud his verbis, quàm adoratio inuocatioq; Dei filij, & Dei Spiritûs ſancti prohiberi videtur?

Seruetica hæreſi nulla ſcripturarum armis inſtructior.

Longè tamẽ lateq; ſparſa ſunt hæc Seruetica contagia: quæ cum impietate ſuperare ceteras hęreſes videantur, nulla tamẽ eſt ex omnibus noſtri temporis hæreſib⁹, quæ ſit hac ſcripturarum armis inſtructior. Nihil enim crepat aliud, niſi ſcriptura ſcriptura, Euangelium Euangeliũ. Ac vide quæ fuerit hominis iſtius confidẽtia. Quamuis Caluini ſcriptis fuerit hic error ipſius oppugnatus, auſus eſt tamen proficiſci Geneuam, & cum eo ſermonẽ conferre. Tandem poſt multam & acerbam diſputationem, cùm dogma ſuum pertinaciter tueretur, capitis eſt damnatus. Quod vrgente Caluino factum eſſe, dubium non eſt: qui mox librum etiàm edidit, quo doctrinam eius explicat, & rẽ omnem, quemadmodum acta ſit, deſcribit, ſimulq; in hæreticos rectè gladio vindicari docet. Hæc Hoſius. De hoc vide etiàm in Campaniſtis.

Seruetus à Caluino damnatus & occiſus.

SETHIANI.

31.

Sethianorũ fabuloſa vanitas & ſuperſtitio.

SEthiani, vel (vt Tertulliano placet libro quem de hæreſibus cõſcripſit) Sethoitæ, à Seth Adæ filio natu tertio dicti ſunt, quẽ Iudæi quidam venerari dicebantur, quemadmodum author eſt Philaſtrius, & Auguſtinus libro de hæreſibus, ca. 19. Dicebant enim illi, Seth de ſuperna matre natum fuiſſe, eam aſſerentes cum ſuperno patre conueniſſe, vndè diuinum illud ſemen naſceretur tanquã filiorum Dei. Apud eos enim maſculi & fœminæ, dij deæque eſſe putantur.

Cur Sethiani Seth filium Adæ colebant.

De his Philaſter ſcribit in hunc modum: Sethiani, Seth Adæ filium, qui pòſt interfectionem Abel beatiſſimi natus eſt, ideo colunt & venerantur, quod duobus creatis hominibus in initio, & angelis in diſſenſione conſtitutis, Deus in iuſtum Seth, quem pro Abel pepererat mater Eua, magnæ virtutis ſpiritum collocâſſet, vt hoc pacto poſtea deſtrui inimicæ virtutes: quodq; de ipſo Seth Chriſtum Dominum genus deductum aiebant: immò eorum quidam non ſolùm genus de eo deductũ, ſed etiam ipſum eſſe Chriſtum aſſerebant & opinabantur. Hæc ex Philaſtrio.

SEVERIANI.

32.

SEueriani à Seuero quodam Tatiani heretici diſcipulo ſunt appellati. Fuit autem Tatianus hic, Iuſtini martyris auditor, de quo infra dicetur. Idque Marci Antonini Philoſophi Imperatoris, & Soteris ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 178. Cuiùs etiam pontificis ſucceſſor Eleutherius, ſtatuit contra eoſdem Seuerianos (quemadmodùm author eſt Irenæus libro tertio, capite 3. & Euſebius lib. 5. cap. 6.) nè quis Chriſtianus aliquem cibum, quo veſcerentur homines, ſuperſtitionis cauſa abominaretur.

Eleutherij papæ cõtra Seuerianos ſanctio.

Seuerianorũ hęreſes.

1. Seueriani ſiquidem cibos, quos Deus humano generi propoſuit ad veſcendũ, damnabant, teſte Iſidoro, vinumque potiſſimum, quo nullo pacto licere vti adſtruebant, eò quòd fabuloſa quadam vanitate (vt Auguſtinus ait) dicerent, de ſatana & terra vitem germinâſſe.

2. Aſſerebant etiàm, primos parentes Adam & Euam eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos propter eorum primum inobedientiæ peccatum: quo contra Salomon de ſapientia loquens, ità ait: Hæc illum, qui primus formatus eſt a Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto ſuo. Quæ verba manifeſtò docent, Adam damnatum non eſſe, ſed Sap. 10.

per-

per Dei miſericordiam ſalutem cõſequutum.

3. Carnis reſurrectionem negant.

4. Vniuerſum vetus teſtamentum reijciunt.

5. Actus Apoſtolorum non recipiũt, ſed cum librum ex catalogo ſacrorum librorum conantur auferre, vt author eſt Euſebius Cæſarienſis lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 26.

6. Idem Euſebius refert, Seuerum obtrectâſſe Paulo, & omnes eius epiſtolas refutâſſe.

7. Hi deniquè omnem coitum, ſpurcũ fœdumque putabant, aliaque ſimilia aſſirmabant deliramenta, quæ diuus Auguſtinus lib. de hæreſibus enumerat. Cõtra quos etiam Muſanus librum conſcripſit.

Nicephor*

De his autem Nicephorus lib. 4. cap. 4. meminit, in hæc verba: Tatiani ſucceſſor Seuerus, hæreſim illius magis etiam adaugens, cauſam arripuit, cur ſectatoribus illius ad ſe pertractis, à ſuo ipſe nomine Seuerianos eos vocaret. Legem quidẽ, prophetas, & ipſa Euangelia ij quoquè recipiunt, proprijs quibuſdam interpretationibus, prout eis eſt viſum, ſacras ſcripturas accommodantes. Apoſtolum autem Paulum maledictis & conuicijs proſcindentes, Epiſtolarum eius librum, & item Apoſtolorum Acta prorſus reijciũt. Hęc Nicephorus.

SEVERVS ANTIOchenus *epiſcopus.*

33.

SEuerus Acephalorum author, poſt Flauianum in exilium ab Anaſtaſio imperatore pulſum, Antiochenam ſedem inuaſit, Eutychetiſque & Dioſcori prauitati non minimum robur addidit, ſub eodem primùm Anaſtaſio Orientis Imperatore, & Symmacho ſummo Romanorum antiſtite, circa annum Domini 494. deindè ſub alijs, quemadmodum ex infrà ſcriptis luculenter oſtenditur.

Seueri & Dioſcori hæreſis

De eo Ioannes Damaſcenus lib. 3. cap. 3. ità ſcribit: Seuerus, inquit, & Dioſcor*, & eorum ſcelerata cohors, in Chriſto poſuerunt vnionẽ non perſonalem in duabus naturis verè ſubſiſtentem, ſed tantũ habitualem, id eſt, ſecundum habitum, proprietatem, conditionemque quandã diuinam, qua, cùm ſolus eſſet homo, diuina tamen aſſiſtente per quandam participationem virtute, miracula operaretur. Hi porro hæretici in quinta Synodo Conſtantinopolitana damnati ſunt.

Acephalorum, id eſt, capite carẽtium hæreſis quædã eſt, cuius author Seuerus fuit. Suidas.

De hoc Seuero Nicephorus hiſtoria eccleſiaſtica lib. 16. cap. 29. ſcribit in hunc modum: Flauiano in exilium fraude quadam abacto, proptereà quòd Chalcedonenſem ſynodum ad imperatoris mandatum anathemate damnare recuſaſſet, & petram quandam præruptam & ſub limitem in Palæſtinæ finibus incolere per vitam iuſſo: Seuerus impius & Acephalos, hoc eſt, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioſcorus, Antiochenum conſcendit thronum: qui Zozopoli Piſidię ortus, Beryti legum ſcientiæ, & actionibus forenſibus operã dedit. Atque vbi Chriſtianam addidicit doctrinam, confeſtim animo mutato, Baptiſmi lauacro initiatus eſt in Leontij illuſtris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia ſitum eſt. Et deindè monaſticam vitam in domicilio quodam inter Gazam & Maiumam oppidum coluit.

Seuer* primò monachus.

Porro Seuerus ſermonem primum diſputando cum Nephalio contulit, qui eiuſdem cum illo opinionis antea fuit, naturam in Chriſto profeſſus: poſtea autẽ & ipſe Chalcedonenſem ſynodum, & eos, qui duas naturas perhibent, tutatus eſt. Et cùm ſe confidentius arrogantiusque Seuerus in diſputationibus gereret, vna cum popularibus ſuis, alijsque etiàm plurimis, eandem opinionem conſectantibus, monaſtico domicilio ſuo à Nephalio eiectus eſt. Atque ille indè in imperialem conceſſit vrbem, Imperatori ſupplicaturus, vt ſibi atque ſuis, qui cum eo pulſi fuerant, phrontiſteria ſua reſtituerentur. Ita factum, vt in Imperatoris & Senatorum notitiam perueniret: ſicuti hoc, q Seueri vitam conſcripſit, refert. Ioannes porrò qui cum illo iudicio contendit, ſcriptum reliquit: Seuerum, cùm conſecrari deberet, iuramentum in ſcriptum relatũ Imperatori Anaſtaſio obtuliſſe, à quo die tho-

throno Antiocheno potius eſſet, haudquaquàm ſe ſynodum Chalcedonenſem anathemati ſubiecturum eſſe. Eumque eo ipſo, quo conſecratus eſt, die, a ſectatoribus ſuis inſtigatum, pro concione ex ambone anathema in eam ieciſſe: idemque diſertis verbis, cum ſynodales literas ſcriberet, feciſſe. Qua de re literæ ad Alciſonem ſcriptæ, hæc referunt in hunc modum

Seuerus cõſultò periurus.

Synodales Timothei Conſtantinopolitani epiſcopi hic in Palæſtina receptæ ſunt: Macedonij autem & Flauiani condemnatio recepta non eſt, ſicuti neque ſynodalia ſcripta Seueri. Quin illi etiam qui eas huc attulere, conuicijs atq; contumelijs, pro eo atquè conuenit, affecti, pfugerunt: propterea quòd aduerſus eos populus & monachi commoti eſſent. Ac res in Palæſtina quidem ſic ſe habuere. Antiocheni autem nonnulli in ſententiam eorum abducti ſunt, in quibus etiã eſt Marinus Beryti epiſcopus: quidam autem neceſſitate & vi adacti, eiſdem Seueri ſynodalibus literis, anathema ſimul & in ſynodum, & in reliquos, quòd duas naturas aut proprietates carnis & diuinitatis Domini profitētur, complectentes, aſſenſere. Aliqui porrò, quoniam vi & metûs cauſa aſſenſi fuerant, ſentētia mutata, errorem reuocârunt: inter quos ſunt qui ſub Apamea cenſentur epiſcopi Quidam verò omninò eis non conſenſēre, in quibus ſunt Iulianus Boſtrenſis, & Epiphanius Tyrius, aliique (vt dicunt) epiſcopi quidam. Sed enim Iſauri nunc reſipiſcentes, cùm priorem ſuum condemnant errorem, tum Seuerum factionisq; eius populares anathemate iugulant. Alij qui ſub Seuero ſunt epiſcopi & clerici, eccleſijs relictis, fugerunt: quorum vnus etiàm eſt Iulianus Boſtrenſis, & Petrus Damaſcenus, qui hic ſunt. Sed & Mamas, q vnus ex Dioſcorianis eſt, duas naturas ab initio incarnationis Verbi, ſed poſteà vnam tantùm naturam profitentibus, à quibus etiàm Seuerus tranſuerſim ductus eſt, cùm illorum anteà præfractam temeritatem condemnâſſet.

Seuerus catholicorũ pſequutor

Rurſus idem Nicephorus lib. 17. ca. 2. Eccleſijs tempore Iuſtini primi, inquit, præfuerunt Romæ Hormiſdas, Agapit⁹, & Agathon: Byzantij Macedonius, Timotheus, & Ioannes Cappadox: Alexandriæ, Ioannes & Dioſcorus: Hieroſolymis, Helias, Ioannes, & Petr⁹: Antiochiæ verò Seuerus Flauiani ſucceſſor thronum per tyrannidē tenebat, plurimũ in Chalcedonenſem ſynodum inuehens. Is cùm ità animatus eſſet, quotidiè (vt ità dicam) anathemati Synodum eam ſubiecit: potiſſimùm verò in eis, quæ Enthroniſticæ ſiue Synodales dicuntur epiſtolis, quas ad loci cuiuſlibet patriarchas mittebat. Vnus autem eas Ioannes, qui priori Ioanni Alexandriç ſucceſſerat, atque item Dioſcorus & Timotheus, recipiebant: per quos nugamenta multa aduerſus Eccleſiam ſunt inducta, & populus in innumerabiles opiniones diuiſus.

Qui tẽpore Iuſtini primi ſacris

adminiſtrãdis ſummarum ſedium præfuerint epiſcopi.

Sed enim Imperator fideliſſimus primo imperij ſui anno Seuerum commeritas petulantis verborum lubricitatis pœnas pendere, linguamque eius radicitùs excindere iuſſit. Rei ei, ſicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinum Antiochiæ dux. Quod ſanè verum eſſe literis ſuis Seuerus ipſe confirmat, Irenæum videlicet pœnam ſibi eam tumultûs concitati gratia molitum eſſe. Ad amicos enim quoſdam Antiochenos ſcribens, exilium ſuum fugamque commemorat, & quàm plurima in Irenæum ſcommata & conuicia iacit, propterea q diligentiùs ille cuſtodibus diſpoſitis hominem, nè ex vrbe Antiochena profugeret, ſeruârit. Noui ego quoſdam qui ſcribunt, a Vitaliano pœna hac Seuerum eſſe affectum, quum primas adhuc apud Iuſtinum ferens, linguã illius ab eo petijſſet. Verùm thronum Antiochenum deſeruit Gorpiæo menſe, quem Septembrē Romani vocant. Eius diſceſſu in ſedem eam Paulus conſcendit, qui perindè atq; ille aduerſus quartam Synodum occultè per rabiem latrauit. Ac tum quidem ille Synodum eam publicè eſt profeſſus: paulò pòſt verò ſua ſponte ſe ab eccleſijs ſubduxit, & ad communem deindè locum vita finita abijt. Et poſt hunc Hieroſolymis veniens Euphraſius, epiſcopatũ Antiochenum ſuſcepit.

Huic linguã, Iuſtino iubēte, exſcindi debuit.

Rurſum idem Nicephorus eiuſdem libri c. 7. de eadem Chalcedonenſis conci-

lij profeſſione & fide differens, quæ ſub Iuſtiniano & eius vxore Theodora accidêre, ità refert: Iuſtinianus porrò vbi imperio toto ſolus potitus eſt, Synod[9] Chalcedonenſis Iuſtini ſanctionibus in omnibus vbique eccleſijs obtinebat. Adhuc tamen in quibuſdam prouincijs res eccleſiaſticæ propter turbas in ſtatu ſuo non erant. Potiſſimum verò id mali in vrbe Imperiali & Alexandria ipſa obuerſabatur: vbi etiam nõ ita liberè protsùs iactabatur. In vrbe imperante Anthimus nulla gloria epiſcopatum adminiſtrabat: Alexandriæ verò Theodoſius Dioſcori ſucceſſor ſacra curabat. Vterque vero & Anthimus & Theodoſius, vnam naturam in Chriſto eſſe poſt vnionem opinabantur. Verum Iuſtinianus magno animo Chalcedonenſem ſynodum defendebat, ſanctionibusq; eius admodum addictus erat. Coniux autẽ eius Theodora, eos q. vnam profitebantur naturam, idipſum magis veritati conſentaneum eſſe arbitrata, tuebatur. Si quandò enim de fide oboritur controuerſia, non modò parentes à liberis, & cõtra, ſed etiam coniux a marito ſuo, & vir à coniuge per ſeditionem diſſentit. Iuſtinianus ſanè & Theodora, neſcio quo pacto (fortaſsè autẽ ex compoſito) opiniones diuiſerant, ità vt ille quidem duas naturas in Chriſto poſt vnionem profitentes propugnaret, hęc autem vnam aſſerentibus naturam adhæreret. Neq; ſibi inuicẽ quicquam concedere videbantur, Iuſtinianus ſcilicet in Chalcedonenſibus decretis fortiter admodũm perſiſtens, eaq; defendẽs: Theodora verò aduerſæ maximè parti addicta, quæ eis q. naturã vnam deprędicabant, multam curam præſtabat, neque noſtrates interim prorsùs negligens. Illis verò tam ingentẽ impendebat pecuniam, eosq; quàm maximè adiuuabat.

Theodora hęreticos præmijs & omni cura iuuat.

Cuius quum ea eſſet ſententia, ſæpiùs illa Iuſtinianum aggreſſa, vix tandem ei perſuadet, vt Seuerum Conſtantinopolim euocet. Circunferuntur hodiè quoq; Seueri ad Theodoram Auguſtam & Iuſtinianum ipſum epiſtolæ, per quas oſtẽdit, quum primum quidem ille profectionem ad eos ſuam, ex quo Antiochenam reliquit ſedem, diſtulerit, poſteà autem ad imperantem peruenerit vrbem: ſe & Anthimum eadem ſenſiſſe, eandemque ſecum de diuino numine opinionẽ illũ obtinere reperiſſe: ſeq; illi etiam vt thronum ſuum relinqueret, perſuaſiſſe. Scripſit autem hæc quoque ad Theodoſium Alexandriæ epiſcopum, in quibus literis, gloriari etiam videtur, quod in eam ſententiam eum ipſum Anthimum adduxerit, vt eiuſmodi deteſtanda dogmata temporaneæ etiam iſti gloriæ ſupremæque cathedræ præferret. Sed & Anthimi hiſce de rebus, atque itidem Theodoſij ad Seuerum & Anthimum epiſtolæ extant: quas eam ob cauſam prætermiſi, ne ingentem talium ſcriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimuero quòd eum Imperatore non conſentirent, ſed contra illius iuſſiones venirent, & Chalcedonenſem ſynodum non reciperent, vterque & Anthimus & Theodoſius, e ſedibus ſuis deturbati ſunt. Itaque in Alexandria Zoilus, in Conſtantinopoli autem Menas ſucceſſit.

Seuer[9] Cõſtãtinopolim euocatus ſuaſu Theodoræ Auguſtæ.

Accidit itaq; tum, vt in eccleſijs omnibus ſynodus Chalcedonenſis clarè prædicaretur, & vt nemo illam vel anathemare vel calumnia expetere auderet. Qui verò aliter facerent, omnibus modis adigebantur, vt pedibus in eam ſententiam irent, in eaque conquieſcere cogerentur. Promulgauit quoque conſtitutionem Iuſtinianus, in qua Seuerum vna cum alijs anathemate ferit: & præterea quicunque illi addicti eſſent, opinionemque alienã complecterentur. Atque eoſdem etiam grauibus pœnis ſubijcit. Ita factum, vt timore omnes percellerentur, & cunctæ vbique eccleſiæ idem ſentirent, neque poſtea ſchiſma ſiue diſſidium aliquod in eccleſijs reliquum eſſet: ſed vt omnes omnium ditionum Patriarchę inter ſe cõuenirent, & locorum quotumcunque epiſcopi duces ſuos ſequerentur, propalãque per orbẽ vniuerſum in eccleſia quatuor tantùm Synodi celebrarentur: prima, Nicena trecentorum decem & octo patrum. ſecunda, Conſtantinopolitana: tertia, Epheſia prior. quarta, Chalcedonenſis. Coacta verò eſt quinta quoque Iuſtiniani iuſſu à centum ſexaginta ſanctis patribus aduerſus Origenem illum

l. Reddentes honorẽ §. Suſcipimus autẽ C de ſumma Trinitate.

inſa-

inſanum: cui præfuerunt Vigilius Romanus Papa, Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenſis, & Damianus Hieroſolymitanus, anno 545.

Ex cap. 9. Porrò quum Agathon adhuc in rebus humanis eſſet, altera Conſtantinopoli prouincialis ſynodus coacta eſt, cui Agathon & Menas præfuerunt. In hac Seueri Antiochiæ, & Petri Apameæ Syriæ epiſcoporum, necnon Zooræ monachi Syri res, in quæſtionem deductæ ſunt. Aduerſus quos Paleſtinæ, vrbis Conſtantinopolitanæ, & ſecundæ prouinciæ Syriæ monaſteria, libellos obtulerunt. Sed enim poſtea quam deprehenſi ſunt rebus illicitis inuoluti eſſe, & quod maximum eſt, Chalcedonenſem ſynodum anathemate configere, prætereà Anabaptiſmos, aliaque neſandæ obſcœnitatis plena facinora peragere, & naturam in Chriſto vnam docere: & ipſi & quicunque cum eis in eadem erant ſententia, exploſi ſunt atq; reiecti. Lata quoquè lex, Seueri ſcripta conſeruari non debere: atque ſicubi reperirentur, vt igni comburerentur: ſin minus, vt capitis ſupplicio in eum animaduerteretur, qui ſcripta talia ſibi ſeruanda eſſe ſtatuiſſet. Hoc idem Hormiſdas quoquè, qui ante Agapetum & Agathonem epiſcopatum geſſit, celebrata Romæ ſynodo decreuit, cuius etiàm actorũ epiſtolæ circunferuntur. Adhæc Synodus ſanxit, vt ſancta quatuor œcumenica cõcilia, & diuus Leo, eiuſdemque Tomus per vniuerſum orbem prædicarentur. Inſuper vt Euphemius & Macedonius Conſtantinopolitani, & Flauianus Antiochenus epiſcopi, in integrum reſtituerẽtur, atque in ſacratum tabulatum album referrentur: quippe qui egregiè pro veritate decertâſſent, rebus omnibus quæ aduerſùs illos cœptæ actæque eſſent, abolendis. Quæ aliarum quoque prouinciarum atque eccleſiarum ephori approbantes confirmârunt. Atque equidem quæ in vrbe imperante aduerſus Anthimum, Seuerum, Petrum, & Zooram, ante ſanctã magnam vniuerſalem quintam Synodũ, cuius antè meminimus, geſta ſunt, ſic habent.

Anabaptiſmi damnatio.

Synodus Rom. prouincialis.

Euphemi⁹, Macedonius, Flauianus, deſuncti etiam in integrũ reſtituti.

Quomodò verò hæc Seueri hæreſis ſub Mauricio Romano Imperatore per Gregorium Theopolitanum ſeu Antiochenæ ſedis præſidem nutu & inſpiratione diuina, ſit tandèm exterminata, referri idem Nicephorus lib. 18 cap. 23. in hæc verba: Poſtquam autem (inquit) Choſroes cruces quaſdam & diſcum aureum non paucarum miliarum ponderis, in honorem victoris martyris Sergij DEO dedicauit, Gregorius nutu diuino ſolitudinẽ, quæ Limetarum nomen habuit, peragrans, & loca ibi omnia circumiens, Seueri dogmata, quę in eis partibus inualuerant, exterminauit: & ſana doctrina eccleſijs propoſita, multa caſtella & vicos populoſque frequentes, clerum ſimul & monaſteria, ad veram orthodoxorum & rectè ſentientium eccleſiæ diſciplinam adduxit. Hactenùs Nicephorus. De hac re vide plura in Anthimo & Theodoſio: item in Agnoëtis, Monophyſitis, & Ioanne Philopono Alexandrino grammatico.

Gregorius Theopolitanus hæreſim Seueri exterminat.

SIGNIFICATIVI.

34.

Significatiui, ſunt ex noſtri ſeculi Sacramentariorum familia, nimirùm qui teſte Staphylo ex Lutheri primũ, deindè ex Carolſtadij & Zuinglij ſchola exorti, affirmant, nõ verum corpus Chriſti eſſe in Cœna Domini, (ſic enim illi ſolent altaris Sacramẽtum appellare) ſed corporis ſignum tantùm. Ita Zuinglius ſcribit in multis ſuis de Cœna Domini libris. De his vide in Sacramentarijs, Ioanne Oecolampadio, Luthero, & Zuinglio.

Significatiuorum error.

SIMONIACI.

35.

Simoniaci vel Simoniani, à Simone magicæ diſciplinæ peritiſſimo ſunt appellati. Fuit autem ille natione Samaritanus, ex villa quadam Gitthon vocitata, magicis artibus & ope dæmonum multos eludens, vt qui ſe eſſe virtutem quandam magnã, quæ ſupra virtutes omnes eſſet, aſſerere non vereretur: adeò q; omnes qui in Samaria erant, eidem auſcultarent, dicentes, vt eſt in actis Apoſtolicis: Hic eſt virtus Dei quæ vo-

Simon magus, virtus Dei magna à Samaritanis appellatus.

Act. 8.

catur magnā. Cúmque iam multo tempore ſuis præſtigijs Samaritanos dementâſſet, eum tandem perindè atq; patrem venerabantur & colebant: ità vt apud illos numinis loco habitus fuerit, & honore ſimulacri decoratus, cùm hac inſcriptione: Simoni Deo ſancto. Ab hoc itaq; (teſte Euſebio lib.2. eccleſiaſt. hiſtor.) caput totius prauitatis & omnis hæreſis principium cœptum eſt, idque ſub Domitio Nerone, & Petro Apoſtolo, circa annum Domini 55.

Simōis magi hæreſes.

Hic cùm à Philippo diacono, in Samaria verbum Dei annunciante, baptiſma ſuſcepiſſet, & ab eo Apoſtolisque Ioanne & Petro fidem Chriſtianam edoctus fuiſſet, ab ea tandem reſilijt, ſceleratamque & pernicioſam hæreſim ſeminauit.

1. Dicebat enim, Chriſtum nec veniſſe, nec à Iudæis quicquam mali pertuliſſe: immò ſe ipſum Chriſtum eſſe aſſerebat. Vndè diuus Hieronymus contra Luciferianos: Simon magus (inquit) & Menāder diſcipulus eius, ſe Dei aſſeruêre virtutes.

2. Docebat, promiſcuum fœminarum vſum ità fore licitum, vt quiſque, qua vellet, vti ſine peccato poſſet.

3. Audebat quoquè dicere, vniuerſum hunc mundum ab Angelis factum fuiſſe: angelos autem factos à quibuſdam ſenſibus de cælo præditis, eosque genus humanum feſelliſſe.

4. Intellectum autem quēdam alium aſſerit eſſe, qui in mundum ſaluris cauſa hominum deſcenderit.

5. Spiritusſancti gratiam venalem eſſe putabat, atque ſpiritualia Dei dona pecunia comparari: ex quo peccatum illud & hæreſis ab illo nomen ſortita eſt, vt à Simone ſimonia dicatur. De qua re in Actis Apoſtolorum c.8. ità habetur: Vidēs autem Simon, quod per impoſitionem manuum Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit Apoſtolis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt, cuicunque manus impoſuero, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem ad eum, Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimâſti pecunia poſſideri. Non eſt enim tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.

6. Carnis deniq; reſurrectionem eſſe futuram negabat.

Hic porro, cùm beatum Petrum fugeret, ab Hieroſolyma diſcedens, Romam venit, ibique cum eodem Apoſtolo apud Neronem congredi auſus, Petri oratione tandem deuictus, atque ab angelo percuſſus, ſic meruit interire, (inquit Philaſtri⁹) vt eius magiæ euidens mendacium cunctis hominibus pateſieret.

De quo Nicephorus eccl. hiſt. lib 2. ca. 6. ſcribit in hunc modum: Perſequutione inprimis contra Stephanum excitata, Philippus ex his vnus, qui cum Stephano ad diaconatum erant electi, per diſperſionem eam in Samaria erat, edendorum miraculorum vi oppido quàm pollens. Siquidem tantum ab ea virtute valuit, vt & Simoni, arti ſuæ nuncium remittere, perſuaſerit, qui magicis præſtigijs longo tempore populum ſeduxerat. Vſqueadeò enim impoſturis & incantamentis homines deceperat, & tam celebrem ea ætate magica arte famam conſequutus fuerat, vt Simonem illi magnam virtutem Dei eſſe arbitrarentur. Is igitur Simon talis cùm eſſet, mirificis tamen Philippi rebus, quas ſupra opinionem fidemque hominum edebat, conſternatus, baptiſmum vnà cum reliqua Samaria ſubit, & verbotenùs profeſſionem & fidem in Chriſtum ægrè ſimulat: id quod & alij, qui abominandam eius ſectam erant complexi, faciebant, fraude & dolo authoris ſui venenum peſtiferum in ipſis occultatū, quoàd poſſent, eis, qui id ſuſcipiebant, communicantes. Qui tamen poſteà, quum malitia peruerſitasque eorum deprehenſa eſſet, mirè ſunt reiecti. Quemadmodùm & Simon iſte a diuo Petro, qui impoſitione manuum ſpiritum contribuebat, manifeſtò deprehenſus eſt, gratiam eam venalem eſſe arbitratus: eoque nomine, vt nullius rei homo reprobatus atque repulſus eſt. Itaque ille æmulatione perditus, contra Apoſtolos eorumque do-

Philippus diaconus Simonem magum cōuertit in Samaria.

ctrinam ſe armauit. Hæc ibi.

Rurſus eiuſdem libri cap. 14. Quũ, inquit, ad eum modum perſuaſio & fides in Seruatorem per omnem propagaretur terram, antiquus ille generis ſalutisque noſtræ hoſtis, arte quadam vrbem eam, in qua tum ſummum eſſet imperium, ꝑripere atq; occupare contendens, Simonẽ vico Githon ortum, qui antea Orientẽ peragrans, incantamentis eum atque impoſturis compleuerat, eo mittit, ibiq; ille breui ciues (paucis exceptis) magica ſua arte ſeducit. Eò autem impietatis peruenit, vt, quum Deus eſſe crederetur, tum ſtatua magnifica in flumine Tiberi inter duos pontes honoraretur, cum inſcriptione tali: Simoni Deo ſancto. Atque ità Deus ille nõ tantùm apud Samaritanos, verum in alijs quoquè nationibus princeps Deus colitur. Quin & Helena quædam comes eius, quæ Tyri Phœnicum antehàc in lupanari corpore proſtituto quæſtum fecerat, parem cum eo honorẽ conſequuta, principis intelligentiæ nomen obtinet. Hæc ſic in defenſione profeſſionis nõſtrę ad Antoninum, philoſophus idemque martyr Iuſtinus commemorat. Quibus ſimilia quoquè ſcribit in primo ſuo contra hæreſes libro Irenæus Lugdunenſis epiſc. Vterque autem non longè poſt Apoſtolorum tempora vixit.

Roma à diabolo per Simonem Magum ci⁹ diſcipulũ præoccupata.

Diuini honores ei ibi attributi.

Hæreſum portò omnium dux & princeps Simon iſte habetur. Vndè in hodiernum vſque diem, qui eius ſunt ſectæ & opinionis, ſobrium & ſincerum Chriſtianæ philoſophiæ inſtitutum egregiè aſſimulantes, renunciâſſe quidem idolorum errori videntur, nihilominùs tamen eũ retinere contendunt, ſimulacra & imagines Simonis & Helenæ iſtius erigentes, libationibusque & ceremonijs eos colere ſtudentes.

Simon iſte hæreſum ominum author.

Horum res turpiſſimæ ſtuporem & cõſternationem mentis hominibus afferunt, quippe quę tales ſint, vt tantum abſit, vt ſtylo ſcriptis rectè mandari poſſint, vt propter obſcœnæ fœditatis exuberãtiam, nullum eas modeſtum & pudicum os eloquatur. Quidquid enim extare aut cogitatione concipi poteſt, quod turpitudine quauis ſit impurius, id omne hæreſis iſta omnium ſceleratiſſima atque nefandiſſima longè ſuperauit, hominibus miſeris, peccatisque oneratis mulierculis imponens. Tantum parentem, authorẽ, & ducem aduerſarium magnis Chriſti diſcipulis, iam inde ab initio humanæ ſalutis inſidiatrix verſuta illa vis obiecit. At diuina è diuerſo gratia & inexpugnabilis virtus, miniſtris ipſa ſuis ſedulo aſſiſtens, tantorum malorum facem vbique incendium ſpargentem, quam celerrimè extinxit, ſublimitatem omnem, quæ ſe aduersus cognitionem Dei afferret, deijciens atque peſſundans. Quapropter nihil eorum, quæ tum temporis ſuccreſcere cœperunt, malorum, ad ſtatum & vigorem ſuũ peruenit. Veritatis .n. ipſius lux mirificè reſplendens coruſcabat, & recèns cælit⁹ relucens ineluctabile vigebat verbum, Apoſtolorũ concionibus & inſtitutis magìs magisque inualeſcẽs. Proindè & magus iſte, grauiam miſer venalem eſſe exiſtimans, primùm in Iudæa à diuo Petro, tanquam luce clariore, mẽtis oculis perſtrictus, maxima eaque maririma profectione ſuſcepta, ex Oriente Occidentem versus migrat, Romanamq; vrbem præoccupat. Atque ibi cùm cœptis ſuis maxime ſuprema inſeruiret poteſtas, breui admodùm tempore vſqueadeò res ex ſententia ſuccedunt, vt quum ſibi incantationibus & præſtigijs totam conciliaret vrbem, tum ſtatua poſita, vt dictum eſt, diuini ei tanquam Deo exhiberentur cultus & honores.

Deus Simoni iſti magnos Apoſtolos oppoſuit, & Petrum pꝛcipuè.

Sed enim non diù illi fraude ea vti cõceſſum eſt. Nam ſub eodem Claudij Imperio, quæ omnia ſapienter propter ſummum in genus humanum amorem dirigit prouidentia, quaſi anteſignanum & inſuperabilem atque inuictum fidei propugnatorem, qui virtutis ardorisq; gratia, primas inter Apoſtolos diuinitus eſt conſequutus, Petrum, perindè atquè contra feram agreſtem & pernicioſam, excitauit. Is non ſecùs atquè fortis generoſus Dei dux, diuinis inſtructus armis, occidẽtalibus ex Oriente ſupercæleſte perferr lumen, arcanum ſcilicet de Chriſto myſterium, & regnum cælorum læto promulgat nuncio. Atque ad hunc modum quũ in Occidente Euangelica relucerer lucerna, ilicèt Simon ipſe vnà cum fraude &

ſeductione ſua, confeſtim extinctus euanuit.

Simon magus Romæ præſtigijs homines ſeducit.

Nerone autem imperante, (vt idem refert Nicephorus eiuſdem libri cap. 27.) Simon iſte Magus Romæ miracula per imposturas & præſtigia edebat. Canem autem maximum pro foribus catenis vinctum habebat, per quem ad ſe venire volentes, ſi ei minus placuiſſet, arcebat. Aduenit porrò magnus ille Petrus ad Simonem viſendum. qui canem eum efferatum & horrendum in ſe ferri videns, quum authorem eundem ante aduentũ ſuum mortis perniciosus fuiſſe, qui ingredi voluiſſent, intellexiſſet, vinculis eum ſoluit, atque humana voce annunciare hero ſuo, Petrum Chriſti ſeruum adeſſe, iubet. Canis porrò quo iuſſus fuerat modo, nuncium perfert. Ad eam rem, qui tũ cum Simone erant, conſternati obſtupuerunt. Quibus ille: Nihil noui eſſe, ſe quoquè eadem facere poſſe dixit. Itaque canem exire, & Apoſtolum ad ſe vocare iubet. Petrus accitus ingreditur. Ibi in colloquio mutuo multa inter ſe verba faciunt. Miraculis equidem & varijs prodigiorum operibus Simon longè ſuperatur. Quapropter multi ex illis ad Chriſtum accedunt, atque baptiſmum ſubeunt.

Enimuerò & Simon ipſe, dæmonum ei inſeruientium opera, multa admiranda faciebat. Nam vt ſtatuæ mouerentur curabat, & in ædibus vaſa atque inſtrumenta domeſtica ſe ſponte propria hinc inde transferebant. & ipſe flammis circũdatus non vrebatur. Ferebatur quoquè volans in aere. Ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes faciebat. Draconis quoquè formam induebat, & in varias animantium ſpecies mutabatur. Duplici facie indutus conſpiciebatur. In aurum ſeſe totum transformabat. Fores vectibus & clauſtris probè communitas & occluſas, dicto aperiebat. Vincula ferrea diſrũpebat. In conuiuijs omniſaria formularum ſimulacra exhibebat. Vt plurimæ ante eũ præcederent vmbræ, efficiebat, quas defunctorum dudum eſſe animas, nugabatur. Nec ipſe modo ad quã vellet, trãsformabatur ſpeciem: verum etiam alios, quos voluiſſet, in variarum animantiũ formas mutabat. Quoſdam autem, eum planum eum & ſcurrã eſſe coarguere & conuincere tentarent, amicitiæ prætextu ſimulato, bouem ſacrificans ad epulas inuitabat, & indè multiformibus eiſque incurabilibus morbis & immanibus dæmonibus ſubijciebat. Hæc atque his ſimilia, quum diuus quidem Petrus verè ac re ipſa, Simon autem falsò & impoſturarum fuco facerent, Nero vtrunque euocat: & quum quod melius eſſet, diſpicere non poſſet, tum quidem vt inſolentium prodigiorum effectores, ambos tanquam errones & ſcurras, Roma expellit. Poſtea autem animum ad impoſtorem & impurum Simonem, quippe & ipſe impius, maximè confert. Hæc ibidèm.

De interitu verò Simonis, idem Nicephorus tradit eiuſdem lib. 2. ca. 16. in hæc verba: Sed enim (inquit) quum ibi miriſicis beatorũ Petri & Pauli (nam extremis Neronis temporibus Romam, vrbium omnium reginam, quum ibi quoquè Paulus eſſet, Petrus peruenit) miraculis tanta ad Chriſtianiſmum conflueret multitudo, vt numerus eius iniri non poſſet: Nero, penes quem ſumma rerum erat, ad improba impiaq; delapſus flagitia, ea re cognita, contra ipſam diuini cultus armatur pietatem: & percuſſoribus diſpoſitis, tot fideles ferro necat Romanos, vt etiã Senatus admodum iam propter paucitatem ſui ordinis hominum imbecillis, alias ſuper alias accumulatas cædes ægrè ferret. Indè Simoni admodum Apoſtolos perſequenti, aditus liber ad Senatum & Neronem datus. Atque is omnem (vt in prouerbio eſt) mouet funem, vt illorũ etiam nomina è medio tolleret, tãquam qui cædis tantæ multitudinis authores fuiſſent. Itaque Nero Apoſtolis infenſus, planum Simonem ipſe quoque planus eſt complexus. Quum igitur Petrus Simoni reſiſtens, cũ eo ſæpè conflictatus eſſet, tumorque impietatis in malefico illo ſupra modum excreuiſſet, poſtremo quam licentioſiſſimè in conſpectu omnium Romæ ad Petrum, Tu verò quid ait, inquit: proptereàne Chriſtus tuus magnus eſt, quòd a terra cælos conſcendit? Quin & mihi id facere procliue eſt. Et confeſtim manibus extenſis, ſurſum verſum, dæ-

Perſequutio Chriſtianorũ ſub Nerone.

Planus, id eſt, impoſtor, præſtigiator, & fucum faciens.

dæmonibus cum, quibus ſe permiſerat, ducentibus, ferebatur.

Petri oratione Simõ dæmonum ope in cælos euolans, humi ſternitur & moritur.

Petrus autem admodùm anxius eſſe, & cum Deo in corde per precationẽ colloqui: & tandem ſpiritu plenus, poteſtates illas, quæ nefarium hominem in ſublime attollebant, increpare, & vt ab eo diſcederent, iubere. At ille ſtatim præceps deorſum verſus fertur, & humi alliſus, mortuusque rumpitur.

Ibi qui aderant ex populo, quique antea Simonem diuinos vſurpantem honores laudibus celebrauerant, ſubitò ita proſtratum videntes, laudesq; priſtinas per palinodiam decantantes, ingenti claraq; voce, Vnus eſt magnus Deus, acclamant. Locus ſanè ipſe, in quem luctuoſum hoc ſpectaculum incidit, ad hodiernum vſq; diem, Simonium vocatur, etiamnum Simonis Antichriſti perniciem & interitum declarans. Et erant ibi nonnulli, qui eum reuicturum eſſe opinarentur, & ob id diutiùs in publico iacuit. Cæterùm vbi iam cadauer diffluere, maleque olere cœpit, re deſperata, in occultis illum ſepeliere locis. Hactenus Nicephorus.

Epiphani'. De hac re Epiphanius quoquè meminit aduerſus hæreſim Simoniacam, in hæc verba: Dicat Simon, qui ſe magnam virtutem Dei, & meretriculam ſuam ſpiritũ ſanctum appellauit, quomodo tempore certo Romæ debitum naturæ per ſucceſſionem ad ſe delatũ perſoluerit, quomodò in media ipſa vrbe concidens extinct' eſt.

Auguſtin' Item diuus Auguſtinus in ſermonibus de ſanctis: Cùm Simon ſe Chriſtum diceret, & tanquàm filium ad patrem ſe volando aſſereret poſſe conſcendere, atque elatus ſubitò magicis artibus volare cœpiſſet, tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione ſancta vicit magicam leuitatem, & velut vinctum illum de ſublimi aere depoſuit, & præcipitio in ſaxo elidens, crura eius confregit.

Idẽ Auguſ. Idem Auguſtinus epiſt. 86. de ieiunio diei ſabbati agens. Eſt quidem, inquit, & hæc opinio plurimorum, quamuis eam plerique falſam perhibeant, quòd Apoſtolus Petrus Romæ cum Simone Mago die Dominico certaturus: propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridiè cum eiuſdem vrbis eccleſia ieiunauerit, & conſequuto tam proſpero glorioſoq; ſucceſſu, eundem morẽ tenuerit, cuiuſque imitatæ ſint nonnullæ occidentales eccleſiæ.

Ignatius. Ignatius quoquè ad Tralleis: Fugite, inquit, malas ſoboles diaboli, Simonem dico primogenitum generis ipſius.

Vnde 1 q. 1 cap. Fertur: Simoniaca hæreſis eſt, quæ prima contra Dei eccleſiam diabolica ſupplantatione ſurrepſit, & in ipſo ortu ſuo, zelo Apoſtolicæ vltionis percuſſa & damnata eſt.

Et 1 q. 1. cap. Eos. Tolerabilior eſt Macedonij impia hæreſis, quàm Simoniacorum. Iſti enim Spiritum ſanctum efficiunt ſeruum ſuum.

Vincenti' Lirinenſis Et rurſus Vincentius Lirinẽſis libro illo verè aureo, quem aduerſus prophanas hæreſeωn vanitates conſcripſit, ait in hunc modum: Quis ante magum Simonem, Apoſtolica diſtrictione percuſſum, à quo vetus ille turpitudinum gurges vſque in nouiſſimum Priſcillianum continua & occulta ſucceſſione manauit, authorem malorum, id eſt, ſcelerum, impietatum, flagitiorumq; noſtrorum, auſus eſt dicere creatorem Deum? Quippe quẽ adſerit talem hominum manibus ipſum ſuis creare naturam, quæ proprio quodam motu, & neceſſariæ cuiuſdam voluntatis impulſu, nihil aliud poſſit, nihil aliud velit, niſi peccare: eò quòd furijs omnium vitiorum exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum barathra, inexhauſta cupiditate rapiatur. Hæc Lirinenſis.

Qui verò ſint hodiè Simonis Magi diſcipuli, ita declarat Lindanus Dubitantij ſui Dialog. 2. Simon ille Magus, inquit, docuit, nos per opera (teſte diuo Theodoro & Irenæo) non ſaluari, ſed per fidem. An non hic reuiuiſcere tibi videtur in Luthero, Illyrico, & Antidiaphoriſtis, qui opera bona non ſolùm docent non neceſſaria, ſed & ad ſalutem pernicioſa? Idem Deum faciebat peccati authorem, ſic & Lutherus, ait rex Angliæ: ſic Caluinus, teſte Heshuſio: & Libertini, vt ait Caluinus. Hæc Lindanus.

SL

Eccleſ 9.

Luc. 9.

Salomon me, vt id faciam, adhortatur, dicens: Sint veſtimenta tua ſemper candida. Verùm & Seruator in Euangelijs candida veſte vſus eſſe videtur, qui diſcipulis, qui ſecum montem Thabor conſcẽderant, Moſen & Heliam candidatos exhibuerit. Hæc atque his ſimilia quum ità diceret, admirationi hominibus fuit. Quin & illud lepidè, vt ego puto, ab eo dictum, recenſendum eſſe videtur. Aduenerat Conſtantinopolim Leontius, Ancyræ minoris Galatiæ epiſcopus, qui tum ibi Nouatianis eccleſiam ademerat. Conuenit hunc Siſinius, & ſupplicans rogauit, vt corpori ſuo eccleſiam redderet. Quod vbi ille ſe facturum negauit, Nouatianos etiàm conuicijs acerbè proſcidit, minimè eos eccleſiam habere dictitans, quòd pœnitentiam tollerent, & miſericordiam Dei reijcerent. Talia verò, atque alia hiſce ſimilia continuans, quum Nouatianos ſuggillaret: Atqui, Siſinius inquit, & ego, vt haud ſciam an magis quiſquam, pœnitentiam ago. Quum autem Leontius eum, quonam modo pœnitentiam ageret, interrogaret: reſpondẽs ille, Quòd te nunc, inquit, ità animatum video.

Facetè Siſinij in Leõtium Ancyranum epiſcopum dictum.

Vitam is ità produxit, vt eccleſiam Nouatianorum adhuc adminiſtraret, quum Ioannes Chryſoſtomus patriarcham gereret. Et auſus etiam eſt contra eum diſſerere, quum ſcripto ille pœnitentiam introduceret, atque ità diceret: Vel deciès milliès per pœnitentiam reſipiſcens, eccleſiam ingredere. Paratus enim ego ſum pœnitẽtem admittere, vt modò deincèps ſimilibus per peccatum non circunuenia tur malis. Et accidit aliquandò, vt Diuus Ioannes inter deambulandum Siſinio occurreret, eique obijceret, non debere vnam vrbem duos habere epiſcopos. Prodibat enim & ille cum ſplendore & comitatu multo. Cui Siſinius reſpondens, Minimè eam duos habere dixi, ſeipſum germanum legitimumque epiſcopum eſſe exiſtimans. Eo verò dicto grauiùs accepto, Ioannes ad illum: Vides ne, ait, te ſolum eſſe velle Conſtantinopolitanum epiſcopum? Atque ibi rurſum Siſinius: Non hoc ego, inquit, dico: ſed cùm alijs omnibus epiſcopus ſim, apud te vnum is eſſe non exiſtimor. Et Ioanne excandeſcẽte atque inferente: At ego efficiam, vt qui fœdiſſima labores hæreſi, amplius ad populum pro concione verba non facias. Siſinius perquàm facetè verbis eius occurrens: Ego verò, inquit, plurimas etiam tibi agam gratias, ſi me labore & onere tanto liberaris. Quo verbo Ioannes tandem flexus: Quandoquidem, ait, tibi concionandi munus moleſtiam & dolorem parit, minimè tibi, quandò id Deus fecit, concionibus interdicam.

Siſinius cũ D. Chryſoſtomo diſputauit.

Egregia D. Chryſoſtomi de pœnitentia vox.

Apud Socratem eſt: At ego tibi colloquijs ſiue concionibus nõ interdicã, quandò tibi verba facere moleſtum eſt.

Multa verò alia quoquè viri eius vrbanè & ſcitè dicta, commemorantur. Quin & libellos multos non inuenuſtos compoſuiſſe dicitur. Magis verò in dicendo quàm ſcribendo laudatus eſt. In actione felix fuit, & pronunciationem ſedulò coluit. Labijs enim eius blanditiæ quædam inſidebant: & in voce, vultu, oculis, & habitu motuque corporis omni, gratia ſingularis inerat, ad auditorum animos alliciendos compoſita. Iucundus itaque & charus eam ob cauſam celeberrimis quibuſque ex Senatu viris, & omnis generis religionibus in admiratione fuit. Potiſſimùm verò epiſcopus Atticus magno cũ eſt honore proſequut⁹. Sed qualis hic vir fuerit, ſatis, vt puto, loco hoc ex Socratis eccleſiaſtici ſcriptoris libris ſumpto, dixi. Atque hæc quidem propterea commemoraui, vt oſtenderem, quum propter eorum virtutem, qui eis præfuère, Agelij, Marciani, & Siſinij: tum quòd Conſubſtantialis profeſſioni adhærerent, Nouatianos aliarum ſectarum labe infectos non fuiſſe, maioremque eorum partem in eccleſia ſua quietam manſiſſe: eis exceptis, qui propter quæſtionem de ferijs Paſchalibus, quam Sabbatius, ſicuti dixi, per res nouas induxit, diſſidebant.

Gratioſus apud omnes Siſini⁹.

Nouatiani quam aliæ hæreſes paciatiores.

Multæ verò & aliæ diſſectiones eo tẽpore apud Arrianos & Macedonianos, et alias ſectas, fuere. Illis autem ità diſtractis, magis atque magis Eccleſia vniuerſaliſs creuit, quotidie ſe aliquibus propter mutuas illorum contentiones ad eã aggregantibus. Præcipuè verò qui Græcam idololatriam ſequuti fuerant, ad eam cõfluxère. Hæc Nicephorus.

Per ſectarũ diſſectiones, eccleſiæ catholicæ corpus creuit.

SPIRITVALES.

37.

SPirituales ſũt ſecta Antilutherani, ex tertia claſſe noſtri temporis Euangelicorum: ſic appellati, teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo, quòd ſe ſpiritum viuificantem ſequi dicant & iactitent, cæteros, carnales appellantes. Dicuntur & Separati, proptereà quòd vulgi cultum & vſum ciborum, armaque deteſtantur, in Chriſtum tamen & eius ſponſam eccleſiam ſuis in conuentibus ſedulò debacchantes, omnemque exercentes impietatem, vt qui Anabaptiſmũ ſequantur.

Spirituales hęretici cur ſic dicti.

Separati cur etiam dicantur.

STANCARIANI.

38.

STancariani à Franciſco Stancaro Mantuano appellantur, qui (authore Lindano dialogo ſecundo ſui Dubitantij) Oſiandro ſe opponens, dum CHRISTI defendit humanitatem, per quam iuſtificamur, in contrariam incidit hæreſim, ait Palladius Catalogo hæreſeõn, & Chriſti diuinitatem cum Arrio perſequutus eſt, eumque ait Rabinorum contagijs infectum.

Stancari hæreſis.

1. Docet autem, Chriſtum eſſe iuſtificatorem, ait Staphylus, iuxta ſolam naturam humanam, excluſa diuina. Ità Stancarus, inquit, & publicè dixit, & ſcripſit contra Andrẹam Muſculum Francofordiæ ad Oderam.

2. Iſti porrò, vt ait Lindanus, in tertiam fortè reijciendi ſunt claſſem noſtri tẽporis Euangelicorum, quòd Cœnam Domini volunt præberi tanquam corporis Arrabonem.

Antiſtancariani.

Sunt autem & Antiſtancariani, qui, (ait Staphylus) vt Stancari iſtam opinionem refutarent, aſſeuerunt, adeò Chriſtum iuxta vtranque, hoc eſt, & diuinam & humanam naturam, iuſtificatorem eſſe, vt non dubitent contendere, diuinam Chriſti naturam vnà cum humana in cruce mortuam eſſe. Ità Muſculum ſentire, editum ipſius de ſententia Lutheri Schediaſma teſtatur, & de eadẽ iſta ſententia Heluetiorum damnatio, ſicut recenſet ſcriptum Petri Statorij Galli, editum anno M. D. LX. Pincaoniæ in Polonia. Hæc Staphylus.

STEBLERI.

39.

STebleri ſunt, quos ſuprà Baculares nuncupauimus, ſecta quidem Anabaptiſtæ, & ad tertiam noſtræ tempeſtatis Euangelicorum claſſem pertinentes.

Hi (teſte Staphylo, libro quem de Lutheranorum inter ſe concordia inſcripſit) docent, quod ſcriptura vetet portare gladium & peram. Item quod non liceat Chriſtianis accuſare in iudicio: quòd vim vi repellere non ſit Chriſtianum, ſed percutienti in vnam maxillam, alteram obuerti debere. Hoc porrò docuit Lutherus in articulis a Sorbona damnatis. Hæc Staphylus. De his vide in Bacularibus.

Steblerorũ error.

STEPHANVS AN- *tiochenus Epiſcopus.*

40.

STephanus, quartus adnumeratur à Diuo Hieronymo inter eos epiſcopos, qui in ſede Antiochena, Arriana contagione infecti fuerunt: Antiochiæ, inquit, poſt Paulinum Euſtathius ordinatur Epiſcopus: quo in exilium ob fidem truſo, vſque in præſentem diem Arriani eccleſiam occupârunt, Eulalius, Euphronius, Phlacitus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus, & rurſum alter Meletius, quorum idcircò tempora non digeſſi, eo quòd hoſtes potius Chriſti, quàm Epiſcopos iudicem. Hæc Hieronymus. Vixit autem hic Stephanus Conſtantij Imperatoris, & Iulij huius nominis primi ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 350.

De hoc ſic habet Nicephorus lib. 9. ca. 23. Ex quo, inquit, Euſtathius exulare iuſſus fuerat, primus ſedem eam obtinuit Euphronius, cui ſucceſſit Phlacitus, atque huic rurſus Stephanus. Hic vero propter dolum & inſidias, quas per propinquum quendam ſuum, animo ſimul & Antiochenos

Epiſcopi Antiocheni.

Stephanus Epiſcopus Antiochenus.

nus legatis Romanis inſidiat', et propterea epiſcopatu priuat' eſt.

motibus ferociſſimum, Onagrum nomine, Roma venientibus Conſtantis (qui eaſdem, quas Conſtantius, malorum hominum ditimebat calumnias & cœpta ſiniſtra) legatis, Euphratæ & Vincentio epiſcopis pro Athanaſio miſſis retenderat, à Conſtantio iudice, vt ea dignitate indignus, reiectus eſt. Veritati enim aduerſus, omnis generis ærumnis, qui pro vera doctrina ſtabant, afflixit. Et totum perambulans, domoſque ingrediens, nō viros tantum, ſed & mulieres pudore & ſanctitate vitæ ſpectabiles pulſauit, conuicijſq; proſcidit. Vel ex eo ſolo, quod in legatis admiſit, qualis vir fuerit, ſatis conijcere licet. Metuens nanque, nè Athanaſius, cuius gratia maximè legatio iſta miſſa fuerat, eccleſias reciperet, ancillam per Onagium ſuum è proſtibulo mercede conductam, in Epiſcoporum hoſpitio collocat: deinde nō longe ab eo loco improbiſſime inſidias per homines ſeditioſos diſponit, vt cum impetu in ſanctorū virorum irruerent ædes. Quorum alter cum impudicæ illius aduenientis ſtrepitum ſenſit, dæmonem eſſe ratus, pſalmū ſuccinuit, ſeruatoriſq; Chriſti opem implorauit. Huius fabulæ & ſycophantiæ, vndè & quomodo inſtituta eſſet, quæſitore ipſo Imperatore, author repertus Stephanus, vt nefatij ſceleris artifex exauthoratus eſt, & Leontius Antiochiæ Epiſcopus delectus. Quem Athanaſius propter dogma depravatum deuitans, cum Euſtathianis, qui in priuatis ædibus Eccleſias & conuentus agebant, (omnem enim protſus Antiochiam occupauerant Arriani) communicauit. Hæc Nicephorus.

Theodoritus li. 2. c. 9.

De legatis Sardicēſiū ad Conſtātium deſtinatis, & de neſāda machinatione cōtra eos à Stephano Antiocheno præſule cōcinnata.

Hæc autē planius à Theodorito apud Tripartitam hiſtoriam lib. 4 cap. 25. ediſſeruntur in hunc modum: Cum Conſtans leuitatem fratris ſui Conſtantij cognouiſſet, infremuit aduerſus inſtigatores malorum, & Imperatoris facilitatem ita decipientium. Multa enim ac ſæpius Arrianam veſaniam ſequentes præſumpſerant aduerſus Dei ſeruos & rectam fidem cuſtodientes, Athanaſium Alexandrinum, & Marcellum Ancyræ Galatię, & Aſclepam Gazæum Epiſcopum, & quamplurimos alios. Adulteram nanque doctrinam proponentes, orthodoxos expellere ſunt conati Euſebius, & Maris, & Theodorus atque Theogonius, Vrſatius & Valens, & Menophantus, & Stephanus, & complures alij aduerſæ factionis Epiſcopi: & intantum inſurrexerunt aduersùs fidem, vt neque auditus Deo amabilium lateret Imperatorum. Quorum Conſtans ea de cauſa duos Epiſcopos ex Sardicenſi Concilio electos cum literis miſit ad fratrem, cum quibus & magiſtrum militum Salianum pietate iuſtitiaque fulgentem. Literæ verò non ſolum monitionem habuerunt atque conſilium, ſed etiam interminationem pio Principi condecentem. Primùm quidem denunciauit fratri, vt Epiſcopis præberet auditum, & iniquitates à Stephano aliiſque præſumptas agnoſceret, nec non & Athanaſium gregi proprio reſtitueret, patefacta quidem calumnia, piorumque iudicum iniquitate & crudelitate reuelata: adiecitque, quòd niſi vellet quod iuſtum eſt facere, ipſe Alexandriam proficiſceretur, & Athanaſium omnibus deſiderantibus reſtitueret, inimicorumque cateruas procul expelleret. Hanc autem epiſtolam Conſtantius Antiochiæ ſuſcipiens, promiſit ſe facturum, quæ turbatum illarum particeps petiſſet. Sed cum hoc doleret veritatis impugnatoribus, nefandiſſimum machinati ſunt ſcelus. Diuertetat enim par illud Epiſcoporum, quos concilium miſerat, in domum ad montem ſitam: Magiſter autem militum, alibi diuerſorium acceperat.

Legatio Conſtātis occidentis Imperatoris ad fratrē Cōſtantiū Orientis Imperatorem pro Athanaſio, & reliquis orthodoxis.

Porrò Stephanus tunc Antiochenus Epiſcopus, cum alijs tyrannicis cooperatoribus naues naufragio præparabat, cum quibus aſſertores rectorum dogmatum varijs nitebatur abſorbere calumnijs. Horum itaque erat dux quidam iuuenis, Onager nomine, licenter viuens, & iniqua conuerſatione congaudens: qui nō ſolū in plateis diuerſos violentia afficiebat, & fuſtibus pulſabat, ſed etiam domos impudenter inuadens, viros & mulieres honeſtiſſimas abſtrahebat. Et ne longius eius extendam flagitia,

Stephanus homo doloſus.

Onager nebulo cēductitius.

tia, contra optimos viros præparatã narrabo præſumptionem.

Is Onager ad quandam fornicariam veniens, ait, modo quoſdam veniſſe peregrinos, & noctù opus habere meretrice. Porrò ſumens quindecim ſeditioſos nebulones, & eos in vicino epiſcoporum diuerſorio circa ſepem celans, profectus eſt cum meretrice ad ianuam, vbi illi viri quieſcebant. Eamque apertam inueniens perſuaſit vni puerorum domeſticorum, pecunia data, vt mulierem introduceret intra ianuam quam ipſe demonſtrabat, vbi quidem vterque ſacerdotum dormire videbantur, eamque mulierem intrò præcepit accedere: ipſe verò vocatus ſocios eſt egreſſus. Contigerat enim, alterũ epiſcoporum, Euphratam nomine, in loco exteriore dormire. Vincentius autem (ſic enim vocabatur alter) in interiori cubiculo quieſcebat. Cumque intra oſtium puella veniſſet, ſonum pedum Euphratas ſentiens, cùm eſſet obſcurum, quis ambularet, interrogauit. Illa verò loquente, cõturbatus Euphratas, dæmonem putans eſſe, mulieris imitatum vocem, repentè ſaluatorem Chriſtum ad ſuum vocauit auxilium. Onager autem, dux iniquitatis huius, hoc facto, cum ſocijs eſt ingreſſus, iniquos clamans eos, & iniquitatis iudices deſtinatos. Multo clamore facto, concurrunt & ſerui, ſurrexitque Vincenti⁹, & claudentes ianuam domûs, ſeptem quidem calumniatorum comprehendere potuerunt. Onager verò cum reliquis fugit. Detenta tamen eſt cum illis & mulier. Diluculò autem magiſtrum militũ, qui cum illis venerat, excitantes, ad palatium proceſſerunt, & pręſumptiones Stephani proclamantes, dicebant iam non egere iudicio neque verberibus iniquitates eius.

Euphratas & Vincentius Romanorum legati.

Magiſter militum non ſynodicè, ſed iudicialiter petit Stephani comprobari atque iudicari ſycophãtias, ad maiorem eius de Stephani confuſionem indicandam.

Magiſter verò militum præcipuè clamitabat, rogans, vt iuberet Imperator, nõ ſynodicè, ſed iudicialiter potius iniquam examinari præſumptionem, promittens primum ſe epiſcoporum clericos, tradi-turum, & oportere etiam miniſtros Stephani ità contradi. Cùm autem ille impudenter contenderet, dicens clericos non eſſe ſubdendos verberibus, placuit & Imperatori & iudicibus, vt intra palatium cauſæ fieret examinatio. Et primũ quidem interrogauerunt mulierem, quis eam ad diuerſorium duxiſſet epiſcoporum. Quæ dixit, quendam iuuenem ad ſe veniſſe, & aduentum indicâſſe peregrinorum, & quid opus haberent, & quòd veſperè veniens, duxiſſet eam ad habitaculum quoddam, eamque intra ianuam domûs & porticum introire præceperit. Adiecit etiam inquiſitionem epiſcopi, & terrorem factum, & orationem eius, & ſuperuenientium repentinas inuaſiones. Hæc iudices cognoſcentes, capium inter alios omnium maximè iuuenem, in medium deduxerunt. Qui non expectans neceſſitatem verberũ, machinatum conſilium patefecit, & Onagrum hæc omnia perpetrâſſe confeſſus eſt. Qui deductus ad medium, Stephanum dixit hęc omnia præcepiſſe. Sic itaque Stephani cognoſcẽtes iniquitatem, præſentibus tunc epiſcopis permiſerunt vt eum damnarent, & ab eccleſia procùl expulſus eſt. Non omninò tamen ab Arriana peſte eccleſia liberata eſt. Nam Leontius poſt eum ordinatur, genere Phryx, volũtate nequiſſimus. Verum Conſtantius ea quæ contra epiſcopos fuerant machinata, experimento cognoſcens, ſcripſit Athanaſio maximo & ſemèl, & ſecundò, & tertiò, inuitans eum vt à partibus remearet Heſperijs, ſicut ipſis literis indicatur. Hæc Theodoritus.

Stephanus Antiochenus abdicatur, cui Leontius ſuccedit.

SVENCFELDIANI.

41.

SVencfeldiani ſunt ex ſecta Euangeliſcorum noſtri temporis, pertinentque ad Antilutheranorum familiam, Caſparem Suencfeldium authorem habentes. Qui (teſte Lindano Dubitantij ſui dialogo ſecundo) ſacroſanctæ Euchariſtiæ veritatem vt nouo modo euertat, verba 1.
Cœnæ Domini prorſus adulterat, ex Prędicato faciens Subiectum, vt ſit ſenſus: Corpus meum eſt hoc, ſcilicet panis vel cibus.

Lindanus

2. Hic præter ſua ſomnia & Enthuſiaſmos varios, reijcit vocale verbum, ac totum, inquit Palladius, verbi miniſteriũ, more Anabaptiſtarum, ſcripturarum authorita-

thoritatem confringit & conculcat, eas negans eſſe verbum DEI, fidemque ex eis non pendere, nec ad eas ſe accommodare, ſed eas ad fidem inflecti debere, vti Illyricus ait præfatione in epiſtolam Poſtelli.

3. Idem & CHRISTVM è cælo corpus attuliſſe cum Valentino docet, vt huic & Serueto impingit Beza Commentarijs in epiſtolam ad Romanos capite 1.

Errorum eius reliquorum ſomnia, ſeu verius impij animi portenta, enumerat confutatq; ad quadraginta vnum Confeſſio Mansfeldenſium.

Staphylus. De quibus item ſcribit Staphylus libro de Lutheranorum interſe concordia, in hæc verba: Suencfeldiani, inquit, hactenus vnius propè opinionis fuerunt: iam autem cœperunt etiàm ipſi ſcindi in diuerſas partes. Aliud enim de eiſdem dogmatibus ſentiunt Vratiſlauienſes Suencfeldiani, dum hoc in Suencfeldio probant, illud reijciunt: aliud Suidnicenſes, qui eos Suencfeldianos, qui Baptiſmum appellant ſuillum balneum, reprobant: aliud Glogouienſes, qui ſuo etiam ſpiritu metiuntur ſcripta Suencfeldij.

Vratiſlauienſes. Suidnicenſes. Glogouienſes.

4. Sed propria hæc & ſummatim dogmata eius hominis ſunt: Humanam naturam CHRISTI, eſſe genituram ſpiritusſancti, non Dei creaturam, quaſi medium quoddam inter Creatorem DEVM & creaturam hominem: hac tamen ratione, quòd eadem Chriſti humanitas poſt eius in cęlũ aſſcenſionem, omninò Deus effecta ſit. Ita ipſius legatus non obſcurè, & libri, quos cuidam Auguſtæ nupèr offerebat, copioſè teſtantur.

5. Item quod ea iuſtitia, ea ſapientia, ea charitate, eisque omnibus virtutibus, q̃bus Deus eſſentialiter prædirus eſt, quilibet homo ſit etiam ex pari dignitate & modo præditus, atque hac ipſa diuina natura Deus.

6. Itẽ quòd energia illa, quæ eſt in verbo Dei prædicato, ſit ipſe DEI filius ὁ λόγος &c. Sic ille in libro de duplici ſtatu Chriſti, de vero Euãgelij vſu, & alijs multis ſcriptis, quæ obtulit cuidam.

Multa ſanè non malè ille quidem, ſed hæc & pleraquę non rectè, vir nõ ita malitioſus, quàm parùm eruditus in vera Theologia. Hæc Staphylus.

Hoſius. De quarto Euangelio Suẽcfeldij videlicet. De hoc rurſum fuſius tradit Hoſius libro primo de hæreſibus noſtri temporis. Quartum etiam, inquit, Euangelium edidit in lucem Suencfeldius, contra quẽ ſcriptos vidimus lingua Germanica quinque libros, quibus Flaccus cum eo rixatur. Is cùm videret, & Lutheranos & Sacramentarios, & Anabaptiſtas, & omnes non huius modo tempeſtatis, verum etiàm priſcorum ſeculorum Hæreticos è ſcripturis errores ſuos confirmare: quod vſqueadeò verum & certum eſt, vt etiam noſtri tẽporis hæreſeon architectus Martinus Lutherus id inficias ire non potuerit, qui propterea dicit ad extremum, nomen hoc eſſe conſequutam ſcripturam canonicam, vt vocetur liber hæreticorũ, quòd ex eo ducant originem omnes hæreſes: quandoquidem omnes heretici ſcripturæ præſidio nituntur. Hoc igitur cũ animaduertiſſet, ac fortaſsis in ipſis etiã Lutheri libris legiſſet Suencfeldius, excogitauit & ipſe nouam hæreſim, ac ſcripturarum nixus præſidio, ſcripturis authoritatem omnem abrogare conatus eſt. Sic enim loquitur cum ſuis: Non oportet quenquam legis aut ſcripturæ eſſe peritum, ſed a Deo doctum. Nam etſi milliès percurreris Bibliorum lectionem, tamen non niſi ſcripturæ peritus euades, & nun quàm à Deo doctus. Vanus eſt labor qui ſcripturæ impenditur: ſcriptura enim creatura eſt. Non conuenit Chriſtiano, nimium ſcripturæ addictum eſſe. Deum audire oportet. huius voces de cælo expectandæ ſunt, vt erudiant. Beatus vir, inquit Dauid, quem tu erudieris Domine. Pſal. 93. Acquè nos docet hodiè, atque olim patriarchas & prophetas: viſionibus & ſomnijs attendendum: illis enim loquitur nobis Deus. Vox Dei rectè docet, ſcriptura non eſt verbum Dei, ſed mortua tantũ litera, & inter alias creaturas reputanda. Non putes te ex ſcripturis doctum: è cælis illud expectandum erit, non è libris. Spiritus ſanctus è ſupernis delabitur citra omne medium, non per externum auditum & vocalem prædicationem, ſeu ſcripturarum lectionem. Hæc ſunt quæ de ſcripturarum lectione tradit Suencfeldius:

Scriptura canonica, liber hæreticorum.

quem etiamnùm per contumeliam Stēcfeldium vocat Philippus Melanchthon in præfatione commentariorum, quos anno proximo ſuperiore edidit in epiſtolam ad Romanos: Stencfeldius, inquit, centimanus eſt. Habet milites paſsim, qui ipſius nomine non ſolum ſcribunt, ſed etiàm ſeditiones mouent. iactitant afflatus, & abducunt homines à publico miniſterio, & à lectione & cogitatione doctrinæ.

Philippus Melāchthō de Suencfeldio.

Neque ſolùm Philippus, verùm & Caluinus, & alij nonnulli videntur hæc, hoc eſt, non cogitatione ſcriptæ doctrinæ DEVM communicare ſe hominum mentibus, ſed ſine medio, ad Suencfeldium tanquam primum authorem referre. Quamuis enim ante eum fuerint cæleſtes prophetæ, contra quos iuſta duo volumina conſcripſit Lutherus, quorum dux & antesignanus creditur fuiſſe Thomas Muncerus, non tamen ij tam apertè à publico verbi miniſterio, & à lectione ſcripturarum homines deterrebant, ſicut nunc facit cum ſuis Suencfeldius, qui non dubitant etiam ad patrocinium inſaniæ ſuæ trahere Pauli locum illum, vbi confert præſentis vitæ cognitionem, quæ eſt per verbum, cum perfecta & reuelata cognitione, qualis erit in altera vita. Hæc illi detorquent ad hanc vitam, tribuentes quod eſt ex parte, ſcripturæ ſacræ: quod perfectum eſt, ſpiritus reuelationibus: ad quas cum peruentum fuerit, illud quod eſt ex parte, puta tractationem & vſum ſcripturæ, ſomniant aboleri.

Caluini ſē tentia de Suēcfeldio

Cæleſtes prophetæ.

1.Cor.13.

Huc pertrahitur etiàm ille, quamlibèt repugnans eorum enthuſiaſmo, Petri locus, vbi monet, vt attendamus prophetico ſermoni tanquam lucernæ lucenti in tenebroſo loco, donèc exoriatur Lucifer in cordibus noſtris. Satanæ illuſiones habent pro illuminatione ſpiritus ſancti, & pro Lucifero: quo exoriente, jam nihil eſſet opus lucerna propheticí ſermonis. Proferunt & illas ſcripturas, quas in libello quoque ſuo de abroganda Miſſa produxerat Lutherus ad cōfirmandum errorem ſuum: Non docebit vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum. Omnes enim ſcient me, à minore vſque ad maiorem eorum. Nolite plures magiſtri fieri: vnus eſt enim magiſter veſter in cœlis. Non habetis neceſſe, vt aliquis doceat vos, vnctio enim docet vos. Ad hunc igitur magiſtrum qui in cælis eſt, confugere iubent, vt ab eo doceantur, non à ſcriptura mortua, aut ab hominibus.

2.Pet.1.

Hiere.31.
Heb.8.
Iacob 3.
Matth 23.
1.Ioan.2.

Hic quidem apertiſſimè videre licet, quò tandem iſti rem perduxerint. Poſteaquam exemplo Lutheri licere ſibi quiſq; voluit, à ſenſu & conſenſu totius Eccleſiæ recedere, & peculiari ſuo ſenſu ſcripturas interpretari, vt, quod ipſe ſenſiſſet, id eſſe Dei verbum exiſtimaretur: eò ventum eſt ad extremum, vt ſcripturarum authoritate, ſcripturis authoritatem omnem detraherent, homineſque docerent, non iam ſcripturis, quam ſomnijs & reuelationibus fidere. Suſtulerat Lutherus externum ſacerdotium & ſacrificium: hoc et cum non impune modo cedere videret Suencfeldius, verùm etiam probari factum à multis: ipſe quoque ſuſtulit externum verbi miniſterium eadem authoritate, qua ſacrificium Lutherus abrogauerat. Cur enim Lutheri authoritas maior eſſe debet quam Suencfeldij, cum præſertim ſcripturarum hic maiore præſidio niti videretur? Nam ſacrificatores plures nulla ſcriptura prohibuit, magiſtros autem fieri plures apertè non vno loco prohibuit. Cum enim magiſter noſter ſit in cælis, videtur eius obſcurari gloria, videtur eius dignitati detrahi, ſi quis alius audiatur præterea: quaſi parum idoneus ille ſit ad docendum nos, neque tantum in eo ſit facultatis, vt citra miniſterium hominis id præſtare queat. Sic quod Euāgelium apud Lutherum orſus eſt Satanas, abſoluit per Suencfeldiū, vt ſublato ſacerdotio, ſublato ſacrificio, ſacris omnibus in ſummum contemptū adductis, externum quoque verbi miniſterium ſublatū iam eſſe videamus. Scripturas autem Canonicas vſqueadeò dignitate ſua prorſus omni ſpoliat, nihil vt illis fidere iubeamur: quòd ſcriptura non ſit verbum Dei, ſed mortua tantum litera, quæ ſit inter alias creaturas reputanda, cui nimis addictum eſſe minimè Chriſtia-

Quod euāgelium per Lutherum orſus eſt Satanas, abſoluit per Suēcfeldiū

Matth.23.
2.Tim.4.
Iacob.3.
2.Pet.2.

Chriſtianum decere videatur.

Suécſeldianorum ingens multitudo ac vis per vniuerſā ferè Germaniam & Heluetiam

Graſſatur lues iſta Suenckſeldiana non modò per Germaniam vniuerſam ferè, verùm etiàm per Heluetiam : & eſt tam ingens eorum numerus, qui iactant hūc afflatum, vt ex vulgo plures in maiorib' nonnullis ciuitatibus Suenckſeldiani reperiri dicantur, quàm vel Lutherani, vel Zuingliani. Hactenus Hoſius.

SYMMACHVS *Ebionita.* 42.

SYmmachus, à quo Symmachiani hæretici, genere Samaritanus, vnus ex Bibliorum interpretibus fuit, Ebionis impium dogma ſequutus, Seueri Imperatoris, & Victoris Papæ temporibus, circa annum Domini 196. De quo Epiphanius lib. de menſuris & ponderibus ſic ſcribit: Seueri temporibus, inquit, Symmachus quidam Samarita ex numero ſapientum apud ipſos, quum non reperiſſet fidem apud propriam gētem, principatûs ſtudio ægrotans, & contra propriam tribum indignatus, accedit ad Iudæos, & fit proſelytus, & circunciditur ſecunda circuciſione. Qui enim à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rurſus circunciduntur: ſimiliter & qui à Samaritis ad Iudęos transfugiūt. Hic itaque Symmachus ad peruerſionem interpretationum apud Samaritas, tertiā edidit interpretationem à ſe conuerſam. Hæc Epiphanius.

Symmachi hæreſes.

1. Hic autē, authore Euſebio lib. 6. aſſeruit, Chriſtum de Ioſeph & Mariæ concubitu natum, hominemq; purum fuiſſe, & legem ritu Iudaico ſeruandam. Cōmentarios autem conſcripſit, in quibus conatur de Euangelio ſecundum Matthæum, authoritatem ſuæ huius hæreſis & inſaniæ confirmare. Hæc ille.

Symmachiani Patricij diſcipuli.

Symmachianos verò Philaſtrius, Patricij cuiuſdam Romani (de quo ante diximus) diſcipulos fuiſſe tradit, eadem cū eo ſentientes in omnibus: cumq; iudiciū futurum non ſperent, vitijs ſæcularibus & carnalibus concupiſcentijs prædicant ſeruiendum.

Nicephor'

2. De Symmacho ſic item ſcribit Nicephorus hiſtor. eccleſiaſt. lib. 5. cap. 12. Sciendum porrò, inquit, Symmachum interpretem, Ebionitarum ſectæ fuiſſe, quæ (ſicut in ſuperioribus expoſuimus) inopes quaſdam & mendicas opiniones de Chriſto induxit: illū ſcilicet puru eſſe hominem, & ex Ioſeph & Maria principiū & ortum ſumpſiſſe, legemq; Iudaico more obſeruari oportere confirmans. Edidit quoque Symmachus in ſacrum Matthæi Euangelium commentaria, ex quo hæreſim ſuam adſtruere & ſtabilire videtur. Ea vero commentaria Symmachi vna cū eiuſdem ſcripturarum verſione, Origenes ſcripſit ſe à quadam fœmina Iuliana recepiſſe: quæ quidem fœmina eos libros ab ipſo authore acceptos apud ſe reſeruauerit. Hæc Nicephorus.

SYNCRETIZANTES. 43.

SYncretizantes ſunt ex ſecunda ſecta Confeſſioniſtarū, eorum nimirùm qui hoc noſtro ſeculo, eccleſiæ Catholicæ ſyncera & vnanimi omnium orthodoxorum de fide cōfeſſione relicta, ei quæ Auguſtana eſt, adhærēt: in qua ſunt (vt ſupra in ſectarijs ex Staphylo dictum eſt) molles illi philoſophi & Vuittenbergenſes Theologi, qui volunt ἤθικοι, & manſueti, hominesque præ cæteris cordatiores videri, & quoquo modo cum omnibus alijs ſectis pacem colere, ſicut quondam Meletiani & Rhetorij. Sunt enim Sectarij huius noſtræ tempeſtatis plerique omnes ſeditioſi.

Syncretizā tes qui dicā tur.

Syncretizantes itaq; ſunt (teſte Staphylo, libro de Lutheranorum inter ſe cōcordia) qui ſuadent omnibus alijs ſectis, vt ſimulent ſaltem interea domi pacem, quādò veram concordiam inire non queāt, vt more Cretenſis populi, eò coniunctioribus armis ſuos communes hoſtes (Papiſtas nimirùm) inuadere poſſint atq; ſuperare. Ità ſcribit ac docet Melanchthon in ſuo contra Staphylum libro.

SYRVS ALEXAN-*drinus.* 44.

SYrus genere Alexandrinus, arte Medicus, ex Philoſopho Monachus, prius

prius aduerſus Neſtoriũ ſcripſit, ſed poſtea Timotheanum dogma fouere cœpit. Denique ambiguus etiam ſui, ſuſpendit animum a conſenſu Chalcedonenſis decreti, nec acquieſcendum putauit, filium Dei duabus poſt incarnationem conſtare naturis. Hæc Gennadius. Vixit autem hic Syrus Iuſtiniani Imperatoris & Agapeti Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 540.

Syri hæreſis.

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER DECIMVSOCTAVVS.

DE LITERA T.

TANDEMVS.

I.

Tandemus hæreticus, authore Sigiberto, circa annum Domini 1124. in Germania emerſit, ſub Henrico V. huius nominis Cæſare Germano, & Calliſto ſecũdo Romanorum pontifice.

Hic, vt idem Sigibertus ait, cùm laicus eſſet, non minimæ tamen ſubtilitatis erat, ſed multis etiàm diſertis clericis in ſermone acutior, adeo quidem, vt eos ſuperare omni in re videretur. In precioſo habitu & veſtibus deauratis incedens, tripli ci funiculo crinibus intortis, verbis perſuaſibilibus & cõuiuiorum apparatibus eos, qui illum circiter tria millia armati ſequebantur, alliciebat, & per eos in ſibi reſiſtentes cædibus ſæuiebat. Qui et intãtum credebant, cumque adeo reuerebantur, vt aquam, in qua corpus lauiſſet, biberent, & pro reliquijs abſportarent. Qui tamen cum tantæ incontinentiæ & impietatis eſſet, vt filias in matrum præſentia, ſponſasque maritis intuentibus corrumperet, id opus eſſe ſpirituale aſſerebat. Ab hoc itaque præſtigiatore oppidani caſtri Antuerpienſis ſeducti, paularìm à fide & bonis moribus deſciuerunt.

Tandemus vir multi ingenij, acuminis & eloquentiæ.

1. Hic inter inſigniores quos tuebatur errores, ſacri ordinis miniſtros, epiſcopalẽque ac ſacerdotalem gradum & ordinẽ, nihil eſſe dicebat.

Tandemi hæreſes.

2. Item corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem ſumentibus, ad ſalutẽ prodeſſe negabat. Et alia huiuſmodi quàm plurima.

Qui tandèm poſt multos ſeminatos errores, multasque cædes perpetratas, inter nauigandum à quodam presbytero in cerebro percuſſus occubuit. Sed tamen poſt eius mortem, error ipſius non tam facilè extirpari potuit. Propter quod à clericis loci eius eccleſia cum redditibus per manum epiſcopi Norberto cuidam docto & ſancto viro regenda data fuit, ſperãtibus quòd per eius ſalutarem doctrinã, hæreſis illa de medio tolleretur. Quod & factum eſt. Siquidem ipſo prædicante, viri & mulieres compuncti, corpus Dominicum quod in ciſtis & foraminibus per decem annos & amplius repoſuerant, attulerunt, & per eius doctrinam paulatìm ad ſanctam fidem reſipuerunt. Hæc Sigibertus

Tandemi interitus.

Tandemi hæreſis extincta per Norbertũ virũ ſanctũ & doctum

TASCODRVGITAE.

2.

Taſcodrugitæ, ad Phrygaſtarum ſeu Montaniſtarum ſectam pertinent. ſunt enim omnes hi (vt ait Epiphanius

nius lib. 2. tomo 1 contra hæreſes) eiuſdem factionis, eiſdemque ſpiritibus erroris & dæmonum doctrinis addicti. Emerſerunt autem Commodi Imperatoris, & Soteri ſummi Romanorum Pontificis temporibus, circiter annum Domini 181.

Taſcodrugitarū hæreſis.

Hi cum Catholicorum more vetus & nouum teſtamētum ſuſcipiant, reliquos tamen veros prophetas, ſuis falſis prophetis Montano, Priſcæ, & Maximillæ poſtponunt, hos illis præſtantiores eſſe iactitantes: de quibus vide locis ſuis.

Taſcodrugitę vnde dicti.

Vocantur autem Taſcodrugitæ, (vt idem ait Epiphanius) quod Taſcus apud ipſos pertica, Drugus verò naſus ſiue roſtrum appellatur. Et ab eo quòd imponunt digitum ſuum, indicem appellatū, in naſum dum orant, triſtitiæ nimirùm ac vltroneæ iuſtitiæ gratia, ab aliquibus Taſcodrugitæ appellati, hoc eſt, perticonaſati, aut perticoroſtrati. Hæc Epiphanius.

Hos tamē Taſcodrugitas ad Manichęorum inſaniam ſpectare quidam contendunt, de quibus etiàm fit mentio, C. de hæreticis & Manichæis, l. Quoniā, in hæc verba: Quos Manichæicus furor detinet, his omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas cōuerſationes, ſancimus eſſe interdictum.

TATIANI. 3.

TAtiani à Tatiano Iuſtini martyris & philoſophi, qui ex Samaritanis in Chriſtū credidit, diſcipulo ſunt appellati. Hic Marci Antonini philoſophi Imperatoris, & Soteri maximi Romanorum Pontificis temporibus vixit, circa annum Domini 173. Is porrò quandiu eius magiſter Iuſtinus vitam egit, nunquam ſe de fide malè ſentire oſtēdit, quēadmodum teſtatur Euſebius Cæſarienſis in eccleſiaſtica hiſtoria: at poſteà quā ille martyrio vitę finem conſequutus eſt, à veritatis tramite deuiauit: cumq; doctoris nomen omni ambiret ratione, mâluit magiſter fieri erroris, quàm diſcipulus veritatis. Et quemadmodum cæcus qui manuducitur, inquit Epiphanius, ſi à manuducente relictus fuerit, in præcipitia ſe ipſum dat, & ob eam quam habet cæcitatem defertur, ita vt retineri non poſſit, donèc ad mortem fuerit perlatus, ſic etiam ipſe Tatianus. Fuit autem Syrus genere, & ſuam ſcholam ab initio quidem in Meſopotamia erexit circa duodecimū fermè annum Antonini Cæſaris, Pij cognominati. Nam à Roma poſt mortem S. Iuſtini, digreſſus ad Orientis partes, & illic cōuerſatus, in malam opinionem incidit, & ſæcula quædam ac fabulas Valentini, & principatus quoſdā ac emiſſiones etiam ipſe introduxit. Maximā verò prædicationis ſuæ partem in Antiochia iuxta Daphnem ſita confecit, & in Ciliciæ partibus: multum autem in Piſidia valuit. Ab hoc enim per ſucceſſionem qui Encratitæ appellantur, venenum tranſſumpſerunt. Dicitur ab ipſo factus eſſe liber, qui ex quatuor Euangelijs conſtat, quem aliqui Euangelium ſecundum Hebræos vocant. Hęc Epiphanius.

Tatian' erroris magiſter, quam veritatis diſcipulus fieri mâluit.

Regiones vbi ſuā ſeminauit hęreſim Tatianus.

Encratitę à Tatiano originem habuere.

Tatiani hæreſes.

1. Eadem porrò quæ veteres hæretici, Valentinus videlicet, Marcion, & Saturninus, qui eum præceſſerant, docuerunt, etiàm hic docet, ad ea quoque de ſuo cerebro nonnulla adijciens & confingens. Et primùm quidem cum Encratitis Adamum non ſaluari aſſerit, ſed damnatiōne perpetua ob lapſum ſuum puniēdum eſſe.

2. Continentiam verò hic prædicat, nuptias autem, ſcortationem, & corruptionem putat, aſſerens nihil differre matrimonium a ſcortatione, ſed idem eſſe. Vndè prætextu continentiæ & continentiū morum, nequiſſimam vitam duxit, velut lupus rapax ouilla pelle indutus, & temporario prætextu deceptos ſeducēs. Cum itaq; hominum generationem execratur, iuſq; nuptiarum legitimum abijcit, id iuris a Deo ſtatutum non confitetur, vt inquit Philaſtrius.

3. Prolationes quaſdam ſeculorum & æonas fabuloſas, velut Marcion, comminiſcitur, & circa eas delirat.

4. Dicebat, non licere veſci carnibus, eas abominādas velùt à dęmone creatas exiſtimans.

5. Cumq; ad ſanctæ eccleſiæ imitationē myſterijs ſimiliter vteretur, ſola tamen a-

qua in eiſdem vtebatur, vllo pacto vino vtendum eſſe inficiās, quod fabuloſa quadam vanitate adſtrueret, de ſatana & terra vitem germinaſſe. Quod etiam D. teſtatur Hieronymus in commentarijs ſuper prophetam Amos, cum illum prophetæ locum, Propinabatis Nazaræis vinu, interpretatur: De hoc, inquit, loco hæreſim ſuam Tatianus Eucratitarum princeps ſtruere nititur, vinum aſſerens non bibendum, cum & lege præceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur a propheta, qui propinant Nazaræis vinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas eccleſijs ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent, & vuam paſſam ac viridem non cōedere, & ſuper patre & matre mortuis nō ingredi. Et ſi fortè hæc fecerint, & fuerint vel humana fragilitate & neceſſitate ſuperati, radant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis & laboris eorum. Quòd ſi hæc non faciunt, neque poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquam vino, vmbras veritati, Euangelij gratiæ legis neceſſitatem, ebrietatem illam intelligāt, qua curis ſecularibus inebriatur & obruitur animæ vigor, & illos prophetis mandare dicentes: Ne prophetis: quo liuore ſuperati, prohibent eruditos viros doctrinæ proferre ſermonem. Huc uſque Hieronymus. Ex cuius verbis conſtat, Tatianum hanc etiam docuiſſe hæreſim, quamuis Auguſtinus & Philaſter cùm de Tatiano loquuntur, eius non meminerint. De hoc vide latiùs in Encratitis.

Amos 2.

TEMPLARII. 4.

Templarij cur ſic dicti

TEmplarij, ſeu templaris militiæ ordo cœpit anno Domini 1120. Sic autem nuncupantur, quòd iuxta templum Domini Hieroſolymis in palatio regio à prima eorum inſtitutione manſionem haberent, quemadmodùm author eſt Gulielmus Tyrenſis Archiepiſcopus, in ſua belli ſacri hiſtoria lib. 12. ca. 7. De quibus eorumq; primordio ſcribit in hæc verba: Eodem, inquit, anno, quo dominus Balduinus de Burge Comes Ediſſenus, ſecundus ex latinis Hieroſolymorum rex electus eſt, quidam nobiles viri de equeſtri ordine, Deo deuoti, religioſi, ac timentes Deum, in manu domini Patriarchę, Chriſti ſeruitio ſe mancipantes, more Canonicorum regularium, in caſtitate & obedientia, & ſine proprio velle, perpetuò viuere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt viri venerabiles, Hugo de Paganis, & Ganfredus de ſancto Aldemaro. Quibus, quoniam neque eccleſia erat, neque certum habebāt domicilium, rex in palatio ſuo, quod ſecus templum Domini ad auſtralem habet portam, eis ad tempus conceſſit habitaculum. Canonici templi Domini, plateam quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum certis quibuſdam conditionibus cōceſſerunt. Dominus autem rex cum ſuis proceribus, dominus quoque Patriarcha cum prælatis eccleſiarum, de proprijs Dominicalibus certa eis pro victu & amictu beneficia quædam ad tempus, quædam in perpetuum contulerunt.

Gulielmus Tyrius Archiepiſcopus, de bello ſacro.

Templariorū à prima ſua inſtitutiōe ſanctitas, & erga diuinū cultum feruor

Prima autem eorum profeſſio, quodq; eis a Domino Patriarcha & reliquis epiſcopis in remiſſionem peccatorum ſuorum iniunctum eſt, hoc fuit, vt vias & itinera maximè ad ſalutem peregrinorum, qui ex Chriſtiano orbe ad terram ſanctā vndique confluebant, & a latrunculis quibuſdam ſpoliabantur, cōtra iſtorum inſidias & incurſiones pro viribus conſeruarent. Nouem autem annis poſt eorum inſtitutionem, in habitu fuerunt ſeculari, talibus vtentes veſtimentis, quales pro remedio animarum ſuarum populus largiebatur. Tandem anno nono à prima eorum inſtitutione atque profeſſione, concilio in Frācia apud Trecas habito, cui interfuerunt Dominus Rhemenſis, & dominus Senonenſis Archiepiſcopi cum ſuffraganeis ſuis: Albanenſis quoque Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus: Abbates quoque Ciſtercienſis & Clarauallenſis, cum alijs pluribus, inſtituta eis eſt regula, & habitus aſſignatus, albus videlicet de mandato domini Honorij Papæ, & Domini Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ.

Templariorum prima profeſſio & inſtitutum

Templariorum regula & habitus albus.

Cumque

Duo tantū in initio fuerunt Tēplarij, poſteà nouem, deinde ferè innumeri.

Cumque iam annis nouem in eo fuiſſent propoſito, (non autem niſi nouem erant) extunc cœpit eorum numerus augeri, & poſſeſſiones multiplicabantur. Poſtmodum verò tempore domini Eugenij Papæ (vt dicitur) cruces de panno rubeo, vt inter cæteros eſſent notabiliores, mantellis ſuis cœperunt aſſuere, tam equites, quàm eorum fratres inferiores, qui dicuntur Seruientes: quorū res adeò creuit in immenſum, vt hodiè trecentos plùs minuſve in conuentu habeant equites, albis chlamydibus indutos: exceptis alijs fratribus, quorum penè infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem tam vltra quam citra mare adeò dicuntur habere, vt iam non ſit in orbe Chriſtiano prouincia, quæ prædictis fratribus bonorū ſuorum portionem non contulerit, & regijs opulentijs pares hodiè dicuntur habere copias. Qui, quoniam iuxta templum Domini (vt prædiximus) in palatio regio manſionem haberent, Fratres militiæ tēpli dicuntur.

Fratres militiæ tēpli.

Neglecta humilitate & ex nimia opum affluentia quo delapſi ſūt Templarij.

Qui cùm diù in honeſto ſe ſeruâſſent propoſito, profeſſioni ſuæ ſatis prudenter ſatisfacientes, tandem neglecta humilitate (quæ omnium virtutum cuſtos eſſe dignoſcitur, & in imo ſpontè ſedens, non habet vnde caſum patiatur) domino Patriarchæ Hieroſolymitano, à quo & ordinis inſtitutionem, & prima beneficia ſuſceperant, ſeſe ſubtraxerunt, obedientiam ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes: ſed & Eccleſijs Dei decimas & primitias ſubtrahentes, & earum indebitè turbando poſſeſſiones, facti ſunt omnibus valdè moleſti. Hactenùs Gulielmus Tyrius archiepiſcopus.

Templariorum ſubuerſio.

Cùm itaque in maximam ſanctitatis opinionem veniſſent Templarij, indeq; adeò breui tempore multas diuitias ac templa ſibi comparâſſent, incraſſati, impinguati, dilatati, Deum tandem factorem ſuum dereliquerunt, & receſſerunt à Deo ſalutari ſuo: prouocaueruntque eum in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam in ſeſe concitauerunt. Nam Chriſti ſacris impudentiſſimè (vt quidam tradunt) abdicatis, in tam horrenda, abominandaque diuerterunt flagitia, vt & ſummi Romanorum Pontificis Clementis quinti, patrumque decreto ad Reges Francorum Philippi Pulchri inſtigationem in Viennenſi concilio vniuerſali, à quadringentis epiſcopis anno Domini 1311. celebrato, damnati, & flammis deuoti fuerint, & eorum ordo qui iam ferè ducentis annis integer perdurarat, euerſus, eorumque bona Rhodijs militibus conceſſa, quòd inprimìs ad Saracenos defeciſſe dicerentur. Vnde Alpharus lib. 2. de planctu Eccleſiæ: Templarij, inquit, propter ſua flagitia ab Eccleſia reprobati ſunt. Et ſubito deſtruuntur mirantibus vniuerſis: quorum Magiſter cum multis alijs, Pariſijs viuus exuſtus eſt, quanuis illa quæ eis obiecta erāt crimina non faterentur, ſed conſtantiſſimè denegarent, & falſa atque commentitia eſſe dicerent.

Templariorū ad Saracenos defectio.

Illis attributæ hereſes & flagitia.

1. Nam illis opponebatur, quòd Chriſtum abnegaſſent.

2. Quòd in crucem Chriſti conſpuiſſent.

3. Quòd eorum profeſſio eſſet prophana.

4. Quòd eorum magiſtri ordinatio, clanculum & occultè fieret.

5. Quòd propter illos terra ſancta in Turcarum ac Saracenorum manus iterum deueniſſet, quibus tot Chriſtianorum fuſo ſanguine, adempta pridem fuerat.

6. Quòd nefanda maſculorum libidine conflagrâſſent.

7. Quod miro artificio ſimulacrum quoddam conflauiſſent, hominis cutem eo ſuperinducentes, & in eius fronte binis carbunculis oculorum vice promicantibus collocatis. quod ſanè loco numinis reuerebantur & colebant.

8. Quòd morientium cadauera in cineres reſoluta, cæteris darent in poculū, quô in ea ſecta firmiores & conſtantiores conſiſterent.

9. Quòd denique infantem natum ex Templarij, virginiſque concubitu, torrerēt igne, ex cuius humore deliquato, ſuū perungerent ſimulacrum. Et alia quamplurima, q̄ ſi quis nôſſe volet, legat Clemētis huius nominis quinti maximi Ro-

manorum pontificis vitam apud Volaterranum, Platinam, & Polydorum Vergilium, item Francorum annales Sunt tamen nonnulli, qui illos immerito dānatos eſſe & morte affectos aſſerunt, & regi Franciæ ea mala, quæ poſtea pertulit, eā ob cauſam accidiſſe, quòd in eorum poſſeſſiones inuaſerit. Cui opinioni ſubſcribit Iacobus Moguntinus, Naucle rus, Antonius Sabellicus in hiſtoriarum rhapſodia, & Ioannes Bocatius libro de Ruina Principum, atque ſe id à patre accepiſſe, qui ſententiæ in eos latæ executioni præſtò fuit. Diuus quoque Antoninus Florētiæ Archiepiſcopus, in tertia parte ſuę hiſtoriæ cap. 21. his videtur accedere. Tu qui locos tenes, vide ibi quę cenſeant illi, & vtrùm Templatij ſint inter hæreticos adnumerandi, an non. ego enim aliorū iudicio ea omnia relinquo. Mihi tantùm ſat fuerit, authores probos, qui de hæreſibus tractârunt, huc adduxiſſe.

Templatij à nōnullis excuſati.

TERTVLLIANISTAE.

S.

Tertullianiſtæ, à Tertulliano Africanæ prouinciæ (vt author eſt Hieronymus in Catalogo virorum illuſtrium) presbytero, ciue verò Carthaginenſi, vocantur: qui Alexandri Seueri Imperatoris, & Pontiani Maximi Romanorum Pontificis temporibus, illuſtris habitus eſt apud Africam, circa annum Domini 228. De cuius omnifaria eruditione & ingenij acumine multa ſunt in veterū monumentis. D. Cyprianus tanti hunc fecit, tamque habuit charum, vt ne diem quidem ſine eius lectione traduceret, ſolitus notario dicere, Da magiſtrum, Tertullianum ſignificans. Neque verò minoris hunc D. Hieronymus fecit, qui paſſim data occaſione, eius laudes eloquitur. Hinc in epiſto. ad Magnum Oratorem: Tertulliano, inquit, quid acutius? quid eruditius? Denique in Apologetico libro, quem aduerſus gentes conſcripſit, cunctā ſeculi diſciplinam contineri dixit. Quod proculdubio verum eſt, quum actis & ardentis ingenij non ferens Gentilium inſolentiam atque ſæuitiam, qua in Chriſtianos ferebantur, omnes ingenij ſui neruos in horum defenſionem intendit. incomparabiles enter in eruditionis ac eloquentiæ ſuæ opes illthic oſtendans.

Tertullia. omnifaria eruditione & ingenij acumine prædi:us. Cyprianus

Hierony.

Verum (quod dolendum) hoc tam præclarum doctrinæ lumen, quum multos ex errorum tenebris ad veram lucem reuocâſſet, ipſe poſtea, neſcio quo malo genio afflatus, in fœdos ac pudendos errores prolapſus eſt, ſecutus inprimis Montani impoſtoris vecordiam, qui ſe paracletum a patre miſſum eſſe fingebat. Tertullianus (inquit D. Hieronymus de viris illuſt. capite de Melitone Aſiano) vſque ad mediam ætatem presbyter fuit Eccleſiæ Africanæ in Numidia, poſtea verò contumelia clericorum Romanæ eccleſiæ, ad Montani dogmata delapſus eſt. Deniq; Milienariorum, quos Græci Chiliaſtas vocant, fauit errori, quibus perſuaſum erat, facta communi reſurrectione, nos in hac terra veluti in campis elyſijs ſuauiter & laute annos mille victuros. Erat quoq; caſtitatis tantus amator, vt Cataphrygarum ſecutus inſaniam, ſecundas nuptias damnaret. Id quod ſubinde alias tum verò ex profeſſo in opere ſuo de Monogamia facit. Eius itaq; errores ſunt hi, ordine digeſti.

Tertullia. lapſus.

Tertullia. Mōtanizat ac Cerinthizat.

1. Dicebat inprimis (teſte D. Auguſtino lib. de hæreſibus, cap. 86. & Iſidoro) animam quidem immortale eſſe, ſed corpoream, hoc eſt, animam filij fieri per traducem ab anima patris, quemadmodum corpus ex corpore propagatur.

Tertullia. errôres.

2. Item ſceleratorum hominum animas poſt mortem verti in dęmones, & in quæcunque animalia bruta ſuis meritis congrua.

3. Deum quoq; Tertullianiſtæ, (vt D. Thomas libr. 1. contra gentes cap. 21. aſſerit) corporalibus lineamentis figurabant: quam tamen opinionē in eis excuſat Auguſtinus vbi ſupra.

4. Multa (inquit idem Auguſtinus lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum) Tertulliani leguntur opuſcula elegātiſſimè ſcripta, ſed paulatim defecerunt. Et tranſiens ad Cataphrygas, quos ante deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nuptias, contra Apoſtolicam doctrinam, tanquàm ſtupra damnare: & poſtmodum etiam ab ipſis diuiſus, ſua conuenticula propagauit. Extat

rat vſq; hodiè liber, quem pro huius erroris defenſione edidit, qui inſcribitur de Monogamia: quem (inquit Hieronymus in epiſt. ad Titum cap.1.) Apoſtolo contrarie, nemo, qui Apoſtolum legerit, ignorabit.

Nicephor⁹

De hoc ita ſcribit Nicephorus hiſtoriæ eccleſiaſticæ lib 4.cap.34. Eadem, inquit, tempeſtate, qua Clemens Alexandrinus presbyter cognomine Conſtextor florebat, Tertullianus etiam presbyter, poſt Victorem & Apollonium a Romanis accerſitur: Carthagine in Africa ortus, patre centurione proconſulari. Hic acris & ingenioſus admodum ſub Seuero maximè floruit, & multos condidit libros. De quo & Paulus a Concordia, Italus, memoriæ mandauit, vidiſſe ſe etiamnùm iuuenem, Romæ beatiſſimi Cypriani notarium ſuperſtitem iam grandæuum: atque ex eo audiuiſſe, nullam ferè diè præterire paſſum eſſe Cyprianum ſine Tertulliani lectione, identidem verba iſta vſurpantem, Cedo magiſtrum, Tertullianum videlicet deſignando.

Mõtaniſta factus Tertullianus.

Is ad ſtatam mediamque ætatem, in eccleſia Catholica presbyter, plura aduerſus Montani dogma conſcripſit. Poſtea verò in illius delapſus errorem, plures rurſum libros pro illo compoſuit. In quibus nouæ etiam prophetiæ mentionem facit, eamque ob cauſam, & peculiarem contra eccleſiam librum edidit. Scripſit alium quoque de pudicitia, ſiue de exhortatione caſtitatis, alium de Monogamia: itẽ de perſequutione, alium de ieiunio: Præterea de Ecſtaſi ſeu conſternatione libros ſex: ſeptimum aduerſus Apollonium, & plures alios. Vixit autẽ ad ætatem decrepitam. Hæc Nicephorus.

Tertullia. ſcripta.

Vincenti⁹ Lirinenſis de Tertulliani erudi tione, moribus & lapſu.

Rurſus de eodem Tertulliano elegantiſſimè atque diſertiſſimè ſcribit Vincentius Lirinenſis opuſculo illo verè aureo, quod aduerſus prophanas omnium hæreſeôn nouationes edidit, in hæc verba: Sed & Tertulliani quoque eadem quæ Origenis ratio eſt. nam ſicut ille apud Græcos, ita hic apud Latinos noſtrorum omnium facilè princeps iudicandus eſt. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatius? Nempè omnem philoſophiam, & cunctas Philoſophorum ſectas, authores, adſertoreſque ſectarum, omneſque eorum diſciplinas, omnem hiſtoriarum ac ſtudiorum varietatem, mira quadam mentis capacitate complexus eſt. ingenio verò nonne tam graui ac vehementi excelluit, vt nihil ſibi penè ad expugnandum propoſuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliſerit?

Tertulliã oratio qualis.

Iam porro orationis ſuæ laudes quis exequi valeat? Quæ tanta, neſcio qua, rationum denſitate conſerta eſt, vt ad conſenſum ſui, quos ſuadere non potuerit, impellat. Cuius quot penè verba, tot ſententiæ ſunt: quot ſenſus, tot victoriæ. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnoſtici, cæterique quorum ille blaſphemias multis ac magnis voluminum ſuorum molibus velut quibuſdam fulminibus euertit. Et tamen is quoque poſt hæc omnia, hic inquam Tertullianus, Catholici dogmatis, id eſt, vniuerſalis ac vetuſtæ fidei parum tenax, ac diſertior multò quam felicior, mutata deinceps ſententia, fecit ad extremum, quod de eo B. Confeſſor Hilarius quodam loco ſcribit: Sequenti, inquit, errore detraxit, ſcriptis probabilibus authoritatem.

Hilarius in commentarijs in Mat. cap.5.

Et fuit ipſe quoque in eccleſia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantùm commemorabo, quòd contra Moſis præceptum exurgẽtes in eccleſia nouellas Montani furias, & inſana illa inſanarum mulierum nouitiũ dogmatis ſomnia, veras prophetias adſeuerando meruit, vt de ſe quoq; & ſcriptis ſuis diceretur: Si ſurrexerit in medio tui propheta. Et mox: Non audies verba prophetæ illius. Quare? Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus veſter, vtrùm diligatis eum, an non. Hoc ergò exemplo & compluribus alijs huiuſcemodi, euidenter aduertere, & ſecundùm Deuteronomij leges luce clariùs intelligere datur, quòd, ſi quando aliquis eccleſiaſticus Magiſter a fide aberrauerit, ad tentationem id noſtri fieri prouidentia diuina patiatur, vtrùm diligamus D E V M, an non, in toto corde, & in tota anima noſtra. Hucuſque Lirinenſis.

Tertullian⁹ Mõtani ſomnia probat.

Deut.13.

TETRADITAE. 6.

TEtraditæ ad Seueritarum familiam (de qua ſuprà in Seuero Antiocheno epiſcopo diximus) ſpectant, emerſeruntque Mauricij Imperatoris, & Pelagij ſecundi, Romanorum ſummi Pontificis temporibus, circa annum Domini 599.

Seueritarũ ſecta in varias partes diſſecta.

Porrò cùm Seueritatum cohors (vt inquit Nicephorus li. 18. c. 49.) in multas ſectas eſſet diſſecta, alij Agnoetæ, alij Conrobalditæ, à locò quodam nomine hoc ſumpto, alij Theodotiani, alij Pauliani, alij Damianiſtæ, alij Petritę fuerunt appellati, congruentia nomina a ſuis miniſtris accipientes. Quorum aliqui, vtpote Damianiſtæ & Pauliani, alium eſſe dicebant patrem, alium filium, & alium Paracletum, Spiritum videlicet ſanctum: non eſſe autem horum quenque per ſeipſum naturam, ſed habere communem Deum ſiue deitatem in eis exiſtentem: atque de ea deitate indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum. Vnam autem ſubſiſtentiam opinabantur eſſe, patrem & filium & Spiritum ſanctum: communem verò ipſum Deum, ſubſtantiam & naturam. Alij verò Seueritæ, qui ab Epiſcopo quodam ſuo Petro nomen conſequuti, Petritæ nuncupabantur, nimirùm qui Seuero & Theodoſio recepto, Paulum & Damianum non admiſerant, quippe opinionem vtriuſque improbantes: quodque cum Eccleſia Catholica cõmunicantes, ſynodum quartam approbârant, eos reijcientes, profitebãtur Deum, ſecundùm veritatem, & eſſentiã & naturam quanque per ſeipſam: patrem & filium & Spiritum ſanctum dicentes, non numero, ſed per omnia ſimili eſſentia. Eos Paulus & Damianus Tritheitas nominabant, ſicuti illi hoſce quandoque Tetraditas, quandoque etiam Sabellianiſtas. Hæc Nicephorus.

Damianiſtarum & Paulianorum de Trinitate opinio.

Tetraditarũ hæreſis.

Tetraditę à Manichæis ortum habent.

Quæ ſanè hæreticorum colluuies primùm a Manichæis progreſſa, deinde in multas factiones & ſectas diuiſa eſt. Multa nempe hæreticorum genera, diuerſis nominibus appellata, ſub hac hæreſi militaſſe, Codicis liber teſtis eſt, & manifeſtò commonſtrat, vbi agitur de hæreticis & Manichæis. Vndè illud: Iſti & cæteri Manichæi nuſquam in Romano ſolo cõueniendi morandique habeant facultatem. De his vide in Seuero, Ioanne Philopono, Theodoſio, Angelitis, Tritheitis, & Cononitis.

TESSARESCAEDEcatitæ. 7.

TEſſareſcædecatitæ ſunt hi, quos ſuprà Quatuordecimanos ſeu Paſchatitas nominauimus, à quartadecima luna ſic appellati, qua die putabant paſcha eſſe neceſſariò celebrandum, & non alio tempore, quod ex veteri lege eo die Paſcha eſſet. Qua de re non minima digladiatio inter Orientales & Occidentales Epiſcopos oborta eſt in Eccleſia Antonini Pij Imperatoris & Aniceti ſummi Romanorum põtificis temporibus, circa annum Domini 154. hoc diſſidium vſq; ad Victoris Papæ huius nominis primi ætatem, ſed tandem in Concilio Niceno omninò finitum eſt: in quo decretum fuit, vt die Dominico ab omnibus Paſchale myſterium celebraretur in memoriam Dominicæ reſurrectionis, quæ eo die facta eſt. Quod decretum quanuis inter Niceni Concilij decreta quæ modò extant, non reperiatur, habetur tamen in ſecundo libro hiſtoriæ tripartitę ex Theodorito cap. 12. ea epiſtola quæ ab eodem concilio ad Alexandrinam eccleſiam & fratres per Aegyptum, & Libyam, & Pẽtapolim conſtitutos, deſtinata fuit, in hæc verba: Euangelizamus autem vobis, & de conſonantia ſanctiſſimi Paſchæ, quia veſtris orationibus eſt correctum etiam hoc opus: ità vt omnes Orientales fratres, qui cum Iudæis id primitùs celebrabant, conſonè cum Romanis & vobiſcum, & cũ omnibus ab initio Paſcha cuſtodientibus, ex hoc tempore debeant cuſtodire. Hæc concilium Nicenum.

Magna diſſentio inter orĩẽtales & occidẽtales epiſcopos, de die feſto Paſchæ celebrando.

Niceni cõcilij decretum de dies Paſchatis celebratiõe

Huius hæreſis quis primus author aut inuentor fuerit, non exprimit D. Auguſtinus libro quem de hæreſibus inſcripſit, licèt hanc hæreſim inter alias recenſeat vigeſimamnonam, ſed ſolum aſſerit illos Teſſareſcædecatitas appellari. Tertullianus tamen in opuſculo ſuo de hæ-

reſibus

Blaſtus Teſſareſcędecatitarū hęreſis author.

teſibus, quendam Blaſiū nominat, quem ait huius hæreſis authorem. Ex quo conijcere licet, hanc hęreſim, Commodi Imperatoris temporibus ab eodem Blaſto te nouatam fuiſſe, cum ſub Antonino Pio iam ſumpſiſſet initium. Huic errori, teſte Auguſtino, adhæſerunt Anthropomorphitæ.

Epiphani⁹

De Teſſareſcædecatitis porrò Epiphanius contra hæreſes lib. 2. Tomo 1. tradit in hunc modum: Ab his, inquit, duabus ſectis ſimul inter ſe permixtis, Phrygorū & Quintilianorum, ſiue Priſcillianorū, emerſit rurſus mundo alia hęreſis, Teſſareſcædecatitarum appellata, quos quartadecimanos quidam appellaut. Et hi quidem omnia habent velut Eccleſia. Aberrant autem ab omnibus, eò quod non cōſequentiæ & doctrinæ rituum attēdunt, Iudaicis adhuc fabulis addicti. Et neque æqualia ipſis doceut. Non enim nouerūt quæ dicunt, neque de quibus affirmant. Semel enim in anno vnam diem tales cōtentioſè Paſchatis agunt. Et quidem cùm de patre & filio ac Spiritu ſancto, benè & æqualiter ſentiant, & prophetas ſuſcipiant, & Apoſtolos atque Euangeliſtas, reſurrectionemque carnis ſimiliter confiteantur, & futurum iudicium ac vitam æternam: inciderunt tamen in errorem non vulgarem, vſi nimirùm dicto in quo dixit lex: Maledictus qui non faciet Paſcha decimaquarta die menſis, &c. De his vide plura in Paſchatitis, & Quatuordecimanis.

Teſſareſcę- decatitarū error.

THABORITAE.

8.

Thaboritæ vndè dicti.

THaboritæ fuerūt Bohemi quidam, hoc nomine appellati à loco quodam, quem mœnibus cingētes, nomen Thabor illi indiderunt. Horum dux & princepsfuit Ziſcha quidam nobilis genere, Ioannis Huſſi erroribus infectus, & Procopius Ioannis Rockeſana cognomēto defenſor acerrimus. Is Ziſcha (vt ait Aeneas Syluius libro 4. de Origene Bohemorum) incredibili furore perditorum hominum turbam, & qui non tam nouam fidem ſecuti, quam iudicia & carceres fugiſſe videbantur, aggregans, eccleſias inuaſit, euertit templa, ſacraria ſpoliauit, monaſteria deſtruxit, fugauit monachos, aliaque ſimilia facinora perpetrans. Quo autem ſecurius degeret, locum Vlrici cuiuſdam veræ fidei cultoris natura munitum cepit vi, Vlricumque ac familiam ſuam omnem gladio peremit: quem locum mœnibus cingens, vt quiſque ex militibus tentoria fixerat, ita ædificari ſibi domos imperauit. Thabor illi loco nomen indidit, comiteſq; ſuos Thaboritas appellari voluit, tanquàm cum tribus Apoſtolis Saluatoris Chriſti transfigurationem in monte Thabor vidiſſent, indeque ſuas opiniones mutuati eſſent, quas fidei veritates appellabant. De his vide plura in Ioanne à Rockeſana, & Orphanis.

Ziſcha Thaboritarum dux.

Thaboritarū impietas

Thaboritæ ſuas opiniones, fidei veritates appellabant.

Exorti ſunt autē Thaboritæ ſub Sigiſmundo Cęſare Germano, & Ioāne huius nominis vigeſimo tertio ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 1411. Contra quos potiſſimum coactum eſt Conſtantienſe concilium, quod anno Domini 1415. inchoatum eſt, & quatuor annis perfectum. Quo celebrato, crebræ expeditiones in Bohemiam adornatæ sūt aduerſus ſeditioſos & malè feriatos Thaboritas, qui poſt mortem Ioannis Huſs, templa pariter & monaſteria (vt iam diximus) diripiebāt & depopulabātur: quorum dux is Ziſcha erat. Ingens clades vtrinque commiſſa eſt inter Bohemios & Germanos, qui contra eos profecti erant, neque tamen hoc modo ſeditionis incendium reſtinctum eſt, ſed ferè acriùs inualuit.

Cōcilium Conſtantienſe cōtra Thaboritas p̄cipuè coactum.

THEBVTES.

9.

THebutes, quē alij Thebulim vocant, vnus fuit ex ſeptē illis hæreticis, qui à primordio eccleſię (vt eſt apud eccleſiaſticam hiſtoriam Euſebij Cæſareenſis lib. 4. c. 18) eius vnitatem in diuerſas partes ſcindentes, per corruptelā doctrinæ, caſtum eius cubile maculârūt, impietatē loquentes aduerſus Dominū, & aduerſus Chriſtum eius. Emerſit autem T. Claudij Cæſaris, & Petri Apoſtoli temporibus, circa annum Domini 40.

Huius

Eccleſia adhuc incorrupta & virgo, per quos primum corrupta.

Huius & aliorum plurium meminit quoq; Egeſippus, in hæc verba Propterea, inquit, eccleſiam vocauerunt virginē, quod nondum eſſet manibus & vanis corrupta doctrinis. Primus eam deprauare cœpit, quod in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet, Thebutes, vnus e ſeptē primis hæreticis, & plebeius: à quibus & Simon eſt, vnde Simoniani dicti, &c. Ab his Pſeudochriſti, Pſeudoprophetæ, & Pſeudoapoſtoli, qui eccleſiæ vnitatē primo diuiſerunt. Hæc ex Nicephoro libr. 4. cap. 7.

THEODORVS MOpſueſtienſis Epiſcopus. 10.

Theodorus Ioānis Chryſoſtomi condiſcipulus.

THeodorus Mopſueſtienſis Epiſcopus, vir quidem eloquens, Ioannis Chryſoſtomi condiſcipulus fuit, & Arrianorum, quandiu vixit, acerrimus Antagoniſta. Qui tamen poſtea in Ebionis & Neſtorij hæreſim collapſus eſt, Zenonis Imperatoris, & Simplicij Romani antiſtitis temporibus, circa annum Domini 476.

Theodori hæreſis.

1. Affirmabat autem hic, Mariam virginem hominem tantum, non Deum, peperiſſe.

2. Item (vt author eſt Diuus Thomas in prologo expoſitionis Pſalmorum) in veteri Teſtamento nihil expreſſe dictum fuiſſe de Chriſto.

Quinta ſynodus Conſtantinopolitana, cui affuerūt patres 165.

Contra hunc Theodorum & Anthemium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, qui in Eutychianam hæreſim lapſus erat, altera Synodus Conſtantinopolitana congregata fuit anno 549 in qua conſtituitur, quod virgo MARIA ſit θεοτόκος & damnatur Origenes. Aduerſus quam etiam Theodori hęreſim & ſuę dæmoniacæ inuentionis errorem, ſcribit Ioannes Damaſcenus libr. 3. cap. 3. & eum vocat Deo odibilem, & igne dignum. Quem etiamnum Nonnus ſanctę memoriæ Edeſſenæ ciuitatis Epiſcopus, poſt mortem in ſua eccleſia anathematizauit.

Nicephor⁹

De hoc ita ſcribit Nicephorus lib. 14. cap. 30. Viguit tum etiam, inquit, Theodorus ille Mopſueſtienſis Eccleſiæ Antiſtes, qui cum eccleſiaſticorum omnium doctor fuit, tum aduerſus hæreticorum phalanges fortiter, vt primarium virum decet, rem geſſit: quique cum Diodoro magno familiariter viuens, doctore eo vſus eſt: & ſodalis atq; condiſcipulus Diui Ioannis Chryſoſtomi, pariter cum eo Diodorum audiuit. Sex is & triginta annos contra Arrianam factionē aperto marte pugnauit, & aduerſus Apollinaris prędonum more ſtructas inſidias conſtanter decertauit: hæreditarium autem Chriſti populum doctrinis optimis & præceptis fouit, quouſque in Neſtorij perfidiam & & impietatem lapſus eſt. Quomodo autē id factum, poſtea oſtendit eiuſdem libri capite 42. in hæc verba: Anaſtaſius autem quidam, inquit, presbyter in maximo apud Neſtorium honore fuit, comes profectionis eius, quum ille ſe ad Epiſcopatum ineundum conferret. Quo tempore etiam ad Theodorum Mopſueſtienſem diuertit, dogmatibuſque eius auditis, a vera pietate Theodorus ipſe tranſuerſim actus eſt, quemadmodum Theodulus in epiſtola ſcribit. Anaſtaſius igitur iſte, acer Iudaicorum dogmatum & actionum Neſtorij ſuaſor, verba aliquando in eccleſia Conſtantinopolitana ad Chriſti fidelem populum faciens, hoc propalam, & apertè dicere auſus eſt, Mariam θεοτόκον hoc eſt, Dei genitricem nemo vocato. Maria enim homo fuit. Vt autem ab homine Deus gignatur, fieri non poteſt.

Theodor⁹ ab Anaſtaſio presbytero & Neſtorio Antiocheno epiſcopo ſeductus, [illegible] excidit.

In prima Conſtantinopolis cōcilij ſeſſione hæc acta ſunt.

Item de eiuſdem Theodori & ipſius ſcriptorum condemnatione, in quinta vniuerſali ſynodo Conſtantinopoli habita, ita ait lib. 17. cap. 27. Synodo coacta, Iuſtinianus, quidnam de rebus Theodori Mopſueſtienſis, & Theodoriti, eiuſdēque ſcriptis, quæ aduerſus duodecim capita ſancti Cyrilli compoſuit, & præterea de Ibæ ad Marim Perſam miſſa epiſtola dicerent, interrogauit. Atque vbi multa Theodori & Theodoriti dicta lecta, clarè ſatis demonſtratum eſt, non tum ſolum, verum etiam antea dudum Theodorum Mopſueſtienſem ab Eccleſia proſcriptū, & ex ſacratarum tabularum albo eiectum eſſe, hæreticoſque etiam poſt eorum mortem damnandos eſſe: nulla interpoſita mora, Theodorum ipſum, & præterea quæcunque Theodoritus contra duodecim diui Cyrilli capita & rectam fidem

ſcripſiſ-

ſcripſiſſet, atque inſuper Ibæ epiſtolam anathemati ſubiecerunt, decreto in hæc verba compoſito: Quum magnus Deus, & ſaluator Ieſus Chriſtus, iuxta Euangelicam parabolam. Et deinceps: Condemnamus verò, & anathemate confodimus, præter alios omnes hæreticos, à ſanctis quatuor concilijs, & à ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia condemnatos, atque anathemate iugulatos, Theodorum etiàm, qui Mopſueſtiæ epiſcopus dictus eſt, impiaque eius ſcripta: & quæ impiè quoq; Theodoritus aduersùs rectam fidem, & duodecim capita eius, qui in ſanctis eſt, Cyrilli, & contra priorem ſanctā ſynodum Epheſinam. deniq; quæcunq; idem, Theodoro & Neſtorio patrocinatus, ſcripſit. Ad hæc anathemate ferimus impiam etiàm epiſtolam, quæ ab Iba ad Marim Perſam conſcripta eſſe dicitur. Hæc quidem ſic acta. Hactenùs Nicephorus. De hac re vide plura in Iba, Ebionitis, & Neſtorio.

Damnatur impia ſcripta Theodori & Theodoriti Cyri epiſcopi, & Ibæ Edeſſeni.

THEODERICHVS *Arrianus Oſtrogotthorum Rex.* 11.

THeoderichus vel Theuderich⁹, Theodemiri filius, Oſtrogotthorū Rex, fuit ſecta Arrianus, qui ad Veronā Odoacro ſub Zenone Imperatore, & Gelaſio primo ſummo Romanorū pontifice, circa annum Domini 485. vniuerſam Italiam cum ſua poſteritate annis ſeptuaginta tenuit. Vis quidem tanta ferocia cum ſuis Hunis praditus, vt nonnulli illos magis ex dæmonum, quam ex hominum ſemine natos crediderint. Ex quibus etiam magnus ille Attilas ortus eſt, qui ſubacta Pannonia, Italiam ingreſſus (vt author eſt Pius Papa in ſua Coſmographia, vbi Aſiæ deſcriptionem facit) cum exercitu quingentorum trecentorum millium, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens, plurimas vaſtitates edidit: ac tranſmiſſo Rheno, in agris Catelaunicis memorabile illud prælium commiſit, in quo ſupra centum ſexaginta millia hominum cecidére. Et quanuis victus eſſet, id tamen ſolatij tulit, quòd Theodetichum Gotthorum præſtantiſſimum ducem obtruncatum cognouit. Hæc Pius Papa.

Alij hūc etiam Theodatum vocant.

Hunc alij Dietrichū vocant.

De eo Theodericho Nicephorus lib. 16. ca. 23. ſcribit in hunc modum: Theudérichus, quem Zeno conſulem & Thraciæ ducem renunciauerat, vbi inſidias ſibi ab eo ſtrui ſenſit, aduersùs veterem Romam exercitum duxit, Odoacrū bello vicit, & regia veſte ſumpta, regem ſe dixit. Multas prætereà Occidentales gentes abſq; prælio, item Vandalos, magnam vrbem Romam, & (vt ſemel dicam) Heſperiam plagam omnem cepit, & ditioni ſuæ ſubiecit. Hæc ille.

Theoderich⁹ à Zenone patricia, & conſulari dignitate exornatus.

Quomodo verò pro Arrianis ante ſanctam magnam vniuerſalem quintam Synodum ad Iuſtinum Imperatorem legationem miſerit, ita refert idem Nicephorus lib. 17. cap. 9. Porrò quum Epiſcopatum, inquit, Epiphanius ſuperioribus temporibus Conſtantinopoli gereret, Ioannes quoque Papa eò venit, quum eum Theuderichus Roma vrbe potitus, legatum ad Iuſtinum miſiſſet. Arrianam nanque is religionem defendens, legationem pro Arrianis miſit, vt ne deſciſcere ab opinione ſua cogerentur. Et legationi minas addidit: quod ſi Iuſtinus id facere nollet, ſe itidèm per Italiam in Nicenæ Synodi cultores ſæuiturum eſſe. Quod & factum ab eodem eſt. Nam cùm à Iuſtino (vt inquit Blondus) Epiſcoporum hæreticorum reſtitutio denegata eſſet, Ioannem cæteroſque legatos eius ſocios, Agapitum videlicet, & Patricium conſules, Theodorum & Importunum, Theuderichus Rauennæ poſt reditum in carcere ſame occidit. Deinde nonageſimooctauo die Theuderichus profluuio ventris diem ſuum obijt. Symmachum quoque & Boethium Chriſtianum Philoſophum martyrio affecit, authore Sabellico & Volaterrano. De eius tamen morte aliud tradit Nicephorus lib. 17. ca. 21. Theuderichus Scytha, inquit, magnis comparatis opibus, aduersùs Zenonem arma cepit. Et cum copijs in Thracia coactis, Romanam ditionem ingreſſus, obuia quæque diripuit, & vſque ad os Euxini peruenit. Atque ille Imperialem etiàm ferè cepiſſet vrbem, niſi ex neceſſarijs eius quidam vitæ eius inſidiati fuiſſent. Quos veritus, retroceſſit. Neq; ita multū interceſſit temporis, quum vitā etiam finiuit,

Legatio Theoderichi Italiæ regis ad Iuſtinum pro Arrianis.

niuit,per cauſam huiuſmodi: Haſta expeтita patrio more pro tabernaculo eius ſublimis collocata erat. Cùm autē corpus ex eicere deberet, equū adduci iuſſit: atque moræ impatiens, ex terra in illum inſiluit. Quòd autē ex paſcuis & equitio is nuper admodùm veniſſet, ferocinatemq; ſpiraret, necdum Theuderichus rectè ei inſediſſet, priores pedes in ſublime iactans, poſterioribus tantum inſtitit. Theuderich* autem cum equo concertans, neque freno cohibere eum potuit (nè ſcilicet fera ſuper eum reſupina concideret) neque ſatis certò aut firmiter illi inhæſit. Atque eum ita cum equo huc atque illuc in gyrum verteretur, neſcio quomodo haſtam illam concuſſit: & illa obliquè in eum illata, latus eius vulnerauit. Ex quo vulnere lecto affixus, vbi viſcera eius ex conuulſione & inflammatione commarcuerūt, breui vitam amiſit.

Theoderichi miſerā mors, & in ignem æternū detrudi viſus ab eremita quodā viro ſancto.

Is verò cum ſubitò defunctus eſſet, à quodam ſanctiſſimo eremita (vt author eſt Sigebertus) viſus eſt, nudus & diſcalceatus a Ioāne Papa & Symmacho atque Patritio in ollam Vulcani detrudi, vel vt alij dicūt, in Ignem Lipareum immergi. Idem refert Carion. Nam, vt ait D. Gregor. 4. dialogorum libro, principes mundi qui perſecuti ſunt eccleſiam, miſerabili morte ſemper interiērunt, & eorum poſteritas poſtmodùm deleta, & martyrum gloria exaltata eſt.

Theoderircho verò mortuo, Athalarichus filius cum Amalaſiuntha prudētiſſima fœmina Italiā rexit. De hoc vide plura in Genſericho Africæ rege, Gothis, & Vandalis.

THEODOSIANI. 12.

THeodoſiani à Theodoſio quodā Monophyſitarum hæreſis principe, & à Seueritis Alexandriæ Papa creato, appellantur. Floruit aūt is Maurici Imperatoris, & Pelagij huius nominis ſecundi tēporibus, circa annum Domini 592.

Theodoſianorum hæreſis.

His cum ſectatoribus ſuis (vt author eſt Nicephorus lib. 18. c. 48.) communem humanam naturam, ipſamq; etiam diuinam, quam indiuiſibilem dicimus, in plurimas partitur perſonas, diſcernens eam, & ſingulatim indiuiduis tribuens, & tribus ſuperſubſtantialis naturæ ſubſiſtentijs diſpertiens. Ideoque Chalcedonenſe concilium reſpuunt, Eutycheus & Dioſcori errores ſequentes.

Hæreſis Neſtorianæ & Theodoſianorū ſumma.

Quæ hæreſis contraria eſt hæreſi Neſtorianæ. Neſtorius enim, propter duas naturas, duas etiam ſubſiſtentias numerat: Theodoſiani verò propter vnam ſubſiſtentiam, vnam quoque ſubſtantiam & naturam in Chriſto dicunt.

Hæreſis Agnoetarū & Theodoſianorum.

Fertur verò ſectæ iſtius ducē (inquit idem Nicephorus c. 49.) primum Seuerū fuiſſe, poſtea autē Ioannem Philoponū & Cotocam defendiſſe. Porrò autē poſt Seueru, hæreſim hanc primum recepiſſe Theodo ſiū, qui apud eos Alexandriæ Papa factus eſt. Deinde & alios: a quib. & q. Agnoetæ dicuntur, & Contobabditæ, a loco quodā nomine hoc ſumpto, prodierunt: qui & Theodoſiani, q ſcilicet eum, quē diximꝰ, Theodoſiu potiſſimū cōſectati ſint, ſunt appellati: ſed poſtea ab illo anathemati ſubiecti ſūt: ita vt ignorātię hęreſis interci des, ignorātiæ mādata ſit. Et paulò infra: Eſt alia etiam Seueritarum cohors, qui & Theodoſiani vocātur: propterea q ambos hoſce admiſerint, tertiumq; inſuper Paulū cognomento Nigrū: Tertij pręterea Seueritæ ſunt, qui & ipſi Theodoſiani dicuntur, & Angelitæ, & Damianiſtæ. Ij epiſcopos ſuos quoque habent, à quibus congruentia nomina accipiunt.

Theodoſianorum dogma.

Porrò Seueritæ iſti, qui iidem & Theodoſiani & Angelitę, necnon & Damianiſtæ ſunt, alium eſſe dicunt patrem, alium filium, & alium paracletum, ſpiritū videlicet ſanctum: non eſſe autem horū quēque per ſeipſum naturam, ſed habere cōmunem Deum ſiue deitatem in eis exiſtentē: atq; de ea deitate indiuiſibili modo participātes quemlibet eſſe Deū. Vnā aūt ſubſiſtentiam opinantur eſſe, patrem & filium & Spiritum ſanctū: communē verò ipſum Deū, ſubſtantiam & naturā. Hæc Nicephorus. De his vide planius in Eutychete & Dioſcoro, in Ioanne Philopono, Seueritis, Agnoetis, Angelitis, Monophyſitis, Tetraditis, & Neſtorio.

THEODOTVS BYzantius coriarius. 13.

THeodotus (à quo Theodotiani hęretici) arte quidem coriarius, ſed multæ

inte-

interim eruditionis & doctrinæ extitit apud Conſtantinopolim, à qua vrbe Romã fugiens, quòd ei vitio verteretur, perſequutione inſtante Chriſtum abnẽgâſſe, in hæreſim tandem & deliramẽta Artemonis & Montani hæreticorum relapſus eſt, Heliogabali Imperatoris & Vrbani t.hui⁹ nominis Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 221.

Theodoti hæreſis.

Hic humanam tantùm naturam tribuebat Christo, illum hominem purũ fuiſſe aſſerens. Fatebatur tamẽ verbum Dei in eo habitaſſe ob excellentem eius virtutẽ.

Ideoq; Mariam non Dei, ſed hominis tantùm matrem eſſe, & appellari debere.

Idem dicit Epiphani⁹ cõtra hereſes li. 2. to. 1. hęreſi 54.

Hoc aũt dicebat, inquit Philaſtrius, vt qui Chriſtum in perſequutione abiurâſſet, hac occaſione huiuſce abnegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur, cogitans quod ſi quis ei obijceret, cur Chriſtum Deum & hominem negâſſet, diceret, ſe non Deum, ſed hominem negâſſe. Vtuntur autem qui ſunt huius ſectæ, capitulis tantùm ſcripturarum, quæ de Chriſto velut homine edocent: quæ autem de Deo docent, ea non accipiunt: ſemper legentes, ſed quæ legunt, nullo modo intelligentes, impietatiſque paganæ & cæcitatis Iudaicæ ſe potius conſortes, quàm Chriſtianæ ſalutis participes eſſe demonſtrantes. Hæc Philaſtrius.

De hoc Nicephorus lib. 4. c. 20. ſcribit in hunc modũ: Sedenim contra Artemonem, eiuſq; ſucceſſorem Theodotũ Byzãtium coriariũ, qui illius errorem multũ prouexit, beat⁹ Victor depugnauit. Redarguit quoq; importunitatem eorum liber, qui paruus Labyrinthus dicitur, quẽ nonnulli ab Origene compoſitum eſſe autumant, ſed eos ſtylus & eloquutionis forma refellit.

Victor Ro. epiſcopus Artemonẽ & Theodotum refutauit.

Rurſus ca. 21. Coriarius verò, inquit, quidam Byzantius, Theodotus nomine, Artemonis diſcipulus, alterius ſectæ princeps extitit, & multò adhuc peiora q̃ Artemon eſt commentus. Præclaram autẽ rem ſe facere exiſtimauit, quòd authoritatem diuinitus inſpiratis literis abrogauit, & eas quas ipſemet recepit, corrupit. His Victor Epiſcopus Romanus, veluti doctrinam fidei adulterantibus generosè reſtitit, coriariumque ab eccleſia proſcripſit. Qui paruum Labyrinthum compoſuit ſcriptor, hos redarguit, aſſerentes ſe huiuſmodi doctrinam ab Apoſtolis & ſucceſſoribus eorum accepiſſe, veritatemq; vſque ad Victoris tempora, qui decimustertius à Petro Romanæ vrbis epiſcopus fuit, obtinuiſſe, & a ſucceſſore eius Zephyrino corruptam fuiſſe. Verba eius ſic habent: Et fortaſſe id quod illi dicebant, veriſimile fuiſſet, niſi eis refragarentur primùm diuinæ ſcripturæ, deinde fratrum quorundam Victoris tempore presbyterorum libri, quos illi & ad gentes, & aduerſus hæreſes pro veritate ſcripſerunt: Iuſtini, inquam, & Miltiadis, Tatiani, Clementis, & aliorum complurium, in quibus omnib⁹ diuinitas Chriſto tribuitur. Nam Irenæi, Melitonis, & reliquorum, quis ignorat ſcripta Chriſtum Deũ eundemque hominem deprędicare? Pſalmi etiàm & carmina quęcunque iam inde à principio à fidelibus ſunt compoſita, Verbum Dei Chriſtum laudibus celebrantia, deitatem ei tribuunt. Quomodò igitur eccleſiaſtico dogmate à tot annis deprædicato defendi poteſt, vſque ad Victoris tempora doctrinam hanc, vt ipſi dicunt, in eccleſijs obtinuiſſe? Quomodo etiàm non erubeſcunt, hæc contra Victorem ementientes, quum certò ſciant, Theodotum Coriarium, qui poſt Artemonem, pater & princeps huius diuinitatem negãtis defectionis fuit, & Chriſtum primus purum hominem eſſe dixit, à Victore eſſe à communione repulſum? Si enim Victor eadem quæ illi ſenſiſſet, ſicuti illorum docet blaſphemia quomodò is Theodotum hęreſis eius inuentorem reieciſſet?

Aduerſùs hos ex paruo Labyrintho refutatio.

Hæretici iſti ſucceſſores Apoſtolorũ primũ Chriſto diuinitatẽ tribuiſſe, & ſcripturas Apoſtolicas deprauâſſe nugæ ſunt.

Adhæc, illa adijcit, ſcripturas quidem ſacras abſq; timore & pudore omni adulterârunt, antiquos fidei canones abrogârunt, Chriſtũ ignorarunt. Nec illi, quid diuinæ literæ dicant, quærunt, ſed Euclidẽ fortaſsè & Galenum adorant. Et paulò pòſt. Propter eam cauſam ſcilicet diuinis literis manus iniecerunt, emendare ſe & caſtigare eas dicentes: & ſubdola improbitate ſimplicem ſacrarum ſcripturarum vim & ſententiam deprauârunt, ſapientiores ſeipſos Spiritu ſancto iactantes.

Scripturarũ deprauatio p Theodotianos.

In ſcriptu- rarũ inter- pretatione hæreticorũ diuerſitas.

Memoriæ etiam prodidit, non vno ſenſu hoc eos feciſſe. Aliter enim Theodotum, aliter Aſclepiadotum, aliter quoque Hermophilum, Apollonidem rurſum aliter ſcripſiſſe. Quemlibet etiam illorum caſtigationem propriorum ſcriptorum ediditſe: idque variantium & diſſidentium inter ſe exemplarium diſcordantiam indicare. Quoſdam enim iſtorum refert, non deprauâſſe ſcripturas: ſed lege & prophetis prorſus abnegatis & abolitis, per iniquam & impiam planè doctrinam ſub gratiæ obtentu, ad extremum perditionis delapſos.

Theodotiani iſti Natali egregio Chriſti cõfeſſori pecunia expugnato pſua ſerũt, vt eorum hæreſi præeſſet.

Idem ſcriptor, qui librum eum aduerſus illos edidit, de eis quiddam etiam cõmemorat, quod huic operi inſerere eſt viſum. Natalem enim quendam, ex generoſis & intrepidis confeſſoribus vnum, dicit ab Aſclepiadoto & Theodoto alio quodam argentario, qui Theodoti illius, poſt Artemonem ſectæ eius ducis, diſcipuli fuêre, deceptum perſuaſumque eſſe, vt mercede condicta (factum id propter confeſſionis eius laudem & celebritatem) ſodalitati eorum præeſſet, eoſque illi centum & quinquaginta denarios diurnos daturos pollicitos eſſe. Itaq; cum in eorũ hæreſi eſſet, in ſomnijs ei aliquoties Chriſtus, verus animarum medicus aſſiſtens, vt ſe à tali errore & ſeductione alienaret, hominẽ eſt cohortat⁹. Minimè enim illũ ꝙ paſſionum ſuarum teſtis & Martyr fuiſſet, ab Eccleſia ſegregatum perire voluit. Illo quoque adiecto, non illum pro iſtorum opinionibus, ſed pro Euangelicis dogmatibus ſtrenuè decertâſſe. Minùs tamen ille viſioni obſequutus eſt, honore eo, quem ſe, quòd deceptis atque ſeductis hominibus præiret, habere credidit, captus: & fortaſſe lucri quoque ſplẽdore, vt homo ineſcatus. Itaque noctu iterum ei Saluator inſiſtens, graues per angelos flagris intulit plagas. Tum demùm ille experientia edoctus, quantum malum ſit ſe Deo opponere: ſacco ſumpto, & cinere conſperſus, quàm celerrimè cũ ipſo diluculo ad Eccleſiam confugit, & ad Zephyrini eccleſiæ Romanæ præſidis pedes pronolutus, orationem atque deprecationem pro ſe ad Deum generis humani amatorem fieri rogauit: publicè in media plebe vibices, quas acceperat, plagarum oſtentans, eum verò ita eiulantem & quiritantem miſeratus ille, manu porrecta, ad pœnitentiam facile quidem recepit, ægre tamen ad communionem admiſit.

Natalis in ſomnijs ea de cauſa vapulat, & à Chriſto ſemèl atq; iterũ ad pœnitentiã inuitatur.

Inſigne reſipiſcentiæ eius exemplum.

Theodoti, Mõtani, & Maximillę interitus.

De Theodoti & Montani eius præceptoris, atque Maximillæ miſeranda morte, ſic quoque ex Euſebio Cæſarienſi tradit Nicephorus eiuſdem libri ca. 23. Quẽadmodum, inquit, Mõtanus & Maximilla, à ſpiritu veſano vterque agitatus ſeipſum ſeorſim ſuſpendit, eoq; modo ad inſtar Iudæ proditoris vitam finiuit: ita etiam primus propheticarum eorum defenſor, admirandus ille Theodotus, quum ſe ſeductionis ſpiritui commendâſſet, poteſtatiq; eius permiſiſſet, iactatus, atque ſublatus in cælum, ac rurſum delapſus, peſſimè perijt. Hactenus Nicephorus.

Euſebius lib. cap. 16.

THEODOTION BIbliorum interpres.

14.

Theodotion proſelytus.

THeodotion Epheſius patria, Marcionis hæreſiarchæ ſectator, atque Tatiani philoſophi, cùm adhuc fidelis eſſet, quondàm diſcipulus, Hebraici & Græci ſermonis quum peritiſſimus eſſet, & ex Chriſtianiſmo ad Iudaiſmum lapſus, poſt Aquilæ & Symmachi ſacrarum ſcripturarum tranſlationes, ipſe quoque tertiam edidit, Aelij pertinacis Imperatoris, & Victoris Afri temporibus, circa annum Domini 193.

Epiphani⁹

De hoc Epiphanius, libro de menſuris & ponderibus ſcribit in hunc modum: Poſt Symmachum, inquit, mox ſequenti progreſſu temporis, hoc eſt, circa ſecundi Commodi regnũ, qui regnauit poſt prædictum Commodum Lucium Aurelium, annos tredecim, Theodotion quidam Ponticus, ex ſectatoribus Marcionis hæreſiarchæ Sinopitæ, infenſus & ipſe illius hæreſi, & ad Iudaiſmum declinans, ac circuncifus, & Hebræorum linguam ipſorumque elementa edoctus, priuatim etiam ipſe interpretationem, & pleraque conſonanter cum ſeptuaginta duobus edidit. Habebat enim hic plurima exercitia ex conſuetudine Septuaginta duorum.

duorum. Hæc Epiphanius.

Hierony. Huius quoque meminit & D. Hieronymus ſecundo contra Ruffinum libro: Miror, inquit, quod Theodotionem hæreticum & iudaizantem legit, & quantumcunq; peccatoris, Chriſtiani tranſlationem faſtidit. De hoc vide etiàm in Aquila & Symmacho.

THEOGNIS NIcenus Epiſcopus.

15.

THeognis Nicææ ciuitatis Epiſcopus Arrianus ſecta, vnus eorum epiſcoporum fuit, qui in concilio Niceno vocē & ſententiam τοῦ ὁμοουσίου reprehenderunt: hoc eſt, qui conſubſtātialem patri filium decernere renuerunt: ſed qui cum Arrio, fuiſſe aliquandò eum non eſſet, aut non fuiſſe priuſquàm genitus eſſet Chriſtus, aut ex non exiſtentibus factum eſſe, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia fuiſſe, aut creatum, aut mutationi alterationive obnoxiū dixerunt, ſub Conſtātino magno Imperatore, & Sylueſtro Rom. Pontifice, circa annum Domini 328. Hiſtor. tripar. lib. 1. cap. 1. Ruf. 1. capite 6.

De hoc ita habet Nicephorus lib. 8. ca. 18. At pauci, inquit, admodùm in concilio Niceno Arrij laudârunt opinionem. Paulò pòſt tamen & ipſi fidem eam approbârunt, qui etiam Conſubſtantialis vocem reprehenderunt, (excepto Secundo & Theona) inter quos erat Theognis Nicææ ciuitatis Epiſcopus, & Euſebius Nicomediæ: quos etiam eam ob cauſam Conſtantinus Imperator ſedibus ſuis exegit. Iraque non ſolùm illi ſunt proſcripti, ſed alij quoque in eorum locum lecti. Pro Euſebio enim, Nicomediæ Amphion, pro Theognide autem, Nicææ Chreſtus, epiſcopi facti, ambo ſinceriores pietatis quàm maximè ſtudioſi.

Theognidi Niceno & Euſebio Nicomedieſi epiſcopat' adempti.

Illud autem ſcire oportet, Euſebium & Theognidem, quique prætereà factionis eius erant, alios, fidei ſuæ doctrinam in ſcriptum relatam, ſeorſim Synodo ob tuliſſe, eamque vt adulterinam & impietatis plenam diſcerptam eſſe. Quam ob cauſam, quòd ingens turba excitata, atque omnes propter manifeſtam impietatem aduerſus eos commoti eſſent, ipſi quoque (præter Secundum & Theonam) Arrium quidem Anathemati ſubiecere: exanthorationique illius ſubſcribere nolentes, fidei profeſſioni ſubſcripſerunt: quod tamen ſimulanter & inſincerè fecerunt, ab exilio reuerſi, ſicut poſteà oſtendemus. Teſtificabuntur id quoque res eorum aduerſus pietatis deſenſores actæ, & quæ ipſi de rebus his reliquerunt ſcripta.

Euſebius Nicomedienſis, & Theognis Nicenus, et quidā alij Arriāi, Nicenis decretis extra Arrij abrogationem dignitatis ſubſcribūt, metu adacti.

Ex cap. 43. Nunc quemadmodùm Euſebius & Theognis Arriani, libello pœnitentiæ exhibito, ab exilio reuocati fuerint, ſuaſque receperint eccleſias, & eos qui in eorum locum ſurrogati erant, eiecerint, dicendum: Laudatiſſimus Imperator Conſtantinus, omnem mouebat funem, vt religio noſtra magis ac magis augeretur, & incrementa ſua caperet, quippe qui Apoſtolico cæleſtiq; prorsùs eſſet animo. Inter eccleſiarum autem præſides, rerumque ſacrarum magiſtratus tum erant, qui non ſolum cum illo ædificandum, verùm etiàm deſtruendum ſibi, & eccleſiæ fundamenta funditùs euertendum ſtatuerant: ſicuti ſtylo progreſſi oſtendem'. Arrius enim ſynodi ipſius atq; Imperatoris calculo condemnatus, & exilio mactatus fuerat: atque itidem Euſebius Nicomedienſis, ſectatoreſq; eius, qui profeſſioni quidem fidei ſubſcripſerant, Arrij autē exauthorationem ſententijs ſuis comprobare noluerant. Et Arrius non longè poſt Nicenam ſynodum ab exilio quidē poſt reuocatus, Alexandriam autem ire prohibitus.

Acta ſynodi Nicenæ in controuerſiam retractæ.

Breui quoque Euſebius & Theognis eccleſias ſuas receperunt: eis qui in eorū locum ſurrogati fuerant, Amphione Nicomedia, & Chreſto Nicea eiectis. Quum nanque pœnitentię libellum primarijs epiſcopis miſiſſent, Imperatoris iuſſu ſunt reuocati. Libellus autem is de verbo ad verbum talis fuit.

Euſebius & Theognis eccleſias ſuas recipiūt.

Quum quidem calculis veſtris ante iudicium factum, à pietate veſtra damnati ſimus, ſilere debuiſſemus de pietatis veſtræ decretis. Quandoquidem verò abſurdum fuerit, ſilentio ipſo ſycophantiæ opi-

Pœnitētiæ eorum libellus.

opinionem & iudicium contra nos ipſos præbere, eam ipſam ob cauſam ad vos referimus, nos profeſſioni fidei conſenſiſſe, ſententiaque conſubſtantialis explorata, pacatos prorſus fuiſſe, neque vlla ex parte hæreſi adhæſiſſe. Certiorem huius autem Eccleſiarum cauſa, quæ nobis in mentem venerant, in medium protulimus. Atque ipſi tandem certò perſuaſi, aliiſque etiam quos oportebat iiſdem à nobis perſuaſis, fidei ſubſcripſimus. Anathemati verò ſubſcribendum non duximus, non quidem quod fidem ipſam carperemus, verùm quòd eum, qui accuſatus fuerat, talem eſſe non crederemus. Ex epiſtolis enim eius ad nos datis, ſermonibuſque in faciem collatis, certiores facti ſumus, talem non eſſe. Quod ſi ſancta veſtra ſynodus de eo ſic perſuaſa eſt, nos nihil repugnamus. Cæterùm ſuffragium noſtrum ad decreta veſtra accommodantes, per haſce literas, plena fide conſenſum noſtrum confirmamus: non nos quidem grauiter exilium ferentes, ſed ſuſpicionem hæreſis amolientes. Quòd ſi dignabimini nos in conſpectum veſtrum admittere, vnanimes in omnibus habebitis, rebuſque veſtris iudicatis ſtantes. Et quum pietati veſtræ placuerit, eum qui criminis huius nomine eſt delatus, humaniter reuocare: abſurdum eſſe duximus, poſteaquam reus ipſe reuocatus, de intenta ſibi calumnia cauſam dixit, vt nos prorſus taceremus, contra nos ipſos reprehenſionis occaſionem exhibentes. Facite igitur ſicuti pietati veſtræ Chriſtianæ conuenit, vt Dei amantiſſimum Imperatorem admoneatis, preces noſtras eidem offeratis, & quamprimùm quæ vos facere decet, de nobis ſtatuatis.

Poſt hanc palinodiam & recantationem, reuocati Euſebius & Theognis, Eccleſias ſuas receperunt, eis qui illis ſuffecti fuerant, repulſis, ſicuti dictum eſt. Sic illi ſub prætextu, ouium pellibus amicti, lupos egerunt. Nam Imperatoris humanitate ad ſeductionis commoditatem abuſi, & continuo Imperatoriæ aulæ aditu priſtinam dominationem cōſequuti, res peſſimas admiſerunt. Nam arte quadam illi (vt idem ait Nicephorus eiuſdem libri capite 46.) cum cui decretum Nicenæ ſynodi aſſeruandum, cōmiſſum fuerat, dicuntur circumueniſſe, ſubſcriptioneſque ſuas deleuiſſe: atque libere & propalàm docuiſſe, non oportere filium patri conſubſtantialem dicere. Ii quoquè primi Athanaſio authores fuêre, earum quas pertulit ærumnarum. Multam nanque ab Imperatore conſequuti poteſtatem & libertatem, Arrium quidem, qui conſentiens & amicus illis eſſet, Alexandriam reducere: illum verò, veluti ex diametro eis repugnantem, abigere inde contenderunt. Et ſanè vix tandèm conſilium id ad exitum ſuum perduxêre. Quomodo autem id conficere potuerint, & quo pacto Imperator, vt Arrium reciperet, adductus ſit, ſi quis noſſe volet, legat eundem Nicephorum eiuſdem libri cap. 47.

Et ruſus libro 9. cap. 3. idem ait Nicephorus: Porrò, inquit, Euſebio & Theognidi res, quæ incrementa ſua in deterius capiebat, & quotidie, vt ita dicam, magis magiſque exacerbabantur, ex ſententia procedebant. Qui inprimis ſtudebant id, quod conſtituiſſent, ad exitum perducere. Id vero erat, vt vnum aliquem, qui opinionis eorum eſſet, Alexandrinæ Eccleſiæ hierarcham præficerent. Sed conſilium eorum ab Occidente reuerſus impediuit Athanaſius, vnius Auguſtorum, iunioris videlicet Conſtantini, qui Occidentalibus Gallis imperabat, literis fretus. Is nanque vbi cognouit, patrem cognominemque ſuum, Athanaſij exilium teſtamento abrogâſſe, reditu conceſſo, vt Alexandriam is reuerteretur, curauit. Huc uſque Nicephorus. De quo vide plura in Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo & Arrianis. Euſebius & Theognis Arrianorū anteſignani. Athanaſi⁹ ex Gallia Alexandriam reuers⁹

THEONAS MARMARicæ epiſcopus. 16.

THeonas Marmaricenus epiſcopus, fuit cum Secundo Ptolemaidis epiſcopo, Arrij defenſor vehementiſſimus in Concilio Niceno. Qui quoniam Arrium anathemati ſubijcere, exauthorationique illius ſubſcribere, aut fidei pro- Theonę hęreſis & contumacia.

profeſſioni ibidem approbatæ atque decretæ ſuffragari noluerunt, filium quidem illi inter creaturas, & non æqualem patri conſtituentes, ideo (inquit Nicephorus lib. 8. cap. 21.) in eodem Niceno concilio ab omnibus, ſuffragijs conſentientibus ſunt excommunicati, vt qui Arrij blaſphemiam veritati Euangelicæ anteferrent. Fuit autem hic ſub Conſtantino magno Imperatore, & Syluestro ſummo Romanorum pontifice, circa annum Domini 330.

Hic Theonas, teſte Euſebio lib. 4. cap. 19. Arrogantia elatus, Apoſtolicæ ſibi aliquid authoritatis aſſumens, epiſtolam ad omnes eccleſias ſcripſerat, in qua docere eos conabatur, qui multò rectius, quam ipſe, credebant, & cohortabatur omnes ad nouas verborum adinuentiones accommodare aures ſuas. Blaſphemabat autem Dominum, & Apoſtolos eius, & ſanctam eccleſiam.

Synodalis concilij Niceni ad Alexandrinos & Aegyptios epiſt.

De eo verò habetur apud Nicephorū lib. 8. cap. 24. in ea epiſtola quam de rebus in Nicena ſynodo geſtis, eadem ſynodus Alexandrinæ ſcripſit eccleſiæ in hunc modum: Sanctæ & magnę Dei gratia Alexandrinorum eccleſiæ, & qui in Aegypto, Libya, & Pentapoli ſunt, dilectis fratribus, qui Nicææ congregati, magnam & ſanctam celebrârunt Synodum, in Domino ſalutem. Quandoquidem diuina gratia & Deo dilectiſſimo Imperatore Conſtantino ſuffragante, omninò neceſſarium viſum eſt, ſacram ſynodum ad vos dare literas, vt intelligere poſſitis, quum quæ ibi in quæſtionem & diſquiſitionem venêre, tum quæ decreta ſancitaq; ſunt.

Acta ſynodi Nicenæ.

Itaque ſcitote, primò omnium inquiſitum eſſe in impietatem & pręuaricationem Arrij, ſectatorumque eius. & in pręſentia Dei amantiſſimi Imperatoris Conſtantini, conſentientibus omnium ſententijs placitum, vt anathemate impia eius opinio & voces, atque verba blaſphema condemnarentur, quibus ille filium Dei blaſphemans vſus eſt, ex non exiſtentibus illum eſſe dicens, & fuiſſe aliquando cum nō fuerit, & arbitrij libertate, vitij virtutiſque capacem eſſe filium Dei, creaturam eundem & facturam nominans.

Arrius cū doctrina ſua condemnatus.

Quæ omnia ſancta ſynodus anathemati ſubiecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis vecordiam, blaſphemaque eius verba ſuſtinens. Tantoperè autem inualuit eius impietas, vt ſimul cū eo peſſum ierint Theonas Marmaricæ, & Secundus Ptolemaidis epiſcopi. Nam & ij factionis eius ſunt. Hæc ſancta ſynodus Nicena. De hoc vide in Secundo Ptolemaidis epiſcopo, & in Arrianis.

Itidē Theonas & Secū dus dānati

THEOPASCHITAE.

17.

Theopaſchitæ ſunt ij, quos Monophyſitas ſupra nominauimus, hoc eſt, qui vnam verbi & carnis naturā poſt ineffabilem illam in Chriſto vnionem eſſe ſentiunt & docent, Deum vtique crucifixum & paſſum fuiſſe credentes: atq; quartam ſynodum Chalcedonēſem, in qua hæc hæreſis dānata eſt, reijcientes. Exorti ſunt autē Zenonis & Anaſtaſij Imperatorum, & Hormiſdæ ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 513. De quibus vide in Monophyſitis, Cnapheo, Seuero Antiocheno, Dioſcoro, Gaino, Iacobitis, & Ioanne Philopono.

Theopaſchitarum hæreſis.

THEOPHRONIVS.

18.

Theophronius Cappadox & Eupſychius ſectæ Eunomianæ adprimè ſtudioſi fuerunt, & qui tempore Valentiniani Imperatoris & Liberij ſummi Romanorum pontificis, circa annum Domini 368. ſeipſos ab eccleſia reſcindentes, quum in alijs rebus ex Eunomij opinionibus, tum in ſacro bapriſmo res nouas induxerunt: non in Trinitatem, ſed in Chriſti mortem baptizandum eſſe docētes. Hæc Niceph. lib. 11. cap. 11. eccleſiaſticę ſuæ hiſtoriæ.

Theophronij & Eupſychij hæreſis.

Quomodò verò Eunomianorum hęreſis à morte ſui inſtitutoris Eunomij, in multas alias hæreſes ſit diuiſa, & quibus ex cauſis quæque earum ab alia ſit ſeiuncta, idem refert Nicephorus lib. 12. ca. 30. in hæc verba: Sic quidem, inquit, di-

Eunomianorum diſſectio.

Eunomii diſcipulus Theophronius.

em ſuum obiit Eunomius. Sectatores autem eius in diuerſas diſceſſère ſectas. Primus Theophronius quidam, genere Cappadox fuit, qui ab eo in contentioſa diſputandi ratione edoctus, ſectatoribus eius ſe coniunxit. Et mediocriter ſeu craſſè potius, vt rectiùs quiſpiam dixerit, in Ariſtotelis prædicamentis, & eiuſdem περὶ ἑρμηνείας, hoc eſt, de interpretatione, ſeu enunciatione libro verſatus, compendium, veluti quandam introductionem, de eis, quibus ipſi vtuntur, ſyllogiſmis & ratiocinationibus editum reliquit, quod de exercitio mentis inſcripſit. Deinde popularium ſuorum odio expetitus, quòd ad ineptam & inſanam prolapſus eſſet abſurditatem, quippe qui in magiſtri ſui doctrina acquieſcere noluit, reiectus ab eis eſt. Quod nanque curioſus maximè eſſet, ex nominibus quæ in ſacris ſcripturis poſita ſunt, collegit quod Deus id quod non extat, præſciens, id autem quod extat, ſciens, atq; id quod exiuit, memoria tenens, non eodem ſemper modo ſe habeat. vtpote qui cognitionem transferat ad præſentia, ad futura, & ad præterita. Atque eam ob rem repudiatus, conſentus ſuos ſibi ſeorſim cogens, ſub nomine ſuo hæreſim inſtituit.

Theophronius ab Eunomianis tandem repudiatus.

Ineptiæ eiuſdem.

Theophronius ab Eunomiãis ſe diiũxit, & ſectam propriam inſtituit.

Porrò quòd diuinus etiam baptiſmus ita per adulterinum vſum deprauatus eſt, vt non in Trinitatem, ſed ſemel in mortem Chriſti merſio fiat: non Eunomio, ſed diſcipulis eius Theophronio & Eupſychio, multorum opinione atque ſermone aſcribitur. Cauſas haſce breuiter expoſuimus, vt quiſque nôrit, quamobrem Eunomiani in diuerſas diſceſſerint partes. At qui Theophronium ſequuti ſunt, Eunomiotheophronia ni. qui verò Eupſychium, Eunomioeupſychiani cognominati ſunt. Diſputationes autem & orationes omnes quæ de his quæſtionibus habitæ ſunt, commemorare, perlongum & prorſus difficile eſſet, præſertim quum aliud mihi propoſitum ſit inſtitutum. Hæc Nicephorus. De hoc vide in Eupſychianis & Eunomianis.

Deprauatio baptiſmi, diſcipulis Eunomij adſcripta.

THOMAS MANI-
chæus. 19.

THomas Manichæus vnus fuit ex tribus illis Manetis ſectatoribus, quē ad ſua dogmata euulganda ad Indos miſit, Aureliani Imperatoris, & Felicis Papæ temporibus, circa annum Domini 273. De quibus item ſcribit Nicephorus lib. 6. cap. 32. in hæc verba: Manes autem quum tres haberet ſectatores, Addam, Thomam, & Hermeam: ex ijs Addam ad Syros, ad Indos autem Thomam miſit, præcones. Qui reuerſi, quum ſe dicerent multa dura paſſos eſſe, neque quenquam doctrinam eius recipere voluiſſe, auſus eſt omnium hominum impuriſſimus, ſeipſum Chriſtum nominare, & Spiritum ſanctum, aliumq; Paraclecum miſſum eſſe dicere, &c. Vide reliqua in Manichæis.

Tres Manichæi ſectatores.

Manichæ' ſe Chriſtũ nominat.

Huic hiſtoriæ ferè ſubſcribit Epiphanius cùm de Manichæis tractat, contra octoginta hæreſes, lib. 2. to. 2. hæreſi 66. Manes, inquit, à rege Perſarum in Perſide arundine excoriatus, tres reliquit diſcipulos, Addam, Thomam, & Hermeam, qui ſanè antequam ipſe pœnam penderet, emiſſi erant ab ipſo, Hermeas in Aegyptum, cum quo etiam multi cõuerſati ſunt. Non enim eſt antiqua hæreſis, vt qui eum prædicto Hermea conuerſati ſunt, nobis de ipſo narrauerunt. Addas verò in ſuperiores Orientis partes, Thomas autem in Indiam, ex quibus corroboratum eſt dogma hucuſque. Hæc Epiphanius.

Epiphani'

THOMAS DE VIO
Caietanus. 20.

THomas de Vio, cognomine Caietanus, ex fratrum Prædicatorum ordine fuit, a Caieta vrbe oriūdus, quam ob cauſam Caietanus nuncupatur. Extitit autem (vt inquit Alphonſus à Caſtro aduerſùs hæreſes lib. 2.) in Theologia Scholaſtica tam inſigni doctrina excultus, vt nulli ex his qui ſuo tempore floruerunt, ſecundus fuerit: Adeo quidē, vt ob literatum eminentiam & morum probitatem, communi fratrum ſui ordinis

Thomas Caietanus vir inter ſuæ ætatis æquales doctiſſimus.

ais conſenſu, in generalem eiuſdem ordinis magiſtrum electus fuerit, indeque à Leone huius nominis decimo, ſub Maximiliano Cæſare Germano, circa annũ Domini 1515. ad presbyteri Cardinalis dignitatem euectus. Quo in loco cum per viginti annos vixiſſet, nullam tamen (vt reliquis ferè omnibus mos eſt) humanorum vitiorum, ſiniſtram de ſe opinionem dedit.

Multa autem variaque opera edidit, ſed multa ſcribenti contigit, quod Salomon ait, in multiloquio non deeſt peccatum. Nam quamuis multa vtilia ſcripſit, quia tamē ſuo ingenio multum fidebat, in aliquos lapſus eſt errores, è quibus vnus eſt, in quo aſſerit, Euam non eſſe formatam ex coſta Adæ. Quæ enim ſacra ſcriptura in libro Geneſis de formatione Euæ narrat, dicit ille non iuxta literam intelligenda, ſed ſecundum myſterium: non quidem per allegoriam, ſed per parabolam. Somnus enim ille, quem Dominus miſit in Adam, (vt inquit) ſimilitudinem gerit defectus virtutis virilis, vndè naturaliter producitur homo: quia homo dormiens ſemihomo eſt, & ſimiliter principium generans mulierem, ſemiuirile eſt. Ablatio coſtę ex viro ad formandam mulierem, quatenùs coſta eſt os, (vt ait) ſimilitudo eſt diminutionis roboris ex animo viri ob vxorem: quatenùs verò eſt coſta, ſimilitudo eſt ſocialis vitæ inter virum & vxorem, ità quòd nec ſuperior viro, nec ſerua viri, ſed collateralis eſſet viri. Quatenùs autem coſta eſt vna, dicit eſſe ſimilitudinem minimi roboris tum corporis tum animi mulieris, & perindè atque proportio virium muliebrium ad vires viriles, ſed quemadmodùm proportio vnius coſtæ ad reliquas coſtas omnes. Reſtitutionem verò carnis pro coſta, dicit eſſe ſimilitudinem repreſentationis quæ fit viro, dando illi carnalem generationem ac propagationem filiorum, loco diminuti roboris animi ex coniugio. Hæc ſunt, quæ ille de hac re docet in Commentarijs ſuper Geneſin.

Prou. 10.

Somnus quem Dominus miſit in Adã, quid ſignificet.

Coſtæ ablatio.

Reſtitutio carnis pro coſta.

An autem propter hunc & alios eius errores ille ſit hæreticus cenſendus, an non, aliorum eſto iudicium. Ego ſiquidem de doctrina in præſentiarum diſſero, non de perſona. Potuit quidem ille errare, & hæreticus non eſſe, præſertim ſi non pertinaci animo ſuæ ſententię adhęſit. Hæc Alphonſus à Caſtro.

TIMOTHEVS, APOLlinaris hæretici diſcipulus. 21.

Timotheus, Apollinaris hæretici, de quo ſupra in Apollinariſtis egim^9, diſcipulus fuit, prophanus quidem ille & ineruditus, vixitq; Valētiniani Imperatoris & Damaſi huius nominis primi temporibus, circa annũ Domini 377.

1. Adulterinas autem hic cum ſuo magiſtro Apollinari de æterna & immortali natura opiniones commentus, gradus quoſdam, & dignitates inter ſe differentes introduxit, quemadmodum dicit Nicephorus lib. 12. cap. 4.

Timothei & Apollinaris eius magiſtri hæreſis.

2. Adhæc ſalutis etiam noſtræ adminiſtrationis myſterium imperfectum reddidit, animamque rationalem, qua corpus omne regitur, eius, quæ nobis obtigit, ſalutis expertem eſſe dixit: propterea quòd hanc quoque non itidem, ſicutì reliquam corporis naturam, Deus verbum receperit, proindeque ei neque ſanationem, neque honorem aliquem tradiderit.

3. Verùm corpus quidem terrenum nugatus eſt in cælo ab intellectuali militia omni adorari: animam verò ad Imaginem Dei conditam, in terris manentem, vt quæ recepta non ſit, hucuſque incutatam, peccatique ignominia circundatam eſſe.

4. Atque alia etiam abſurditatis huiuſmodi plena blaterans, aliquando quidem & Dominum ipſum ex virgine carnem recepiſſe, aliquandò verò eam ſecũ è cælo deſcendiſſe. Interdum etiam verbum ipſum in carnem mutatum, nihil ex carne noſtra ſumpſiſſe, dixit. Atque inſuper alijs nonnullis deliris & nugacibus fabulis adinuentis, diuinas eas Seruatoris promiſſionibus coniunxit. Quas ſingulatim, præterquàm quòd de eis anteà quoquè in Apollinariſtis diximus, in præſentia recenſere ſuperuacaneum eſſe puto. Apollinaris ergò non tantùm ſectatoribus ſuis peſtem hanc communica-

uit, ſed ex noſtris etiàm multos ea infecit. Quanuis populares eius poſteà, ſuam ipſorum obſeuritatem & fidei noſtrę ſplendorem illuſtrem cernentes, paucis exceptis, omnes ad eccleſiam ſe Catholicam contulerint, & de communiòne quidem noſtra participauerint, ægritudinis autem ſuæ venenum non omninò euomuerint, atque id permultis ſanam opinionem obtinentibus furtìm obtruſerint. Vnde etiam tanquam à radice mala, vnam eſſe & diuinitatis & carnis naturam, & diuinitatem paſſioni non obnoxiam, paſſionem ſubijſſe (id quod ſupra quoque in eiſdem Apollinariſtis aliquatenus ex Gregorio Nazanzeno retulimus) opinio pullulauit. & alia præterea, quę & multitudini & eius antiſtitib⁹, contentionem maximam bellumque implacabile, & non iudictum peperére, prodierunt.

Apollinariſtæ minus ſincerè ſe ad eccleſiā catholicā contulére.

Nicephor⁹ li. 12. ca. 17.

Sedenim Damaſus, vir celeberrimus, vbi hanc quoque hæreſim exortam eſſe cognouit, non Apollinarim modo, ſed & Timotheum ſectatorem eius exauthoratum ſemèl atq; iterum proſcripſit. Atque id Epiſcopis Orientalibus per epiſtolam ſignificauit: quam vt huic hiſtoriæ annecterem, ex vſu eſſe putaui. Ea de verbo ad verbum ſic habet:

Synodalis epiſtol. Damaſi epiſcopi Romani, contra Apollinarim et Timotheum, ad Orientales epiſcopos.

Quòd Apoſtolicæ ſedi charitas veſtra debitam exhibet obſeruantiam, vobis ipſis plurimùm, & maxime eccleſiæ ſanctæ veſtræ, filij reuerendiſſimi gratulamur. In qua confidens ſanctus Apoſtolus, docuit, quomodò nos quæ ſuſcepimus gubernacula, regere conueniat. Ac nos quidem iudicio noſtro, honore tāto inferiores ſumus. Veruntamen ea de cauſa, quocunque poſſumus modo, operam damus, ſi aliqua ex parte ad gloriam beatitudinis eius accedere poſſimus. Scitote igitur, Timotheum iam olim impurum ac prophanum Apollinaris hæretici diſcipulum, vnà cum impio eius dogmate, a nobis exauthoratum, damnatumque eſſe. Et haudquaquam credim⁹, reliquias eius ratione aliqua in futurum robur accepturas. Sin verò ſerpens ille antiquus, qui extra eccleſiam eſt, ſemèl atque iterum morſu enectus, ad ſuā ipſius pœnam reuiuiſcat, & vt mortiſero veneno ſuo infideles quoſdam peſſundet, tentare non deſinat, cum perindè atque præſentem peſtem declinare. Et ſimul memoria retinentes fidem Apoſtolicam eamque inprimis, quæ Niceæ a patribus in ſcriptum eſt relata, in fide gradu firmo immobiles, fortiter atque perſeueranter conſiſtite. Et poſthac clericos aut laicos veſtros, vanas diſceptationes & abrogatas quæſtiones, audire nō patimini. Iam enim ſemel typum & formam propoſuimus, vt quicunque ſe Chriſtianum eſſe agnoſcit, illud ſeruet quod ab Apoſtolis eſt traditum, ſancto Paulo videlicet dicente: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Siquidem Chriſtus filius DEI, Dominus noſter hominum generi per paſſionem ſuam pleniſſimam conſuluit ſalutem, vt hominem vniuerſum peccatis obnoxium, à peccato omni liberaret.

Timothe⁹ diſcipulus Apolliñaris cū dogmate ſuo damnatur.

Fides Nicena laudatur.

Gala. 1.

Hunc ſi quis ſiue in humanitate, ſeu in diuinitate defectum aliquem habuiſſe dicat, diabolici is ſpiritus plenus, gehennæ ſe filium eſſe oſtendit. Quid igitur denuò à me Timothei condemnationem petitis? Qui & hic Apoſtolicę ſedis iudicio, præſente etiam Alexandrinæ vrbis Epiſcopo Petro, damnatus eſt, vnà cum magiſtro ſuo Apollinari. Qui etiam in iudicij die debitas pœnas & cruciatus ſuſtinebit. Sin leuiores quoſdam homines ille, perindè atque ſpem aliquam habens, perſuaſione ſua ducit, quicunque veram in Chriſtum ſpem profeſſione Apollinaris mutauit, itidèm vt ille peribit, eccleſiæ canoni reluctans. Deus vos, filij reuerendiſſimi, conſeruet incolumes. Hęc Damaſus Papa.

Refutatio breuis hæreſis Apollinaris & Timothei eius diſcipuli.

Eorū dem⁹ condemnatio.

Enimuerò quædam etiam alia, qui in magna vrbe Roma (inquit idem Nicephorus eiuſdem libri 12. cap. 18.) congregati erant, aduersùs varias hæreſes ſcripſére, ea neceſſariò operi noſtro inſerenda eſſe duxi. Et primum vniuerſalis fidei profeſſionem Damaſus Papa ad Paulinū in Macedonia Epiſcopum, qui etiā Theſſalonicæ fuerat, miſit. Atq; inter alia ille hæc quoque commemorat.

Profeſſio catholicæ fidei Damaſi Papæ ad Paulinū Epiſcopum Macedonienſem.

1. Quandoquidem poſt concilium Nicenum error iſte emerſit, vt quidam impuro ore dicere audeant, ſpiritum ſan-

ctum

ctum per filium genitum eſſe: anathemate eos ſecimus. qui non cum libertate omni, vna cum patre & filio vnius & eiuſdem ſubſtantiæ & poteſtatis exiſtere ſpiritum ſanctum prædicant.

Sabellius 2. Anathemati eidem ſubijcimus Sabellij erroris ſectatores, qui patrem & filium eundem eſſe dicit.

Arrius & Eunomi⁹. 3. Anathemate iugulamus Arrium & Eunomium, qui tametſi diuerſis verbis, pari tamen impietate filium & ſpiritum ſanctum vnum eſſe confirmant.

Macedoniani. 4. Item Macedonianos, qui ex Arrij radice ſuccreſcentes, non impietatem, ſed cognomen tantùm mutârunt.

Photinus. 5. Item Photinum, qui Ebionis hæreſim renouãs, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex Maria tantùm profitetur.

Neſtoriani 6. Item eos qui duos eſſe filios affirmant, alterum ante ſecula, alterum poſt carnem ex perpetua virgine Maria aſſumptam.

Apollinaris & Timotheus. 7. Anathemate prætereà mactamus illos, qui Dei verbum pro rationali anima in carne humana verſatum eſſe contendunt. Hoc ipſum namque Dei verbum, non pro rationali & intellectuali anima in ſuo ipſius corpore fuit: ſed noſtram, hoc eſt, rationalem & intellectualem ſine peccato animam ſuſcepit & ſeruauit.

8. Non minus proſequimur eos anathemate, qui dicunt verbum Dei à patre extenſione & contractione ſegregatum eſſe, & ſubſiſtere id non poſſe, aut qui finem id ſuum habiturum eſſe blaſphemant.

Aduerſus epiſcopos, ex vna ſede in aliã trãſeuntes. 9. Eos porrò qui ex eccleſijs in alias trãſeunt eccleſias, tantiſper alienos à communione noſtra eſſe ducimus, dum ad eaſdem, in quibus primum electi ſunt, vrbes reuertantur. Si quis verò, alio ex vno loco in alium tranſeunte, in illius adhuc viuẽtis locum ſit per electionem ſurrogatus, tandiu ille qui vrbem ſuam reliquit, epiſcopali dignitate carebit, donèc ſucceſſor eius in Domino obdormierit.

10. Si quis non perpetuò patrem, & perpetuò filium, & perpetuò ſpiritum ſanctum eſſe dicat, anathema ſit.

12. Si quis non dicat, filium genitum ex patre, hoc eſt, ex ſubſtantia eius diuina, anathema ſit.

13. Si quis non dicat, verum Deum eſſe Dei filium, ſicuti verùm Deum patrem eius, & illũ omnia poſſe, & omnia nôſſe, patrique ſimilem eſſe, anathema ſit.

14. Si quis dicat, quum in carne degẽs filius Dei in terris fuit, eundem in cælis & cum patre non fuiſſe, anathema ſit.

15. Si quis dicat in paſſione crucis filium DEI, & DEI verbum, diuinitate & nõ carne vnà cum anima, quam in ſerui ſibi aſſumpta forma, vt ſancta ſcriptura dicit, induit, dolorem pertuliſſe, anathema ſit.

16. Si quis non dicat, Dei verbum carne paſſum, & carne crucifixum, & carne mortem guſtâſſe, primogenitum factum ex mortuis, pro eo atque vita eſt & viuificans, quippe Deus, anathema ſit.

17. Si quis non dicat, eum in carne, quã aſſumpſit, ad dexteram patris ſedere, in qua adueniet iudicaturus viuos & mortuos, anathema ſit.

18. Si quis non dicat, ſpiritum ſanctum verè & propriè ex patre eſſe, quemadmodum & filium, eundemque Deum Dei verbum, ex diuina ſubſtantia, anathema ſit.

19. Si quis dicat, ſpiritum ſanctum creaturam, aut per filium genitum eſſe, anathema ſit.

20. Si quis non dicat, patrem per filium poſteà incarnatum, & ſpiritum ſanctum creâſſe omnia, viſibilia videlicet & inuiſibilia, anathema ſit.

21. Si quis non dicat, patris & filij & ſpiritûs ſancti vnam deitatem, poteſtatem, potentiam, vnam gloriam, vnã proprietatem, vnum regnum, vnam voluntatem & veritatem, anathema ſit.

22. Si quis non dicat, tres veras eſſe perſonas, patris, & filij, & ſpiritûs ſancti, æquales, ſemper viuentes, omnia & viſibilia & inuiſibilia continentes, omnia potẽtes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia creantes, omnia ſeruantes, anathema ſit.

23. Si quis non dicat ſpiritum ſanctum, perindè atq; filium & patrem, ab omni creatura adorandum eſſe, anathema ſit.

24. Si quis de patre & filio rectè ſentiat, de ſpiritu verò ſancto hallucinetur,

hęreticus eſt. Quoniam omnes hęreticos, de filio Dei, & de Spiritu ſancto perperā ſentientes, in Iudæorum & Ethnicorum infidelitate hærere conſtat.

25. Si quis diuinitatem diuidat, ſingulatim Deum patrem dicens, & DEVM filium, & Deum ſpiritum ſanctum, & contendat tres deos dicendos eſſe, & non vnum Deum propter vnam diuinitatem in tribus ſubſiſtentijs, vnamque poteſtatem, quam eſſe credimus & ſcimus, patris & ſpiritus ſancti: aut è diuerſo ſubtrahens filium & ſpiritum ſanctum, exiſtimet ſolum patrem Deum dicendum, vel vnum ipſum Deum credendum eſſe: anathema ſit. Nam nomen deorum & angelis, & omnibus ſanctis, à Deo per gratiam impoſitum atque tributum eſt. De patre autem & filio & ſpiritu ſancto, propter vnam & æqualem diuinitatem, non deorum nomina, ſed Dei noſtri nomen ſignificatur & declaratur. Vt credamus, nos in patrem & filium & ſpiritum ſanctum tantùm baptizari, & non in Archangelorum aut angelorum nomina: ſicuti hæretici, aut Iudæos, aut Ethnicos inſanos. Ipſa igitur hæc Chriſtianorum eſt ſalus, vt fidem habentes Trinitati, ipſi patri & filio & ſpiritui ſancto, & baptizati in ipſam, vnam ſcilicet Deitatem & poteſtatem & diuinitatem & ſubſtantiam, in ipſum Deum credamus. Hæc Damaſus ad Paulinum ex Nicephoro Calliſto. De hoc vide plura in Apollinariſtis.

Deorū nomen & angelis & ſanctis omnib' à Deo p gratiā impoſitum.

Chriſtianorum ſalus.

TIMOTHEVS AELVrus violentus epiſcopatûs Alexandrini occupator.

22.

Timotheus cognomento Aelurus, (à quo Timotheani hęretici ſunt appellati) Neſtorianæ hæreſis, propugnator vehementiſſimus fuit, profeſſione quidem primò monachus, ſed poſteà presbyter Eccleſiæ Alexandrinæ factus, & deindè per impoſturā epiſcopatûs Alexandrini violentus occupator, ſub Leone huius nominis primo poſt Martianum Orientis Imperatore, & Leone huius nominis itidem primo, doctrina & eloquio inſigni Romanorum ſummo pontifice, circa annum Domini 460.

Hic (authore Gennadio) ita carnem verbum factum eſſe dicebat, vt manente verbo in ſua ſubſtantia, & homine in ſua natura, ſocietate, non commixtione, vnam filij Dei factam eſſe perſonam aſſereret.

Timothei Aeluri hæreſis.

De hoc idem Gennadius libro contra Neſtorium ſcribit in hunc modum: Extincto, inquit, ab Alexandrinis Proterio epiſcopo, hic in locum occiſi intruſus eſt. Et quia plebs Proterium exoſum habuerat, ideò Timotheus ad habendam gratiam plebis, omnes, quibus ille communicauerat, Neſtorios eſſe pronunciat. Et maculam conſcientię temeritate abluendam præſumens, ſcripſit ad Leonem Imperatorem libellum valde ſuaſorium, quem prauo ſenſu patrum teſtimonijs inſtanarum elaborare conatus eſt, vt ad decipiendum Imperatorem, & ſuam hæreſim conſtituendam, penè Leonem vrbis Romæ Pontificem, & Chalcedonenſem ſynodum, ac totos occidentales Epiſcopos, illorum adminiculo eſſe Neſtorianos oſtenderet: ſed fauente Deo, a Chalcedonenſi concilio hoſtis eccleſiæ coarguitur & confutatur. Vnde & hoc in exilium pulſo, iam hæreſiarches dicitur & habetur. Hæc Gennadius Maſſilienſis presbyter.

Gennadi'.

De eo item Nicephorus lib. 15. cap. 16. tradit in hæc verba: Alexandriæ autem, inquit, plebs ipſa, atque etiam primores viri Dioſcoro addicti, Chalcedonēſis ſynodi decretum non ſuſcepēre: & Martiani Imperatoris & Pulcheriæ Auguſtę obitu cognito, furore multo rurſum aduerſus Proterium concitati ſunt, ardorem eo expellendo plurimum oſtēdentes. Populus quidem vbique vniuerſus facilè ad iram impellitur: & materiam quamque, quam fors offert, veluti ſcintillam atque fomitem tumultûs arripit. Alexandrina autem plebs ad res eiuſmodi non minùs procliuis & prompta eſt, ex innumera, quæ vndecunque illuc confluit, multitudine coadunata. Proindè præter rationē omnem audacia vtitur, & impetu dęmoniaco effertur. Aiunt quippe cuiuis liberum ibi eſſe, quacunque temerè arrepta cauſa & occaſione, populum celeriter ad ſedi-

Nicephor'

Tumultus Alexandrinus contra ſynodum Chalcedonenſem, & Proterium epiſcopum

ſeditionem intemperijs quibuſdam excitare,& quocunque velit,ducere. Et maxima ex parte iocis ludicriſque rebus populus,ſicuti inquit Herodotus, de Amaſide ſcribens,deditus eſt. Plebs ea, quantum ad hanc partem pertinet, talis eſt: in rebus autem alijs haudquaquam contemnenda.

Dionyſius Orientis dux

Quum igitur eo impetu irati ferrentur homines,illa etiam temporis opportunitate oblata,quòd Dionyſius Orientalium copiarum ductor apud interiorem Aegyptum eſſet, Timotheum quendam cognomento Aelurum, ad epiſcopalem euehere dignitatem conſtituerunt, qui monaſticam egerat vitam,& deinde preſbyter eccleſiæ Alexandrinæ factus fuerat. Et quod magnopere in Chalcedonenſem ſynodum inueheretur, idoneuſque ad res miſcendas eſſet, atq; epiſcopatum mirificè expeteret, fuligine nigroque colore oblitus, noctù circum monachorum cellas obambulauit,& quemque per calamum ſcirpeum excauatum, nominatim euocauit: atque illi quum eum audirent, ipſe ſe ex ſpiritibus adminiſtris vnum eſſe aſſimulauit, & cælitùs propterea miſſum, omnibus dixit, vt admonitu eius à communione Proterij diſcederent,& Timotheum Aelurum in epiſcopali ſede collocarent.

Aelurus viuo adhuc Proterio, epiſcopus Alexandrinæ creatur.

Adhuc Proterius Epiſcopatum gerebat,& munere ſuo fungebatur, quum Timothei partium ſtudioſi in Eccleſia magna,quæ de Cęſaris nomine dicta eſt,congregati,Aelurum ipſum patriarcham Alexandriæ deſignârunt. Conſecrârunt eum Euſebius Peluſij,& Petrus ex Iberia ortus,Maiumæ,quod Gazæorũ oppidum eſt,epiſcopus, quibus dignitas ſacerdotalis à Proterio dudum adempta fuerat.

Ordinatio illegitima Aeluri.

Qua de re certior factus Dionyſius dux, maximis itineribus Alexandriam venit,ſeditionis recens, etiamnùm incendium reſtincturus. Timotheus ſibi, ne è throno deturbaretur,metuens, ſeditioſos quoſdam è populo Alexandrino homines aduersùs Proterium irritauit, qui illum audaci furore pleni aggreſſi ſunt, &

Proterij Alexandrini patriarchæ martyriũ.

epiſcopum tantùm, quum ad ſacroſanctum baptiſterium cõfugiſſet, crudelem in modum (o diuina vindicta) ferro in viſcera eius adacto, vt imperata Timothei exequerentur, contrucidârunt: & deinde ex fune ſuſpenſum, paſſim per viam publicam rapuerunt, cadaueri eius, vt homines furibundi inſultantes, atque eum contumeliâ illudentes, & quòd Proterius necatus eſſet clamitantes. Et poſtquàm id per vrbem omnem diſtraxêre, poſtremò igni etiam vſtulârunt, cinere qui ſupererat,in aërem diſiecto, viſceribuſque eius crudis (nam & ab hoc facto non abhorruerunt) deguſtatis. Vnà cum Proterio alij præterea ſex idem certamen obiere.

Admirãda hæreticorũ in orthodoxos crudelitas.

Hæc res vbi ad piiſſimum Imperatorẽ Leonem eſt delata,non ille rurſum ſynodum cogendam eſſe duxit, ſed circularibus per orbem literis ad eccleſias miſſis, quibus ſententiam ſuam inſeruit, opinionem epiſcopum quenque ſuam reſcribere ſibi iuſſit, cùm de Chalcedonẽſis ſynodi conſtitutionibus, an ſequi illas vellent: tum de electione & conſecratione Aeluri,quę ita,ſicuti dictum eſt,facta eſſet,reprehenderẽtne eam, vt quę minùs legitimè proceſſiſſet, an epiſcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc ſic ad omnes epiſcopos ſcripſit.

Literæ circulares Leonis Imperatoris ad omnes epiſcopos.

Illi autem,quãquàm locorum intercapedine inter ſe diſſiti,ſimul tamen omnes, quum ſuprà mille eſſent, ſuffragijs omnibus Chalcedonenſem ſynodum comprobârunt, decretumque eius egregiè confirmârunt. Timotheo autem, vt qui illegitimè in thronum inſiluiſſet, eiſdem calculis dignitatem abrogârunt, diſertiſque verbis hominem excommunicauerunt.

Epiſcopi omnes Leõi reſcribẽtes, Chalcedonẽſem ſynodum laudãt, & Aelurũ damnant.

Ille ad hunc modum condemnatus, & Alexandria eiectus, Gangram, quò etiàm magiſter eius Dioſcorus deportatus fuerat, exulatum miſſus eſt.

Aelurus Gangrę exulat.

Aelurus iſte multa diuini Cyrilli ſcripta nondùm vulgata, dogmatibus ſuis adulterinis adſperſis deprauâſſe dicitur. Eo autem abducto, Alexandrini Timotheum alium, eiuſdem, quam Proterius complexus fuerat, ſententię virum, eccleſiæ ſuæ epiſcopum legunt: quem quidam Baſilicum, quidam autem Salophaciolum cognominauerunt. Qui propterea, quòd plebs eius gratia tumultum excitauerat, Canopi degebat.

Idem Cyrilli librorũ deprauator.

Quomodo verò poſtea à Tyranno Baſiliſco (qui Zenonem Imperatorem Leonis generum, & in imperio eiuſdem ſucceſſorem, eo imperio per tyrannidem exuere modis omnibus conatus fuerat) Timotheus iſte Ælurus cum Petro Cnapheo ſimiliter hæretico, fuerit ab exilio reuocatus, & recuperata ſede Alexandrina, magis atq; magis quartam ſynodum Chalcedonenſem oppugnauerit, idem recenſet Nicephorus lib 16, cap.2. Paruo, inquit, elapſo tempore, Baſiliſcus Verinæ Auguſtæ frater, aduerſus Zenonem conſurrexit. Zeno verò nihil quod virum & Imperatorem deceret, ſed illiberale & ſummiſſum quiddam cogitans, & Verinæ dolum ſuſpectum habens, per aduerſam tempeſtatem celeriter in Iſaurorum regionem, Ariadnam coniugem quæ à matre tandem fugerat, & qui præterea fidi ei erant, ſecum habens, ſe contulit. Porrò Baſiliſcus imperio tanquam ſpolio quodam ſine ſanguine arrepto, imperiale ſibi ipſi impoſuit diadema, & Marcum filium ſuum Cæſarem creauit, exercitumque ingentem ad Zenonem Seleuciæ apud Iſauros (in qua vrbe ſicut prius in lucem editus fuerat, ita tum profugus latebat) obſidendum miſit, & bellum id aduerſus Zenonem gerendũ Illo & Leontio commiſit.

Baſiliſci Verinæ Auguſtæ fratris tyrannis.

Illus & Leontius (alij legunt Trocundus) duces aduerſus Zenonẽ miſſi.

Atque vbi res ſuas, ſicuti videbatur, probe conſtitutas eſſe putauit, minùs ſibi legibus parendum eſſe duxit. Ac niſi contra quàm Leo, & qui antè eum imperauerant, fecerant, rempublicam adminiſtraret, ne imperandum ſibi quidem exiſtimauit. Ad eam rem autem eum maximè coniux nomine Zenonis, quam etiam Auguſtam dixit, incitauit. Cum qua aduerſùs fidei profeſſionem bellum cepit. Ac primum quidem ad quorundam Alexandrinorum legatorum petitiones, Timotheum Ælurum ab exilio, in quo decem & octo annos vixerat, reuocauit. Is in vrbem Imperialem primò venit, atque ibi cohortem hominum diſſolutorũ ſecum trahens, magnificè proceſſit: atque aſino inſidens, ex imperiali palatio templum ſupplicationum gratia perijt. Cæterùm quum iumentum id caſu quodam procidiſſet, ipſe pede fracto, cum ignominia indè eſt profectus. Petrum quoq; Cnaphæũ Baſiliſcus ex Inſomnium monaſterio, vbi abditus latebat, acciuit: & Æluro quidem Alexandrinum, Cnapheo autem Antiochenum rurſum thronum, Timotheo qui Proterio ſucceſſerat, & ſacro Calandione pulſis conceſſit.

Timothe' Ælurus ab exilio reuocatus.

Ælurus pedẽ frangit.

Cnaphæus ab exilio redit.

Illi quamprimum ſedes eas receperũt, armis ſtrenue ſumptis, quartam Synodũ anathemati ſubiecerunt. Multis præterea alijs Baſiliſcus licentiam multam permiſit, quoſcunque eccleſiaſticis opinionibus aduerſari ſatis poſſe ferret. Prius autem quã thronos ſuos Ælurus & Cnapheus reciperent, quum adhuc Conſtantinopoli eſſent, Baſiliſco perſuaſerunt, vt ad epiſcopos vniuerſos circulares daret literas, quibus concilium Chalcedonenſe, & Leonis libellum, per anathema damnaret. Qui illis facilè obſequutus eſt.

Iſti Chalcedonenſem ſynodum damnant.

Porrò Baſiliſcus quod aduerſus fidem bellum gereret, odium omnium incurrit. Quod vbi cognouẽre, quibus Zenonis obſidio cõmiſſa fuerat, iuramento interpoſito ſe fidos illi futuros, Zenoni conciliati ſunt. eoque recepto, ad vrbem imperantem ire contenderunt: quum quidem dona ab eo partim iam accepiſſent, partim ſe accepturos eſſe ſtipulati eſſent. Baſiliſcus de Zenonis motu certior factus conſobrinum ſuum Harmatium copiarum in Thracia ducem, qui progreſſum illius impediret, aduerſùs eum miſit, eũque iureiurando ſanè quàm horrendo ne ſe vnquam Zenoni coniungeret, obſtrinxit. Harmatius cum Zenone ad Niceam congreſſus, in illum coniecit metum, vt fruſtra ſe rem, quam conficere nequiret, aggredi putârit, niſi donis ac pollicitationibus Harmatium, ſe videlicet Baſiliſcum filium eius Cæſarea tænia exornaturum eſſe, expugnaret. Atque ita hunc quoque iuriſiurandi religionẽ paruifacientem, Zeno aduerſùs Baſiliſcum in partibus ſuis habuit. At Baſiliſcus his rebus cognitis, ſtatim ſententiam mutauit: & Imperiali corona ſacræ menſæ impoſita, ſupplex ipſe cum Zenonide ad baptiſterium confugit. Zeno confeſtim Conſtantinopoli exceptus, primum eccleſiam magnam, deinde cum apparatu & comitatu maximo imperialem regiã ingreſ-

Ex cap. 8. duces Baſiliſci Zenoni conciliãtur.

Baſiliſcus Harmariũ ducẽ aduerſùs Zenonẽ in Thraciam cuntẽ mittit.

Zeno Conſtantinopoli redit.

Baſiliſci cędes & miſerabilis interitus.

ingreſſus eſt. Baſiliſcus autem quum viginti menſes in Romano imperio tyrannus fuiſſet, in Cappadociam moriturus miſſus eſt: atque in māſione quadam ſeu militari diuerſorio, cui Acuſi nomẽ eſt, cum vxore & liberis interfectus eſt. De eius tamen morte Procopius aliter tradit in hunc modum: Baſiliſcum tyrannum, inquit, cum vxore & filijs, Zeno in Cappadociam miſit hyemis tempore, eoſque neque veſte neq; cibarijs iuuari iuſſit. Vnde breui ſe inuicem complexi, collachrymantes miſerè periérunt. Deinde Zeno pro eo, atque paulò ante ſe facturum iurauerat, Harmatij quidem filium Baſiliſcū ad Cæſaris dignitatem extulit: poſteà autem Harmatium, quòd cum non magis ſibi, quam Baſiliſco fuiſſet, fidum fore arbitraretur, iugulari iuſſit. Filiu porrò eius Cæſarem, ſacerdotem fecit: qui deindè multò poſt eccleſiam Cyzicenam optime adminiſtrauit.

Harmatius cæditur.

Baſiliſcus Harmatij filius, ex Cęſare ſacerdos fit, & epiſcop⁹ Cyzicenus.

Zeno ſimul atque in imperium reſtitutus eſt, per conſtitutionem ſcriptam quamprimum quicquid à tyranno Baſiliſco per circulatores literas contra fidem nouatum fuerat, abrogauit. Quod vbi Aſiani Epiſcopi intellexerunt, miſſis ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum pœnitentiæ libellis, gratiam ſibi fieri petiérunt, illa deprecatione vſi, quòd non ſuæ ſponte, ſed vi maxima adacti circularibus ſubſcripſiſſent. Eamque rem non aliter ſe habere, & ſe Chalcedonenſi ſynodo aſſentiri, atque iuxta eius decretum & antea credidiſſe, & nunc credere, iuramento confirmarunt.

Aſiani epiſcopi reſipiſcentes, circulares priores Baſiliſci literas anteà laudatas damnāt.

Ex cap. 10.

Cnaphęi & aliorū ſub introducto rum epiſcoporum expulſio.

Zeno Petrum Cnapheum, vt qui à Baſiliſco reuocatus eſſet, Antiochia expulit, & Calandioni Stephani ſucceſſori epiſcopatum reſtituit. Paulum etiā Epheſo exegit, Neſtorium item Tarſo, & Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samoſatis Euſebium, Mopſueſtia Iulianum, Paulum Conſtantia, & Andræam Theodoſiopoli. Conſtituerat autem Zeno Timotheum quoque Aelurum Alexandria eijcere. Poſtquàm autem ad multam eum ſenectutem perueniſſe, & iam non longè à ſepulchro abeſſe cognouit, conſilium mutauit. Atq; ille paulò pòſt ad inferorum migrauit iudicium.

Aeluri mors.

Alexandrini autem poteſtate ſibi & authoritate vſurpata, paſtorem ſibi delegerunt, impietate Aeluro longe deteriorem, Petrum cognomento Moggum: quem vnus & alter, ſicuti ferunt, epiſcopi conſecrârunt, quibus legitimè dignitas adempta fuerat. Quod vbi Zeno reſciuit, eos qui illum Epiſcopum legerant, morte mulctauit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterij ſucceſſorem, qui Canopi (ſicuti diximus) degebat, in ſedē ſuam reſtituit, cui Moggus diebus triginta ſex incubauerat. Ac Timotheus quidē Imperatorijs literis thronum ſuum recuperauit. Hæc Nicephorus, de hoc vide plura in Neſtorio & Dioſcoro.

Petrus Moggus ei impietate deterior ſuccedit.

TOPHETITAE. 23.

TOphetitæ ab ara, quam Tophet nominabant, apud Iudæos idololatrię quidā, quæ interpretata, tympanū ſeu ſeductio dicitur, ſunt appellati. Hanc porrò alicuius idoli nomine in valle filiorum Ennon collocare ſolebant, ſuper quam illi filios ſuos, ac filias dæmonijs immolabāt. Eam verò idololatriam profectam ab Aſſyrijs ad Iudæos videtur innuere Iſaias propheta, cùm eoſdem Iudæos, qui ſpretis Dei conſilijs, ſuę prudētiæ innitebantur, in creaturis ſpem ſuam collocantes contra Sennacherib coarguit & increpat, minitaturque nihilominùs ipſis Aſſyrijs in hæc verba: Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus Et erit trāſitus virgę fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & cytharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Hæc Iſaias. Vbi quidem ob eam Idololatriam, Aſſyriorum exitium, & quale poſt vitam hanc, infernale tormentum ſunt perpeſſuri, prædicitur.

Tophetitarū idololatria vndè profecta.

Iſaiæ 30.

Et apud Ieremiam rurſùs inquit Dominus:

Ierem. 7.

in ſua Confeſſione Farelliſtę execrentur
Arrium, Macedonium, atq; Sabellium,
ſoli Samoſateno, inquit Petrus Carolus,
parcebant, atque veluti ipſis confœdera-
tum tolerabant.

Seruet⁹ nolens confiteri Chriſtũ Dei filiũ, viuus apud Geneuam iuſſu Caluini comburitur.

Sed hunc errorem etſi Caluinus, tem-
pore fact⁹ eruditior, videatur caſtigâſſe,
in eo tamen plurimi ſuorum Farelliſta-
rum perſiſtũt, quorum pridem haud in-
gloria portio erat Michael Seruetus: quẽ
poſteà ignibus tradidit Caluinus, quòd
Chriſtum noluerit confiteri æternum
Dei filium.

Caleſius Arrianizãs

Immò Caleſius noſtri Caluini colle-
ga, in conuentu Bernenſi publicè affir-
mabat, Chriſtum nec aliud, nec eſſe ali-
um à patre. Quam blaſphemiam nec Ber
nates Theologi, nec Geneuates vel ver-
bulo caſtigare, aut monere erroris vo-
luerunt: tametſi illis audientibus vehe-
menter illum reprehenderet Petrus Ca-
rolus. Hactenùs Lindanus de Arrianis
noſtri temporis.

Hoſius de nouis Arrianis ſeu Trinitarijs Campan⁹. Seuerus.

De his rursùs Hoſius de hæreſibus no-
ſtri temporis libro primo ſcribit in hæc
verba: Cæterùm, inquit, exorti ſunt de-
mùm è ſchola Lutheri Ioannes Campa-
nus, & ex Hiſpanijs Michaël Seruetus,
qui libros aliquot de Trinitatis errori-
bus, plenos erroribus & blaſphemijs edi-
derunt. In ijs nunc tandem veteres Ar-
rij & Macedonij errores in lucem reuoca
re, fidemq; quam in Niceno & Conſtan
tinopolitano primo concilijs Patres con
gregati nobis tradiderunt, labeſactare
conantur. Solum enim Deum patrem,
& neminem aliũ adorari & inuocari de-
bere contendunt: quòd ille ſolus videat
corda noſtra, quod nulla creatura facere
Deuter. 6. poteſt. Et eſt, inquiunt, præceptum vete-
Matth. 4. ris legis, vt qui quenquam alium adora-
uerit præter Deum ſolum, occidatur. Ad
quem Deum, alium interceſſorem, pro-
curatorem, & mediatorem habemus nul
lum, præter vnum Dominũ Ieſum Chri-
ſtum. Quid autem aliud his verbis quàm
adoratio, inuocatioq; Dei filij, & Dei Spi
ritûs ſancti, prohiberi videtur.

Ex Lutheri initijs, quã horrenda impietas prodierit.

Eccè quò ventum eſt ad extremum.
Abrogato ſacerdotio, euerſo ſacrificio,
ſacramẽtis omnibus modò non concul-
catis, eò tandèm res perducta eſt, vt nec
infernus, nec cælum eſſe credatur, &
Chriſtus à multis De⁹ eſſe negetur. Quis
vnquam futurum exiſtimaſſet, vt ex tam
paruis initijs ad has tam horrendas blaſ-
phemias ad extremũ perueniretur? Sed
ſcitum eſt illud:

Principijs obſta ſero medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuère moras.

Quòd ſi venienti morbo ſtatìm occur-
ſum fuiſſet ab initio, minùs magnis nũc
difficultatibus eccleſia Dei premeretur.
Longè lateq; ſparſa ſunt & hæc Serueti-
ca contagia. Hæc Hoſius.

D. Hieronymi notãda ſentẽtia

Cui ſentẽtiæ accedit Diuus Hierony-
mus cùm inquit: Vnius hominis inſidiæ
contra eccleſiam ſemel intentæ, non
ſunt contemnendæ. Quemadmodùm e-
nim vna ſcintilla parua quædam res eſt,
adeo vt dum cernitur, vix penè videatur,
ſed ſi ſomitem quendam comprehende-
rit, & nutrimenta ſuî repererit, mœnia,
vrbes latiſſimas, ſaltus, regioneſq; conſu-
mit: ſic peruerſa doctrina ab vno ince-
pta, vix duos aut tres primùm reperit au
ditores, ſed paulatìm vt cancer ſerpit in
corpore. Arrius nanq; in Alexandria v-
na ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſta-
tim oppreſſa eſt, totum orbem eius flam
ma populata eſt. Idem alibì cum nõ par-
ua exclamatione: Proh neſas, inquit, Cẽ-
turio ante crucem in ipſo ſcandalo paſ-
ſionis, verum filium Dei fatetur, quem
Arrius in eccleſia conſtitutus prædicat
creaturam. Item: Pœna Arrij nondum
determinata eſt, quia nõ eſt adhuc deter
minatum, quot per eius doctrinam ſunt
ſubuertendi.

Trinitariorũ abominandæ poſitiones.

Trinitariorum porrò propoſitiones,
vltra eas quas in Deiſtis diximus, ſunt hu
iuſmodi.

1. Dicunt primò, quòd diuina eſſentia
in ſe nec ab angelo, nec ab homine vide-
tur, nec videbitur.

2. Quòd diuina eſſentia eadem in pa-
tre, & filio, & ſpiritu ſancto, tamen vt hęc
eſſentia eſt, in ratione formæ vna eſt in
patre, vna eſt in filio, licèt nõ vna in ſpi-
ritu ſancto: & in huiuſmodi tamen, ſor-
ma eſt idem quod diuina eſſentia.

3. Quòd angelus malus, in inſtãti ſuæ
creationis fuit malus, & nunquàm niſi
malus.

4. Quòd diabolus nunquam habuit vndè poſſet ſtare, nec etiam Adam in ſtatu innocentiæ.

5. Quòd intellectus humanus eſt æternus, quia eius cauſa ſemper eodem modo ſe habet, & quoniam non habet materiam, per quam prius eſt in potentia quàm actu.

6. Quod liberum arbitrium eſt potentia paſſiua, non actiua, & quòd neceſſitate mouetur appetibili.

7. Quòd natura quæ eſt principiũ motus in corporibus cæleſtibus, eſt ab intelligentia mouente.

8. Quod nullus peccat, volendo aliqualiter aliter, quam Deus velit eum velle.

9. Quod quicunq; peccat, conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei: ſic quod ille vult, ſicut Deus vult eum velle.

10. Quod aliquis habens vſum liberi arbitrij, & incidens in tentationem tantam, vt non poſſit illi reſiſtere, moueatur ad illecebram cum aliena vxore, non cõmittit adulterium: & item de alijs tentationibus & peccatis.

11. Quòd Deus eſt cauſa cuiuſlibet modi actus, & cuiuſlibet circunſtantiæ productæ.

12. Quòd propter alicuius opera futura bona, Deus aliquẽ præordinauit ab æterno.

13. Quòd non eſt credendum niſi per ſe notum, vel quod ex per ſe certis poſſit declarari.

14. Quòd non contingit corpus corruptum redire idem numero, nec idem numero reſurgere.

15. Quòd non eſt curandũ de ſepultura.

16. Quòd anima quæ eſt forma hominis, ſecundum quod homo, corrumpitur, corrupto corpore.

17. Quòd anima ſeparata à corpore, poſt mortem non patitur ignem corporeum.

18. Quòd Deus cognoſcat ſingula, ex quo aſſerunt, non eſſe orandum quod nunquam voluit, & nuſquam debuit euenire.

19. Quòd Deus ſpiritus eſt, ideoque debemus in ſolo ſpiritu, hoc eſt, mentaliter & non vocaliter, eũ inuocare & adorare.

Ij ſunt execrandi atq; deteſtandi errores, quos contra Catholicam veritatem aſſerunt Trinitarij ſeu noui Arriani; quos nunc vulgò Deiſtas nuncupamus. De his vide plura in eiſdem Deiſtis, Valentiniſtis, Luca Sternberger, Arrianis, Campaniſtis, Seruetianis, Sueckfeldianis, Caluiniſtis, Illyricanis, & compluribus alijs huius factionis, locis ſuis.

TRISACRAMENTALES. 25.

TRiſacramentales ſunt ex Mollium Confeſſioniſtarum noſtri temporis factione: qui tria tantum ſacramenta recipiunt (teſte Staphylo li. de Lutheranorum inter ſe concordia) baptiſmũ ſcilicet, Cœnam Domini, & Abſolutionem. Ita in Lipſenſi dictictu eſt praxis. Hæc ille. Triſacramẽtales qui dicantur.

TROGLODYTAE. 26.

TRoglodytæ, apud Iudæos quondã dicebãtur, (authore Philaſtrio) qui in ſpeluncis habitãtes abditis, idola colebant, abominationeſque execrandas operabantur: quas in ſpiritu in Hieruſalem adducto Ezechieli oſtendit Dominus, quemadmodum idem Ezechiel prophetiæ ſuæ capite octauo deſcribit in hũc modum: Et introduxit me Dominus ad oſtium atrij: & vidi, & ecce foramen vnũ in pariete. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietem: & cum fodiſſem parietem, apparuit oſtiũ vnum. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic. Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta in pariete in circuitu per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus Iſrael, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum ſtantium ante picturas: & vnuſquiſq; habebat thuribulũ in manu ſua, & vapor nebulę de thure cõſurgebat. Et dixit ad me: Certè vides fili hominis q̃ ſeniores domûs Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſq; in abſcondito cubiculi ſui: dicunt enim, Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terrã, &c. Ergò & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miſerebor. Et cum clamauerint ad aures meas voce magna, nõ exau-

Ezech. 8.

Oſtendit Dominus prophetæ abominationes idololatriæ domûs Iſrael, & maximè ſacerdotũ.

exaudiam eos. Hæc Ezechiel.

TROPISTAE. 27.

Tropiſtarũ error. Tropiſtæ ſunt, (authore Staphylo) qui hoc noſtro ſæculo aiunt figurã tantũ corporis Domini eſſe in Cœna, non autem verum corpus. Ita docuit multis in libellis Oecolampadius. Hæc Staphylus.

Appellantur quoque Tropiſtæ (vt inquit Philaſtrius) ij, qui dicunt cõuerſum verbum in carnem, non intelligentes quod ait Apoſtolus Ioannes, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nec attendentes quod verbũ, id eſt, Deus Dei filius, id eſt immutabile & inconuertibile: caro autem quam accepit pro noſtra ſalute, ipſe eam formando adſumpſit & & induit noſtræ cauſa incapacitatis. Ad eum videndum itaque res iſtæ in vnum coniunctæ pro noſtra ſalute, non commutationem verbi in carnem, ſed aſſumptionem magis rei viſibilis declarabant, vt inuiſibilis per viſibilem carnem videri poſſet, credi atque cognoſci, & ab humano genere capacter adorari. Hęc Philaſtrius.

Verbũ Dei Dei filius immutabile & inconuertibile.

TVRILVPINI. 28.

Turilupinorum ſuperſtitio, qui (teſte Ioanne Tillio in ſuo de Regibus Francorum Chronico) cognomen ſibi adſumpſerant paupertatis ſocietatem, cum ſcriptis libris & habitu dãnati, exuſti, atque deleti ſunt, Caroli quarti Cæſaris Germani, & Gregorij huius nominis vndecimi, maximi Romanorum antiſtitis temporibus, circa annum Domini 1372.

1\. Hi, vt inquit Ioannes Gerſon ſermone quodam de diuo Ludouico Francorũ rege, dicebant, de nulla re, quæ nobis à natura data eſt, erubeſcendum eſſe. Quamobrem Cynicorum philoſophorum more, omnia verenda publicitùs nudata geſtabant, & in publico velut iumenta coibant, inſtar canum in nuditate & exercitio membrorum pudendorum degenics. Vnde idem Ioannes Gerſon in de examine doctrinarum conſideratione ſexta, ita inquit: Sicut nulla vehementior quàm luxurioſa libido, ſic ad errandum falſum que docẽdum, nulla pernicioſior. Id quidem patuit in ſectis Turilupinorum, quorum ſequaces non deſunt vſque, quando & vbi ſe latere putauerint, ſerpunt vbilibet Epicurei ſub tunica Chriſti, q̃ in mulierculis primo deuotionem fingẽtes ſpecietenùs, paulatìm eis fidem, antequam lumen & oculos, tollere quærunt, quarenùs eas licentiùs ad deſideria ſua maligna proſtituant. Hæc ille.

Turilupinorum hæreſis.

Ioannes Gerſon.

2\. Tenent etiam Turlupini omnes Begardorum errores, dicuntque nõn eſſe orandum vocaliter, ſed mentaliter tantùm, ea vtique in ſpiritus libertate, quam dicunt non ſubijci præceptis diuinis.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER DECIMVSNONVS.

DE LITERA V.

VADIANI.

Vadiani ſunt ij, quas Anthropomorphitas ſuprà nominauim° à ſuæ hæreſis nomine denominationem ſortiti, qui exorti ſũt Theodoſij maioris Imper. & Siricij Papæ temporib. circa annũ Domini 395. Dicũt autem Deum eſſe corporeum, & perindè atq; homines membra habere, ſacrarum literarum ſententia moti, & potiſſimùm veteris teſtamenti, in quo ſæpius reperias Deo membra attribui. Vndè Adam fact° eſſe dicitur ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei: ex quo Deum colligũt membra velut Adam habere. Eſt autẽ hæc hæreſis ruſticana prorſus & inſulſa: de qua dicit gloſa

Vadianorũ hæreſis.

Geneſis 1.

Amos 2. gloſa in ſecundum caput Amos prophe-
tæ, in hunc modum: Oſſa regis Idumææ
comburit, qui de maieſtate Dei male ſen
tiens, Deum in modum humani corpo-
ris cogitat, quaſi membris diſtendatur,
Roma. 1. & videat, & audiat vt homo: illum ſibi
fingens cogitatione carnali in ſimilitudi
Argumẽta quib⁹ probatur Deũ eſſe incorporeũ, nulláque mẽbra habere
nem imaginis corruptibilis hominis. Nã
ſi Deus corporeus eſſet, & figuram habe-
ret humanam, & membra & partes, vt
homo, eum oporteret finitum eſſe, & cer
tis quibuſdam limitibus concludi, vt do
ctiſſimè argumentatur Alphonſus à Ca-
ſtro lib. 5. aduersùs hæreſes, quoniam, in-
quit, id quod infinitũ eſt, nullius poteſt
eſſe figuræ, quum ad figuram perficien-
dam neceſſario requiratur, vt termino
vel terminis claudatur. At Deus, qui in-
finitus eſt, nullo poteſt limite concludi,
ergo nec figuram habere, nec loco clau-
di. Excelſior eſt enim cælo, vt eſt apud
Iob 22. Iob, & ſuper ſtellarum verticem colloca-
Pſal. 144. tur. Et propheta ait: Magnus Dominus,
& laudabilis nimis, & magnitudinis e-
ius non eſt finis. Quòd ſi magnitudinis
eius nullus eſt finis, nulla etiam illius erit
figura.

Secundum argumentum. Præterea ſi corporeus eſt Deus, & mẽ-
bra vt homo habet, ſequitur quod non
ſit totus vbique, ſed pars eius in vno loco
& pars alia in alio, & ita erit per partes in
loca diuiſus, quod ſummæ illius perfe-
ctioni maximè reluctatur.

Tertiũ argumentũ. Rursùm, oportet etiam in Deo fateri
compoſitionem, & dicere ea, quę in Deo
ſunt, non eſſe omnia infinitæ perfectio-
nis: quoniam quælibet illarum partium
ex quibus componitur, minor eſt ſuo to-
to, & ita non æquè perfecta vt totum:
quapropter neceſſariò erit finita, quo-
niam quod infinitum eſt, excedi non po
Argumẽta à diuina ſcriptura petita. teſt. Multa alia ſimilia fieri poſſunt argu-
menta, ſumpta ex imperfectionibus quę
corporibus inſunt & adiacent: ſed proli-
xitatem nimiam euitantes, illa hic omit
tenda ducimus, ad perfectiora perlati. I-
Ioan. 4. pſa enim veritas apud Ioannẽ ait: Spiri-
tus eſt Deus. Si Deus eſt ſpiritus, ergo nõ
eſt corporeus, nec humana membra ha
Luc. 24. bet: quoniam eadem veritas apud Lucã
ait: Spiritus carnem & oſſa non habet,
ſicut me videtis habere.

Quòd autem Vadiani ſeu Anthropo- Vadianorum inualida argumenta.
morphitæ pro ſe adferunt, parùm mo-
menti habet, & ex praua ſcripturæ intel-
ligentia proficiſcitur. Quanuis enim ſcri
ptura ſacra ſæpè nominet Dei membra,
vtputà caput, oculos, linguam, aures, ma
nus, brachia, & his ſimilia, non ſunt ta-
men iuxta literam, ſed iuxta latens my-
ſterium per res illas deſignatum, ſumen-
da. Sunt enim pleraque in ſacris codici-
bus, & in veteri teſtamento potiſſimùm,
ꝙ carnali adhuc & rudi populo datũ eſt,
quæ nulla ratione iuxta literæ primam
ſignificationem accipienda ſunt, nec ac-
cipi poſſunt: ſed in illis quid res ipſa per
literam ſignificata vlteriùs portendat,
conſpiciendum eſt. Res nanque ipſę ſæ-
pè etiam ſignificant, & aliquid ingerunt
ſenſibus, æquè vt voces. Quod in omni-
bus metaphoricis locutionibus continge
re eſt manifeſtum, in quibus propter ſi-
militudinem inter aliqua repertam, v-
num alterius nomine appellatur, vt ſi
voracem, lupum dixeris: aut auarum, ral
pam: non quòd hæc ſint, ſed illa, quibus
ſimilia eſſe reperiuntur. Ad eundem mo
dum multa ſunt in ſacris literis interpre
tanda, non autem iuxta primam vocũ
ſignificationem, ꝙ teſtante Apoſtolo, li- 2. Cor. 3.
tera occidat, ſpiritus autem viuificet.

Ex quibus omnibus hoc vnũ & præ- Quid per ſingula Dei membra in ſacris literis intelligatur.
cipuum eſt. Quotieſcunq; Deo aliquod
membrũ aut effigies aliqua tribuitur, tũc
membro audito, eo nomine intelligas,
Deo tribui vim illam & virtutẽ, quę per
fectior in illo membro reperitur: vt eũm
audis in Deo caput, intellige diuinã eſ- Caput
ſentiam, quæ omnia præcedit. Et cum
dicitur caput reſpectu corporis myſtici,
quod eſt eccleſia, intellige influxum in
reliqua membra quæ nos ſumus. Cùm
audis oculos, intellige virtutem videndi Oculi.
talem, vt nihil eum latere poſſit. Sic enim
ait Apoſtolus: Nulla creatura ei inuiſibi- Hebr. 4.
lis eſt: omnia nuda & aperta ſunt oculis
eius. Aures habere dicitur, quia talis eſt Aures.
in eo vis, vt verbum quantumlibèt ſum-
miſsè prolatum, latére eum nõ poſſit: de
quo ſapiens ait: Auris cæli audit omnia, Sapien. 1.
& tumultus murmurationis non abſcon
detur. De quorum omniũ myſtica ſigni-
ficatione, extat liber B. Anſelmi, cuius ti
tulus

tulus eſt, De membris Deo attributis: in quo exponit, quid ſingula membra Deo attributa ſignificet. Eſt etiam de eadem re alius tractatus ſub nomine D. Hieronymi inſcriptus, quem velut nothum, & beatum Hieronymum minimè redolentem, vir doctiſſimus Eraſmus Roterodamus in quarto tomo operum illius collocauit: in quem locum reijcit omnia quæ hucuſque falsò aſcripta erant Hieronymo. Contra hos Vadianos ſeu Anthropomorphitas ſcriſit Theophilus Alexandrinus. Scripsêre etiam (vt teſtatur Ioannes Tritthemius in ſuo catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum) Fauſtus epiſcopus Rhegienſis, & Ratherius monachus. Hęc Alphonſus à Caſtro.

Authores qui contra Vadianos ſcripſerũt.

VALESII. 2.

Valeſij à Valente quodam Arabe ſunt dicti. Hi, teſte Epiphanio lib. 2. tom. 1. cõtra hæreſes, in Bachato regionis Philadelphinæ habitant, quos indigenæ Gnoſticos appellari volunt, cùm tamen ex Gnoſticorum familia nõ ſint: aliter enim hi ſentiunt. Exorti ſunt autem ſub Seuero Imperat. & Victore Papa, circa annum Domini 198.

Bachatum principalis pagus eſt Arabiæ Philadelphiæ.

Sunt autem omnes Valeſij execti. Quumq; in ſuam ipſorum diſciplinam aliquem ſuſceperint, quanto quidem tẽpore membris nondùm exectus eſt, animatis non veſcitur. Vbi verò quæ ſibi volũt, eidem perſuaſerint, aut per vim execuerint, tunc omnibus veſcitur, velut iã à certamine quietus, & non ampliùs in periculo conſtitutus, vt impellatur per edulia ad concupiſcentiæ voluptatem. Non autem ſolùm proprios hoc modo perficiunt, ſed ſæpè etiam peregrinos ad eos accedentes, & adhuc apud ipſos hoſpitio acceptos, ad talem vitã deducunt, velut multa de hac re fama fertur. Abripiunt enim tales intus, & vinculis alligatos, per vim caſtrant. Hæc Epiphanius.

Eunuchorũ ſecta.

Eſt itaque horum non minùs crudelis, & temeraria, quàm erronea ſentẽtia, cùm dicunt neceſſarium eſſe ad Deo benè ac integrè ſeruiendum, vt quiſq; ſit eunuchus & caſtratus: eam vtique Euangelij doctrinam perperàm intelligentes, qua in hunc modum dicitur: Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis, &c.

Idẽ recenſet Augustin. lib. de hæreſ. c. 37.

Matth. 5. Exod. 20.

Matth. 18. Matth. 9.

At quomodo, inquit Epiphanius, poſſunt in regno cælorum aliqua eſſe detrũcata? Si enim regnum cælorum perficit omnia, id imperfecti nihil quidquam habere neceſſe eſt: quumque corporum erit reſurrectio, omnia membra reſurgẽt, & nullum ex ipſis relinquetur. Et ſi omninò membrum non reſurget, neq; torũ corpus reſurget. Et ſi vnum membrum, quod offendiculo fuit, ſolùm relinquitur, nullum omninò membrum reſtans relinquetur: omnia enim nobis offendiculo fuerunt. Quis verò reſcindet cor ſuum, quod omnibus offendiculo eſt? Ex corde, inquit, procedunt fornicationes, adulteria, petulantia, & his ſimilia. Quis igitur rumpet cor ſuum? Si verò non reſurgit corpus, iuxta quorundam dementiam & impietatem, quomodò ergò differet ſermo de his decretis? Quũ enim omnia membra non ingrediantur in regnum cęlorum, quid amplius opus circa vnum fieri membrum, quum alia hoc non expleant? Si verò reſurgit corpus, (reſurgit enim) quomodò poſſibile eſt adhuc in regno cælorum fieri mutilationem? Aut quomodò non erit indecorum regnum cœlorum, multa habens corpora ad gloriam? Vide quæ ſuperſũt apud eundem Epiphanium.

Varijs argumentis probatur, quã erronea ſit horum Valeſianorum ſentẽtia.

Matth. 15.

Prætereà, ſi neceſsè eſſet, inquit Alphonſus à Caſtro, vt omnes caſtrarentur, perirent coniugia, quæ Deus probauit, præcipiens vt nullus dimittat vxorẽ ſuam, excepta cauſa fornicationis. Et Paulus iubet virum reddere debitum vxori, vt videlicet inuicem non fraudentur. At quomodo vir caſtratus poterit vxori debitum perſoluere, cùm talis debiti ſolutio non alio modo fiat, quàm per carnalem congreſſum & copulam?

Matth. 19. 1. Cor. 7.

Rurſum, ſi omnes viri caſtrandi eſſent, humanum genus citiſſime deperiret, non ex Dei præcepto & voluntate, ſed propagationis defectu. Sed huic ſententiæ obnititur Domini præceptum, dicentis: Creſcite & multiplicamini. Quod præceptū in mundi exordio propter generis humani multiplicationem omnes adſtrinxit, nunc autem, cum iam plus ſatis ſit propagatum, & longè lateque diffuſum, non adſtringit neque obligat, niſi ita vrgeret neceſſitas, vt ſi humanum genus forte eſſet quadam ex calamitate ad tantam paucitatem redactum, vt eſſet neceſſe ad eius conſeruationem homines commiſceri mulieribus. eo enim caſu inſtante, tunc præceptum illud de multiplicatione ſpeciei humanæ, forte vires ſuas reſumeret, & æquè obligaret, atque ab initio inſtitutionis humanæ. Nam hac ſola ratione filiæ Loth coeuntes cum patre, excuſantur à peccato inceſtûs, (vt inquit beatus Irenæus lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 51. & Origenes homil. 5. ſuper Geneſ.) quod videlicet credebant, poſt incendium Sodomæ & Gomorrhæ cũctos perijſſe homines, neq; alium præter earum patrem ſuperſtitem eſſe. Tantam enim ſancti viri putarunt eſſe illius præcepti vim, vt etiā ad patris cum filia concubitum, extendi exiſtimârint, propter vitandam generis humani deletionem.

Geneſ. 1. — *Filiæ Loth cum patre congreſſæ, excuſantur à peccato inceſtûs.*

Ex quo quidem colligere licet, quòd ſi illa genus humanum per coitum conſeruandi voluntas, bona non eſſet ex ſe, nulla ratione a tanta malitia eas liberaret, quantam illis talis inceſtus conciliare potuiſſet. Accedit ad hæc, quod Dominus in Euangelio non commendauit natos Eunuchos ex vtero matris ſuæ, nec illos quidem qui ab hominibus facti ſunt, ſed eos ſolum qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Hæc autem caſtratio nō eſt ita accipienda, quòd membra virilia reſecētur, quoniā ſi tales eunuchos Chriſtus laudâſſet, eadem ratione illos etiam commendâſſet, qui ab vtero matris nati fuiſſent eunuchi, aut qui ab hominibus facti fuiſſent, quod ſanè non fecit. Hæc Alphonſus à Caſtro.

Concluſio ſupradictorum. — *Matth. 19.* — *Caſtratio in euāgelio quomodo accipienda.*

Alia quoque hæretica Valeſij docere dicuntur & turpia, ſed quæ ſint illa, nec ipſe commemorat Epiphanius, nec Auguſtinus quidem de hæreſibus. Sunt autē ij ſimiles ſacerdotibus Cybeles, qui, teſte diuo Auguſtino, li. 2. de ciuitate Dei, cap. 4. ſeſe in templis caſtrabant, plangentes factum Atys pulcherrimi iuuenis, quem (vt aiunt poetæ) Cybele caſto amore adamauit, eumq; ſacris ſuis præfecit ea lege, vt perpetuò caſtitatem ſeruaret. Sed cùm poſtea voti ſui parum memor, Sangaritidem nympham compreſſiſſet, ab irata Dea in furorem actus, teſtes ſibi execuit.

Valeſij ſimiles ſacerdotibus Cybeles.

VALENS IMPERATOR. 3.

VAlens frater Valentiniani Imperatoris egregij fuit, & ab eo, dum adhuc viueret, in ſocietatem imperij aſſumptus. Digni ſanè imperio fratres, & inter bonos referendi, niſi Valens Arrianorum delirio virtutes egregias inquinaſſet. Is enim ab Eudoxio Arriani dogmatis aſſertore baptizatus, in ſæuiſſimā hæreſim lapſus eſt, ſub Damaſo Hiſpano eccleſiæ Romanæ ſummo pontifice, circa annum Domini 378. Sed malignam inſectationem (inquit Oroſius) diu texit, ne voluptati poteſtatem admiſceret, quā adhuc viuentis fratris authoritate reprimebatur. Sed eo mortuo, cum iam impiè agere poſſe non erubeſceret, ilicò effrenata audacia legē dedit, vt monachi ad militandum cogerentur. Et in Aegypti ſolitudinibus multa ſanctorum agmina monachorum ab eo interfecta ſunt. Cæterū impietatis huius inſignes pœnas dedit, quando à Gotthis prope Conſtātinopolim cæſus cū omni exercitu eſt. Etenim cum in fugam verſus Valens, in oppidulum ſe recepiſſet, incenſo à Gothis oppidulo, concrematus perijt.

Monachi lege ad bellum cogūtur ab Imperato. Valente. — *Hieronymus in Chronicis.*

Eius vitam & impia acta Nicephorus eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ lib. 11. cap. 1. deſcribit in hunc modum: Porrò Iouiniano defuncto, Niceæ totius exercitus, & eorum maximè, qui primarias gerebant dignitates, conſilio & voluntate Valentinianus Imperator eſt electus. Qui cum Conſtantinopolim trigeſimo à ſuſcepto im-

Fl. Valer Valentinianus Pannonius, Imperat. Rom. electus.

Imperio die veniſſet, ſocium ſibi imperij fratrem Valentem adiunxit. Et prouincias Orientales, & quaſdam etiam Occidentales ad Illyricum vſque fratri conceſſit: reliquas ad Occidentalem Oceanum pertinentes, & continentem ex aduerſo omnem, vſque ad extremos Libyes, ſibi attribuit, vt toti imperaret Occidenti. Sicut etiam deindè Gratianum filium adhuc adoleſcentulum ad imperium euectum, moribus inſtitutiſq; ſuis aſſueſecit. Sed enim fratres ambo, Chriſtiani quidē iam inde ab initio fuêre, cultu vero & opinione variârunt. Nam Valens ab Eudoxio Arriano baptizatus, acer fuit dogmatis Arriani ęmulator: moleſtumq; ei fuit, quod non omnes eandem ſequi ſententiam cogeret. Valentinianus aūt Nicenæ profeſſionis propugnator, ornandos quidem religionis ſuæ populares duxit: nihil autē eis moleſtiæ, qui ab eo diſſentirent, intulit. Cæterùm in rebus adminiſtrandis pares fuere.

Valens Arrianus, Valētinianus catholicus.

Ex cap. 15. Socr. lib. 4. ca. 14. & 15. Sozo. li. 6. cap. 13.

Imperator itaque Valens Conſtantinopoli ſoluens, Antiochiam ad Orontem adire properauit. Et cùm Nicomediam perueniſſet, ibi hac de cauſa reſtitit. Eudoxius Arrianæ ſectæ Epiſcopus, ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris Conſtantinopoli vita defunctus fuerat, conſulatu Valentiniani & Valentis tertio, quum quidem clauum eccleſię Conſtantinopolitanæ annis vndecim rexiſſet. Eius in locum Arriani ſubrogârūt Demophilum quendam. Profeſſores autē Conſubſtantialis, commodum ſe tempus, vt ſedem epiſcopalem recuperarent, nactos eſſe rati, Euagrium ſuæ factionis presbyterum epiſcopum deſignârunt. Cui manus impoſuit Euſtathius, epiſcopus aliquando Antiochenus, qui à Iouiniano quidem ab exilio non ita pridem fuerat reuocatus: tum autem Conſtantinopoli priuatus latebat, vt ſua ſaltem præſentia Conſubſtantialis profeſſores confirmaret. Ita factum, vt Arriani perſecutionem aduersùs noſtros renouarent. Ea res poſtquam eſt ad Principem delata, veritus ille, ne ſeditione & tumultu ciuitas turbaretur, militarem manum Nicomedia Cōſtantinopolim miſit, cum mandato eiuſmodi, vt ſimul & ordinator & ordinatus comprehenderetur, atq; alius aliò exulatum mitteretur. Euſtathius igitur Bizyam, quod Thraciæ oppidum eſt, Euagrius in locum alium deportatus eſt. Proindè Arriani, quod plerique omnes in rebus ſecundis faciunt, magis magiſque efferati, orthodoxos & recte ſentientes admodum vexare, cædere, contumelijs afficere, in vincula conijcere, pecunijs etiam ſpoliare, intoleranda omnia aduerſus eos facere.

Demophilus ſufficitur ab Arrianis in epiſcopatū Conſtantinopolitanum, loco Eudoxij emortui: à Catholicis verò Euagrius.

Arriāi Cōſtantinopoli Catholicos perſequuntur.

Ex cap. 16.

Porrò quum noſtris dura hęc & grauia eſſent, ad principem precatores miſere, ut quo modo finem ærumnæ eius obtinere poſſent. Cęterùm illi opinione ſua plurimum ſunt falſi, vt qui iuſtitiam ſe ab iniuſto impetraturos eſſe ſperauerint. Quū nanque delecti ex eccleſiaſtico ordine octoginta viri, quibus præfuit Vrbanus, Theodorus, & Menedemus, Nicomediam veniſſent, preces Imperatori obtuliſſent, & de vi tanta quiritati eſſent, indignatus ille, in præſentia quidem irā preſſit: deindè autem clam Modeſto Pręfecto præcepit, vt comprehenſos eos necaret. Supplicij eius modus, quia nouus & inſolens prorsùs fuit, poſteritatis memoriæ eſt mandandus. Præfectus, ſi viros religioſos, qui nihil commiſiſſent, propalam perimeret, ne ſeditio in vulgo oriretur, veritus eſt: quapropter eos ſe in exilium miſſurum eſſe aſſimulauit. In qua illi ſententia magnis animis acquieuere. Ille nauim eos, velutì ſolum exilij cauſa verſuros, conſcendere iuſſit: & nautis præcepit, vt in medio mari nauem incenderent, vt quum eo modo illi interijſſent, ſepulchri cura carerent. Ventum eſt in ſinum medium, qui Aſtacenus vocatur: ibi nautæ imperata fecerunt. Nam ipſi ſcapha, quæ nauem ſequebatur, conſcenſa, nauim in qua viri illi vehebantur, incenderunt. Vehementius tum ſubſolanus ventus flabat, & proinde nauis eò citiùs flammam concepit. Durauit ea vſq; ad locum Bithyniæ qui Dacides nuncupatur, ibiq; vna cum pijs illis hominibus in littore eſt abſūpta. Sed enim factū tam truculentum vindicta eſt proſequuta. Fames ſiquidē repentè tāta eſt in Phrygia orta, vt neceſſariò incolæ patriam relinquerent, & Conſtantinopolim ſe atq;

Catholici 80. eccleſiaſticos viros precatores ad Valentē mittunt.

Modeſtus præfectus Valentis.

Legati iſti Valente iubēte, & Modeſto curāte, in nauī impoſiti sūt, cumq; ea in medio mari eſſet, nautis eam incendentib⁹, pereunt.

Fames in Phrygia eā ob rem exorta.

ad

ad alias diuerſas prouincias conferrent. Et hæc quidem exegit Modeſtus præfectus Valente iubente.

Ex cap. 21. Valens orthodoxos pſequitur. Sozo. lib. 6 cap. 18.

Quum verò ipſe Imperator Valens Antiochiam veniſſet, ibiq; diutiùs moraretur, & ab externis bellis quietus eſſet, aduersùs eos, qui conſubſtantialis fidem ſectabantur, ſe armauit: & non modò ex Antiochena, verùm etiàm ex finitimis quę circũcirca ſunt eccleſijs, rectæ ſententiæ propugnatores eiecit. Alijs quoq; eos cladibus affligens, eum varij generis ſupplicijs ſuſtulit, tũ maximè in præterfluentem amnem Orontem cõiecit & ſuffocauit. Et Meletium quidem, egregium de vera pietate certatorem, ex eccleſia deturbatum in exilium mitit. Samoſatis autem diuinum eiecit Euſebiũ. Præterea verò vt Laodicea egregio paſtore Pelagio orbaretur, & ad viduitatem redigeretur, effecit. Hunc porrò ille in Arabiam, & Euſebium in Thraciam, Meletium autem in Armeniam deportari iuſſit viros Apoſtolicis donis relucentes.

Proſcribũtur Meleti' Antiochenus, Euſebius Samoſatenus, Pelagius Laodicenſis epiſcopi.

Ex cap. 22. Barſę Edeſſeni epiſcopi exilium. Theod. li. 4. cap. 16.

Porrò Barſen Edeſſenorum epiſcopũ (cuius ingens eſt gloria in Phœnicia, Aegypto, & Thebaide, ſiquidem has pagrans regiones, virtutis ſuæ ſplendore illuſtrauit) vt inſulam Aradum incoleret, Valens condemnauit. Quoniam verò Apoſtolicis donis clarus, doctrinę ſuę luce multitudinem ad ſe pertrahebat, & morbos, quos medici curare poſſe deſperauerant, ſanabat, in Aegyptum inde vrbem quandã Oxyrynchon nomine, eſt deportatus. Vbi verò & ibi virtutis gloria animos omnium in ſe cõuertit, in extremos quoſdam fines, à quibus non lõgè barbari aberant, (Philo locus is nominatur) tranſlatus eſt, quum quidẽ cæleſti domicilio eſſet dignus. Etiàm nunc in Arado lectulum eſſe dicunt, quem pluriuno honore Deus ſit dignatus, quòd ęgroti multi in eum repoſiti, valetudinẽ per fidem recuperẽt. Verum enimuerò quæ Edeſſæ etiam crudeliter Valens egerit, ſilentio ea mandare non licet. Quum nanq; Barſen, quem dixim', à grege ſuo excluſiſſet, Lycum pro eo ſubſtituit. Quamrem quia multitudo ægrè tulit, & communionẽ eius reſpuit, relicta vrbe, omnes extra eius mœnia conuentus egêre. Erat autem ibi Thomæ Apoſtoli inſigne precatorium, quod videre volens Valens, vnà cum præfecto Modeſto, quodam priùs cum mandato eò miſit, vt multitudinem ibi congregatam, armatorum quos ſecum ducebat, opera diſſiparent, baculis & clauis eam pulſantes, ſi vero opus eſſet, gladios quoq; adhibentes. Præfectus imperata facere, & clã Edeſſenis denunciare, ne poſtridiè more ſuo in loco eo conuenirent: Mandatum enim ab Imperatore eſſe, vt in eos qui ibi deprehenſi eſſent, grauiter animaduerteretur. Præfectus sanè, quanuis diuerſæ ſententiæ & religionis, ad eum modum illis eſt minatus: vel quòd neminem, aut paucos certè, periclitari vellet: vel quod fortaſſe Imperatorẽ grauiter indignantem, opera ſua vti nollet.

Adlectulũ Barſę epiſcopi in Arado Phœnicię inſula miracula edita.

Lyc' Barſę ſucceſſor.

Templũ diui Thomę apud Edeſſam.

Edeſſeni verò minarum denunciationem paruipendentes, vnà cum diluculo alacrioribus etiam quàm anteà animis in locum deſignatum conuenêre, & ſolita ſacra ſua peregêre. Quod vbi Modeſto eſt indicatum, quum quid faceret, non haberet, conſilij inops, quàm celerrimè militari manu contracta, per forũ ad Campum eum contendit, & in muliereulam incidit, manu puellum raptãtem, palliumq; ſic temerè & incompoſitè, contra quàm fœminam decet, trahẽtem, atq; adeò militarem ductorum phalangẽ, perindè atque ad rem magni momenti properaret, rumpentem. Eã iuſſu ſuo comprehenſam, cuiuſnam rei gratia tantoperè feſtinaret, interrogat. Tũ illa: in campum eum, inquit, in quo verę pietatis cultores ſunt congregati. Noui enim, & certò noui veſtrum quod ſtruitis conſilium: & proptereà eò venire propero, vt æqualia cum illis conſequar præmia, ne ſcilicet curſu intermiſſo tardius vadens, gloria, quæ à Deo eſt, excidam. Puerum autem (Præfectus ſubinfert) quid ita tecum ducis? Et rurſum illa: Vt & ipſe, ait, poſt affectionẽ & ęrumnam toleratam, honoris ei' particeps fiat. Ille animo ad tam generoſam fortitudinem mulieris conſternatus, vbi cx ea omnia eius vnius aliorum omnium conieciſſet alacritatem, ad imperialem domum reuer-

Edeſſeni à Modeſto p̄moniti, nẽ extra vrbẽ cõuentus agendi gratia progrederentur, nihilominùs in propoſito ſuo pſeuerant

Ad cõuentũ eũ muliercula cũ puero, Modeſto vidẽte, pperat.

Animus diuina ęmulatione ſuccenſus, humanũ non capit metũ, ſed terrie ſlamen ta omnia pro riſu habet & ludi

cro Theo. lib. 4. c. 26.

uerſus, Imperatori rem omnem indicauit, & vt a conſilio cœptoq; ſuo deſiſteret, ſuaſit: turpem & aduerſam dicens ex tali facto conſecuturam famam, atq; Edeſſenorum nihilo magis alacritatem extinctum iri. Verbis hiſce innumeram multitudinem Præfectus conſeruauit. At Imperator, vbi illum contumelioſis vocibus proſcidit, pugno etiam cecídit: multitudinis nihilominùs duces comprehenſos cogi præcepit, vt per optionẽ vel cum Lyco ſeu lupo & non paſtore, communicarent: vel citra moram vrbe excederent, atq; ad vltimas oras exulatum irent.

Valẽs multitudinis eius duces proſcribendos cenſet.

Porrò vbi Præfectus illos omnes congregaſſet, imperatoris mandata in medium protulit, lenibus vtens verbis, ſtolidumque eſſe dicens, eos tam paucos & imbecilles homines, contra Imperatorem tantum, & tot populis imperantem, niti. Illi autem omnes taciti conſtitêre, in ducem ſuum (Eulogius is erat, vir vita ſimul & doctrina condignam laudem conſecutus) reſpectantes. Ad hunc igitur Modeſtus conuerſus: Quid ità tandèm, inquit, ó ſenex non reſpondes? Atqui, reſpondit ille, reſponſo nihil opus eſſe, qui interrogatus non eſſem, putaui. Rursùm præfectus: Multa certè ad vos, quæ vtilia vobis eſſent, exponens, verba feci. Tum Eulogius: Illa quidem ad vniuerſos ſunt dicta. Ego autem ineptum eſſe exiſtimaui ſi multis reiectis ipſe reſponderem. Quòd ſi me ſolum percontatus fueris, ilicò tibi ſententiam meam exponam. Ibi præfectus: Ergo vt cum Imperatore tibi communio ſit, facito. Eulogius verò magna cum gratia facetè admodùm arridens: Proficit enim, inquit, & vnà cum imperio epiſcopatũ quoq; ſortitus eſt. Verùm ille ironicum & amarulentum dictum ſentiens, grauiter id tulit. Et iactis in ſenem conuicijs, ad alia hæc inſuper addidit: Non hoc dixi, attonite & ſtulte: ſed communicare te debere cum quibus ille præcipit epiſcopis. At ego, inquit, ſenex ſum, & paſtoris non expers, cuius vocem vt germanam intelligo, & doctrinam ſequor: neq; mihi tam pernicioſa & peſtifera herba opus eſt. Hiſce verbis furore incenſus, celeriter octoginta ex eis qui multitudinis eſſent velut columnæ, comprehenſos in Thraciam relegauit. Atqui illi vincti circumeuntes benignè a multis ſunt curati: Vici enim & ciuitates eis obuiàm progredientes, tãquam veræ pietatis defenſoribus debitum præſtiterunt honorem.

Ex cap. 23. Modeſtus imperatoris mãdatũ plebi exponit.

Colloquiũ Modeſti & Eulogij.

Apud Theodoritum, dictũ hoc per interrogationẽ effertur: An cum imperio epiſcopatum etiam iniit? lib. 4. c. 18.

Ex Catholicorũ multitudine, octoginta primores in Thraciã deportantur.

Porrò inuidia nunquàm non in aulis Principum ſtipendia faciens, ad imperatorem mox procurrit & multorum bonorum cauſam eſſe dixit, quòd condemnatis imperaretur exilium. Imperator re cognita, diſgregari eos, & binos partim in Thraciam, partim in Arabiam, quoſdam in Thebaidem, atq; alios aliò in oppida diſpergi iuſſit. Si qui etiam inter eos fratres eſſent, diſiungi curauit.

Iuſſu Valẽtis ſeiuncti in diuerſas orbis partes proſcribũtur, Tripar. lib. 7. cap 33.

Fuit autem Valens tam acer Arrianæ perfidiæ propugnator, vt religiones alias omnes toleraret, catholicæ verò tantum fidei infenſus eſſet: id quod Nicephorus lib. 11. c. 24. deſcribit in hæc verba: Valens, inquit, diutiùs Antiochiæ cõmoratus, Euzoio ibi eccleſias regente, Iudæis, & ethnicis Græcis, atque etiam qui Chriſtianorum nomine cenſentur, & diuerſa ab Euangelica doctrina dogmata complecterentur, omnibus, quæ animis eorum placita eſſent, vt liberè agerent, permiſit. Nam impius error ſub Iouiniano quidem extinctus, à Iuliano autem excitatus, paulatim refloreſcebat, & Dialia, Dionyſia, & Cereris ſacra, non in angulis, Imperatore veluti præeunte, peragebantur, & homines, in medio foro, nemine obſiſtente bacchantium qui numine afflantur, more diſcurrebant. Eorum verò tantùm, qui catholicæ eccleſiæ doctrinam ſequebantur, implacabilis hoſtis erat. Et primùm quidem recèns conſtructam eccleſiam, quam illis Iouinianus dederat, ademit: deindè verò ex alijs quoque eos ſacris ædibus exegit. Atq; vbi illi ſub dio agentes, ad montis radices Deum conſuetudine ſua hymnis & laudibus celebrarent, & varias eaſdemq; aduerſas aeris mutationes, aliquandò quidem cum pluuijs & niue & immenſo frigore conflictati, aliquãdo autem æſtu ſolis admodùm adusti perferrent, ne eo quidem loco vt permanerent voluit: & immiſſis in eos

Theodor. quoq; idẽ habet. lib. 4. c. 24. & 5.

Valens orthodoxos omnibus templis excludit.

Ne ſub dio quidẽ eos conuentus agere eſt paſſus.

militibus, ærumnoſum hoc vitæ agendæ inſtitutum diſſipauit. Flauianus autem & Diodorus generoſi veritatis athletæ, tum florebant: qui imminentes gregi Chriſti fluctus, veluti ſcopuli quidam, quamprimùm in ſpumā redegerunt. Illi enim poſt Meletium in exilium eiectum, pro grege Chriſti decertabant, quum lupis ipſis fortiter obuiam eundo, tū Chriſti ouibus conuenientem doctrinam proponendo. Atq; vbi ex locis ſuburbanis deturbati ſunt, ad proximi fluminis ripas oues pauerunt: non fruſtrà, perinde atq; illi in Babylone captiui, ad ſalices carminum organa ſuſpendētes: ſed liberè Deū, iuxta diuinum Dauidem, in omni loco dominationis eius laudantes.

In fluminis ripa orthodoxi eccleſiam cogūt, ſed indè quoque ſunt depulſi.

Verùm ne hoc quidē in loco diù eos durare, orthodoxorum & rectè ſentientium hoſtis paſſus eſt: ſed primo quoq; tēpore indè etiā ſecedere coegit, conuentumq; eorum ſoluere atq; diſſipare eſt conatus. Sed enim diuinum duorum iſtorum virorum, qui pro paſtoribus rem gerebant, par, ſpiritualem gregē ad id, quod in Chriſto eſt bellū, exercuit, atq; vbi pabulandum eſſet, mōſtrauit. Et illi quidē aduerſus Arrianos blaſphema verba iactantes, continuè arcum intendebant.

Flauianus & Diodor' pro Meletio exule gregē Chriſti Antiochię curāt.

Non parū vero illis tum in certamine hoc opis quoq; attulit, inſigni vita præclarus ille Aphraates, quem ſapiens Theodoritus in volumine Dei amantium hiſtoriæ conſcripſit. Nam & hic quieto vitæ theoricæ inſtituto, gregis Chriſti ſalutem prætulit, & monaſticum relinquens tuguriolum, ouilis Chriſti curam geſſit: & multo diffluens ſudore, lupos vndique ab eo repulit. Cæterùm quàm locuples virtute fuerit, & quæ ſupra captum hominis fecerit, is quem diximus liber, euoluere eum volenti, oſtendet. Ego verò vnum quiddam illius actorum huic loco accommodatum, recenſendum in opere hoc duxi. Orontes fluuius ab aquilonari parte imperialem Antiochiæ domum præterlabitur. Porticus autem quædam maxima duorum culminū, in parte meridionali ad vrbis mœnia, præclaris turribus vtraq; ex parte conſpicua, eſt extructa. Inter Imperiales ædes & amnem via eſt, quæ per portam, quæ iſthic eſt, euntes excipiens, in vicinos ſuburbanos agros deducit. Hanc viam aliquando diuus inſiſtebat Aphraates, ad fidei gymnaſiū iturus, & ouibus Chriſti congruēs pabulum allaturus. Eum è ſuperiore loco porticus proſpectans Imperator vidit. Siſyra enim, ſeu veſte ex ouium piloſis pellibus conſuta amictus, & ſenio multo confectus, celeriùs tamen currebat. Et quidam Imperatori, hunc eſſe Aphraatē illum, ex quo totius vrbis multitudo penderet, dixit. Et ille è porticu virum ſanctum interrogans, Quonam, inquit, vadis? Atq; Aphraates, pro imperio tuo precaturus, reſpondit. Atqui, Imperator intulit, Domi te, qui leges monachorum ſequeris, manere, ibiq; quietè conſidentem hoc facere oportuit. Tum diuinus ſenex perquàm ſapienter ait: Rectè tu quidem, ò Imperator, dicis, me id facere debere, facturuſq; id adeò conſtanter fuerā, ſi pax Chriſti ouibus eſſet. Sed quū multa quædam inſaniæ caligo loca omnia occupârit, & maximus inſupèr ſubrepat timor, ne plurimo imminente periculo, à feris oues dilanientur: neceſſitas mihi quoq; incumbit, vt vigilem, omnemque funem moueam, nè quod grex Chriſti capiat detrimentum. Age enim, ò Imperator, ſi puella eſſem, domi in conclaui abdita, fuſos manibus tractans, & lanificium meum curans, atq; alicunde ſubitò conſpicerem flammam exortam, & omni ex parte paternæ domui circunfuſam, fœdo incendio eam iamiam conſumpturam, quid me facere oporteret? dic, te per Deum oro: vtrùmne me ſic ſedere, & penates patrios conflagrantes deſpicere, ignemq; proſerpentem expectare. an conclaui ſtatim relicto, ſurſùm & deorſùm currere, aquam in manib. habere, & modis omnibus flammam extinguere conari, oporteret? Satis ſanè ſcio, dicturum te, faciendum mihi eſſe, quod & ſagacis ſanæq; mentis puella faceret. Id ipſum verò nūc quoq; fieri debere exiſtimo. Quū tu enim quaſi fulmen quoddā in paternā domum noſtram incideris, & veriorem pietatē omnē igne vaſtes, vndiquaq; circuncurſamus, flammam gliſcentem extinguere ſatagentes. Hæc quidem ille dixit. Imperator autem ad minas vſq; progreſſus,

Aphraates monachus vitā theoricam vtilitati Chriſti ouium, neceſſitate flagitante, poſthabuit. Theodor. lib. 4. cap. 26.

In nullo nō conuentu olim Chriſtiani pro principibus ſuis orarunt.

Mira modeſtia ſimul & grauitate Valēti Aphraates, neceſſitate ſe coactum, monaſtica vita relicta orthodoxos docere, & confirmare, oſtēdit, & eiuſdem impiā tyrannidē perſtringit.

greſſus, ſilere eum coegit.

Subita morte cubicularius imperialis, ob malè tractatum Aphraatē mulctatur.

Ex cubicularijs autem Imperatoris quidam, qui ſanctum virum propter animi temeritatem grauiùs tractauerat, in balneum confeſtim ingreſſus, vt principi lauationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delapſus, ibi vitam finiuit. Imperator aliquandiù expectans, & extrahi ea mora tempus querēs, alijs cauſam eius rei inquiſitam ſibi renunciare præcepit. Qui cū eò veniſſent, & omnia circunſpexiſſent, illum in calidis vndis morte frigida peremptum reperierunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidem petulātis, Aphraatæ ſancto illatæ iniuriæ & contumeliæ eſſe, rectè arbitratus eſt De impio autē dogmate eūdem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum. Et perindè atq; fulmine afflatus & attonitus, miraculo eo magis etiàm eſt contra veram pietatē concitatus.

Valens induratus vt Pharao.

Ex cap. 26. Alexādriæ ſub Athanaſio eccleſia q̄eta fuit, eo præſente.

Talia impius Valens Antiochię quidē egit. Tranſeundum autem hinc ad ea quę Alexandriæ ſunt geſta. Quieta ſiquidem in Aegypto eccleſia fuit, Athanaſio ſuperſtite. Multitudo nanq; ea q̄ verā pietatem ſibi ſequendam ſtatuerat, Arrianam phalāgem ſuperabat: idq; propter ſuum erga Athanaſium amorem, Et cùm ea eſſet ardentior, & ad ſeditionem mouendam propenſior, metum de ſe p̄buit, nè tumultu concitato, reſpublica detrimento mactaretur. Proindè diuina quadam prouidentia, immunisà grauibus malis Alexandria permanſit, tantiſper dum veritatis ꝓpugnator ſuperfuit Athanaſius. Vbi autē ille poſt pericula plura, nec coronas pauciores, ad quietem laboris omnis experiē, ad quadraginta & ſex annos epiſcopatu cum gloria magna functus diſceſſit: Petrus verò, vir optimus & clariſſimus, in functionem eius ſucceſſit, ſuffragio quidem primū beati illius capitis, deindè etiā epiſcoporum prouinciæ eius vniuerſorum, totiusque cleri, & eorum qui Alexandriæ primos honores & magiſtratus gerebant, votis & calculis, plebe etiàm cuncta fauſtis acclamationibus conſilium id perquàm libenter confirmāte. Particips enim diutinorum ſudorum Athanaſij fuerat, nunquā à magno illo viro vel domi vel peregrè diſcedēs, varijsq; cum illo periculis co'luctās. Quapropter quicunq; erant finitimi epiſcopi, & qui tranquillam vitam ſectabantur, monaſticas relinquentes palæſtras, maximè hoc egerunt, vt Petrus in illius locum ſubſtitueretur.

Athanaſij mors.

Petrus eius ſucceſſor.

Vnanimis omniū ordinum in epiſcopo creādo electio.

Præfectus Aegypti Palladius Petrum in carcerem conijcit.

Poſtquam autem is ſacrā recepit ſedē, nulla interpoſita mora, gentis eius præfectus, contracta ex Iudæis & Græcis manu, eccleſiam circunuallauit, & Petrum exire iuſſit Quod niſi faceret, ſe illum vel inuitum indè eiecturum eſſe, minatus eſt. Quod quidem ille fecit, quum voluntati Imperatoris morem gerens, tum maximè impietati ipſe ſuæ ius ſuum tribuens. Quod nanque ex idolorum nefaria ſuperſtitione penderet, ſplendidè ſe feſtum diem acturum eſſe putabat, ſi veræ pietatis nauem in tempeſtatem conijceret. Ac primùm quidē Petrus in carcerē incluſus eſt: poſteà autē profugiens, quū ſcapham cōmodè nactus eſſet, Romam ad conſentientem ſibi eius vrbis epiſcopum Damaſum traiecit.

Idem Romā ad Damaſum epiſcopum confugit.

Et breui pòſt Euzoius, qui Antiochiæ Arrianæ præijt religioni, tempus opportunum nactus, cōſilium inuenit, vt Alexandriam ipſe iret, & eccleſias ibi Lucio Arriano traderet. Quod quum Imperatori quoq; placuit, (adhuc enim is Antiochiæ erat) cum ſatellitio multo, & militari, quæ eum ſequebatur, manu ſanè q̄ frequenti profectus eſt, atq; vnà cum eo Magnus Imperatoris quæſtor. Habebant ij ab Imperatore ad præfectum prouinciæ Palladium mandatum, vt is, quacunque in re opus eſſet, Lucio & Euzoio nō deeſſet. Et Petrus quidem, ſicuti dictum eſt, in carcere aſſeruatus eſt: poſteà autē Romam nauigauit. At Lucius Arrianus in ſacrā Athanaſij ſedem eſt collocatus. Itaque Aegyptij longe grauiores in exteros animos cōcepēre. Simulatquè enim improuiſò aduenerat Lucius, ſtatim eccleſias occupare contendit. Atque vbi plebs contrà niti cœpit, bellum aduerſùs clericos & ſacras virgines eſt inſtitutum. Et aliæ ſuper alias illatæ ca'amitates, eccleſiæ catholicæ ſectatores afflixerunt. Perindè enim atque feræ agreſtes gregi Chriſti Arriani imminētes, partim

Euzoius Antiochenus, & Magnus Imperatoris quęſtor, Palladio adiuuante, Lucio Arriano eccleſiā Alexandrinam, Petro reiecto, tradunt,

Sæua Catholicorū Alexādriç

perſequutio, ab Arrianis eis illata.

in exilium egêre, partim captos in vincula coniecêre: quos rursùm ex vinculis productos, varijs ſubdidêre ſupplicijs. Quidam enim vngulis & flagris bubalis cæſi, quidam ardentibus facibus aduſti: atq; alij bonis primum ſpoliati, alijs mox ſunt affecti cruciatibus. Tormentis verò tam varij generis ſupereſſe, admirabile eſt viſum. Quòd ſi quis priùs vita exceſſiſſet, quàm tãta mala expertus, aut ſi ad tolerabilius exilium damnatus eſſet, fortunatum id, & quod alicui inuideri poſſet, habitum eſt. Sed quis exponere poſſit, quæ mala in Lucij introitu acciderint? Quorum quidem Sabinus, qui res eccleſiaſticas conſcripſit, minimè meminit, quòd coniunctorum ſibi Arrianorum dedecora premere maluerit. Optimè autem ea beatus Petrus, poſtquàm è carcere profugit, in ſcripto quodam ſuo tanquam tragœdiam expoſuit, & ad omnes vbiq; eccleſias miſit. Quod ſcriptum vide ſuprà in Lucio Alexandrino epiſcopo Arriano.

Ex cap. 27. Arriani in Aegyptijs eccleſijs regnant.

Ac Petrus quidẽ ille admiratione dignus, ad eum modum Romam cõceſſit. Qui verò factionis Arrianæ erant, quantumuis pauci, eccleſijs in Aegypto imperarunt. Nec ita multò pòſt mandatum quoq; ab Imperatore ad gẽtis eius præfectum miſſum eſt, quod Nicenæ fidei ꝓpugnatores à Lucio indicatos, Alexandria & omni Aegyptia prouincia eijci iubebat. Porrò Euzoius cõfectis Alexãdriæ ex ſententia rebus, rursùm ſe Antiochiã contulit. Lucius verò quemadmodùm mandatũ fuerat, & Aegyptij pſidij dux, cũ magna multitudine ex Græcis & Iudæis & Arrianis mixtim collecta, hoſtiliter prædas egit, & infeſta ſigna contra monachos ſolitudinem incolẽtes duxit.

Monachomachia Arrianorum.

Ea enim ſpe erat, ſi ijs quietem maximè conſectantibus moleſtiam turbulenter afferret, in poteſtate eos ſua fore. proindeque & eos, qui in vrbibus eſſent, Chriſtianos à ſe deuictum iri. Quãdoquidem multi ea tempeſtate venerandi in Aegypto & Thebaide viri monaſterijs pſibant, Arrij opinionem maximè auerſantes.

Plurimi in Aegypto monachi catholici, quorum fidẽ vulgus hominum eſt imitatum.

Quos plebs ipſa ſequuta, vt eadem cũ illis de religiõe ſentiret, maximi faciebat. Neq; enim illi de dogmatibus nugari voluêre, ac ne potuêre quidẽ. Penès eos autẽ veritatẽ eſſe arbitrati ſunt, quorũ preces Deus exaudiret, miraculorum edendorum facultatem eis tribuens, & qui fidei verbis virtutis facta tãquam teſtimonijs confirmarent: quales tum monachorum duces fuiſſe nouimus, Macarios duos, Alexandrinum & Vrbanum, item Pãbo & Heraclidem illum, qui optimè ab Antonio magno, virtutis & Aegyptiorum monaſteriorum antiſtite, ſunt eruditi, & alios eiuſdem diſcipulos.

Lucius, ꝙ plebem ex ſententia ſanctorum monachorum pendere ſciret, armis eos ipſos monachos in opinionem ſuã cogere contendit, ſed nihil efficit. Sozo. lib. 6. cap. 20.

Et quũ Lucius ſecum ipſe reputaret, fieri neutiquàm poſſe, vt res Arrianorum in tuto eſſent, & ipſi vniuerſalem ſibi eccleſiam ſubijcerent, niſi eos qui inter monachos ſummi eſſent, in ſentẽtiam ſuam pedibus ire cogerent, rem eam eſt aggreſſus. Et quia ſuadendo nihil efficeret, ad vim ſe conuertit. Itaq; armati nudis, & qui ne manum quidem defendendi cauſa extendere vellent, ingruentes, miſerãdum in modum eos afflixerũt, ità vt cladem illis illatam verbis exponere non ſit. Poſtremò tamen cœptum id fruſtrà fuit, quod omnes parati eſſent iugulum inclinatum gladijs præbere: & ſi opus eſſet, mori potiùs alacriter, quàm aliquid de Nicenis decretis mutare. Fertur verò & illud, quum impetum imminẽtium militum expectarent, quendam apud eos fuiſſe ex pedibus propter articulorum conuulſionem adeò laborantem, vt illis inſiſtere non poſſet, ſed ſcipionibus quibuſdam illorum vicem & vſum expleret. Hunc illi oleo vnctum in nomine Chriſti, quem Lucius perſequeretur, ſurgere, & domum ire iuſſerunt. At ille exiliens, ſtatim iter perfecit, eadem prorsùs cum monachis iſtis colenda eſſe prædicans, quibus Deus Lucium accuſantibus gratiam ſuam concederet, & aurem tã benignè præberet, vt ſe tã diuturno morbo liberarint. Verũ ne ijs quidẽ ipſis rebus, eis conſilij cœptiq; ſui pœnitentia inceſſit. Noctù enim hos oppreſſos atq; comprehenſos, in inſulam quandam circũcircà lacu ingẽti circumdatã miſerunt, quam antiquitùs homines ſuperſtitionis dæmoniacæ, qui doctrinam noſtram prorsùs non audiſſent, incolebant. Vide reliqua in Lucio.

De-

Gotthi cõciliata inter ſe concordia, Thraciam vaſtant.

De bello verò quod cum Gotthis Valens habuit, deq́; eius interitu, idem refert Nicephorus eiuſdem libri ca 48. Nõ multum, inquit, interceſſit temporis, quum diſſidentes inter ſe Gotthorum factiones, in gratiam & concordiam rediêre: atq; ingenti confidentia & immenſa dementia ſublati, Thraces male acceperunt: oppidaq́; & vicos percurrentes, crudeliſſimè vaſtarunt. Quod vbi Vales Antiochiæ adhuc degens cognouit, tum demũ experientia magiſtra erroris ſui perniciem perdidicit. Gentem nanque quæ ſemper in armis, & ad prælia inſtructa eſſet, & ſibi & imperio commodos, atque etiàm ad hoſtes perterrẽdos idoneos fore, ratus fuerat. Atq; hac periculoſa opinione cõcepta, militares copias ſuas paruifecit: & pro eo quòd ſtipendium illis dare, & delectu habendo militari, ſacramento obſtringere ciues ſuos debuiſſet, pecuniã & tributum ab eis exegit. Nam aureos octogenos in ſingulos Gotthos à tributarijs populis pendi iuſſerat. Quæ quidem reſtum, vt Romanũ imperium ad tempus rebus aduerſis periclitaretur, in cauſa fuit. Atque ita ille ſpe ſua quum prorsùs excidiſſet, deſijt eos in exilium mittere, qui Conſubſtantialis fidem profitebantur: & celeriter Antiochia relicta, Conſtantinopolim contendit. Quo tempore etiam aliter ſentientium, Arrianorum videlicet, bellum, quaſi per quaſdã inducias, aliquo modo conquieuit. Euzoio quoquè Antiocheno epiſcopo mortuo, Theodorus Heracleæ Perinthi antiſtes, qui eandem cum defuncto obtinebat ſententiam, in illius locum eſt ſuffectus: vbi etiam Arianorũ factioni præijt. Animos verò etiam receperunt in vrbibus, qui Nicenæ ſynodi dogma deprædicabãt: potiſſimũ autem in ciuitate Alexandrina. Quandoquidem & Petrus rectæ opinionis defenſor, Roma, Damaſi epiſcopi Romani literis munitus, quibus & electio eius cõprobabatur, & doctrina Nicena confirmabatur, redierat. Cui etiam Alexandrini eccleſias gubernandas dedêre, Lucio eiecto, quem naui aduenientem Conſtantinopolis excepit.

Stultorum magiſter euentus.

Reges Galliæ itidem annuũ ſtipẽdiũ Heluetijs pendunt. Sic auorum noſtrorũ memoria Græci in Europã ex Aſia Turcas adduxerunt

Perſequutio catholicorum cõquieſcit.

Catholici animos recipiunt.

Petrus eccleſiã ſuam Alexandrinã recipit. Theod. lib. 4. cap. 31.

Ex cap. 49. Valẽs fratrem ...

Valens imbecillitatis ſuæ conſcius, ad fratrem qui adhuc ſuperſtes erat, legatos qui auxilium peterent, miſit. Quem quidem dixiſſe ferunt, non æquum piumque eſſe ei auxilium ferre, qui bellum cum Deo gerat: magis autem conuenire, ſubſidio denegato, confidentiam illius imminuere. Quod vbi illi renunciatum eſt, maiorem etiam quã antea mœrorem contraxit. Neq; admodùm tamen à confidentia ſua deſtitit, magisque adeò etiam veritatem expugnare inſtitit. Quum enim Terentio, ducum omniũ præſtantiſſimo, pietateque ſupra alios ornatiſſimo à victorijs in Armenia reportatis reuerſo, optionem ſua ſponte obtuliſſet, vt a ſe, quod vellet, peteret: atque ille auro, argento, præfecturis, prouincijs, rebus deniquè alijs omnibus poſthabitis, vnum quiddam rationi conſonum & pium poſtularet, vt ſcilicet Antiochiæ vnam ſaltem eccleſiæ catholicæ propugnatoribus concederet eccleſiam: ipſe petitionis libellum lectũ lacerauit, & aliud illum petere iuſſit. Tum Terentius libelli partibus collectis: Habeo, inquit, ô Imperator, & donum teneo, neque aliud petam. Conſilij enim mei iudex erit, qui iudex eſt omnium.

Valẽs fratrem Gotthos à fratre adhuc ſuperſtite ſuppetias petit.

Extremo etiam periculo, tã pertinax Valẽtis impietas fuit, vt frangi non potuerit: Adeò ſanè vt Terẽtio duci optimo eidẽq; in Armenia victori, eccleſiã vnam Antiochiæ catholicis petenti, ille negaret.

Gotthorũ autem bellum metuens Valens, ipſe quidẽ tum Conſtantinopoli ſe continuit: Traianũ autẽ ducem, armatũ cum exercitu non contemnendo aduerſùs eos miſit. Vbi verò ille, ne primum quidẽ congreſſum eorũ ſuſtinens, victus redijt, ignauiam ei & timiditatem cum conuicio Imperator obiecit. Ille autẽ cũ ea dicendi libertate, quæ virum fortem & ſtrenuum decet: Non ego, inquit, ô Imperator, victus ſum: ſed tu ipſe ſponte tua victoriam à te ipſo reijcis, qui ita cũ Deo belligeraris: momentumq; quod ab eo prouenit, repellens, ad hoſtes potiùs trãſmittis. Deus ſemper vincit. Et victoria illis fauere ſolet, qui auſpicium ductumq́; eius ſequuntur. Is nunc ab aduerſariorum partibus ſtat, quòd eum tu bello perſequeris. Non enim prorsùs neſcius es, qbus viris ex eccleſijs eiectis, quos in illorum locum ſubſtitueris.

Traianus dux à Gotthis victus.

Idem grauiter Valenti Theomachiam obijcit.

Hæc ita ſe habere, non Terentius tantùm & Traianus, ſed & Arintheus & Victor, q & ipſi belli duces fuere, affirmarunt: Imperatoremque ipſum, nè repræhenſi-

Cõmune & publicũ Conſtantinopoli in Valentem odium.

henſione ea, quæ cum veritate coniuncta eſſet, grauiſſimè commouerentur, togarunt. Execratione etiam multorum eſt expetitus, quod Conſtantinopoli moraretur. Nam Gotthi Thracia omni vaſtata, & ſuburbanis etiã ædificijs cunctis direptis, nemine ſcilicet erumpente, mœnia quoq; ipſa adoriri contendebant. Id vrbs moleſtè tulit: & Imperatorẽ, qui nõ dudùm exiſſet, ſed ita bellum cunctando duceret, accuſarunt. Neq; conuicijs quidem abſtinuère, quaſi ipſe ſocordia ſua bellorum eſſet author. Poſtremò ludis Circenſibus propalàm aduersùs eum vociferati, arma ab eo, quibus in bello vterentur, petiere. Imperator aũt, veluti ingẽti iniuria affectus eſſet, furore plenus contra barbaros eſt progreſſus, plurima ciuibus cõminatus, daturos videlicet eos ſibi, ſi reuerteretur, pœnas condignas de contumelijs à vulgo ſibi illatis, & quòd ita dudùm Procopij tyrannidi ſe coniunxiſſent. Quin etiam vrbem ipſam ſe ſolo æquaturum, & aratro proſciſſurum eſſe denunciauit.

Progreditur iàdem cõtra Gotthos Valens, magnum malum ciuib⁹ ſuis minatus.

Tum etiàm Iſaacium illum, qui circa Conſtantinopolim monaſticã caſam habuit, quũ alijs rebus vir bonus, tũ quoduis adire diſcrimẽ ꝓpter Deũ promptus & paratus, ferunt, quum Valentem vnà cũ exercitu exeuntem videret, ad eũ acceſſiſſe, & manibus frenum equi, quo ille vehebatur, arripuiſſe, & voce magna dixiſſe: Quonàm ò Imperator proficiſceris qui aduersùs Deum bellum geris, atq; illius opem tecum trahis? Nam ille quodammodò contra te barbaros excitauit, quoniam & tu aduersùs illũ impiorum hominum peregrinas & blaſphemas linguas exacuiſti, eosq; q pro eo atq; decet, de illo opinãtur, atq; illum ritè laudibus vehunt, ex ſacris ædibus eieciſti. Redde igitur rectè ſentientibus, & ſincerè fidei Nicenæ decretum ſeruantibus, quas ademiſti eccleſias: & labore nullo victor in bello euades. Si enim tu aduerſari illi deſieris & quieueris, quieſcet ſcilicet & ille quẽ tu oppugnas. Sin verbis hiſce contẽptis, in aciẽ perueneris, re ipſa experiere, q durũ ſit contra ſtimulum calcitrare, & in cælum impotentem linguam tollere. Neque enim ipſe redibis, & quas tecum ducis, copias perdes.

Iſaaci⁹ monachus Cõſtantinopolitanus, eũtem aduersùs hoſtes Valentem ad pœnitentiam exhortatur, exitũque belli infelicem ei prędicit.

Imperator autẽ vehementiore ira cõmotus: Ego verò, inquit, redibo cũ præclaro tropæo, & dignas à te temeritatis tuæ ſumã pœnas, prædictionemq; tuam falſam eſſe oſtendã. Et confeſtim cõprehendi hominẽ, & in cuſtodia aſſeruari, donec rediret, iuſſit. At ille abductus vociferabatur: Eneca etiã, inquiens, ſi mendacia eſſe deprehenderis verba mea. Nũ aũt ad rẽ collata ſint ſancti viri dicta, res ipſa geſta declarabit. Poſtquã enim cum copijs Imperator eſt egreſſus, barbari cõuerſi retroceſſerunt: quos ille inſequens, Thracia poſt ſe relicta Adrianopolim venit, q in Macedoniæ finibus ſita eſt. Atq; vbi non longè ab hoſtibus abfuit, quum ipſi in tuto loco eſsẽt, ex improuiſo ordinibus nõ diſpoſitis, neq; acie pro eo atq; debuit ſtructa, eos eſt adortus. Quũ verò barbari confertim ruẽtes equitatus eius impetũ & impreſſionẽ diſtraherẽt, & grauiorem armaturã in fugã verterẽt, alius aliò ſe recepit. Hoſtes aũt eis imminentes, metu nullo, cædẽ multã fecere. Imperator quoq; ipſe quũ ex equo per deſperationẽ ſummã deſcendiſſet, q tum potetas fugiẽs, in quandam villę domũculam ſtramẽtis contectã, cũ paucis qui eum ſequuti fuerãt, latere ibi volens, ſe abdidit. Barbari autẽ impetu & celeritate maxima inſequẽtes, ſicuti alia ad q venerãt tecta, ita domunculã eã quoq; incẽderunt: quum quidem, vt dicitur, nihil de Imperatore ſuſpicarẽtur. Sic illi vnà cum vico eo, veritatis etiã hoſtem in cineres redegerunt. Quo tempore, fama eſt, Deo dilectũ virum Iſaacium, quum Valentem in domuncula ea aſſum ſentiẽs nidore eius repleretur, eis qui ſecum in cuſtodia erãt, annunciaſſe, Nunc iam Valens igne torretur, & nares ꝓfluentem ab eo odorem ingratum ſentiunt. Nonnulli quidẽ ita Valentẽ interijſſe dicunt. Alij autẽ illud addũt, ſubijſſe quidem illũ, quum occultare ſe properaret, domunculam, atque ibi aliquantulum latuiſſe, q barbari curſum ſuũ tenentes prętereirent, & Imperatorem ibi occultari nemo ſuſpicaretur. Vbi aũt maximã hoſtiũ pars eo loco ſuperato abijſſet, & pauci poſtea aduenirent, quoſdã Imperatoris fugæ comites

Quemadmodũ Michęa quondã Achab, Iſaacius in cuſtodia aſſeruari iubetur.

Valens improuidè ſimul & infeliciter cũ Gotthis pugnat.

Fugit.

In caſa agreſti latitat.

Vna cũ caſa ab hoſtibus conburitur.

Iſaacius in vinculis interitum eius videt & indicat.

in

in tectum domunculæ conſcendiſſe, & tela in barbaros conieciſſe. Atq; illos tum demùm occultari ibi Valentem ſuſpicatos, ingenti clamore & iubilatu, vtpotè victores, Valentem iſthic eſſe, vociferatos eſſe. Idque & qui præteribant,& qui con ſequebantur, quũ audiſſent, ſuis porro ſignificâſſe: ità vt ferè etiã hoſtes illi, qui longius abierant, id audierint, atq; omnes in eũ locum conuenerint. Eosq; domuncula circundata,& materia plurima aggeſta, ignem deindè in eam inieciſſe: vndè mox ſecundo, caſu quodam, vento afflante, flamma ſit excitata. Atq; ità materiam eam vnà cum eis,quæ in domuncula erant, rebus, & præter alios ipſum quoque Imperatorem conflagrâſſe,& in cinerem redactum eſſe.

Alia de cæde Valẽtis opinio.

Alij verò memoriæ prodidêre;Quum barbari fugientes inſequerentur, Valentẽ ingenti metu perculſum,habitu mutato,peditibus ſe immiſcuiſſe. Deindè poſt quàm equites rem prodidiſſent, & a pugna per deſperationem deſtitiſſent,quippe qui hoſtium impreſſione diſiecti eſſent, eos omnes concidiſſe: inter quos ipſe etiã iacens latuerit, quòd ſignum nullum extaret, quod eum Imperatorẽ eſſe indicaret. Interijt autem Valens annis quinquaginta exactis. Imperauit vnà cũ fratre Valentiniano annis tredecim: poſt illius autẽ obitum, alijs tribus & menſibus aliquot. Huic ſucceſſerunt Gratianus & Valentinianus iunior, qui etiã Theodoſium magnum imperij ſocium admiſerunt. Hactenùs Nicephorus.

Quinto idus Auguſti, annis duobus, menſibus quinque, diebus tredecim.Diacon.

VALENS MVRSIAE, *& Vrſicius Singidonis in Pannonia epiſcopi Arriani.* 4.

Singidon, hodiè Segedinum dicitur.

VAlens & Vrſicius Pãnoniæ epiſcopi, Arriani dogmatis valdè ſtudioſi, vel,vt veriùs dicam, meri Protei extiterũt, Conſtantij Imperatoris & Iulij huius nominis primi ſummi Romanorũ pontificis temporibus, circa annum Domini 343.De quib.ait diuus Hieronymus ad Damaſum Papã: Abſit,inquit,àRomana ſede,vt iũgatur cũ beatitudine tua Vrſicius,& cũ Ambroſio ſocietur Auxẽtius.

Hos tres potiſſimũ & alios complures dãnauit conciliũ Ariminenſe, eò ꝙ Arrianum dogma anathematizare noluiſſent. Contra hos Athanaſius Alexandrinus epiſcopus librum conſcripſit, & rurſus diuus Hilarius Pictauenſis epiſcopus alium edidit, vniuerſi in Arimini concilij hiſtoriam complectentem.

Diſſidium apertũ inter Occidẽtales.

De his ita ſcribit Nicephorus li.9. cap. 13. Sardicẽſi,inquit,conuentu ita peracto, domum ſe quiſque recepit. Ac deinceps Occidens ab Oriente per ſeceſſionem diuiſus eſt. Non ampliùs enim Occidentales cum Orientalibus, haud eadem ſeeũ ſentientibus, negocij ſibi quidquam & coniunctionis eſſe voluere. Et cõmunionis finis Occidentalibus fuit inter Illyricum & Thraciam, circa montẽ qui Suſaceis dictus eſt. Vltra eũ autẽ locum propter variãtem fidem, minime inter ſe inuicem cõmunicare voluerunt. Vt vero fieri ſolet, in eccleſijs calumniæ & diſſenſiones erant. Et ingens turba & confuſio eccleſiam catholicã inuaſit. Antea ſiquidem, etiàmſi diſſiderent, conſuetudine tamen inter ſe iungebantur, nec adeò grauem eam rem putabant & cõſuetudinem eiuſmodi, eundem de Chriſto ſenſum eſſe exiſtimabant. Et, vt paucis dicã, eccleſia Occidentalis omnis patriæ inſiſtens religioni, contentionis expers, & à ſtudio de dogmatib. nugãdi aliena ſuit, ſincerè profeſſionẽ fidei Nicenã ſonans atq; profitens. Quãuis etiam tũ Vrſicius Pãnonius & Auxentius Mediolanenſis conati ſunt eccleſias diſtrahere, & ad Arrianam opinionẽ traducere: efficere tamen id nequiuêre, ſede Romana & alijs Occidentalibus epiſcopis vigilantibus, & hæreſis eius ſurculos ilicò extirpantibus. Oriens autem poſt Antiochenum concilium ſeditiones concitauit, & propalam aduersùs Nicenam fidem diſceptans iudicio contendit:reuerà tamen, ſicuti colligere eſt,plures ſententiam Niceni dogmatis comprobabant, filium ex ſubſtantia patris eſſe confitentes. Contentionis vero cupiditate deuincti, aduersùs verbum Conſubſtantialis, impotentibus animis pugnabant.

Diſſidij eius magnitudo.

Occidentales conſtantiſſimè Nicenũ ſymbolum retinuerunt.

Vrſicius & Auxentius Arriani.

Orientales verbũ Homouſiõ exagitârunt.

Quomodò verò in eodem Sardicenſi concilio ob ſuam hæreſim damnati, & excommunicati fuerint, his verbis refert idem Nicephorus eodem libro, cap. 12.

Abio-

Valē & Vrſicius in cōcilio Sardicenſi dānati & excōmunicati.

Abrogarunt quoquè, inquit, Occidentales, epiſcopatum Georgio Alexandrino, Baſilio Ancyrano, & Quintiniano Gazæo: & vt non modo epiſcoporum, ſed ne Chriſtianorum quidem appellatione honorarentur, ſtatuēre. Idem fecerunt Theodoro Perinthio, Narciſſo Irenopolitano, Acacio Cæſareenſi, Euſebij Pamphili ſucceſſori, Menophanto Epheſio, Vrſicio Singidonis, & Valenti Murſiæ Pannoniorum epiſcopis, & Laodicenſi Georgio, quanuis ſynodo Orientalium is non intereſſet. His omnibus dignitate adempta, communione interdixerūt, quòd filium Dei à paterna ſubſtātia ſepararēt: & quòd, qui dudùm propter Arrianam hæreſim reiecti fuerāt, eos recepiſſent, & ad ampliorem miniſterij Dei euexiſſent dignitatem. Eis dānatis ad omnes vbiq; epiſcopos miſerunt, vt decreta ea rata haberent & confirmarent, necnon Nicenis placitis conſentirent.

Vrſicius & Valens Arriani Athanaſio ſe cōiungunt.

At quomodò poſtea ſuum agnoſcentes errorem, libellum reſipiſcentiæ Iulio Romano pontifici obtulerint, & vt Nicenam fidem amplexi, cum Athanaſio in gratiam redièrint, ſic idem habet Nicephorus eodem libro cap. 27. Cæterùm inquit, alij quoquè, tametſi ingenti erga Arrianam religionem ardore eſſent, in illius tamen conceſſere ſententiam. Id quoque & Vrſicius & Valens fecère, qui cum Theognide & alijs apud Mareotem fuere, ea quæ Iſchyras dixerat, de confracto myſtico poculo, & alijs rebus inquirentes. Ij priore opinione mutata, Romam profecti ſunt: atque ibi Iulio epiſcopo libello pœnitentiæ oblato, victos ſe ab Athanaſio eſſe ſunt confeſſi, ſimulque in poſterum ſe Conſubſtantiali aſſenſuros eſſe receperunt. Ad ipſum etiā Athanaſium ſcribentes, benignè ſe cum eo communicaturos eſſe ſignificarunt. Quæ ſanè res publicitùs in maximum euaſit veluti triumphū & documentum certum, iniquas eſſe Tyri dictas latasque in Athanaſium ſententias. Ad Iulium epiſc. Romanū quæ ſcripſerāt, hæc fuere.

Vrſicij & Valentis pœnitētiæ libellus Iulio epiſco. po Romano oblatus

Pro Athanaſij innocentia teſtimonium.

Beatiſſimo domino Papæ Iulio, Vrſicius & Valens. Quandoquidem antehàc multa & grauia de Athanaſio epiſcopo ſcriptis noſtris ſuggeſſimus, bonitatis tuę literis in ſententiam aliam traducti, negocio eo, de quo ad te ſcripſimus, impediti, rationem eorum reddere non potuimus. Sed enim præſentibus nunc fratribus noſtris presbyteris omnibus apud humanitatem tuam profitemur, omnia quæcunq; anteà de nomine, quem diximus, Athanaſij ad aures noſtras peruenēre, falſa & cōficta, modisq; omnibus aliena ab eo eſſe. Quapropter communionē eius cupidè affectamus, præcipuè quum pietas tua, pro inſita ſibi integritate, gratiā nobis erroris facere eſt dignata. Profitemur & illud, ſiquādo Orientales malignè, aut ipſe etiā Athanaſius, nos de rebus his in ius vocare voluerint, nos præter animi tui ſententiam eò non ituros. Arrium autem hæreticum, eiusq; defenſores, qui dicunt, Fuit aliquando quum non fuit filius: &, Chriſtum ex non exiſtēte eſſe: &, qui Chriſtum Deum eſſe & filium Dei ante ſecula negāt, ſicuti & in priore libello noſtro Mediolani oblato, ità nunc quoq, anathemate mactamus. Hæc autem manuum noſtrarum ſubſcriptione annotantes, iterùm iterumque profitemur, nos, quemadmodùm modò diximus, Arrianam hæreſim & authores eius damnare in ſeculum. Ego Vrſicius profeſſioni huic meæ præſens ſubſcripſi, itidèm verò & Valens. Hæc quidem ad Iulium.

Valentis & Vrſicij ad Athanaſiū ſcriptum.

Quæ verò ad Athanaſium ſcripſere, ſic habebant: Domino fratri Athanaſio epiſcopo, Vrſicius & Valens epiſcopi. Occaſionem per fratrem & compresbyterum noſtrum Muſeum, qui ad dilectionem tuam proficiſcitur, frater dilecte, nacti, compellandum te ex ipſa Aquileia duximus: optantes, vt ſaluus literas noſtras legas. Addes autem nobis fiduciā, ſi tu quoquè ſcribendo nobis reſponderis. Scito nanque pacatos nos eſſe, & eccleſiaſticam tecum communicare coniunctionem. Indicium earum rerum eſt, literarum noſtrarum iſthæc compellatio.

Ariminenſis ſynodus.

Qua ratione autem poſteà ab opinione catholica reſilierint illi, & velut Protei quidam in quamlibet formam ſeſe transmutarint, ſubinde recenſet idem Nicephorus eodem libro cap. 39. Epiſcopi, inquit, ſicuti Imperator iuſſerat,

conue-

conuenêre: & primùm quidem Arimini Occidētales quadringenti, & aliquot præterea numero. Et qui grauiter in Athanaſium animati erant, minimè omnium de eo quidquam mouendum, eſſe duxêre, quod hoc ſic commodiùs eſſe putarent. Cæterùm poſtquam de fide quomodo eam profiteri côueniret, quęſtio propoſita eſt, ibi Valens & Vrſicius, qui primùm Arrij opinionem defenderant, medio autem tempore libello ſupplici Iulio Romano antiſtiti dato, Conſubſtantiali aſſenſeranr, quemadmodū diximus, temporibus ſeſe & rebus obtinentibus ſemper accommodantes, alijs alia, ſicuti fieri ſolet, cenſentibus, dixêre, priores fidei formulas abolendas eſſe: vnamque obtinere oportere, quæ non ità pridem Sirmij lingua Romana compoſita, ab ipſo etiam Imperatore plurimi fieret. Debere quippe Synodum quoque de ſentētia illius profeſſionem eam approbare, neque vlteriùs quidquam curioſiùs indagare, vt eo modo omnis diſcordiæ occaſio, verbis nihil ambigui habentibus, quæ ſubtili & accurata exploratio ne perpenſa eſſent, in formula inſertis, præcideretur. Longè præſtantiùs eſſe aſſerêtes, cum ruſticitate quadam rectam de Deo tenere opinionem, quam ex Grę corum nugamentis nouis petitis verbis, quę non intelligerentur, inducere vocabula. Quibus illi dictis obſcurè innuebāt, ſeu potiùs propalam Conſubſtantialis verbum per calumniam reprehenderūt, veluti in ſacris literis non expreſſum.

Viſicius & Valens veri Protei.

Ij latinam fidei formulam Sirmij ab Arrianizantibus compoſitam defendunt.

Sub hæc verba charta prolata, legi eā poſtulârunt, in qua æqualem patri filiū ſecundum ſcripturas dicebant: mentionem verò ſubſtantiæ in Deo, omninò fieri interdicebāt, & pro eo, æqualem per omnia filium patri reponi volebāt. Hæc porrò formula illa erat, quā antea quidē preſſam ſeruauerant, tum verò in lucem proferebant: eam maximè probabant Germinius & Auxentius, & Caius & Demophilus. Ea lecta, plurimi nihil opus eſſe noua fidei formula eo tempore affirmabanr, contentos ſe eſſe profeſſione Nicena. In præſentia propterea in locum vnum conueniſſe, ſi quid nouatum eſſet, vt id inhiberetur. Et vtcunque ea quę tum lecta eſſent, nihil haberent nouarū rerum: vt dicerent tamen eos, qui ſcriptum id compoſuiſſent, atq; vt illi ipſi Arrij dogma, quippè quod turbas vbiq; in eccleſijs conciliarit, anathemati primū ſubijcerent, petebant.

Sanior & maior pars epiſcoporū in Niceno ſymbolo acquieſcit.

Vbi Valens & Germinius petitionem eam repudiarunt, illi formulas hæreticorum & item Nicenam in medium proferre iuſſêre, vt illæ quidem damnatæ reijcerentur, hæc verò authoritate denuò ſuffragijs ſynodi confirmaretur. Et vt de cætero neque diſputatio de fide moueretur, neque ſynodus peteretur, ſanxerūt. Sufficere enim quæ à Maioribus dudum conſtituta eſſent: ea complecti poſteros debere, & perquam abſurdum eſſe, nunc demum fidem conſcribere eos, qui nuper admodùm credere cœpiſſent, & veterum traditionem abolere, perquā & ipſi, & patres eorum eccleſias gubernâſſent, ex quibus plures martyrijs & obitæ confeſſionis coronis condecorati fuiſſent. Et ij quidem ſic dicta ſententia antiquitùs decretis ſtare, nihilque nouū inducere conſtituerunt.

Maiorum quanta authoritas.

Illi autem, Valens ſcilicet, & reliqui, quos paulò antè nominauimus, contra niſi ſunt. Summoperè nanque contenderunt, vt ſynodus recens compoſitam Sirmij fidei formulam comprobaret. Tantùm autem abeſt, vt patres id facerent, vt etiam Viſicium, Valentem, eorumque complices damnationis ſententia exauthorârint. Et ſynodus profeſſionem Nicenam ampliùs etiam confirmauit. Illi autem damnationem ægre ſerentes, ad Imperatorem confugere. Condemnationis autem eius cauſam præcipuam fuiſſe Socrates ſcribit, quòd Arrianum dogma Arrianizantes damnare noluerint. Dicebant enim nomen Eſſentiæ per ſimplicitatem à patribus poſitū, non intellectum verò à populis ſcandalo & offendiculo eſſe. Et quoniam ſcripturæ id quoque non haberent, ideò eis placitum eſſe id tollere, & deinceps nullam omninò Eſſentiæ in Deo facere mētionem, proptereà quòd diuinæ ſcripturæ patris & filij ſubſtantiæ prorsùs non meminere. Aequalem autem filium patri per omnia dicimus, ſicut ſacræ ſcri-

Nicenā formulā propugnātes, Arrianizātes exauthorant.

Socrates lib 3. ca. 37.

Arrianizātes, verbū ſubſtantiæ ex ſymbolo tollunt.

pturæ & dicunt, & docent. Hæc illi. Interuiſſem autem hic fidei formulam Latinam Sirmienſis conuentus, quam tuebantur illi, niſi orationis prolixitatem fugiens, ſtudioſis eam inquirendam, atque ex ea rem omnem cognoſcendam, relinquerem. Dānati illi, ſicuti dixi, formulam ſecum ferentes, ad Imperatorē confugere. Concilium verò, decem ad eum legatis epiſcopis, literis quoque rem actam declarauit, quæ in hanc formam ſcriptæ fuerant:

Ex cap. 40. Literę ſynodi Ariminenſis catholicæ ad Imperatorem Conſtantinum

Et Dei iuſſu, & pietatis tuæ mandato, quę antiquitus conſtituta ſunt, credimus Ariminum nanque ex omnibus Occidentis vrbibus epiſcopi omnes in locum eundem conuenimus, vt ſimul & fides eccleſiæ Catholicæ cognoſceretur, & qui aliter ſentiunt, manifeſti fierent. Atque vbi rem omnem diu multumque conſiderauimus, faciendum eſſe comperimus, vt, quæ fides antiquitùs obtinet, & quam prophetæ & Euangelia, & Apoſtoli per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, imperij tui cuſtodem, valetudiniſque etiam tutorem promulgārunt, eam à maioribus acceptam ſeruemus, & ſeruatam ad finem vſque cuſtodiamus. Et abſurdum, nefariumque eſſe putauimus, quæ rectè & legitime à patribus conſtituta, & Nicææ communiter vna cum glorioſiſſimo parente tuo Imperatore Conſtantino deliberata ſunt, ex eis mutare quidquam: quorum doctrina & ſententia, ad omnes omnium hominum aures & animas vulgata peruenit, quæ vnà Arrij hæreſim expugnauit atque extinxit: per quam non ſolum ea ipſa, ſed reliquę hęreſes ſunt euerſæ: cui omnino vel addere quidquam non tutū, vel adimere etiam periculoſum eſt. Atque ſi alterutrum in ea fiat, licentia aduerſarijs detur, vt quod libeat facere eis liceat.

Fides Nicęna, ꝓphetica, euāgelica & apoſtolica eſt.

Excommunicatio Vrſacij & Valentis.

Proinde Vrſacius atque Valens, quod iamdudum ſuffragatores & participes Arriani dogmatis fuerunt, à communione noſtra excluſi ſunt. Ad quam tamen admiſſi ſunt, poſteaquam ſe erraſſe cognouerunt: atque vt ad pœnitētiam admitterentur, & noxæ gratiam conſequerentur, orauerunt: id quod ſcriptum eorum atteſtatur. Quapropter vt in gratiam reciperentur, & venia eis delictorum daretur, obtinuerunt. Factum id eo tempore, quum Mediolani ſynodus eſt coacta, presbyteris quoque Romanæ eccleſiæ præſentibus. Norunt illi, eum qui etiam poſt obitum memoria dignus eſt, Conſtantinum, omni adhibita exquiſitiore cura & diligentiore inueſtigatione, fidei profeſſionem, quæ edita eſt, publicaſſe. Poſteaquam autem baptizatus ille, inter homines eſſe deſijt, & ad debitam ſibi quietem tranſlatus eſt, ineptum eſſe ſciunt, nouę quidquam rei inuehere, & tot ſanctos patres, confeſſores & martyres, dogmatis ipſius authores atque inuentores deſpicere: qui quidem patres iuxta veterem eccleſiæ catholicæ ſanctionem, omnes in eadem ſententia perſeuerarunt: quorumq́; etiam fidem Deus ad Imperij tui tempora tranſmiſit, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius beneficio imperium obtines, rerumque in orbe etiam noſtro potiris.

Vrſacius & Valēs poſt pœnitētiā ab orthodoxis ad Arrianiſmū relapſi.

At rurſus miſerandi & ærumnoſi illi impia mente, nefarioq́; auſu, præcones ſeipſos impiæ opinionis renunciarunt, & veritatis conſtitutionem euertere conati ſunt. Poſtquam enim iuxta mandatum tuum, ſynodi concilium coactum eſt, ſeductionis fraudiſque ſuæ illi conſilium detexerunt. Contenderunt nanq́; verſutia quadam tumultuoſe ſeſe ingerentes, nouare quiddam, vbi ſodalitatis impietatiſque eiuſdem ſuæ compertos homines inueniſſent, Germinium, Auxentium, & Caium, diſſidij & ſeditionis authores: quorum inconſtans doctrina blaſphemiarum omnium aceruum impietate ſua lōgè excedit. Vbi verò animaduertere nos non eiuſdem hæreſis eſſe, neque prauis opinionibus eorum aſſentiri, in conſilium ſe noſtrum inſinuarunt, perinde atque aliud quidquam decreturi. Perbreue autem interceſſit tempus, quod eorum ſententias in lucem coarguens protulit. Verùm enimuerò ne res eccleſiæ ſemper eodem affligerentur caſu, turbaque, & tumultus prouolutus omnes comprehenderet, tutiſſimum viſum eſt, vt quæ antiqui-

tus

tus decreta ſunt, integra atque inuiolata ſeruarentur: atque illi quos diximus, à commercio communioneq; noſtra ſegregarentur.

Commendatio legatorũ Synodi Ariminenſis, vt eis fides habeatur.

Quam ob cauſam Oratores noſtros ad humanitatem tuam miſimus, qui eidem conſilij noſtri ſententiam per ſcriptum quoque indicent atq; declarent. Quibus illud quoq; præcipuè mandauimus, vt ex antiquis legitimisq; decretis, veritatis fidem faciãt, eamq; confirmẽt. Declarabunt illi etiam ſanctitati tuæ, minimè futuram, ſicut Vrſicius & Valens dixere, pacem, ſi quid in legitimis conſtitutionibus immutatum fuerit. Quomodò nanque pacem ſeruent, qui pacem ipſam tollunt? Quin contentio potius & turba per cœpia eiuſmodi quum alibi, tum in Romana eccleſia exorietur. Itaque humanitati tuæ ſupplicamus, vt ſereno vultu reſpicias, benignisq; auribus oratores noſtros audias, neque cum defunctorum iniuria nouare quidquam & mutare permittas: ſed nos in his quæ à Maioribus noſtris definita legitimeque conſtituta ſunt, conquieſcere ſinas: quos profectò ſoletter & prudenter omnia Spiritus ſancti afflatu egiſſe dixerimus. Quę verò nunc ab iſtis nouantur, fidelib. quidem incredulitatem, infidelibus autem ferocitatem afferunt.

Supplicatio pro epiſcopis exulibus reſtituendis.

Supplicamus prætereà, vt epiſcopos qui in longinquis alienisque regionibus degunt, & vel ætatis grandioris imbecillitate, vel paupertatis grauioris difficultate premuntur, cum bona venia redire ad ſuos iubeas, ne eccleſiæ epiſcopis eorum ab eis diſiunctis, diuiſus in tali ſolitudine permaneant. Ad hæc inſuper omnia, illud quoque te oramus, vt ne quid adimatur, neue addatur ad ea quæ prius extant, quidquam: ſed vt omnia intacta integraque permaneant, ſicuti a patris tui pietate ad hoc vſque tempus ſunt conſeruata. Ac ne deinceps n[illegible]s itineris labore affligi, atque alienos longeque diſſitos à parœcijs noſtris eſſe permittas: ſed vt epiſcopi potius cum populo ſuo in pace ſacris epulis & rebus diuinis vacare poſſint, pro tua ſalute, imperio, & pace orantes, quam tibi diuinum numen largiri dignetur prolixam. Legati verò noſtri, & ſubſcriptiones & nomina epiſcoporum ſecum ferunt. qui quidem etiam ex ipſis ſacris literis, de ſententia noſtra certiorem facient tuam pietatem. Hæc epiſcopi Arimini congregati, ad imperatorem ſcripſere.

Ex cap. 41. Oratores Synodi Vrſicius & Valens præuenerunt.

Sed Valens & Vrſicius legatos præuenerunt, & Imperatori rem omnem arbitratu ſuo expoſuerunt: ſcriptoque quod legerant, oſtenſo, Synodum apud eum calumnioſè proſciderunt, vt quæ formulam non receperit, cui conſcribendæ ipſe adfuiſſet. Atq; ille ſynodo ſuccẽſens, Oratores quibus diuturna mora in aulis moleſta erat, diem de die diffundens, differebat, contra autem, quos illi damnauerant, in precio habebat. Et vix tãdem excuſans ſe, ſcripſit, quòd neceſſitate vrgente, vt contra hoſtes iret, per expeditionem eam legatos facilè videre non potuerit. Adrianopoli autem rede

Conſtantius erga oratores eos parum benignus.

Summa reſpõſi Conſtantij ad Synodum ſcripti.

untem ſe expectare illos iuſſit, vt ibi ab extremis tumultibus liber, per ocium & legationem audiret, & quæ opus eſſent, conſtitueret.

Addidit & illud, de rebus diuinis deliberare volentem, negocijs alijs vacuũ animumq; ſincerum atq; quietum obtinere debere. Ad quę ſynodus reſcripſit, nihil ſe aliud omninò quàm decretum eſſet, etiam ſi quidquam prætereà ſtatueretur, facturam. Et non modò ſcripſit, ſed id quoque dicere legatos iuſſit. Inſuper eidem ſupplicauit, vt placidè oratoribus receptis, & quæ dicturi eſſent, benignè acciperet, & quæ ipſi ſcripſiſſent, diligenter cognoſceret. Durum etiam quodammodo eſſe ſignificarunt, ipſo imperante tot eccleſias tanto tempore viuis adhuc epiſcopis or[illegible]ari. Opuſque eſſe, ſi ipſe quoque videretur, prius eos ad eccleſiam quemque ſuam redire, quàm hyems eos opprimeret. Hæc atque alia hiſce ſimilia, ità vt ſupplices Epiſcopos decebat, quum oratione ad perſuadendum appoſita per epiſtolam grauem & terſam ad eum ſcripſiſſent, atque celeriter eis nihil reſpon-

Aliarum literarum Synodi ad Cõſtantium ſententia.

Ariminẽſis ſynodus ſoluitur. differet, ſatis diù adhuc ibi morati, deinde ad ſedes ſuas ſunt reuerſi. Atq; quod Epiſcopi quidem Arimini congregati, Nicenam confirmârint fidem, ſatis iam conſtat.

Quomodò deinde plures occidẽtales epiſcopi, vicis illa ta, Symbolo Sirmienſi ſubſcripſerint, opinio duplex. Quòd verò poſteà multi formulę ab Vrſicio & Valente ex Sirmio allatæ ſubſcripſerint, id quoque declarabimus. Qua de re duplex fertur opinio: Harum a tera eſt, Imperatorem occaſione arrepta à Synodo, quaſi non ſua voluntate ſoluta, Valenti eiuſque ſectatoribus facultatem permiſiſſe, vt quas vellent in Occidente eccleſias adminiſtrarẽt, omnibuſque lectam ab eis fidem traderent: & quicunque ſubſcribere illi nollent, ſedibus ſuis deijcerent, atque alios factionis ſuæ illis ſubrogarent. Qua poteſtate accepta, illos vi omnes, vt quam diximus formulam eumprobarent, adoitos eſſe: & qui id facere noluiſſent, quamprimum eccleſijs expuliſſe. Primumque Liberinm, quòd dicto audiens non fuiſſet, vi exactum eſſe. Atque illos rebus ità per Italiam geſtis, eadem per Orientem quoque facere conſtituiſſe. Et per Thraciam euntes, vbi in oppidum quoddam

Synod⁹ Niceæ in Thracia ab Arrianis coacta regiõis eius, nomine Nica, perueniſſent, conuentum coẽgiſſe: fidemque Arimini à ſe lectã, ex Latina in Gręcam linguã conuerſam ſtabilire conatos eſſe: atque publicè ſermonibus ſparſiſſe, formulam eam Niceæ à Synodo vniuerſali ritè, atq; ordine editam, confirmatamque eſſe: vt videlicet nominum vicinitate, per fraudem ſimpliciores ſcriptum id, perindè atque Niceæ in Bythinia compoſitum eſſet, accipientes, decipere poſſent. Verùm calliditatem, cauillationemq; eam deprehenſam, in riſum atque ludibrium abijſſe. Atq; hoc ſic nonnulli tradidère.

Secunda opinio. Altera autem opinio fuit: Quum epiſcopi Arimini congregati, quòd Imperator reſponſum differret, quodque illis redire ad ſua non liceret, macerarentur: qui alteri ſententiæ addicti erãt, ſubornârunt quoſdam, qui dicerent, non conuenire, quòd quidam vnum ſubſtantiæ verbum tantopere propugnarent, vt propterea omnes vbique epiſcopi per ſe ditionem diſſideãt: Licere æqualem patri filium dicere, & vniuerſalem orbis contentionem ſopire: Epiſcopos Orientales, niſi ſubſtantiæ nomen tolleretur, conquieturos non eſſe. Hæc quum ab eius ſententię ſtudioſis eum verſuta quadam grauitate, & vi dicta eſſent, ęgrè tandem Synodum adductam eſſe, vt Vrſicij & Valetis formulæ ſubſcribendum putaret. Veritos quippè artifices doli illius eſſe, ne legati apud Imperatorem Occidentalium epiſcoporum Conſtantem, quã inde ab initio præſtitiſſent alacritatem, & Conſubſtantialis tollendi cauſam exponerent. Quarè illud eos tenuiſſe conſilium, vt Oratores in oppido Thraciæ, quod dictum eſt Nica, diſtinerentur, per cauſæ eiuſmodi obtentum, propter hyemis aſperitatem & itinerum difficultatem, iumenta progredi & viæ laborem ferre non poſſe. Atq; in ea interim mora conſtituiſſe, fidem ab ipſis compoſitam, ex Latino in Gręcum ſermonem tranſlatã, ad Orientales mittere epiſcopos. Sic nanque fore, quum illi ad ſententiã eorum inclinati eſſent, vt quod ageretur, perficerent. Fallaciam verò talem non deprehenſum iri ab eis, qui rem hanc conſideraturi eſſent, conuentum videlicet Ariminenſem, inuitũ ab Conſubſtantialis verbo receſſiſſe: vtpote ab Orientalibus epiſcopis, qui dictionem eam prorſus reieciſſent, coactum. Quod quidem re ipſa falſum erat. Ferè enim omnes in Oriente, paucis exceptis, ſubſtantia patri æqualem filium ſunt opinati. Et controuerſia in eo tantùm erat, quòd partim quidem Conſubſtantialem, partim autem Aequiſubſtãtialem filium dicerent. De hac re vide plura in Arrianis, Conſtantio & Valente Imperatoribus. ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον.

VALENTINIANI. 5.

Valentiniani, à Valentino quodã Pythagoræ veriùs quàm Chriſti ſectatore, ſunt appellati. Emerſerunt autẽ Antonini Pij Imperatoris, & Higini ſummi Romanorum pontificis temporibus, circa annum Domini 150.

De eo itaque Valentino Philaſtrius Brixienſis epiſcopus libro de hæreſibus ſcribit in hunc modum: Poſt Ebionem, inquit, Valentinus quidam ſurrexit, Pythago- Philaſtrius.

thagoricus magis quam Chriſtianus, vanam quandam, a. pernicioſam doctrinã eructans, & velut arithmeticam, id eſt, numeroſitatis nouam fallaciam prædicans, eaque ratione multorum animas ignorãtium captiuauit. Et primùm quidem fuit in eccleſia, elatior autem factus poſtmodùm, errore non paruo deceptus eſt, degenſque in Cypri prouincia, cœpit hoc definire: Nihil aliud, inquit, erat antè in mundo, niſi profundum maris & ſilentium, quod poetæ chaos adſerunt, deque hoc profundo & ſilentio docet proceſſiſſe intellectum & veritatem: de intellectu autem & veritate, verbum & vitam: de verbo autem & vita, hominem & eccleſiam: de homine autem & eccleſia, duodecim Aeonas, id eſt, ſæcula: & de verbo & vita, decem Aeonas: de intellectu rurſùs & veritate, octo Aeonas emanâſſe: & hanc eſſe τριάκοντα ſeculorum, id eſt, triginta Aeonas. De ogdoade ergo & decade, & duodecade, conſiſtere triginta Aeonas dictitat. Dicit etiam Chriſtum à patre, quem Profundum nomine appellat, ad totius mundi ſalutem fuiſſe dimiſſum, deque cælo eum carnem detuliſſe: nihil autem accepiſſe de ſancta Virgine, ſed vt aquam per riuum, ita tranſiſſe per eam affirmat. Animam ergò ſolam ſaluari, corpus autem hominis non ſaluari arbitratur. Hæc Philaſtrius.

Valentini errores, ac deliramenta.

Nicephor. Nicephorus quoq; lib. 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ ca. 3. ſcribit in hunc modum: Sub Pio, inquit, Antonino, eccleſiæ Romanæ Higino præſidente, Irenæus Valentinum & Cerdonem hæreſum ſuarum authores fuiſſe ſcribit: qui Marcionis quoque erroris duces extiterint, & Romæ vterque domicilium inuiſi Deo dogmatis conſtituerint. Scribit autem ad hunc modum: Valentinus enim venit Romam ſub Higino: inualuit autem temporibus Pij, durauitque vſque ad Anicetum. Cerdon verò, qui ante Marcionem fuit, & ipſe ſub Higino, qui in vrbe Roma nonus erat epiſcopus, in eccleſiam venit, & pietatem profitens atque reſipiſcens, ità ibi manſit, vt aliquando occultè doceret, aliquãdo autem rurſùs ſe pœnitere confiteretur: nonnunquàm etiam coargueretur de his quæ perperam doceret, atque etiam a fratrum cœtu excluderetur. Hæc ille in tertio aduerſus hæreſes libro. Valentini autem immenſum & profundum pelagus idẽ Irenæus facile emenſus, intimis obſcuræ & erroneæ, populique ſeductricis ſyluæ ſpeluncis incubãtem impoſturarum ſerpentem, vbi dudùm abſtruſus latuerat, extraxit, & nudum in apricum produxit locum. Hæc Nicephorus.

Irenæus aduersùs hæreſes lib. 3. cap. 4.

Valentin. & Cerdon quando Romam venerint.

Tertullianus etiam de eo ſcribit in hunc modum: Valentinus, inquit, vſq; ad triginta Aeonum fœtus, tanquàm Aeoniæ ſcrofæ examen diuinitatis effudit, & Chriſtum in ſubſtantia corporis noſtri fuiſſe negauit. Tertullia.

Et Polycarpus diſcipulus diui Ioannis Euangeliſtæ, epiſcopus Smyrnenſis, qui eodem tempore floruit, in epiſtola ad Philippenſes de eodem Valentino ità ait: Omnis qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt, qualis fuit Valentinus, qui duos baptiſmos poſuit, & ſecula eſſe animalia aſſeruit. Polycarp.

Et Diuus Hieronymus ſuper Oſee prophetam: Nullus, inquit, hæreſim ſtatuere poteſt, niſi qui ardentis ingenij eſt, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctiſſimos fuiſſe legimus. Hieron.

Et gloſa ſuper illud caput 3. Malachiæ prophetæ, Ergò nunc beatos dicimus arrogantes: Poſſunt, inquit, hæc de hæreticis referri Marcione & Valentino, & cũctis, qui non recipiunt vetus teſtamentum, & qui creatori obloquuntur, & proficiunt ſemper in ſua impietate, multoſque ſocios ſceleris habent.

1. Dicebat ergò Valentinus, Chriſtum verum fuiſſe hominem, non tamen eiuſdem naturæ nobiſcum: quia (vt dicit) Chriſtus à patre miſſus, corpus cæleſte ſecum traxit, nihilque de virgine accepit, ſed per illam tanquàm per rimã quãdam aut per fiſtulam ſine vlla carne de ea aſſumpta, tranſijt. Valẽtinianorum hæreſis.

2. Hic ergò cùm Platonicus eſſet (quemadmodùm Tertullianus in libro de hæreſibus ait) Platonis ſectam religioni-

Chriſtianæ miſcens, multa figmenta fabuloſa docuit. is enim duo rerum omnium principia eſſe dixit, quæ appellauit Profundum & Silentium: & profundū quidem dixit eſſe patrem, & ex coniugio profundi & ſilentij prodijſſe intellectum & veritatem, & protuliſſe in honorem patris Aeonas octo, id eſt, octo ſecula. De intellectu autem & veritate proceſſiſſe verbum & vitam, & protuliſſe Aeonas decem. De verbo & vita proceſſiſſe hominem & eccleſiam, & protuliſſe Aeonas duodecim, quæ omnes ſimul ſunt triginta id eſt, triginta ſecula. De trigeſimo ſeculo dicit diabolum genitū, & a diabolo alios natos qui fecerunt hunc mundum. Itaq; omnia ait proceſſiſſe ex illis duobus principijs, Profundo videlicet & Silentio. Quæ omnia ſunt mera figmēta & meræ fabulæ, quę nulla prorsùs ratione fulciri poſſunt, ſed ex cerebro delirantis & ſomniātis hominis deriuata. Has fabulas indoctas ſecuti ſunt poſtea Secundus quidā, à quo Secundiani, Ptolemæus & Marcus, huius Valentini ſectatores: de quibus vide locis ſuis.

Duorū principia.

3. Dicebat item Valentinus, peccatum non eſſe a libero arbitrio, ſed a Dæmone.

4. Negauit etiam carnis reſurrectionem, vt ait Diuus Auguſtinus & Tertullianus.

VALENTINISTAE. 6.

Valentiniſtæ authore Lindano Dubitantij ſui dialogo 2. à Ioāne Valentino Gentili Neapolitano Pædagogo ſunt dicti. Spectant aūt ad tertiā noſtrę tempeſtatis Euangelicorum claſſem. Prodierunt enim ex impia illa Caluini ſchola, quæ ſacroſanctam oppugnat Trinitatem. Tales nanque complures (ait idem Lindanus) habuit eccleſia Italica Geneuæ, quorum duces facit libellus Geneuæ editus de actis & impietate ipſius Valentini Gentilis, Ioannem Paulum, Alciatum, & Gribaldum, cuius hiſtrionem ait eſſe Valentinum illum.

Valentini Caluiniſtę horrendæ in Trinitatē blaſphemiæ.

1. Hic porrò ter, quaterq; periurus apoſtata, fallì docebat eos, qui in vna Dei eſſentia tres perſonas ſtatuunt. Comminiſcitur enim eſſentiam Dei in ſolo patre. Itaq; illū prędicat ſolum eſſe verum Deum. filio deinde concedit Dei nomen, ſed quaſi precarium, quia ſit eſſentiatus à Patre. quem eſſentiatorem fingit atq; ἀυτόθεον.

2. Diui Athanaſij ſymbolum vocat ſophiſticum, quòd quartum Deū inducat, cui tiatus, & tripeꝛſonatum Deum exprobrat, cum Patrem eſſentiatorem appellans præſtigiatorem, adeoq; ſacrilegum, quòd ſoluat Chriſtum.

Filius eſſentiator.

3. Patrem ergo ſolum dicit eſſe ἀυτόθεον id eſt, a nullo ſuperiore numine eſſentiatū, ſed a ſeipſo Deū: qui verò filiū dicit ἀυτόθεον, is duo inquit aſſerit principia.

4. In ſumma filium Dei docet impius ille, à Patre differre numero ſubſtātiali, hoc eſt, ſubſtantialiter alium à patre. Vnde duas facit eſſe ſubſtantias, ſed filium non habere ἀυτουσίαν, vti Pater.

5. Ita per prophanas vocum nouitates & falsò nominatæ ſcientiæ oppoſitiōes, impij iſti ſuum produnt ſpiritum, quo tranſuerſim acti, in ſuis cōſiſtere nequeunt vel erroribus conſtantes. Hæc Lindanus. De hac re vide plura in Deiſtis & Trinitarijs.

Prophanæ vocum nouitates.

VBIQVETII. 7.

Vbiquetij, inquit idē Lindanus eo. Vbiquetij dē libro & dialogo, nō immeritò qui dicantur appellātur, q vbiquitatē corporis Chriſti fingunt. Sunt aūt ij ſecta Semilutherani, ad ſecundā videlicet noſtri tēporis Euangelicorū claſſem pertinentes.

Hi porrò cum nec Caluiniſtis, nec Catholicis conſentire de Chriſti corpore velint, nouum opinionis portentum Germanijs inuehunt, adeò quidem, vt non dubitent affirmare, Chriſtum ſecundùm corpus etiam in inferno adeſſe præſentem, ſi fidem meretur Micronius reſponſo ad Vueſtphalum.

Ioannes Boedeker libro quem de fundamentis Cœnæ Domini edidit, docet Chriſti humanitatē vna cum diuinitate eſſe præſentē in cœna ſacra, in Baptiſmo in verbo, in omni denique cœtu, in nomine Dei rite congregato. An non iſte ſub Lutheri nomine, Caluini ludit fabulam?

Ioannes Boedeker.

Hanc blaſphemiam olim Zuinglius

Zuinglius

Ca-

Catholicis non erubuit mendaciſſimè affingere, qui aſſeruit humanitatẽ Chriſti vbique eſſe, ſicut diuinitatem: quod nullus omnium ſenſit catholicorum, ſed Chriſti corpus docemus eſſe pluribus in locis ſimul, non ſua quidem natura, vti eſt diuinitas vbique per naturam & maieſtatem, ſed ſola Dei voluntate, cui non eſt impoſſibile omne verbum. Hæc Lindanus.

VENVSTIANI. 8.

VEnuſtiani ſunt ij, quos ſuprà Paternianos nuncupauimus, qui quo tempore eruperint, vel a quo authore nomen ſortiti ſint, ſubticent Auguſtinus & Philaſtrius, qui eorundem ſoli meminerunt.

Venuſtianorum hęreſis. Dicebant autem hi, inferiores partes corporis humani non a Deo, ſed a diabolo factas eſſe: ex quo effectum, vt omnium flagitiorum licentiam illis partibus tribuentes, impuriſſime viuerent. De his ſuprà in Paternianis.

VERGERIVS. 9.

VErgerius hac noſtra tempeſtate in Polonia ſub Ferdinando Auguſto, & Paulo quarto ſummo pontifice Romano, circa annũ Domini 1557. (vt author eſt Hoſius Vuarmienſis epiſcopus) acerrimus Lutheranæ & Brentianæ hæreſis propugnator fuit, & Papatus vehemẽs inſectator: quem cùm vult è medio ſublatum, quemadmodum idẽ ait Hoſius libro de expreſſo Dei verbo, Vergerij hęretici mẽs. vult etiam ſublatum, quicquid adhuc ſupereſt inter Chriſtianos Chriſtianiſmi. Vult ſchiſmata introducta, vult hæreſes propagatas, vult Chriſtum ex vniuerſo orbe Chriſtiano proſcriptum, vult vt vbique quàm longiſſimè, quamq́; latiſſimè graſſetur Sataniſmus, quem tanto gẽtis malo, tãtas iam egiſſe radices in vniuerſa penè Germania conſtat. Huic eius voluntati, quo minùs ad rem conferatur, nihil magis obſtat, quam vnitas. Hanc igitur omnibus, quod aiunt, machinis oppugnat: itaque cuius miniſterio fit, vt vnitas in eccleſia Dei retineatur, de eo tollendo laborat, quòd quoàd ſalua eſt illius dignitas & authoritas, nihil ſe proficere poſſe videt.

Sed expendendum eſt interea, ne poſteaquam e medio quidam ſuſtulerint Papatum, ijdem illi de Cæſareatu quoq; tollendo conſilia poſtea capiant: cum non minùs apud eos probrium eſt, Cæſariſtam quàm Papiſtam appellari. Quid antè non ita multos annos factum ſit in Germania, non ignoratur, Verùm hæc odioſa ſilentio præterire malo. Nos porrò faciamus, vt illius vulgo iactati verſiculi nunquam obliuiſcamur: Quod de Papatu conantur efficere hęretici, idem de omni dominatu & regnis tollẽdis eos moliri cenſendum eſt.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Etiam atque etiam videamus, ne paulò pòſt non minus habeatur ignominioſum, Regiſtam quam Papiſtam, vocari. Huc enim ſpectant iſtorum conſilia, vt ordinem omnem è medio tollant, vt Principum authoritatem in odium & contemptum adducant, vt Anarchiam quandã inducant. Quorum cum fax quædam ſit Vergerius, nec aliud ſpiret, quam ſeditiones: quandoquidem ipſe profitetur & quidem veriſſimè, quod ſit exul Ieſu Chriſti, cùm nihil ei cum Chriſto commune ſit, ſicut igitur ipſe ſe fecit exulẽ Ieſu Chriſti, ſic eum ex regnis terriſq́; totius Chriſtianitatis extorrem eſſe, vtinàm iubeant omnes Chriſtiani principes. Quò hæreticorũ noſtri ſeculi ſpectent cõſilia.

Negat is, quam ipſe profitetur Ieſu Chriſti doctrinam, eam, ſi Papatus maneat incolumis, incolumem eſſe poſſe. Quàm ſeditioſus Vergerius. Quaſi verò quiſquam ſit ex omnib. noſtri temporis hęreticis, (qui ſola hac in re mirabiliter inter ſe conſentiunt, quòd Papatum è medio ſublatum cupiunt) qui non ſe profiteri iactet doctrinam Ieſu Chriſti, quamlibet omnes & ſinguli, & ipſi inter ſe diſſidere, & ex diametro, quod aiunt, cum illa pugnare videantur. Vergerij in conſtãtia.

Quòd ſi quæras ex hoc locutuleio: quam doctrinã Ieſu Chriſti profiteatur: quæ ruditas eſt hominis & inſcitia, non habiturum arbitror, quod reſpondere queat. Nam quantum è ſcriptis illius colligere licet, modò cum Zuinglianis, modò cum Lutheranis, modò cum Pikardis facere videtur. Auguſtanæ quidem confeſſionis eum eſſe, nemo rectè poterit iudicare: quandoquidem Bren-

tij confeſſionem, quem admiratur vnicè, reliquis omnibus cum ante ferre conſtat. Breuium autem Oſiandri dogma de iuſtificatione, quæ ſumma totius eſt Euangelij, comprobare, manifeſtum eſt.

Oſiandri dogma.

Hoc autem dogma quantopere deteſtẽtur, qui confeſſionis Auguſtanæ cenſeri volunt, cùm ex Vuittenbergenſium doctorum cenſura, tum ex Matthię Flacci, & Ioachimi Merlini non ſcriptis magis quam factis, abundè cuiuis perſpicere licet. Nam quo loco Merlinus habuerit eos, qui cùm gregis ſui eſſent, Oſiandri ſermones audiebant, obſcurũ non eſt. Nec ſepultura mortuos dignabatur, nec infãtes eorum vt baptizaret, adduci potuit.

Merlini hęretici impietas.

Et erit quiſquam, qui ſibi perſuaderi patiatur, Ieſu Chriſti doctrinam eſſe, quam profitetur Vergerius, quam non Chriſtiani modo deteſtantur, verum ipſi etiam Germani Lutherani vſque eò execrantur, vt qui ſunt eam amplexi, cum ijs nec viuis, nec mortuis communicandum eſſe putent? Sed nolo plura de Vergerio: cuius propterea mentionẽ hic iniecimus, vt intelligere quiuis poſſet, apertiùs per hunc, voluntatem ſuam Satanam explicaſſe, quam per illos, qui per cuniculos quoſdam veritatem oppugnare conantur, dum nihil aliud præter calicem eſſe petendum ſuggerunt: totoque cælo, quod aiunt, errant qui dicant, Si calix laicis, vxores ſacerdotibus permittantur, inter Chriſtianos & Lutheranos facilè cõcordiam eſſe coiturã, Egregia verò concordia, per quam non vitia papatus, quod ferri tamen poſſet, verùm ipſe papatus vniuerſus euertitur, hoc eſt, Chriſtianiſmus omnis aboletur. Hæc Hoſius.

Cur Hoſi9 de Vergerio mentionem facit, libro quẽ de expreſſo Dei verbo conſcripſit.

VIGILANTIVS. 10.

Vigilantius, quem Dormitantium vocat Hieronymus, qui contra illum duos libros ſcripſit, Gallus fuit genere, conditione autem Barchinonenſis eccleſię presbyter, floruitq; Archadij Imperatoris, & Anaſtaſij ſummi põtificis temporibus, circa annum Domini 402.

Vigilantij errores.

Docebat hic, ſanctos venerandos aut inuocandos non eſſe.

Rurſus, diuitias paupertati pręferẽdas.

Hierony.

De hoc Hieronymus ad Riparium & Deſiderium presbyteros inquit in hunc modum: Vigilantius ortus eſt ſubitò, qui contra Chriſti ſpiritum, martyrum negat ſepulchra veneranda, damnatq; ſanctorum vigilias. ex quo fit, vt Dormitantius potius, quam Vigilantius, vocari debeat.

D. Thom.

De quo item B. Thomas contra impugnantes religionem, ita inquit: Vigilantius hic veritatem fidei impugnabat, pudicitiam odio habens, & in conuiuio ſecularium contra ieiunia declamabat. Nulla quippè hæreſis vnquam conſtituta eſt, niſi propter gulam & ventrem, ſeducens mulierculas oneratas peccatis.

Hierony.

Et Diuus Hieronymus, Hæretici, inquit, aſſumunt ſibi linguas ſuas, vt cordis venena ore pronũcient O præſcindẽdam itaque linguam (inquit contra eundem Vigilantium) & in partes & fruſta lacerandã: meam iniuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre non valui.

Gennadi9.

Item Gennadius in Catalogo: Vigilãtius non ſolum Iouinianum contentus fuit imitari, conſilium de virginitate euacuans, ſed ſuperaddere auſus eſt, vt etiam conſilium de paupertate ſeruanda deſtrueret, contra illud Matthæi 19. Si vis perfectus eſſe, &c. Et præſumens ſupra vires ſuas homo lingua politus, non ſenſu ſcripturarum exercitatus, expoſuit prauo ingenio ſecundam Danielis viſionem.

De his qui noſtra ętate Vigilantij errorem renouant.

De his porrò, qui hac noſtra tempeſtate Vigilantij errorem renouant, ita ait Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo: Porphyrius, inquit, Eunomius, Euſtachius, Vigilantius, alijq; Hagiomaſtiges Sanctorum miracula aiebant eſſe Dæmonum præſtigias, neque eorum reliquias venerandas, neq; Sanctos ad auxilium inuocandos. Horũ inſana dogmata nunc ab orco reuocãt Lutherus, Zuinglius, Caluinus, alijq; propè omnes Euangelici. Hæc Lindanus.

Hoſius.

Hoſius quoq; lib. de Impedimentis Matrimonij, hac de re loquitur in hunc modũ: Preces Sanctorũ tantò plus apud deum ponderis obtinere dubium non eſt, quantò certiùs exploratum habemus,

eos

eos apud illum gratia valere plurimum: quod de iis certò ſciri vix poteſt, qui nondum ſunt de corpore mortis huius liberati. Quapropter ferendi non ſunt, qui dicunt cum Vigilantio, pridem eccleſiæ iudicio condemnato, quòd, dum viuimus, mutuò pro nobis orare poſſumus, poſtea quàm verò mortui fuerimus, nullius pro alio exaudienda eſt oratio. Nam ſicut verè ſcriptum eſt ab eo, qui duobus libris errorem hunc illius confutauit, Hieronymo, ſi Apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cęteris, quando pro ſe debent adhuc eſſe ſoliciti: quanto magis poſt coronas, victorias & triumphos? Si piè dicebatur Paulo in terris degenti, Ora pro me Dominum: cur impius habeatur, qui totidem verbis eum nunc appellet in cælis agentem? Verùm nec eos audiamus, qui mortuorum hanc vocant inuocationem: quin ipſum potiùs Chriſtum veritatis magiſtrum audiamus, dicentem: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: non eſt mortuorum Deus, ſed viuorum: Scilicet eos mortuos rectè dicemus, per quos dęmones pelluntur, morbi fugantur, & qui mortui ſunt, vitæ reſtituuntur (Noſtra hæc mors potius, quem vita dicenda eſt) Nam quotidiè morimur, neque eſt hora vlla, qua nō fiat aliqua vitæ noſtræ diminutio. Illorum autem vita ſempiterna cùm ſit, nulli iam eſt morti deinceps obnoxia, nos vt præ illis verè mortui dici poſſimus. Hæc Hoſius.

Vigilantij error, q̃d hîc viui tātum pro ſe mutuò orent, & nō ſancti in cælo.

Sanctorū nō eſt mortuorum inuocatio. Matth. 22.

VITALIS ANTIOCHENUS *epiſcopus.* 11.

Vitalis Antiochenſis epiſcopus, Apollinaris Laodiceni hęreſis ſectator fuit, Valentis Imperatoris Arianæ hęreſeos adſertoris, & Damaſi maximi Romanorum pontificis temporib', circa annum Domini 378.

De hoc ita ſcribit Nicephorus libro 11. cap. 12. Apollinares, inquit, duo fuerūt, pater & filius. Et pater quidem presbyter, filius autem lector fuit. Sed Apollinaris filius, multis ab eccleſia abductis, ſuos ſibi conuentus egit, ſociumque conſtituendi dogmatis ſui Vitalem accepit Antiochenum, ex eorum numero qui Meletij eccleſiam frequentabant, presbyterum, virum nemini illuſtri vitę & morum ſanctitate cedentem, & eorum, qui fidei eius commiſſi fuerant, curandorum perquam ſtudioſum, eaque de cauſa à populo egregiè cultum & veneratū. Paulò pòſt enim cùm à communione Meletij diſceſſiſſet, Apollinari ſe coniunxit, ſectatoribuſque eius Antiochiæ præfuit, vitæ reuerentia non exiguam plebis partem addictam ſibi habens: qui etiam nomine ab eo accepto, Vitaliani vſque ad Theodoſij iunioris imperium ab Antiochenis ſunt vocati.

Vitalis ſocius Apollinaris, Sozom. lib. 6. cap. 25.

Dicitur autem hoc feciſſe, dolore impulſus: perindè atque à Flauiano, qui poſteà ſedem Antiochenam accepit, tum autem presbyter cum illo erat, deſpectus, & quo minùs familiariter cum epiſcopo eſſe poſſet, impeditus fuiſſet. Quod nanque ea re diminutam eſſe famam ſuam putaret, hominum more, dolore eo victus, ad Apollinarem ſe contulit, & cum eo communicauit, amicitia eius inprimis vſus.

Cauſa cur Vitalis à fide catholica diſceſſit.

Quomodo vero tandem Apollinariſtis Antiochiæ præfectus fuerit, idem refert Nicephorus lib. 12. cap. 4. Sed enim, inquit, Apollinaris vbi ſpe ſua excidit, perinde atque eccleſiæ ei ademptę eſſent, propalàm & clarè hæreſim docuit, & ducem ſe nouæ opinionis conſtituit. Lectoque & ordinato Antiochiæ Vitali, homine vitę ſā̃ctitate pręclaro, & qui antea qui dē eccleſiaſtica doctrina enituerit, poſtea autem contagioſo Apollinaris morbo infectus fuerit: ipſe Laodiceam, vbi plurimum erat, conceſſit. Hæc Nicephorus.

Vitalis Apollinariſtis Antiochiæ præfectus.

VVALDENSES. 12.

Valdenſes ab Vualdone quodam ciue Lugdunenſi dicti ſunt, qui cū diues admodum eſſet, (quēadmodum ſuprà in pauperibus de Lugduno dictum eſt) opibus relictis, pauperibuſq; erogatis, euangelicam paupertatem ſe ſeruaturum in animum induxit, ſub hoc velamine & pretextu interim non modicos impios errores occultans. Nam cùm planè idiota eſſet, quoſdam libros vulgari ac materna lingua ſibi conſcribi fecit,

Vualdonis heretici imperitia ac impotētia.

cum nonnullis ſacrarum literarum teſtimonijs: quas cum non ſanè, vti decebat, intelligeret, ſuo tamen elatus ſpiritu, Apoſtolorum munus in prædicando vſurpare non veritus eſt.

Hæc porro Vualdenſiū ſecta exorta eſt ſub Friderici hui⁹ nominis primi Imperatoris, & Alexandri tertij Romanorum ſupremi Pōtificis temporibus, circa annū Domini 1160 fuitq; Romæ in general. concilio damnata, circa annum Domini 1170. celebrato. De qua vide ſupra in Pauperibus de Lugduno.

VVICLEFIVS.

Vviclefius in Anglia ſuam hereſim diſſeminauit, ſub Carolo quarto Cæſare Germano, & Innocentio ſexto maximo Romanorum Pontifice, circa annum Domini 1352. De quo vide ſupià in Ioanne Vuicleffo.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER VIGESIMVS.

DE LITERA X.

XENAIAS HIERApolitanus Epiſcopus. 1.

Xenaias Perſa fuit natione, Eutychetis, Dioſcori & Seueri hæreſis propugnator acerrimus, & Chalcedonenſis ſynodi inſectator vehementiſſimus, Anaſtaſij primi huius nominis Imperatoris, & Symmachi Romanorū pōtificis tēporibus, circa annū Domini 494.

Xenaias ex ſeipſo nat⁹ presbyter.

De hoc ita habet Nicephorus eccleſiaſticæ hiſtor. li. 16. ca. 27. De Flauiano Antiocheno epiſcopo, inquit, hæc memoriꝗ ꝓdita ſunt: Xenaias quidā erat (Philoxenū græca lingua rectè vocet) genere Perſa, & fortuna ſeruus, peridoneus ſatanæ miniſter: qui ſub Calandionis epiſcopatu, quū ab hero ſuo profugiſſet, ad eccleſiā Dei acceſſit, clericū ſe eſſe affirmans, quum quidē nondum diuinæ regenerationis lauacro initiatus eſſet. Calandion vbi hominem eum, & latentē in eo maleuolentiam ex ſignis & coniecturis quibuſdā cognouit, ab eccleſia eum proſcripſit. Vbi vero Calādioni Petrus Cnapheus ſucceſſit. Xenaiam ille non ſolū recepit verumetiam nondum baptiſmo initiatū, vicinæ Hierapolis epiſcopum creauit, & Philoxenum nominauit. Et Petrus, vbi tandē ſe epiſcopatum viro nōdum baptizato mandaſſe intellexit, dixiſſe fertur, ſufficere ei pro baptiſmo cōſecrationem.

Idē epiſcopus nondū baptizatus

Xenaias iſte primus (ô audacē animū, & os impudens) vocem illam euomuit: Chriſti, & eorū qui illi placuere, imagines venerandas nō eſſe. Itaq; impietatis iſtud mancipium magno cum tumultu, multis ſibi ex prima Syrorum gente adſcitis, & non exigua ex Cynegico ſiue Venatico monaſterio multitudine aſſumpta, vna cum innata ſibi improbitate in vrbem peruenit: & Flauiano vim maximā intentauit, vt Chalcedonēſem ſynodum & Leonis tomū ille anathemate damnaret. Quod cùm Flauianus ſe facturum non eſſe confirmaret, & monachi ei cōtra imminerent, populus epiſcopum ſuū periclitari audiens, pro ſe quiſque ſtatim, vt potuit, conſurgens affuit: & cædes tāta monachorum facta eſt, vt corpora eorum propter multitudinem in Orontem amnem, vt vndas eis pro ſepulchris haberent, coniecta ſint.

Hic imagines Chriſti & ſanctorū iusveneiari prohibuit.

Tumultus monachorum contra ſynodum Chalcedonenſem.

Antiochiæ plurium monachorum cædes.

Adhęc etiā iſto nō min⁹ accidit malū. Monachi namque in Cœleſyria Flauiano valdè addicti, propterea ꝙ is in vicino quodā loco, cui Tilmognus nomē erat, monaſticā egiſſet vitā, turba ea cognita, Antiochiā ſe contulerunt, Flauianum modis omnib. defenſuri. Atq; ibi tū non minor accepta clades. Propter hunc igitur & illum caſum, Flauian⁹ fraude quadam

Alius ſubindem monachorum tumultus.

dam

dam in exilium abductus eſt, petrā quandam præruptam & ſublimem in Palæſtinæ finib. incolere per vitam iuſſus. Hæ cauſæ ſunt, quamobrem tantus vir Flauianus, ſede ſua exactus eſt. De quo etiam monachi Palæſtini ad Alciſonem ſcribētes, hæc verbis hiſce commemorant:

Ex cap. 28. Palæſtinorum monachorum ad Alciſonē ſcriptum.

Petro verò, inquiunt, defuncto, rurſùs inter ſe diſſidere cœperunt Alexandria, & Aegyptus, & Libya: & factio quælibet ſuos ſibi conuentus egit. Reliquus etiàm Oriens ab alijs eccleſiæ ſegregatus eſt, quod Occidentales non aliter communicare cū eo voluerint, quā ſi Neſtorium, Eutychetem, & Dioſcorum anathemati ſubijceret, eiſdemq; Petrum Moggum & Acacium adderet. In hoc ſtatu, quum eccleſiæ orbis vniuerſi res eſſent, qui Germani Dioſcori & Eutychetis ſectatores fuère, ad maximam paucitatem redacti ſunt. Et quum res eorum eo recidiſſent, vt quā primùm in terra deficerēt, ampliuſq; nō extarent, Xenaias re ipſa nomini ſuo reſpondens (alienus quippe prorſùs a Deo) neſcimus quo conſilio, qualve aduersùs Flauianum inimicitias vindicans ſub obtentu fidei, ſicuti pleriq; aiunt, contra eū commotus, veluti Neſtorianum calumnioſè criminari cœpit. Atq; vbi ille Neſtorianum vna cum opiniōe ſua anathemate confodit, ex quo tempore rurſum ad Dioſcorum, Theodorum, Theodoritum, Ibam, Cyrum, Eleutherium, & Ioannem traduxit, & neſcimus quos alios inſuper & vnde collegit. Quorum quidam vere Neſtorij dogma profitebantur: quidā aūt eius hæreſis ſuſpecti, anathema in Neſtorium contorſerant, & in eccleſiæ communione acquieſcebant. Ex his ita collectis ad Flauianū: Hoſce, inquit, oēs Neſtorij contagione infectos, niſi anathemati ſubdideris, Neſtorianus es, vtcunq; vel deciès milliès illum vna cum dogmate ſuo anathemate confodias. Per literas quoq; Dioſcorianos & Eutychianos permouit, eiſq; perſuaſit, vt ſibi patroni aduersùs Flauianum adeſſent: ſecum petituri, vt ille non in ſynodum, ſed in eos, quos diximus, viros anathema iacularetur.

Eis vero Flauianus epiſcopus diù multumq; reſtitit. Sed enim vbi alij quoq; cōtra ipſum cū Xenaia cōiuncti ſunt, Eleuſinus videlicet quidā ſecundæ Cappadociæ, Nicias Laodiciæ Syrorū, atq; alij alicundè epiſcopi, (quorū puſillanimitatis erga Flauianū cauſam, nō noſtrūm, ſed aliorū potiùs eſt exponere) tādem per eos ipſos ſe illos ad pacem adducturū eſſe arbitratus, contentioni ei ceſſit, & in ſcripto anathema in eos qui dicti ſunt, viros coniecit, atq; id ad Imperatorem miſit. Nam & hunc quoq; contra eum veluti Neſtorianum commouerant.

Verùm Xenaias hiſce non contentus, rurſùm anathema in ipſam Synodum, & eos qui duas naturas & carnis & diuinitatis in Domino profitentur, iaciendū à Flauiano petijt. Atq; vbi ille ei non paruit, vt Neſtorianum rurſùs criminatus eſt. Et cùm de his rebus multa agitata eſſent, & Patriarcha formulā fidei compoſuiſſet, in qua Synodum quidem propter Neſtorij & Eutychetis condemnationē, nō aūt vt vim decreti doctrinę fidei haberet, recipiendā eſſe profitebatur: rurſum eū, vt qui occultè Neſtorianus eſſet, aduerſarij, niſi anathemati etiā ſynodū ipſam, & duas naturas carnis & diuinitatis in Domino profitētes ſubijceret, comminari cœperunt. Adduxerūt illi quoq; multa verborū fraude in ſententiā ſuam Iſauros: & ſcripto de fide edito, in quo ſynodū vnà cū eis, qui duas naturas aut proprietates in Domino eſſe dicūt, anathemate condēnārunt. Itaq; à Flauiano & Macedonio ſeceſſerunt, & cū alijs ſe coniunxerunt, qui ſcripto ei ſubſcripſêre.

De Helia Hieroſolymitano antiſtite.

Interea etiā ab Hieroſolymitano antiſtite de fide ſcriptū exegere, qui id cōpoſitum ad Imperatorē per ipſos Dioſcorianos miſit. Atq; id illi quidē, anathema cōplectens in eos qui duas naturas dicūt proferūt. Ipſe aūt Hieroſolymitanus epiſcopus deprauatū id ab eis eſſe aſſeuerat, aliudq; ſcriptum ſine eiuſmodi anathemate, produxit. Neq; id mirū, ſiquidē ſcripta patrū quoq; adulterārunt: & multos Apollinaris libellos, per inſcriptiones ipſas Athanaſio, & Gregorio mirifico illi, & Iulio attribuerunt, per quos maximè ad impietatē ſuam multos pertraxerunt. Efflagitarunt vero à Macedonio Conſtantinopolitano epiſcopo etiā ſcriptam fidei formulā, quā ille quoq; edidit:

Hæretici ſtudioſè libros veterum deprauarunt.

dit:ſolam ſe trecentorum decem & octo, & rursùm centum & quinquaginta patrum fidem noſſe confirmans. Neſtoriumque & Eutychetem, atque eos, qui vel duos filios aut Chriſtos opinantur, vel naturas diuidunt, anathemate feriens: neque Epheſinæ, à qua Neſtorius dãnatus eſt, neque Chalcedonenſis, quæ Eutycheti dignitatem abrogauit, ſynodi mentionem faciens. Quam rem monaſteria Conſtantinopoli ęgrè tulêre, & ab epiſcopo Macedonio deſciuêre.

Intereà Xenaias & Dioſcorus multis ſibi adſcitis epiſcopis, ſuperbi & intolerabiles facti ſunt: motuſq; aduersùs eos qui in anathema non conſentirent, graues cõcitârunt: inter quos, ſi qui illi prorsus nõ cederent, eos modis omnibus in exilium pellere ſunt conati. Atq; ita tandem Macedonius & Flauianus, & Ioannes inſuper Palti epiſcopus, ſolum exilij cauſa verterunt. Hactenùs Nicephorus.

ELENCHI ALPHABETICI OMNIVM HAERESVM LIBER VIGESIMVSPRIMVS.

DE LITERA Z.

ZENO IMPERATOR.

I.

Zeno Iſauric' Leonis Imperatoris gener, imperium ſortitus eſt circa annum Domini 476. ſummum Romanę ſedis põtificatum agente Simplicio Tiburtino. Is cum vir ſupra modum flagitioſus eſſet, non vt Auguſtus, ſed vt tyrannus, imperauit, Eutychetis & Dioſcori, qui vnam Chriſto naturam tribuebant, hæreſi infectus. Adeò tamen vafer, & ſuî diſſimilis, vt ſuo henotico, ĩd eſt, conciliatorio ſeu pacificatorio edicto, neque reiecerit, neque comprobârit Chalcedonenſem ſynodum, in qua ea hęreſis damnata eſt.

Egnatius. De eo ſic tradit Ioannes Baptiſta: Egnatius Venetus lib. 2. de Romanis principibus. Quam variè, inquit, Rebus Romanis illuſerit fortunæ vis, hic Zeno facile cum pleriſque, qui explicandi mihi principes erunt, prodet. Vir obſcuriſſimi ſanguinis, & quum facie deformis, tum moribus planè tyrannicis, vt Iſaurum agnoſcas. Hic Theodoricum Oſtrogotthorum regem cum vnicè diligeret, in Italiã aduerſus Odoacrem miſit, cõſulem priùs à ſe factum. Pulſus verò à Baſiliſco factione vxoris, cum in Iſauriam conceſſiſſet, non multò poſt reuerſus, & Baſiliſcũ expulit, quem & inedia mori coëgit, & annos tredecim tyrannum verius quã principem egit. Sunt qui viuum adhuc incluſum ab vxore ſepulchro tradant, fruſtraque reſipiſcentem, & opem quiritantem obiiſſe. Hoc principe incẽdium adeò graue fuit, vt pręter maximam vrbis partem conflagratam, centum & viginti librorũ millia combuſta ſint: inter quæ & Homeri poema, inteſtino draconis centum viginti pedum aureis literis deſcriptum. Hæc Egnatius.

Nicephorus quoque hiſtor. eccleſ. lib. 16. capit. 1. de eo ſcribit in hæc verba: Zeno autem poſtquam imperium accepit, non rectè ſe rerum ſummam gubernare poſſe putauit, niſi voluptatibus omnibus cum poteſtate ſumma perfrueretur. Quibus adeo ſe à primis, quod dicitur, carceribus corrumpendum permiſit, vt nihil prorsus eſſet, quod impetum eius in facinora teterrima inhibere poſſet. Ita ſiquidem turpibus flagitijs ſe contaminauit, vt exiſtimaret, ſi clam intra regiæ penetralia ſcelera patraret, obſcurum id & minùs generoſum eſſe. Sin publicitùs & apertè in conſpectu omnium abſq; pudore omni flagitioſus eſſet, id demùm principe & Imperatore dignum eſſe cenſuit. Nicephor' Zeno Imperator flagitioſus.

Quod

Quod ille ſic ſeruitu[illegible]admodum, & periculosè arbitratus eſt. Talis itaq; ab ipſo ſtatim initio & ingreſſu Imperij Zeno fuit, vir incompoſitus, diſſolutus, intemperans, & corruptus. Quamobrem & ei qui ſceptrum illi tradidit, honorē debitū pijs operibus non tribuit, & imperiū malè adminiſtrauit. Proinde populi ſubditi omnes in Oriente ſimul & Occidente afflicti ſunt. Nam qui ab ipſa Agar originē ducunt populi, Meſopotamiam vaſtārūt. Thraciam autem innumera Hunnorū, qui anteà Maſſagetæ dicti fuerunt, & tū Iſtrum tranſierāt multitudo, nemine obſiſtente, liberè percurrit. Si quid verò ex illorū direptione fuit reliquum, idipſum Zeno per vim abſtulit, qui non minus q̃ barbari ipſi hoſtiliter eā inuaſit. Nec ille longinqua modò loca detrimētis affecit, verum etiā domum ſuam per abſurdas fœdasq; voluptates vaſtam dedit.

Zenonis henotica cōſtitutio ad Alexandrinos.

Quomodò verò is ſuo henotico, hoc eſt pacificationis edicto neq; reieceſit, ne que comprobāit Chalcedonenſe concilium, idem refert Nicephorus eodem li. cap. 12. in hæc verba: Imperator Cæſar Zeno pius, victor, triūphator, maximus ſemper colendus Auguſtus: Alexādrinis, & qui per Aegyptū & Libyā & Pentapolim ſūt religioſiſſimis epiſcopis & clericis, & monachis & laicis. Cū imperij noſtri initiū & conſeruationem, tum aūt opes atq armaturā inexpugnabilem perſuasū habeamus eſſe, ſolā rectam & verā fidem quā diuina inſpiratione Niceæ trecenti decem & octo ſancti patres congregati promulgauerunt, & Conſtantinopoli cē tum quinquaginta itidē ſancti patres coacti confirmauerunt, diu noctuq; precationibus, ſtudijs legibuſq; noſtris omnibus hoc agimus, vt per eam vbiq; locorū ſancta Dei catholica & Apoſtolica eccleſia incrementa capiat, quæ incorruptibilis & immortalis ſceptrorum noſtrorum mater, & pij populi noſtri in pace & religionis diuinæ cōcordia perſiſtentes, acceptabiles Imperio noſtro preces vnà cū Dei amātiſſimis epiſcopis & pijſſ. clericis, & archimādritis & monachis fundāt. Cùm enim magnus Deus & Saluator noſter Chriſtus Ieſus, qui ex ſancta virgine & Dei genitrice Maria incarnatus & natus eſt, glorificationē & ſacrum cultū noſtrum conſentientem laudauerit, benigneque ſuſceperit, tum gentes hoſtiles cōterentur atque extinguentur, & omnes colla ſua Imperio ſecundum Deum noſtro ſubmittent: &c.

Imperium cōſeruatur per orthodoxam fidem.

Commoditates conſentientis & concordis Chriſtianæ fidei.

Et paulo infrà: Quapropter ſcire vos volumus, neque nos, neque quæ vbique locorum ſunt eccleſias, aliud ſymbolum aut doctrinam, aut formulam fidei, aut fidem etiam, præterquàm quod (ſicut dictum eſt) à trecentis decem & octo ſanctis patribus editum, & à centum & quinquaginta, quorum mentionem etiam fecimus, ſanctis patribus cōprobatum eſt, ſanctum ſymbolum, vel habuiſſe, vel habere, vel habituros eſſe, neque aliquos, qui habeant, ſcire: atq; ſi quis etiam habeat, alienum illum putare. Nam id ſolum ſymbolum, quemadmodum diximus, imperium noſtrum conſeruare cōfidimus Et populi vniuerſi, qui ſalutarem cōſequuntur illuminationem, hoc ſolo recepto baptizantur. Hoc etiam ſecuti ſunt ſancti patres Epheſi congregati, qui impium Neſtorium & opinionis eius poſteà ſectatores condemnārūt: quem ſanè Neſtorium vna cum Eutychete, quòd diuerſa ab eis, quę dicta ſunt ſentiant, anathemate ferimus: duodecim etiam capita illa, à ſanctæ memoriæ Cyrillo ſanctæ catholicæ Alexandrinorum eccleſiæ archiepiſcopo promulgata, recipientes.

Vnum Nicenū fidei Symbolū obtinere debet.

Confirmatur ſynodo Conſtātinopolitana & Epheſina priore.

Duodecim Cyrilli capita.

Profitemur autem vnigenitum filiū Dei & Deum (qui verè homo factus eſt, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, qui conſubſtantialis eſt patri ſecundùm diuinitatem, & idem conſubſtantialis nobis iuxta humanitatem: & qui deſcendit & incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, & Maria virgine & Dei genetrice) vnum eſſe & non duos. Vnius enim eſſe dicimus & ſcimus, miracula & perpeſſiones, quas ſpōte ſua carne pertulit. Eos verò, qui eum diuidunt aut confundunt, aut phantaſiam ſeu ſpectrum inducunt, haud quaquam approbamus. Quemlibet verò, qui aliud quodquā ſenſit, aut ſentit, aut nūc, aut quādocunque, vel Chalcedone, vel in quacunque ſynodo [illegible] mus: præcipue [illegible] quos dixi[illegible] Neſtorium

Vnum ſolummodò Chriſtum Dei patris verbum cū propria carne cognoſcit Cyrill.

nũ & Eutychetẽ, & qui cũ eis ſenſerũt, &c.

Zenonis interitus.

De Zenonis autem obitu ſic tandem habet idem Nicephorus eodem li. ca. 24. Zeno, inquit, finem vitæ ſibi appropinquare videns, ex eis qui futura prædicere exiſtimantur, Maurianum quendã, quiſnam poſt eum (liberos enim ex lumbis ſuis procreatos non habebat) Imperaturus eſſet, conſuluit. Qui reſpondiſſe dicitur, ex Silentiarijs aliquem, non imperiũ modo, ſed & vxorem eius recepturum eſſe.

Zeno viros aliquot bonos necat, cum ſucceſſorẽ ſe ſuũ ſublaturum ſperans,

Zeno autem quòd Pelagiũ deſignari putabat, virum præclarum & ſapientem, ferro eum cędi iuſſit: atque inſuper alios etiam nihil commeritos necari curauit. Et morbo comitiali correptus, quòd iram eius nõ ferret, animam egit, Pelagij nomen in ore habens. Fertur etiam, quòd eum Ariadna coniux odiſſet, quum epilepſiæ doloribus diſtenderetur, & ſpeciem defuncti

Miſeranda Zenonis mors.

præberet, viuum adhuc ab illa ſepulchro incluſum eſſe. Alij verò tradunt: quum ex ebrietate ſenſum omnem amiſiſſet, in tumulum coniectum eſſe: & poſtquã ad ſeipſum per ſobrietatem rediſſet, in ipſo monumento exclamaſſe, vitam ſe ſolam, non etiam imperium petere, paratumq; eſſe cuiuis iureiurando interpoſito, eo cedere: neminem autem illum ea dicentẽ, propterea quod coniux Ariadna id prohibuiſſet, miſeratum eſſe. Hic ad hunc modum vitam finiuit, cum decem & ſeptem annos in imperio tyrannidem exercuiſſet. Hæc Nicephorus.

ZVINGLIVS. 2.

Berengarij error per Zuinglũ, Oecolampadium, & Carolſtadium renouatus.

VDalrichus, vel, vt alij dicunt, Huldricus Zuinglius, Canonicus Cõſtantienſis anno domini 1525. cum Ioanne Oecolampadio & Andrea Carolſtadio, primus omnium noſtræ ętatis hæreticorum ſcriptis libellis damnatum iã olim Berengarij errorẽ renouauit, in participatione cœnæ Dominicæ non diſtribui verum corpus & ſanguinem Chriſti: ſub Imperio Caroli Quinti Cæſaris Germani, & Pontificatu Clementis ſeptimi. Nam cum eiuſdem Andreæ Carolſtadij diſcipulus eſſet, & ſui magiſtri inſulſa interpretatio verborũ cœnæ Domini, qua dicebat, Corpus meum quod pro vobis datur, eſt hoc, quod hic aſſidet menſæ, nõ ei placeret, nouam (inquit Lindanus Dubitantij ſui dialogo ſecundo) ſectatus eſt de Euchariſtia ſententiam: quam ſeſe in Bataui cuiuſdã epiſtola, teſte Heshuſio, repeteriſſe fatetur, vbi Eſt pro Significat accipiendum didicit. Quod prodigioſum commentum exemplis è ſcriptura petitis, cum nec ſibi nec auditoribus perſuadere poſſet, narrat ſibi in ſomno viſum adeſſe monitorem (ater fuerit an albus, inquit in Subſidio de Euchariſtia, nihil memini) qui diceret, Quin ignaue reſpondes, quod ſcribitur Exod. 12. Eſt enim Phaſe, hoc eſt, tranſitus: Ita Tilmannus Heshuſius contra Caluinum & Bezam.

Zuingl. arma ſuppeditat diabolus cõtra ſanctã Euchariſtiam.

Huic errori & alios adiunxit plurimos, quibus catholicam turbauit eccleſiam, vt de peccato originali, quod ſit tantum naturæ morbus, non peccatum.

Ruſus Chriſti gratiam cum Pelagio abolituru, hominem poſſe ſolis naturalibus virtutibus & meritis vitam æternã impetrare, vt Cato & Scipio, quos ſaluatos docet lib. contra Vrbanum Regium.

Pelagianiſmũ renouat Zuinglius & Neſtorianiſmum.

Sic Neſtorij errorem reſuſcitaturus, volebat legendum eſſe Ioannis primo, verbum caro facta eſt, non factum, vti Lutherus ait libro de Concilijs. Hic tanta audacia in magiſtrum ſuum Lutherum inſurrexit, vt ipſum hæreticum ſcriberet, quod ſententiæ ſuæ de Euchariſtia repugnaret. Contra Lutherus Zuingliũ cum ſuis habet hęreticũ. Vnde acerbiſſimum inter ipſos, ſuoſq; vtrinq; ſectatores natum eſt bellum, quod etſi ter quáter conati ſunt Syncretiſ imo quodam componere, vt acrius catholicam Chriſti oppugnarẽt eccleſiã: tamẽ ſemper magis recruduit, vt liquet in maledicis ſcriptis Caluini & Vueſtphali, Bezæ, & Heshuſij, Lutheri & Zuinglij, cui ſua confeſſione ſuppetias veniunt Tigurini, iſtius maledicta retundẽtes acerrime.

Mors Zuinglij.

De eius morte ita quoque tradit idem Lindanus eodem Dubitantio, dialo. 3. in hæc verba: Etſi pleroſque, inquit, pſeudoprophetas Deus optimus iuſtiſſimis pœnis hac ex vita excruciandos ad immortales æternorum ignium abripuit cruciatus: quoſdam tamen in ſpeciem honeſtè mori, honorificeque ſepeliri permiſit, quemadmodum & Luthero, vt aiunt ſui,

& Da-

D. Tab. IV. n. 2